IVRISPRVDENTIAE

ANTEIVSTINIANAE

QVAE SVPERSVNT.

IVRISPRVDENTIAE

ANTEIVSTINIANAE

QVAE SVPERSVNT.

IN VSVM MAXIME ACADEMICVM

COMPOSVIT, RECENSVIT, ADNOTAVIT

PH. EDVARDVS HVSCHKE.

EDITIO QVINTA DENVO AVCTA ET EMENDATA.

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXVI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

PRAEFATIO.

Cum ante hoc biennium et quod excedit, a bibliopola de omni genere bonarum litterarum meritissimo rogarer, ut in edenda nova reliquiarum iuris civilis anteiustiniani collectione, quae usibus quidem maxime academicis accommodata, sed etiam dotibus suis nostro tempore non indigna esset, consilio atque opera mea eum adiuvarem, intellexi quidem opus et informatione et perfectione arduum a me desiderari. Cogitans tamen magnam rei utilitatem et studiorum meorum non alienam a tali opere rationem, deesse desideriis honestissimi viri nolui et alacri studio rem aggressus sum. Iam ad finem perducto opere video hoc loco exspectari a me, ut, quod in eo adornando consilium secutus sim, exponam.

Quae expositio in tres partes commode dispescetur. Primum enim quaeritur, quae antiquitatis monumenta hac collectione receperim, deinde quemadmodum ea composuerim, postremo quomodo singula instruxerim.

Ad primam quaestionem quod attinet, cum et bibliopolae et meo consilio ad ius civile anteiustinianum eo sensu sylloge nostra spectaret, quo solum ius prudentium auctoritate constitutum intellegitur, constitutiones principum ab ea procul habendae erant, et ne hoc in dubium veniret (meminimus enim, et Gustavum Hugonem et ICtos Bonnenses latiore sensu iuris civilis mentionem suis collectionibus etiam Codices constitutionum complectentibus inscrip-

sisse), Antonium Schultingium secutus, statim in titulo operis ad iurisprudentiam anteiustinianam id retuli. Itaque etiam 'Divi Hadriani sententias et epistolas', a Dositheo grammatico nobis servatas, quas Schultingius recepit, omittendas censui; ut enim ipsae, quatenus ad ius pertinent, constitutionibus principum sine dubio adnumerandae sunt, ita nec compositio earum, qua Dositheus usus est, a iurisconsulto profecta vel iuris studii promovendi causa facta esse videtur. Hoc idem quidem de Codicibus Gregoriano et Hermogeniano dici nequit, ex quibus etiam Visigothos quae excerpserunt inter iuris civilis scintillas retulisse satis notum est, nec profecto peccasse mihi viderer, si hos quoque admisissem; quum tamen, quae nunc ex his Codicibus supersunt, ex meris constitutionibus principum consistant, ex ea ratione, qua nunc iuris civilis fontes intuemur et tractamus, rectius atque consultius facere arbitratus sum, si eos omitterem. Nec vero hanc rationem eo perducere, ut etiam singulae constitutiones, quae in Collatione, Fragmentis Vaticanis et Consultatione inveniuntur, eiiciendae fuissent, vix est, quod moneam.

Alia ex parte certos fines mihi praescribebat illa taxatio, quae ad ius anteiustinianeum hanc collectionem restringebat. Quaecunque igitur libris iuris a Iustiniano confectis continentur, nec alia ratione ex antiquitate ad nos pervenerunt, aliena ab hoc opere duxi. Hanc vero rationem quod in tantum tenui, ut etiam singula Digestorum vel Institutionum loca, quibus manci vel lacunosi libri huius collectionis proprii, velut Ulpiani liber singularis Regularum, eiusdem Institutiones et Paulli Sententiae repleri poterant, et partim in editionibus repleri solent, suo loco, verbis ipsis omissis, tantum indicarem, id, fateor, simul vel etiam magis alia de causa, scilicet ut spatio parcerem, factum est, quamobrem idem institutum etiam in his locis custodivi, quae ex aliis partibus nostrae collectionis servata sunt, (utputa

Paulli Sententiae in Consultatione,) et recessi ab eo, ubi maior quaedam utilitas id suadebat, velut in Gaii Institutionibus. Intra eos autem, quos dixi, fines etiam omnia veteris iurisprudentiae monumenta, quae aetatem tulerunt, corpori nostro vindicanda putavi. Neque igitur, ut antea ab omnibus eiusmodi collectionum compositoribus sed sine iusta causa, si quid video, factitatum est, ad eos tantum ICtos, qui post Hadrianum vixerunt, animum adverti, sed etiam ex antiquiore iurisprudentia si quid in aliis scriptoribus superstes est, quod hactenus tantum a Dirkseno propria collectione unum sub conspectum redactum erat, *) ad rem meam pertinere ratus sum. Scio quidem, inter utrumque genus reliquiarum aliquid interesse. Quae enim ex posteriore aevo restant, pleraque ut propria scripta et suo quasi nomine servata sunt: antiquiora tantum ab aliis scriptoribus referuntur. Sed hoc discrimen nec per omnia verum est (nam ex. gr. etiam ex posterioribus fragmentum iuris, quod vocatur Dositheanum et ipsae Paulli Sententiae aliis operibus insertae ad nos pervenerunt) nec omnino ad rem pertinet, cum non minus idcirco intersit vel deceat, utroque modo et ex utroque aevo quae nobis tradita sunt, uno opere collecta habere. Imo imperfectum iuris civilis anteiustiniani syntagma videri debet, in quo non etiam anteriora illa locum suum obtinuerint. Et cum in iure magis res quam verba spectentur, ne illud quidem referre existimavi, utrum sententia tantum an etiam verba alicuius iurisconsulti nobis referrentur, et utrum iudicando vel ore respondendo eam sententiam protulerit, an etiam scriptam ipse reliquerit.

Sed alia quaestio diu multumque me torsit, quae maxime ad antiquiorum litterarum monumenta per-

---

*) 'Bruchstücke aus den Schriften der Römischen Juristen, gesammelt von H. E. Dirksen. Königsb. 1814. 8.' Liber nunc quidem non sufficiens, sed illa aetate omni laude dignus.

tinebat, illam dico, quemadmodum fines inter iurisprudentiam et cognata litterarum genera regi deberent, ut nec aliena miscuisse, nec necessaria vel apta certe et utilia omisisse viderer. Sane facile poteram defungi, si eorum tantum nomina sequerer, qui et nunc iurisconsulti vulgo feruntur, et iam imperatorum aetate vulgo ferebantur. Sed ad iurisprudentiam magis quam ad iurisconsultos totius operis ratio me conferebat, et ut iurisconsulti, qui proprie appellantur, etiam alia multa, quae ad ius non pertinent, scribere solent, ita alii, quae iurisprudentiae sunt. Accedit, quod maxime ante Caesarum tempora, nondum accurate discretis hominum studiis, non tam facile in unoquoque dixeris, an iurisprudens censendus sit necne. Sed et si magis ad argumenta librorum respicias, nova difficultas exoritur. Cum enim toto priore aevo, ne primis quidem Caesarum temporibus exceptis, iurisconsulti praeprimis etiam in iure pontificio, augurali et publico versarentur, tamen iam ad finem vergente libera rep. multae iuris sacri et publici partes et antiquarum legum monumenta etiam ab aliis, qui foro et respondendo operam non dabant, tractari coepta sunt, partim quidem ipsius usus gratia, partim vero etiam ut magis antiquitates historiamque populi Rom. vel priscam loquendi consuetudinem illustrarent, quam ut iurisprudentiae inservirent, donec imperatorum aetate et maxime post gentis Iuliae interitum hoc litterarum genus a grammaticis et antiquitatis scrutatoribus proprie exerceri et a iurisprudentia plane disiungi coeptum est. Sic fit, ut haud paucis in libris incertus haereas, utrum iurisprudentiae, an aliis artium litterarumque generibus eos attribuas. In tanta igitur certorum finium obscuritate hanc fere rationem tenui, ut iurisconsultorum quidem, qui proprie dicuntur, omnia, quae non plane aliena essent a iurisprudentia, reciperem; ceterorum vero, si modo ante illam, quam dixi, aetatem scripserant, ea,

quae ex librorum argumentis iurisprudentiae vindicanda esse videbantur, ita tamen ut, si scriptores magis alia castra secutos esse constaret, de hoc, asterisco nomini eorum apposito, tirones admonerem. Nec tamen ita mihi placeo, ut vel hanc ipsam normam omnibus harum rerum peritis probatum iri vel in adhibenda ea ad singulos scriptores nunquam peccasse confidam. Quod ad extrema imperii tempora attinet, ipsa ratio faciebat, ut praeter Consultationem, iurisconsultorum occidentalium fetum, etiam quae ex commentariis Graecorum iuris interpretum Iustiniano paullo anteriorum quamquam in libris iuris postiustinianei supersunt, huic corpori adiungerem. Nec iniucundum vel infructuosum adolescentibus fore spero, qui amplis Basilicorum voluminibus deterreri solent, si hac quasi promulside monumentorum iuris Graeco-Romani studio imbuantur. E diverso etiam recte atque ordine fecisse mihi videor, quod Visigothorum Interpretationem omisi et ne Paulli quidem Sententiis subieci. Nam cum dicimus ius anteiustinianum, etiam Visigothorum iurisprudentiam excludere videmur, a quibus in occidente non minus quam a Iustiniano in oriente nova iuris et civitatis conditio incepit. Ex Gaio tantum in novam formam ab iis redacto quaedam genuinis eius Institutionibus in notis subieci, spectantia scilicet ad eos locos, qui in codice Veronensi perierunt.

Quae receperim vel non receperim, exposui. Alterum erat, ut recepta quemadmodum ordinaverim, dicerem. Sed temporis ordinem sequendum esse, ita res ipsa clamat, ut eius rationem reddere insipidum foret. Difficilius erat, quibusdam scriptoribus ceterum ignotis, vel scriptis, quorum auctores ignorantur, sua tempora assignare. Scriptores illi omnes antiquioris aevi sunt; in his ignorantiam confessus, tamen probabilitate quadam usus sum, maxime ex rerum tractatarum indole argumentis ductis. In scriptis vero prae ceteris operam dedi, ut auctorem,

ad quem probabiliter referri viderentur, exquirerem: quod si fieri non poterat, in tempore definiendo, cui assignandum quodque esset rationibus redditis, acquievi.

Postremo dicendum est, quemadmodum in singulis partibus huius collectionis instruendis versatus sim. Qua in re ante omnia prae oculis habui, librum academicis maxime usibus destinatum esse. Itaque primum cavendum erat, ne hac mensura adhibita, otiosis oneraretur, quibus et pretium libri nimis augeretur et aliter iuventus deterreretur, deinde vero, ne quid deesset, quo studium iuris civilis ad ipsos fontes accedens incitaretur et adiuvaretur. Cum vero pleraque iurisprudentiae monumenta, quae aetatem tulerunt, vel corruptelis deturpata vel etiam lacunosa et lacera ad nos pervenerint et hac praesertim re studium eorum impediatur, prima cura in hoc ponenda erat, ut quam integerrimum quodque praestarem. Itaque omnium invenies novam recensionem ab editionibus, quibus nunc utimur, adeo discrepantem, ut multo magis audaciae et novarum rerum studii incusari verear, quam desidiae vel superstitiosae in traditis perseverantiae. Sed tamen conscius mihi sum, nihil me mutasse, nisi omnibus adhibitis, quae praesto erant, criticis subsidiis, et re iterum iterumque perpensa. Si qui vero sint, qui vitio vertant, quod in corruptis locis correctiones, quae sola coniectura nituntur, plerumque statim in ipsa scriptoris oratione scripserim, codicum editionumque scriptura vel aliorum coniecturis tantum subnotatis, eos monitos velim, non stolida confidentia me id fecisse, sed iuvenilium animorum ratione habita, qui initio certa malint sibi tradi, post, si opus est, in disquisitionem vocanda, quam in dubio relinqui, ex quo datis quanquam auxiliis ipsi se expediant. Similiter vereor offensioni fore, quod saepissime lacunas, etiam multorum verborum, explevi, ut integra oratio restitueretur. Sed primum hoc magnorum virorum

exemplo, deinde etiam optima, ut puto, ratione feci. Nam quod de corruptis locis dixi, id multo magis cadit in abruptos vel hiatibus deformes, qui non tirones tantum ita solent deterrere, ut paene omnino neglegantur fastidiumque lectoris saepe etiam vicina pertingat. Verumtamen ut suppleta aliquo usu esse possint, imo ne magis noceant quam prosint, supplementa certis legibus regi oportet easque ubique hasce observavi: primum ut modicus hiatus sit, quamobrem plurium versuum, qui plane interierunt, restitutiones plerumque in notis tantum retuli demonstrandi causa, quomodo ea, quae deinceps legantur, cum iis, quae antecedunt, ex mente scriptoris probabiliter coniuncta fuerint: deinde id, quod suppletur, ut spatio pro codicis cuiusque scriptura conveniat, postremo ut eius loci sit et ne quid contineat, in quo offendas, sive rem sive orationem spectes. Ab his enim rebus pendet, ut supplementa probabilitatem habeant. In probabilitate autem tanta pars cognitionis humanae posita est, ut qui eam hoc loco solo exulare iubeat, videndum ei sit, ne magnum ipsius veritatis cognoscendae fermentum nobis eripiat. Quam maxime vero etiam cavendum est, ne plus quis eiusmodi supplementis tribuat, quam ipse iis vindicavi. Quod ne fieret, et litterarum diversitate ea a reliqua scriptura ubique distinxi, praeterea iis, quae librariorum culpa excidisse videbantur, uncinis rotundis inclusis, et in notis saepissime admonui, sententiam tantum, non verba me restituere.

In levioribus, velut litterarum genere, in significandis diversis orationis generibus, hiatuum indicatione et quae similia sunt, aequalitatem quandam per omnes operis partes, ut par erat, servavi, neque tamen servilem in modum: in quibusdam enim singularis earum habitus faciebat, ut quaedam accuratius significanda viderentur, velut versuum ms. codicis indicatio in fragmento de iure fisci. Interpungendi rationem consulto non eam secutus sum, quae

nunc plerisque placet, sed accuratiorem, qua olim uti solebamus, ea quoque in re tironum desideriis et commodis inserviens. Etiam orthographiam non eam, quae in codicibus manuscriptis diversorum scriptorum varie observatur, sed fere aequalem eamque, qua nunc plerumque utimur, adhibui.

Adnotatio partim ad integritatem monumentorum spectat, partim ad interpretationem. Ad illam quod attinet, universum criticum apparatum in notis adstruere, a consilio totius operis alienum erat. Hoc tantum referebat, in tradito textu si quid mutaveram, de eo lectorem admoneri necessariisque subsidiis instrui, ut ipse iudicare posset. Itaque singulas partes ad optimam vel vulgatissimam cuiusque qua nunc utimur, editionem in praefatione indicatam accommodavi, ita ut si ab hac in quo nostra recensio deflecteret, indicaretur, ubi opus videbatur, etiam ratione reddita. — Interpretationem commentario adiuvare extra propositum erat. Tales enim exhibere ICtorum libros voluimus, ut qui modice iurisprudentia imbutus esset, per semet ipsum intellegere eos posset: in quam rem plerumque sufficiebat vitiis purgatos et quatenus fieri poterat, integros eos praestare. Tanta enim est ICtorum loquendi proprietas, ut modo ipsorum loquelam audias nec rudis sis in re quae tractatur, intentum quidem in rem animum et meditationem poscant, interprete vero plerumque non egeant. Itaque in summa meditationem tantum adiuvare placuit, in iis praesertim libris, unde iuris civilis antiquioris cognitio maxime hauritur, locis indicatis aliorum monumentorum, in quibus eadem res tractatur: raro etiam notulas interspersi ad intellectus aliquam difficultatem pertinentes. Sed et in locis illis similibus indicandis modum servavi, pro genere quidem cuiusque scriptionis diversum, omnino vero hac norma aestimatum, ut ea tantum allegarentur, quae ad rem, de qua ageretur, intellegendam facerent, non etiam, quae ipsa ex eo loco, qui illu-

strandus esset, lucem acciperent: quodsi illa compluscula erant, etiam ad libros, unde peti possent, remisi. — Initio adnotationem criticam ab exegetica prorsus separare constitueram. Sed cum animadverterem, ea re multum spatii absumi, consilium hoc abieci et tantum in Gaii Institutionibus retinui.

Indices uberes et apte institutos in huiusmodi praesertim operibus magno lectoribus usui esse, me non fugit. Sed cum a tironibus minus desiderentur, et nec pretium libri in eorum incommodum hac de causa augeri, nec hunc ipsum diutius premi bibliopola vellet, indices post, quam primum tamen, confici et suo parabiles pretio separatim edi placuit.

His de consilio, quod secutus sum, praemonitis restat, ut librum meum aequo peritorum iudicio commendem. Quibus si in universum probabitur (in singulis enim nunquam peccasse, quis sanus speret?) et si iurisprudentiae studiosis, maxime adolescentibus, utilitatem aliquam adferet, hinc dulcissimum insumpti laboris fructum capiam.

Scr. Vratislaviae m. Octobri CIↃIↃCCCLX.

AD ALTERAM EDITIONEM PRAEFATIO.

Certior factus a bibliopola, quae primum huius collectionis exemplaria typis impressa erant, ea prope omnia divendita esse, novamque eius editionem desiderari, operam equidem dedi, ut ea, quantum fieri posset, et auctior et emendatior prodiret. Sed augeri, si ipsae reliquiae collectae spectantur, tantum in quibusdam superioris antiquitatis scriptoribus, quorum pauca tantum supersunt, potuit, maximeque, Mommseni merito, in Valerio Probo. Emendationes primum officii causa et grato animo commemoro ad

eosdem fere scriptores pertinentes eas, quas debeo doctissimis viris, qui de priore editione publice retulerunt et iudicaverunt, Mart. Hertzio in Fleckeiseni Annal. philol. 1862. p. 40—56. J. Chr. Fel. Baehrio in Annal. Heidelb. 1862. p. 130 —144. et A. Ubbelohdio in Ephem. lit. Gotting. 1863. p. 1128. 1142 —1160. Alias, quas quotidiana lectio vel meditatio obtulit, omnes operis partes passim expertae sunt. Sed et integrum novae recensionis laborem impendi iis partibus, quae ut totae retractarentur, nova subsidia ab aliis interim suppeditata monere videbantur. De quibus ad singulas partes, quas ita retractavi, Valerium Probum, Gaium et fragmentum quod vocatur de iure fisci, praemonui.

Tandem huic editioni accedunt, quos in prioris praefatione pollicitus eram quosque interim viri docti iterum iterumque desideraverunt, indices, ut ipse existimo et alios peritos iudicaturos esse spero, etiam tales, quales pollicitus eram, 'uberes et apte instituti'. Sed huic operis verius accessioni quam parti a Ferd. Fabricio rogatu et partim etiam arbitratu meo susceptae etiam absolutae cum peculiariter praefatus sim, hoc loco de ea monuisse eamque iis, quorum interest, commendasse sufficit.

Scr. Vratislaviae m. Aprili CIƆIƆCCCLXVI.

AD TERTIAM EDITIONEM PRAEFATIO.

Quod hanc tertiam editionem in titulo operis rursus auctam et multis locis emendatam praedicavi, non immerito id, imo etiam potiore iure quam in secunda editione factum esse, iudicabunt spero omnes, quicunque eam cum antecedente contulerint. Accesserunt enim (ut singula quaedam iam hoc loco ipse commemorem) nonnulla ex vetustiorum ICtorum scriptis adhuc praetermissa, aliis paucis, quae iniuria

iis attributa erant, eiectis. Accesserunt inprimis Ciceronis de legibus libri superstites, collectioni nostrae, ut post demum vidi, ex instituto eius non minus iure vindicandi, quam quibus prius solis locum dederam, ex libro eius de iure civili in artem redigendo servata nobis paucula frusta: quos libros tamen, cum amplum occupent spatium, et plerisque, qui eos usurpant, in operibus Ciceronis vel separatim editi ad manus sint, recipere dubitassem, nisi etiam castigatiores, quam nunc circumferuntur, haud paucis in locis me eos praestare confisus essem. Deinde etiam fragmentum quod dicitur de iure fisci et Ulpiani Institutionum reliquiae Vindobonenses ex novis curis iis impensis paene novam induerunt formam. Quod item fortasse praedicare liceret de gravissima totius sylloges parte, Gaii Institutionibus, si Studemundi studiorum in codicem Veronensem collatorum plenis fructibus uti iam posse contigisset. Hi tamen publici iuris nondum facti erant, nec operiendi, donec id fieret, potestas data est, bibliopola, qui nostrum opus redemit, ut quam primum priore editione paene exhausta nova pararetur, instante nec propter partem fortasse imperfectam totum opus cum detrimento suo differri oportere caussante. Interim et Gaius aliquantum auctus et correctus prodit nec ceterarum cuiquam sylloges partium sive in textu sive in adnotationibus emendatrix manus defuit.

Indices ad secundam editionem confecti partimque ad paginas eius relati ut quantum fieri posset, etiam his, qui tertiam usurpant, usui esse ne desinerent, curavi, ut secundae editionis paginarum numerus, ubi quaeque inciperet, huic novae in interiore margine uncis inclusus adscriberetur.

Itaque dimitto opus favorque, quo priores eius editiones exceptae sunt, etiam has postremas meas curas ut prosequatur, et opto et spero.

Scr. Vratislaviae mense Septembri MDCCCLXXIII.

AD QVARTAM EDITIONEM PRAEFATIO.

Quod per hanc provectam aetatem fore non speraveram, Dei benignitate factum est, ut etiam quartum huic syllogae edendae cum vita tum vires suppeterent. Nec sine causa tertiae editionis in titulo adscriptum elogium auctae et emendatae etiam in hac quarta retinere licuit. quanquam id iam, perpaucis et subitaneis tantum in ceteris partibus exceptis, fere solum ad Gaii Institutiones spectat nunc ad Studemundi apographum exactas, qua de re ad eas separatim praemonui. Mallem sane, etiam cetera ut novis curis perpetuis adhibitis limatiora prodirent et ita posteris traderentur. Sed eas cum senescentibus viribus impendere non potuerim, solatio est, quod sic uti adhuc quae edo infructuosa non fuerunt, eadem etiam in posterum aliquam utilitatem habere posse videntur, donec melioribus cedant.

Scr. Vratislaviae mense Octobri MDCCCLXXVIII.

AD QVINTAM EDITIONEM PRAEFATIO.

Evenit Dei gratia, quod nunquam speraveram et, ut ipsa res clamat, multo minus etiam quam in curanda quarta editione, fore exspectari poterat, ut adeo quintae huius syllogae editio a me desideraretur eique nunc praefandum sit.

Quae cum retento elogio auctae et emendatae prodit, hoc quod ad ceteras quidem partes collectionis attinet, rursus ut in quarta editione potissimum ad Gaii institutiones nunc 'Supplementis Studemundianis' auctas referri velim, de qua re in praefatione peculiari accuratius disserui.

Interim tamen etiam novae quaedam reliquiae iurisprudentiae anteiustinianae in lucem protractae sunt, quae permodici nec paene separatae editioni in posterum sufficientis ambitus ob id ipsum multo aptius collectioni inseruntur et ita hanc syllogen nostram denuo edendam pro consilio et ratione eius quasi naturaliter auxerunt.

Ex Papiniani responsis et libro quidem eorum primo extra Iustiniani corpus iuris antea pauci tantum versus et quasi in memoriam vel honorem modo tanti viri Breviario Alariciano servati erant. Accesserunt nunc ex proprio pervetustoque huius operis cum notis Pauli et Ulpiani codice primo folium duplicatum Berolinense et paulo post frusta quaedam Parisiis asservata, illud libro quinto, haecce libro nono assignanda: utraque vero, quatenus suo nitori potuerunt restitui, rursus praeclarorum horum ingeniorum insignes foetus.

Sed et ipsi Ulpiano suo nomine et libris quidem eius, ut demonstravi, ad edictum, ex quibus extra Digesta antea tantum verba aliqua ab aliis scriptoribus relata habebamus, novae maioris momenti quanquam mutilae sententiae addendae erant, quas folium singulare Berolinense suppeditavit.

Deinde ex inferiore aetate Iustiniano iam vicina nisi adeo coaeva prodierunt incerti auctoris scholiorum Graecorum in Ulpiani libros ad Sabinum reliquiae quae vulgo nunc Fragmenta iuris Romani Sinaitica ex monasterio, ubi reperta sunt, appellantur, nec ea contemnenda, et suo loco inserenda.

Haec omnia augmenta ex mea recensione, partim tantum iam antea publici iuris facta vulgantur, ut etiam hac parte nostra editio nova lectori offerat.

In votis quidem aliquando erat, etiam librum iuris Syro Romani a C. G. Brunsio socio assumpto Sachau publicato, et ipsum sane ante Iustinianum confectum vel saltem sententias iuris consultorum Romanorum, quae in eo continentur, aliquo modo in nostram collectionem posse recipere, ne quid in ea, quod titulus promittere videtur, desideraretur. Sed et linguae diversitas aliaeque difficultates rei apte perficiendae effecerunt, ut perpensa re, hoc consilium, peritorum ut spero, cum plausu, abiicerem.

Scrib. Vratislaviae mense Maio a. MDCCCLXXXV.

EORVM QVAE INSVNT CONSPECTVS.

TI. CORVNCANIVS

(obiit circa a. u. 509).[1]

1. Coruncanius ruminales hostias, donec bidentes[2] fierent, puras negauit. — Plin. N. H. 8, 51, 77.

2. Placuit P. Scaeuolae et Coruncanio etc. — Cic. de legib. 2, 21. Cf. infra P. Mucium Scaeuolam 3.

SEX. AELIVS PAETVS CATVS

(cos. a. u. 556).[3]

Tripertita.

1. Praeterea de penu adscribendum hoc etiam putaui: Seruium Sulpicium in reprehensis Scaeuolae capitibus scripsisse, Cato Aelio placuisse, non quae esui et potui forent, sed thus quoque et cereos in penu esse, quod esset eius familiae[4] comparatum. — Gell. 4, 1. §. 20.

2. Illuseras heri inter scyphos, quod dixeram, controuersiam esse, possetne heres, quod furtum antea factum esset, furti recte agere. Itaque etsi domum bene potus seroque redieram, tamen id caput, ubi haec controuersia est, notaui et descriptum tibi misi, ut scires id, quod tu neminem sensisse dicebas, Sex. Aelium, M'. Manilium, M. Brutum sensisse. Ego tamen Scaeuolae et Testae assentior. — Cic. ad fam. 7, 22.

---

1) *Scripta eius non extabant L.* 2. §. 38. *D. de orig. iur.* (1, 2).
2) *Cf. Gell.* 16, 6. *Macrob. Sat.* 6, 9, 1. *Fest. ep. v. Bidental. p.* 33.
3) *Aelii dictum de nocte intempesta, quod Varr. de L. L.* 6, 1, 7. *refert, L. Aelii Stilonis esse videtur. Idem mihi persuasit de Aelii etymologia verbi 'assiduus', quam ex Cic. Top.* 2. §. 10. *priore editione huc retuleram. M. Hertz. in Fleckeiseni Jahrb. f. class. Phil.* 1862 *p.* 45. 4) *Ex Cannegieteri cj. Momseno quoque* [illegible] quod esset eius (non eius *vel* non esset *alii*) ferme rei ca[illegible] quodque esset eius ferme rei *edd. meae* 1. 2.

3.[1] 'Mulieres genas ne radunto neue lessum funeris ergo habento'. Hoc ueteres interpretes Sex. Aelius, L. Acilius non satis se intellegere dixerunt, sed suspicari uestimenti aliquod genus funebris: L. Aelius lessum quasi lugubrem eiulationem, ut uox ipsa significat. — Cic. de leg. 2, 23. §. 59.

M. PORCIVS CATO CENSORIVS [2]

(natus a. u. 520. obiit 605).

Commentarii iuris ciuilis.

1. Qui (sc. mundus) quid ita dicatur, sic refert Cato in commentariis iuris ciuilis:[2] 'Mundo nomen impositum est ab eo mundo, qui supra nos est; forma enim eius est, ut ex his, qui intrauere, cognoscere potui, adsimilis illae.' — Fest. v. Mundus p. 154 Müller.

2. Cato cum esset consultus a quodam, qui sibi erosas a soricibus caligas diceret, respondit, Non esse illud monstrum, sed uere monstrum habendum fuisse, si sorices a caligis roderentur. — Augustin. de doctr. Christ. 2, 20.

NVMERIVS FABIVS PICTOR

(Catonis aequalis minor natu).[3]

Iuris pontificii.

1. Nam primo pontificii iuris libro apud Pictorem uerbum hoc positum est 'uitulari'.[4] — Macrob. Sat. 3, 2. §. 11.

---

[1]) *Accessit* 3. *ed.* [2]) *Alii hos commentarios Catonis filii esse putant. De Catonis responsis cf. Cic. de orat.* 2, 33. *Catonis filii iudicis dati sententia refertur a Cic. de offic.* 3, 16, 66. *et Valer. Max.* 8, 2, 1. [3]) *In hoc maxime secutus sum H. Meyer. ad Cic. Brut.* 21. *p.* 69. *ubi tamen pro* nuaserius (*similibusve, unde edd. effecerunt* una Servius) *ex Cic. de divin.* 1, 21. *legendum putavi* Numerius; *quamquam M. Hertz. in Mus. Rhen. XVII p.* 579. *etiam hoc Cic. loco* Numerium *exterminari voluit, adstipulante Bernhardio Roem. Liter. p.* 641. *ed.* 4. *idem enim, ut Cicero ait*, et iuris et litterarum et antiquitatis bene peritus *rerum gestarum libros scripsit teste Non.* 12, 3. *p.* 518. (*infra* 5.), *a quibus eiusdem Graecos annales Cic. de divin. l. c. distinxisse videtur. Alii velut Hertz Jahrb. f. Phil.* 1862. *p.* 47. *antiquiori Q. Fabio libros iuris pontificii tribuunt.* [4]) *Cf. lib. meum Iguv. Tafeln p.* 301.

2\. . . sicut Veranius ex primo libro[1] Pictoris ita dissertationem huius uerbi executus est: 'Exta porriciunto, dis danto in altaria aramue focumue eoue, quo exta dari debebunt'. — Macrob. Sat. 3, 2. §. 3.

3\. Caerimoniae impositae flamini Diali multae, item castus [3] multiplices, quos in libris, qui de sacerdotibus publicis compositi sunt, item in Fabii Pictoris librorum primo scriptos legimus; unde haec ferme sunt, quae commeminimus:[2] Equo Dialem flaminem uehi religio est, (*et*) classem procinctam extra pomerium, id est exercitum armatum, uidere; idcirco rarenter flamen Dialis creatus consul est, cum bella consulibus mandabantur. item iurare Dialem fas nunquam est. item annulo uti nisi peruio cassoque fas non est. ignem e flaminia id est flaminis Dialis domo nisi sacrum efferri ius non est. uinctum, si aedes eius introierit, solui necessum est et uincula per impluuium in tegulas subduci atque inde foras in uiam demitti. Nodum in apice neque in cinctu neque in alia parte ullum habet. si quis ad uerberandum ducatur, si ad pedes eius supplex procubuerit, eo die uerberari piaculum est. capillum Dialis, nisi qui liber homo est, non 'detondet.[3] capram et carnem incoctam et hederam et fabam neque tangere Diali mos est neque nominare. propagines e uitibus altius praetentos non succedit. pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet, et de eo lecto trinoctium continuum non decubat, neque in eo lecto cubare alium fas est; denique[4] apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum strue atque ferto oportet. unguium Dialis et capilli segmina subter arborem felicem terra operiuntur. Dialis quotidie festatus est. sine apice sub diuo esse licitum non est. sub tecto uti liceret, non pridem a pontificibus constitutum, Masurius Sabinus scripsit, et alia quaedam remissa gratiaque aliquot caerimoniarum facta dicitur. Farinam fermento imbutam attingere ei fas non est. tunica intima, nisi in locis tectis, non exuit se, (*ne*) sub coelo tanquam

---

1) *puta: iuris pontificii, qui libri item deinceps intelligendi sunt, ubi alius titulus adscriptus non est.* 2) *Non omnia, quae sequuntur, ex Fabio desumpta esse, palam est.* 3) detonset *edd.* 4) *Scripsi;* neque *ante* alium *addito* ne (*quod fugitivum et mutatum ex* de *esse videtur*) *Cdd.* ne[que] alium fas est neque aput . . . Aput eius *etc. ed. Hertz.*

sub oculis Iouis nudus sit. super flaminem Dialem in conuiuio, nisi rex sacrificulus, haud quisquam alius accumbit. uxorem si amisit, flaminio decedit. matrimonium flaminis nisi morte dirimi ius non est. locum, in quo bustum est, nunquam ingreditur. mortuum nunquam attingit; funus tamen exsequi non est religio. Eaedem ferme caerimoniae sunt flaminicae Dialis. (*alias*[1]) seorsum aiunt obseruitare, ueluti est: quod uenenato [4] operitur et quod in rica surculum de arbore felici habet et quod scalas (*nisi*) quae Graecae appellantur, ascendere ei plus tribus gradibus religiosum est, atque etiam, cum it ad Argeos, quod neque comit caput neque capillum depectit. — Gell. 10, 15. §§. 1—30.

4. In libro primo Fabii Pictoris, quae uerba pontificem maximum dicere oporteat, cum uirginem capit, scriptum est. Ea uerba haec sunt: 'Sacerdotem Vestalem, quae sacra faciat, quae ius siet sacerdotem Vestalem facere pro populo Romano Quiritibus, uti quae optima lege fuit, ita te, Amata, capio'. — Gell. 1, 12. §. 14.

5. Idem lib. iuris pontificii tertio: 'Pilumno et Picumno'. — Non. 12, 3. p. 518 Merc.

6. Fabius Pictor hos deos enumerat, quos inuocat flamen sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri: 'Veruactorem, Reparatorem, Imporcitorem, Insitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarritorem, Subruncinatorem, Messorem, Conuectorem, Conditorem, Promitorem'. — Serv. ad Georg. 1, 21.

7. Fabius Pictor lib. XVI.: 'Aquam manibus pedibusque dato, polubrum sinistra manu teneto, dextera uasum cum aqua'. — Non. 19, 11. p. 544.

8. Varro: Commentario ueteri Fabii Pictoris legi: 'Muries fit 'ex sale, quod sale sordidum si pistum et in ollam rudem fictilem[2] (*coniectum et in forn*)aci coctum est[3], postea

---

1) *Scripsi; fortasse post* seorsum *excidit* eam. — [flaminicae....] flaminicas Dialis *ed. Hertz.* 2) *Ita nunc monstrante fere M. Hertz. modestius scripsi.* et sale quo sale sordidum sustum (siistum *C. Leid.*) est et ollam rudem facidem *Cdd.* 3) *Supplevi et emendavi ex Fest. v. Muries p.* 158. adiectum est et *Cdd.* adiectum *ex* aci coctum *ortum et ob similitudinem quae interciderunt omissa esse videntur. Ceterum cf. infra Veranius* 11.

id sal uirgines Vestales serra ferrea secant'. — Non. 3, 197. p. 223.

9. Puilia saxa esse ad portum, qui sit secundum Tiberim, ait Fabius Pictor. — Fest. v. Puilia p. 250.[1]

M'. MANILIVS

(cos. a. u. 605).

Actionum.[2]

1. Itaque stipulantur paucis exceptis uerbis, ac Manilius
[5] scriptum reliquit, sic: 'ILLAS CAPRAS HODIE RECTE ESSE ET BIBERE POSSE HABEREQVE RECTE LICERE, HAEC SPONDESNE'? — Varro de r. r. 2, 3. §. 5.

2. Emi solent sic:[3] 'ILLASCE SVES SANAS ESSE HABEREQVE RECTE LICERE 'NOXASQVE[4] PRAESTARI, NEQVE DE PECORE MORBOSO ESSE SPONDESNE? Quidam adiiciunt: PERFVNCTAS ESSE A FEBRI ET A FORIA'. — Varro de r. r. 2, 4. §. 5.

3. Eos cum emimus domitos, stipulamur sic: ILLOSCE BOVES SANOS ESSE 'NOXASQVE[4] PRAESTARI; cum emimus indomitos, sic: ILLOSCE IVVENCOS SANOS RECTE DEQVE PECORE SANO ESSE 'NOXASQVE[4] PRAESTARI SPONDESNE? Paulo uerbosius haec, qui Manilianas actiones sequuntur. — Varro de r. r. 2, 5. §. 11.

---

1) *Ad annales antiquioris Fabii Pictoris referendi videntur Quintil. I. O.* 1, 6. §. 12. *Non.* 12, 3. *p.* 518. — *Cassium Heminam annalium scriptorem omisi; cuius et si qui proprii fuerunt libri de censoribus* (*Non.* 4, 300. *p.* 346), *his magis res gestas singulorum censorum videtur enarrasse. Item omisi Q. Fabium Maximum Servilianum cos. a. u.* 612., *quem de iure pontificio libros scripsisse, non efficitur ex Macrob. Sat.* 1, 16., *ubi laudatus liber XII potest et videtur esse annalium, in quibus interdum etiam sacri ritus referebantur. Cf. Liv.* 3, 10, 11. 2) *Hunc verum librorum eius titulum fuisse crediderim, quem refert Varro de re rust.* 2, 7. §. 6. *Pomponii aetate appellabantur 'Manilii monumenta' L.* 2. §. 38. *D. de orig. iur.* (1, 2), *de quo loco adi Maians. de M'. Manilio. Opp. I. p.* 145. *Pars inscripta fuerit 'uenalium uendendorum leges'* (*Cic. de orat.* 1, 58. §. 246) *unde Varro sua hausit.* 3) *Haec quoque, modo contracta, ut cetera, ex Manilio esse, vix dubitandum est.* 4) *Scripsi; dictum puta ut dolum, culpam, evictionem praestare;* noxis- *vel* noxiisque *edd.*

4. Emtio equina similis fere ac boum et asinorum, quod iisdem rebus in emtione dominum mutant, ut in Manilii actionibus perscripta sunt. — Varro de r. r. 2, 7. §. 6.

5. Nexum Manilius scribit omne, quod per libram et aes geritur, in quo sint mancipia. — Varro de L. L. 7, 5. §. 105.

6. An partus ancillae sitne in fructu habendus, disseretur inter principes ciuitatis P. Scaeuolam, M'. Manilium, ab hisque M. Brutus[1] dissentiet (quod et acutum genus est et ad usus [6] ciuium non inutile, nosque ea scripta reliquaque eiusdem generis et legimus libenter et legemus): haec, quae uitam continent omnem, negligentur? — Cic. de fin. 1, 4. §. 12.

7. Illuseras heri etc. — Cf. supra Sex. Aelium Catum 2.

8.[2] . . . ut hic iuris noster interpres alia nunc Manilius iura dicat esse de mulierum legatis et hereditatibus, alia solitus sit adolescens dicere nondum Voconia lege lata. — Cic. de rep. 3, 10. §. 17.

M. IVNIVS BRVTVS

(eiusdem aetatis).

De iure ciuili libri tres.

1. Ex libro primo: 'Forte euenit, ut in Priuernati essemus'. — Cic. de orat. 2, 55. §. 224.

2. Ex secundo libro: 'In Albano eramus ego et Marcus filius'. — Cic. ib.

3. Tum ex libro tertio, in quo finem scribendi fecit (tot enim, ut audiui Scaeuolam dicere, sunt ueri Bruti libri): 'In Tiburti forte assedimus ego et Marcus filius'. — Cic. ib.[3]

4. Illuseras heri etc. — Cf. supra Sex. Aelium Catum 2.

P. MVCIVS SCAEVOLA

(cos. a. u. 621. pont. max. ex a. u. 623).

1. . . . ut si ita respondeas: Quoniam P. Scaeuola id solum esse ambitus aedium dixerit, 'quom[4] parietis communis tegendi

---

1) *Cf. L.* 68. *D. de usufr.* (7, 1). 2) *Accessit* 3. *ed.*

3) *Paulo aliter et fere plenius haec refert Cic. pro Clu.* 51. §. 141. *unde etiam apparet, haec initia fuisse trium librorum. — Ex eiusdem Bruti libris etiam esse v.* 'requietem', *quod citat Inc. ap. Haupt. ad Ovid. Hal. p.* 95., *suspicatur Osannus ad Pompon. p.* 73.

4) *Scripsi;* quod *edd. Cf. Boeth. Comm.*

causa tectum proiiceretur, ex quo in tectum eius, aedes qui protexisset, aqua proflueret, id tibi ius uideri. — Cic. Top. 4 fin.

2. C. Caelius iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam in scena nominatim laeserat: P. Mucius eum, qui L. Accium poetam nominauerat, condemnauit.[1] — Auct. ad Herenn. 2, 3. §. 19.

[7] **3.** Placuit P. Scaeuolae et Coruncanio pontificibus maximis itemque caeteris, qui tantundem caperet, quantum omnes heredes, sacris alligari. Habeo ius pontificium. Quid huc accessit ex iure ciuili? Partitionis caput, scriptum caute, ut centum nummi deducerentur. Inuenta est ratio, cur pecunia sacrorum molestia liberaretur. Quid si hoc qui testamentum faciebat, cauere noluisset? admonet iurisconsultus hic quidem ipse Mucius, pontifex idem, ut minus capiat, quam omnibus heredibus relinquatur: quibus par, dicebant, qui cepisset, adstringi.[2] Rursus sacris liberantur. Hoc uero nihil ad pontificium ius, set[3] e medio est iure ciuili, ut per aes et libram heredem testamenti soluant, et eodem loco res sit, quasi ea pecunia legata non esset, si is, cui legatum est, stipulatus est id ipsum, quod legatum est, ut ea pecunia ex stipulatione debeatur, sitque ea non *'mortis causa capta.*[4] — Cic. de leg. 2, 21. §§. 52. 53.

4. Itaque in eo, qui in naui necatus, deinde in mare proiectus esset, decreuit P. Mucius, familiam puram, quod os supra terram non exstaret, porcam heredi esse contractam, habendas triduum ferias et porco femina piaculum 'dari.[5] Si in mari mortuus esset, eadem praeter piaculum et ferias. — Cic. de leg. 2, 22. §. 57.

5. — P. Scaeuola pontifex maximus pro collegio respondit: 'quod in loco publico Licinia, Gaii filia, iniussu populi dedicasset, sacrum non uiderier'. — Cic. pro dom. 53. §. 137.

---

[1]) *Cf. librum meum 'Gaius' p.* 138. 164. [2]) *Vid. infra ipsos Cic. de leg. libros.* [3]) *Ex Halmii cj.* et *edd.* [4]) *Supplevi. Ceterum si statim quod ei per damnationem debebatur, stipulando novasset, cum novatio pro solutione sit, mortis causa ex damnatione cepisse videretur, perinde ac si ei legatum solutum esset. Hoc fugit Savign. Zeitsch. f. gesch. RW.* II. *p.* 379. *De tota re cf. infra Q. Mucium Scaevolam* 14. [5]) *Scripsi;* pati *cdd.* piari *edd.* 1. 2.

*C. SEMPRONIVS TVDITANVS

(cos. a. u. 625).

Magistratuum.[1]

1. Tuditanus refert libro tertio magistratuum, decemuiros, qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum [8]
rogasse. — Macrob. Sat. 1, 13. §. 21.

2. . . . ut in commentario tertio decimo C. Tuditani patet, quia imperium minus praetor, maius habet consul, et a minore imperio maius aut maioris collega rogari iure non potest.[2] — Messalla apud Gell. 13, 15. §. 5.

*Q. COSCONIVS

(incertae, sed huius fere, ut videtur, aetatis).

1. Hoc idem Cosconius[3] in actionibus scribit praetorem accensum solitum esse iubere, ubi ei uidebatur horam esse tertiam, inclamare, horam esse tertiam, itemque meridiem et horam nonam.[4] — Varro de L. L. 6, 9. §. 89.

*M. IVNIVS GRACCHANVS

(C. Sempronii Gracchi tr. pl. aequalis).[5]

Commentarii.[6]

1. Celeres sub Romulo regibusque sunt appellati, deinde flexuntes, postea trossuli, cum oppidum in Tuscis citra Vol-

---

1) *Quae Plin. N. H.* 13, 13. *ex Tuditani decimo tertio habet, probabilius ad eius annales referuntur.* 2) *Cf. infra M. Valerium Messallam* 1. 3) *Cum eundem de rebus grammaticis scripsisse constet (Varr. de L. L.* 6, 5. §. 36. *Suet. vit. Ter.* 5.) *malim nunc cum Hertzio statuere, non in actionibus eum hoc scripsisse, sed scripsisse, praetorem in actionibus ea, quae sequuntur, iussisse. De Hostilianis actionibus vid. Cic. de orat.* 1, 57. §. 245. 4) *Cf. Censorin.* 23. 5) *De hoc cf. L. Mercklin de Iunio Gracch. Comm. part.* 1. 2. *Dorp.* 1841. *et M. Hertz de Iunio Gracch. disp. adiecta comm. de L. Cinciis Berol.* 1842. *p.* 88 *seqq.* 6) *Hic titulus nititur quidem tantum loco Varr. de L. L.* 6, 9. §. 95. hoc ipsum 'inligium' scriptum inueni in M. Iunii commentariis; *sed quin idem sit sic M. Iunius cum nostro, iam cum Hertzio non dubito. Ipse Gracchanus scipsit etiam 'de potestatibus' librum, notum ex Cic. de leg.* 3, 20, 49. *L.* 1 *pr.* §. 1. *D. de offic. quaest.* (1, 13) *et Lyd. de mag.* 1, 24. *quem locum, cum Lydum sua tantum ex Digestis hausisse constet, omisimus.*

sinios p. VIIII sine ullo peditum adiumento cepissent eius uocabuli; idque durauit ultra C. Gracchum. Iunius certe, qui ab amicitia eius Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his uerbis: 'Quod ad equestrem ordinem attinet, antea trossulos uocabant, nunc equites uocant ideo, quia non intelligunt,
[9] trossulos nomen quid ualeat, multosque pudet eo nomine appellari,' et causam, quae supra indicata est, exponit inuitosque etiamnum tamen trossulos uocari. — Plin. N. H. 33, 2. §. 9.

2. Antiquum oppidum in hoc fuisse Saturnia scribitur. Eius uestigia etiam nunc manent tria: quod Saturni fanum in faucibus; quod Saturnia porta, quam Iunius scribit ibi, quam nunc uocant Pandanam; quod post aedem Saturni in aedificiorum legibus priuatis parietes postici muri sunt scripti. — Varro de L. L. 5, 7. §. 42.

3. Subura Iunius scribit ab eo, quod fuerit sub antiqua urbe. — Varro de L. L. 5, 7. §. 48.

4. Luceres, ut Iunius, a Lucumone. — Varro de L. L. 5, 9. §. 55.

5. Mensium nomina fere aperta sunt, si a Martio, ut antiqui constituerunt, numeres. Nam primus a Marte. Secundus, ut Fuluius scribit et Iunius, a Venere, quod ea sit Aphrodite, quoius nomen ego antiquis literis quod nusquam inueni, magis puto dictum, quod uer omnia aperit, Aprilem. Tertiùs a maioribus Maius, quartus a iunioribus dictus Iunius. Dehinc quintus Quintilis et sic deinceps usque ad Decembrem a numero. Ad hos qui additi, prior a principe deo Ianuarius appellatus; posterior, ut iidem dicunt scriptores, ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum his parentetur. — Varro de L. L. 6, 4. §§. 33. 34.

6. Nomina decem mensibus antiquis Romulum fecisse Fuluius et Iunius auctores sunt: et quidem duos primos a parentibus suis nominasse Martium a Marte patre, Aprilem ab Aphrodite id est Venere, unde maiores eius oriùndi dicebantur: proximos duos a populo, Maium a maioribus natu, Iunium a iunioribus; ceteros ab ordine, quo singuli erant, Quintilem usque ad Decembrem perinde a numero. — Censorin. 22.

7. Annum uertentem Romae Licinius quidem Macer et postea Feuestella statim ab initio duodecim mensium fuisse scripserunt. sed magis Iunio Gracchano et Fuluio et Varroni

et Suetonio aliisque credendum, qui decem mensium putauerunt fuisse, ut tunc Albanis erat, unde orti Romani. — Censorin. 20. [10]

8. Postea siue a Numa, ut ait Fuluius, siue, ut Iunius, a Tarquinio duodecim facti sunt menses et dies CCCLV, quamuis luna duodecim suis mensibus CCCLIIII dies uideatur explere. — Censorin. 20.

9. Iunius Seruium Tullium regem primum intercalasse commemorat. — Macrob. Sat. 1, 13. §. 20.

10. Praefectum urbi Latinarum causa relictum senatum habere posse Iunius[1] negat, quoniam ne senator quidem sit, neque ius habeat sententiae dicendae, quum ex ea aetate praefectus fiat, quae non sit senatoria. — Gell. 14, 8. §. 1.

11. Publica pondera *et in mensuris obseruata sunt.* ex ea causa Iunius in *plebiscito cautum esse ait*, quod duo Silii P. et M. trib. pleb. rogarint, his uerbis: 'Ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate populus oetier '[qui][2] solet, uti 'coeret pr(*aetor*)[3] se dolo m(*alo*), uti quadrantal uini octoginta pondo siet, congius uini decem p(*ondo*) siet, sex sextarii *c*ongius siet *uini*, duodequinquaginta sextari quadrantal siet uini, 'sextarius aequus aequo cum librario siet,[4] sexdecimque 'libra*rii*[5] in modio sient. si quis magistratus adversus hac d(*olo*) m(*alo*) pondera modiosque uasaque publica 'modica[6] minora maioraue faxit, iussitue fieri, dolumue adduit, quo ea fiant, eum quis uolet magistratus 'multare q(*uantam*) u(*olet*) p(*ecuniam*),[7] dum minore parti familias taxat, liceto; siue quis in sacrum iudicare uoluerit, liceto.' — Fest. v. Publica pondera p. 246.

---

1) *Cf. infra Ateium Capitonem* 4. 2) *An:* uulgo? (go *absorpta a* so-). 3) *Nunc* (*ed.* 3.) *scripsi.* coaequetur *Cd. edd.* 4) *Hoc est: sextarius* (*qui primus et maximus modulus est liquidorum et aridorum communis*) *simpliciter dictus* (*non vini*) *sive vas, quo sextarium vini aliusve rei metimur, aequus spatii modo sit cum aequo* (*sextario id, quod continet, accurate aequante*) *librario, sive ad vini pondus exacto, quem Graeci* **σταϑμικὸν** *appellant. Cf. Boeckh. Metrol. p.* 18. 25. *Ad hanc sententiam lacunas initio supplevi.* 5) *Ex Mülleri cj.; intellige sextarios librarios.* librae *Cd. edd.* 6) *i. e. ad modum vel ad metiendum pertinentia.* 7) *Correxi* multaretur *Cd. edd. Cf. Orell. Inscr. Lat. coll.* 2488 = *C. I. L. I.* 603, 15.

[11]
P. RVTILIVS RVFVS

(cos. a. u. 649).

῾Ιστορίας ῾Ρωμαϊκῆς.[1]

1. Rutilius scribit, Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die, intermisso rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam uenirent, et ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die proposita a singulis atque uniuersis facile noscebantur. unde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur. ea re etiam candidatis usus fuit in comitium nundinis uenire et in colle consistere, unde coram possent ab uniuersis uideri. sed haec omnia negligentius haberi coepta et post abolita, postquam internundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adesse coeperunt.[2] — Macrob. Sat. 1, 16. §. 34.

*FVRIVS.[3]

1. Reperi in libro quinto rerum reconditarum Sammonici Sereni[4] utrumque carmen, quod ille se in cuiusdam Furii uetustissimo libro reperisse professus est. Est autem carmen huiusmodi, quo di euocantur, cum oppugnatione ciuitas cingitur: ῾SI DEVS SI DEA EST, CVI POPOLVS CIVITASQVE KARTHAGINIENSIS EST IN TVTELA, TEQVE MAXIME ILLE, QVI VRBIS HVIVS POPOLIQVE TVTELAM RECEPISTI, PRECOR VENERORQVE VENIAMQVE A VOBIS PETO, VT VOS POPOLVM CI-
[12] VITATEMQVE KARTHAGINIENSEM DESERATIS, LOCA, TEMPLA SACRA VRBEMQVE EORVM RELINQVATIS ABSQVE HIS

---

1) *Non recepissem has reliquias, nisi Rutilius hoc libro magis instituta populi Rom. quam res gestas persecutus esse videretur. Cetera quae feruntur eius fragmenta (Kraus. fragm. hist. Rom. p.* 230) *ex libris de vita sua deprompta esse malim existimare.* 2) *Incertum, quatenus haec Rutilii sint.* 3) *Incertum, quis. Sed scriptor iuris sacri videtur fuisse, et, si alias notus, malim intellegere A. Furium Antiatem, aequalem Rutilii Rufi, poetamque annalium, quem et alias Macrob. velut Sat.* 6, 1. 3. 4. *solo Furii nomine laudat et de quo vid. Meyer ad Cic. Brut.* 35, *quam M. Furium Bibaculum Augusti aequalem, Macrobio Sat.* 2, 1. *memoratum, de quo adi Bernhardy Röm. Liter. p.* 541 *ed.* 4. *M. Hertz. de L. Furio Philo cos. á. u.* 618 *cogitavit.* 4) *Qui fuit imperante Caracalla.*

ABEATIS, EIQVE POPOLO CIVITATIQVE METVM, FORMIDINEM, OBLIVIONEM INIICIATIS, 'PROPITIIQVE[1] ROMAM AD ME MEOSQVE VENIATIS, NOSTRAQVE VOBIS LOCA, TEMPLA SACRA, VRBS ACCEPTIOR PROBATIORQVE SIT, MIHIQVE POPOLOQVE ROMANO MILITIBVSQVE MEIS PRAEPOSITI SITIS, '(*idque faciatis extis*)[2] VT SCIAMVS INTELLIGAMVSQVE. SI ITA FECERITIS, VOVEO VOBIS TEMPLA LVDOSQVE FACTVRVM'. In eadem uerba hostias fieri oportet,[3] auctoritatemque uideri extorum, ut ea promittant futura. Vrbes uero exercitusque sic deuouentur, iam numinibus euocatis; sed dictatores imperatoresque soli possunt deuouere his uerbis: 'DIS PATER, VEIOVIS, MANES, SIVE VOS QVO ALIO NOMINE FAS EST NOMINARE, VT OMNES ILLAM VRBEM KARTHAGINEM EXERCITVMQVE, QVEM EGO ME SENTIO DICERE, FVGA, FORMIDINE TERROREQVE COMPLEATIS, QVIQVE ADVERSVM LEGIONES EXERCITVMQVE NOSTRVM ARMA TELAQVE FERENT, VTI VOS EVM EXERCITVM, EOS HOSTES, EOSQVE HOMINES, VRBES AGROSQVE EORVM ET QVI IN HIS LOCIS REGIONIBVSQVE, AGRIS VRBIBVSVE HABITANT, 'OBDVCATIS,[4] LVMINE SVPERO PRIVETIS, EXERCITVMQVE HOSTIVM, VRBES AGROSQVE EORVM, QVOS ME SENTIO DICERE, VTI VOS EAS VRBES AGROSQVE, 'CAPITA AETATESQVE[5] EORVM DEVOTAS CONSECRATASQVE HABEATIS ILLIS LEGIBVS, QVIBVS QVANDOQVE SVNT MAXIME HOSTES DEVOTI, EOSQVE EGO VICARIOS PRO ME, FIDE MAGISTRATVQVE MEO PRO POPOLO ROMANO, EXERCITIBVS LEGIONIBVSQVE NOSTRIS DO, DEVOVEO, VT ME MEAMQVE FIDEM IMPERIVMQVE, LEGIONES EXERCITVMQVE NOSTRVM, QVI IN HIS REBVS GERVNDIS SVNT, BENE SALVOS SIRITIS ESSE. SI HAEC ITA FAXITIS, VT EGO SCIAM, SENTIAM INTELLIGAMQVE, TVNC QVISQVIS HOC VOTVM FAXIT, VBIVBI FAXIT, RECTE FACTVM ESTO OVIBVS ATRIS TRIBVS. (*TE*)[6] TELLVS MATER TEQVE IVPITER OBTESTOR'. Cum Tellurem dicit, manibus terram tangit; [13] cum Iouem dicit, manus ad coelum tollit; cum uotum recipere

---

1) *Scripsi*; PRODITIQVE *edd. et mea* 1. 2) *Supplevi, quae similiter desinentia excidisse videntur.* 3) *Nam piaculum erat, alienigenam eos invocare.* 4) *Scripsi Iguv. Tafeln p.* 253. abducatis *edd.* 5) *Legendum videtur:* habitatoresque. 6) *Supplevi.*

dicit, manibus pectus tangit. In antiquitatibus autem haec oppida inueni deuota, 'Tonios,[1] Fregellas, Gabios, Veios, Fidenas; haec intra Italiam. praeterea Karthaginem et Corinthum; sed et multos exercitus oppidaque hostium Gallorum, Hispanorum, Afrorum, Maurorum, aliarumque gentium, quas prisci loquuntur annales. — Macrob. Sat. 3, 9. §§. 6—13.

Q. MVCIVS SCAEVOLA

(cos. a. u. 659. post pont. max. obiit a. u. 672).

De iure ciuili libri XVIII.

1. Nam Q. Scaeuolam[2] ad demonstrandam penum his uerbis usum audio: 'Penus est, inquit, quod[3] esculentum aut posculentum[4] est, quod ipsius patrisfamilias (*aut matrisfamilias*) aut liberum patrisfamilias[5] (*aut familiae*) eius, quae circum eos[6] aut liberos eius est et opus non facit, causa paratum est. (*Sed partim haec improbasse Seruium Sulpicium, qui 'At non omne', inquit, quod esus potusque eorum causa paratum est*) ut Mucius ait, penus uideri debet. Nam quae ad edendum bibendumque in dies singulos prandii aut cenae causa parantur, penus non sunt, sed ea potius, quae huiusce generis longae usionis gratia contrahuntur et reconduntur, ex eo, quod non in promptu sint, sed intus et penitus habeantur, penus dicta sunt'. — Gell. 4, 1. §. 17.

2. Itaque Q. Scaeuola in librorum, quos de iure ciuili composuit, XVI. uerba haec posuit: 'Quod cui seruandum datum est, si id usus est, siue quod utendum accepit, ad aliam rem atque accepit, usus est, furti se obligauit'. — Gell. 7 (6), 15. §. 2.

3. Legis ueteris Atiniae uerba sunt: 'Quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto'. Quis aliud putet in hisce

---

[1]) *Fortasse:* Thurios (*ab Hannibale receptos*); *nam ordinem geographicum sequi videtur. Ceterum incertum, an haec quoque Furii, an Sereni Sammonici sint.* [2]) *Libro secundo. Cf. L.* 3 *pr.* §. 6. *D. de penu leg.* (33, 9). [3]) *Retinui nunc Cdd. lectionem, Momsenum* (*Symbol. Hollwegio obl. Berol.* 1868. *p.* 91) *secutus, qui docuit, infra post v.* paratum est *quaedam excidisse, quae et ipsa ab eo fere mutuatus sum.* non quidque *et postea* sed *pro est edd.* 1. 2. [4]) *Cdd. Moms. malim* potulentum. [5]) *Sic rectius Moms., quam quod dederam edd.* 1. 2. patrisfamilias aut liberum matris(*ue*)familias. [6]) *Sic ex Cdd. Moms.* eum *edd.* 1. 2.

uerbis, quam de tempore tantum futuro legem loqui? Sed [14] Q. Scaeuola patrem suum et Brutum et Manilium, uiros adprime doctos, quaesisse ait dubitasseque, utrumne in post facta modo furta lex ualeret, an etiam in ante facta? quoniam 'subruptum erit' utrumque tempus uideretur ostendere, tam praeteritum quam futurum. — Gell. 17, 7. §. 1.

4. Illuseras heri etc.[1] — Cic. ad fam. 7, 22. Cf. supra Sex. Aelius Catus 2.

5. Scaeuola autem, P. f., iunctum esse putat uerbum, ut sit in eo et 'post' et 'limen': ut, quae a nobis alienata sunt, quum ad hostem peruenerint et ex suo tanquam limine exierint, dein quum redierint post ad idem limen, postliminio uideantur rediisse. — Cic. Top. 8. §. 37.

6. (Nexum) Mucius: quae per aes et libram fiant, ut obligentur praeter quae mancipio dentur. — Varro de L. L. 7, 5. §. 105.

7. (*Q.*) quoque Mucium iureconsultum dicere solitum legi, non esse usurpatam mulierem, quae cum Kalendis Ianuariis apud uirum matrimonii causa esse coepisset, ante diem IIII. Kalendas Ianuarias sequentes usurpatum isset: non enim posse impleri trinoctium, quod abesse a uiro usurpandi causa ex duodecim tabulis deberet, quoniam tertiae noctis posteriores sex horae alterius anni essent, qui inciperet ex Kalendis. — Gell. 3, 2. §§. 12. 13.

8. Itemque ut illud: Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt. Non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. Ne id quidem satis est. Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit. Abest etiam nunc. Qui capite non sunt deminuti. Hoc fortasse satis est. Nihil enim uideo Scaeuolam pontificem ad hanc definitionem addidisse. — Cic. Top. 6. §. 29.

Aliunde, ut uidetur.

9. Pontifices, ut Q. Scaeuola pontifex maximus dicebat, a posse et facere. — Varro de L. L. 5, 15. §. 83.

10. Praetor, qui tum (sc. diebus fastis tria uerba) fatus est, si imprudens fecit, piaculari hostia facta piatur; si prudens

---

[1]) *Recte Momsenus* (*Symb. Hollwegio obl. p. 93*) *iudicat, caput istud, in quo controversia exposita erat, exscriptum fuisse ex Mucii libris de iure civili* (*puta XVI, in quo de furtis egit*).

dixit, Q. Mucius ambigebat, eum expiari ut impium non posse. — Varro de L. L. 6, 4. §. 30.

11. Praeter multam uero affirmabatur, eum, qui talibus diebus (sc. feriis) imprudens aliquid egisset, porco piaculum
[15] dare debere; prudentem expiari non posse, Scaeuola pontifex affirmabat. — Macrob. Sat. 1, 16. §. 10.

12. Scaeuola denique consultus, quid feriis agi liceret, respondit, quod praetermissum noceret: si bos in specum decidisset eumque paterfamilias adhibitis operis liberasset, non est uisus ferias polluisse; nec ille, qui trabem tecti fractam fulciendo ab imminenti uindicauit ruina. — Macrob. Sat. 1, 16. §. 11.

13. Sed adrogationes non temere nec inexplorate committuntur; nam comitia arbitris pontificibus praebentur, quae curiata appellantur, aetasque eius, qui adrogare uult, an liberis potius gignundis idonea sit, bonaque eius, qui adrogatur, ne insidiose adpetita sint, consideratur, iusqueiurandum a Q. Mucio, pontifice maximo, conceptum dicitur, quod in adrogando iuraretur. — Gell. 5, 19. §§. 5. 6.

14. . . . saepe, inquit Publi filius, ex patre audiui, pontificem bonum neminem esse nisi qui ius ciuile cognosset. totumne? quid ita? quid enim ad pontificem de iure parietum aut aquarum aut ullo omnino nisi eo, quod cum religione coniunctum est? id autem quantulum est? de sacris credo, de uotis, de feriis et de sepulcris et si quid eiusmodi est. cur igitur haec tanta facimus, cum caetera perpauca sint, de sacris[1] autem, qui locus patet latius, haec sit una sententia, ut conseruentur semper et deinceps familiis prodantur, et, ut in lege posui, perpetua sint sacra. hoc post[2] pontificum auctoritate consecuta sunt, ut, ne morte patrisfamilias sacrorum memoria occideret, iis essent ea adiuncta, ad quos eiusdem morte pecunia uenerit. Hoc uno posito, quod est ad cognitionem disciplinae satis, innumerabilia nascuntur, quibus implentur iurisconsultorum libri. Quaeruntur enim, qui adstringantur sacris. Heredum causa iustissima est; nulla est enim persona, quae ad uicem eius, qui e uita emigrauit, propius accedat. Deinde qui

[1]) *Cf. Savigny Zeitschr. f. gesch. RW.* II. p. 363 *seq. et supra P. Mucium Scaevolam* 5. [2]) *Vid. infra ipsos Cic. de leg. libros.*

morte testamentoue eius tantundem capiat,[1] quantum omnes heredes. Id quoque ordine; est enim ad id, quod propositum est, accommodatum. Tertio loco, si nemo sit heres, is, qui de bonis, quae eius fuerint, quom moritur, usu ceperit plurimum possidendo. Quarto, [qui] si nemo sit, qui ullam rem ceperit, 'de creditoribus[2] eius qui plurimum seruet. Extrema persona est, ut, si qui ei, qui mortuus sit, pecuniam debuerit, [16]
neminique eam soluerit, proinde habeatur, quasi eam pecuniam ceperit. Haec nos a Scaeuola didicimus, non ita descripta ab antiquis. — Cic. de leg. 2, 19. §§. 47—49. c. 20 init.

15. Atque etiam hoc dant Scaeuolae, quom est partitio, ut, si in testamento deducta scripta non sit, ipsique minus ceperint, quam omnibus heredibus relinquatur, sacris ne alligentur. In donatione hoc iidem secus interpretantur: et quod paterfamilias in eius donatione, qui in eius potestate esset, approbauit, ratum est;[3] quod eo insciente factum est, si id is non approbat, ratum non est.[4] — Cic. de leg. 2, 20. §. 50.

16. *Nefrendes dictos asserit Q. Mucius* Scaeuola *arietes*, quod dentibus frendere non possint. — Fest. v. Nefrendes p. 162.

17. Petilam suram siccam et substrictam uulgo interpretantur. Scaeuola ait, ungulam albam equi ita dici. — Fest. v. Petilam p. 205.

18. Scaeuolam quoque et L. Aelium etc. — Vid. infra Ateium Capitonem 27.

19. Pueris non prius, quam togam uirilem sumerent, puellis non antequam nuberent, praenomina imponi moris

---

1) *Itaque unus tantum, ut sacrorum ratio desiderabat, quod et in sequentibus gradibus servatur: secus atque in heredibus; nam inter eos erat actio familiae herciscundae qua qui sacra fecerat, ceteros de indemnitate convenire poterat.* 2) creditoribus *Savign. cj. Sed. vid. lib. meum 'Recht d. Nexum' p.* 91. 3) *Qua ratione cum filius heres plus retinere videatur (suo enim facto habet hereditatem deminutam), partiarius sacris non obligatur.* 4) *Ideoque adhuc in peculio est ad eumque, cuius peculium fit (velut legatarii partiarii pro parte), etiam nolentem morte pervenit et sacris eum alligat: quanquam is, qui cum nulla testamento deductio scripta est, minus ex legato, quam omnibus heredibus relictum est, ipse capere potest, itaque sacris non alligatur.*

fuisse, Q. Scaeuola auctor est. — Auct. epit. de nomin. rat. post Valer. Max.

20. Relatum est in literas, doctissimum pontificem Scaeuolam disputasse, tria genera tradita deorum: unum a poetis, alterum a philosophis, tertium a principibus ciuitatis. Primum genus nugatorium dicit esse, quod multa de diis fingantur indigna; secundum non congruere ciuitatibus, quod habeat aliqua superuacua, aliqua etiam, quae obsit populis nosse. De superuacuis non magna causa est; solet enim et a iurisperitis dici 'superflua non nocent'. Quae sunt autem illa, quae prolata in multitudinem nocent? Haec, inquit: non esse deos
[17] Herculem, Aesculapium, Castorem, Pollucem; proditur enim a doctis, quod homines fuerint et humana condicione defecerint. Quid aliud? Quod eorum, qui sint dii, non habeant ciuitates uera simulacra, quod uerus deus nec sexum habeat, nec aetatem, nec definita corporis membra. Poëticum sane deorum genus cur Scaeuola respuat, eisdem literis non tacetur: quia sic uidelicet deos deformant, ut nec bonis hominibus comparentur, cum alium faciunt furari, alium adulterare; sic item aliquid aliter turpiter atque inepte dicere ac facere: tres inter se deas certasse de praemio pulcritudinis, uictas duas a Venere Troiam euertisse; Iouem ipsum conuerti in bouem aut cygnum, ut cum aliqua concumbat; deam homini nubere; Saturnum liberos deuorare; nihil denique posse confingi miraculorum atque uitiorum, quod non ibi reperiatur atque a deorum natura longe absit. — Augustin. de ciuit. dei 4, 27.

21. [1]Q. quidem Scaeuola pontifex maximus summam uim, dicebat, esse in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur EX FIDE BONA: fideique bonae nomen, existimabat, manare latissime, idque uersari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emptis uenditis, conductis locatis, quibus uitae societas contineretur. In his magni esse iudicis statuere (praesertim cum in plerisque essent iudicia contraria) quid quemque cuique praestare oporteret. — Cic. de offic. 3, 17. §. 70.

---

[1]) *Hunc locum errore antea omissum monente Ubbelohdio* (*Gött. gel. Anz.* 1863. *p.* 1149) *iam* (*ed.* 2) *supplevi.*

C. AQVILLIVS GALLVS

(praetor a. u. 688).

1. Stomachari Canius. Sed quid faceret? nondum enim Aquillius, collega et familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas. In quibus ipsis cum ex eo quaereretur, quid esset dolus malus? respondebat: cum esset aliud simulatum, aliud actum. — Cic. de offic. 3, 14. §. 60. Cf. c. 15. §. 61. de nat. deor. 3, 30. §. 74.

2. Solebat igitur Aquillius, collega et familiaris meus, [18]
quum de litoribus ageretur, quae omnia publica esse uultis, quaerentibus iis, ad quos id pertinebat, quid esset litus, ita definire: 'qua fluctus eluderet'. — Cic. Top. 7. §. 32. Cf. Boeth. III. p. 333. Orell. Quintil. I. O. 5, ult. §. 34.

3. — C. Visellius Varro, graui morbo correptus, trecenta milia nummum ab Otacilia Laterensi, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa ferri sibi passus est eo consilio, ut si decessisset, ab heredibus eam summam peteret; quam legati genus esse uoluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. Euasit deinde Visellius ex illa tempestate aduersus uota Otaciliae. Quae offensa, quod spem praedae suae morte non maturasset, ex amica obsequenti subito destrictam foeneratricem agere coepit nummos petendo, quos ut fronte inuerecunda, ita inani stipulatione captauerat. De qua re C. Aquillius, uir magnae auctoritatis et scientia iuris ciuilis excellens, iudex addictus, adhibitis in consilium principibus ciuitatis, prudentia et religione sua mulierem repulit. — Valer. Max. 8, 2. §. 2.

4. . . . ὅς (Γάϊος Ἀκύλιος) φησιν ἀμεληθεισῶν ποτε τῶν τάφρων καὶ μηκέτι διαρρεομένων, τοὺς τιμητὰς τὴν ἀνακάθαρσιν αὐτῶν καὶ τὴν ἐπισκευὴν χιλίων μισθῶσαι ταλάντων. — Dionys. Hal. 3, 67.

. . . qui (C. Aquilius) refert, neglectas aliquando cloacas nec amplius aquam transmittentes a censoribus purgandas et reficiendas mile talentis locatas esse.

*M. TVLLIVS CICERO

(natus a. u. 648. obiit 711).

DE LEGIBVS LIBRI.

Ex Ciceronis de legibus libris quae supersunt, editionibus prima atque altera omissa quid in causa fuerit, ut in hanc syllogen recipienda ducerem, in annalibus historiae iuris dicatis (Zeitschrift f. Rechtsgeschichte T. XI. p. 107) exposui. Ibidem de consilio auctoris, de tempore conscribendi edendique operis, denique de tota horum librorum ratione dictum est. In textu constituendo in universum quidem novissimi editoris Vahleni recognitionem (Berol. 1871) secutus, haud raro tamen ab ea recedendum putavi. Quarum omnium mutationum, paucis exceptis, in eodem quem laudavi, commentariolo ratio reddita est. Restat, ut lectorem moneam, codicum manu exaratorum qui soli fere fide digni videntur, duorum Vossianorum puta, alterum qui seculo undecimo scriptus putatur, litera *A*, alterum, quem duodecimo assignant, litera *B*, ex editionibus *V*. Vahlenianam *edd.* vulgares significari.

LIBER PRIMVS.

I. **1.** *Atticus.* Lucus quidem ille et haec Arpinatium quercus agnoscitur saepe a me lectus in Mario: si manet illa quercus, haec est profecto; etenim est sane uetus.

Quintus. Manet uero, Attice noster, et semper manebit: sata est enim ingenio; nullius autem agricolae cultu stirps tam diuturna quam poëtae uersu seminari potest.

A. Quo tandem modo, Quinte, aut quale est istuc, quod poëtae serunt? mihi enim uideris fratrem laudando suffragari tibi.

2. *Q.* Sit ita 'sane.[1] uerum tamen, dum Latinae loquentur litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur, eaque, ut ait Scaeuola de fratris mei Mario, 'canescet saeclis innumerabilibus;' nisi forte Athenae tuae sempiternam in arce oleam tenere potuerunt aut, quod Homericus Vlixes Deli se proceram et teneram palmam uidisse dixit, hodie monstrant eandem, multaque alia multis locis diutius commemoratione manent quam natura stare potuerunt. qua re glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit 'nuntia fulua Iouis, miranda uisa figura,' nunc sit haec. sed cum eam tempestas uetustasue consumpserit, tamen erit his in locis quercus, quam Marianam quercum uocant.

---

[1]) sane uerum *AB* uerum *om. edd.*

3. *A.* Non dubito id quidem; sed haec iam (*non*) ex te, Quinte, quaero, uerum ex ipso poëta, tuine uersus hanc quercum seuerint, an ita factum de Mario, ut scribis, acceperis.

Marcus. Respondebo tibi equidem, sed non ante quam mihi tu ipse responderis, Attice, certen (*non*) longe a tuis aedibus inambulans post excessum suum Romulus Proculo Iulio dixerit se deum esse et Quirinum uocari templumque sibi dedicari in eo loco iusserit, et uerumne sit, ut Athenis non longe item a tua illa antiqua domo Orithyiam Aquilo sustulerit; sic enim est traditum.

4. *A.* Quorsum tandem aut cur ita quaeris?

M. Nihil sane, nisi ne nimis diligenter inquiras in ea, quae isto modo memoriae sint prodita.

A. Atqui multa quaeruntur in Mario, fictane an uera sint, et a non nullis, quod et in recenti memoria et in Arpinati homine uersere, ueritas a te postulatur.

M. Et me hercule ego me cupio non mendacem putari, sed tamen (*non*) nulli isti, Tite noster, faciunt imperite, qui in isto periculo non ut (*a*) poëta, sed ut a teste ueritatem exigant; nec dubito, quin idem et cum Egeria conlocutum Numam et ab aquila Tarquinio apicem inpositum putent.

5. *Q.* Intellego te, frater, alias in historia leges obseruandas putare, alias in poëmate.

M. Quippe cum in illa (*omnia*) ad ueritatem, Quinte, referantur, in hoc ad delectationem pleraque: quamquam et apud Herodotum, patrem historiae, et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae.

II. *A.* Teneo quam optabam occasionem neque omittam.

M. Quam tandem, Tite?

A. Postulatur a te iam diu uel flagitatur potius historia; sic enim putant, te illam tractante effici posse, ut in hoc etiam genere Graeciae nihil cedamus. atque ut audias, quid ego ipse sentiam, non solum mihi uideris eorum studiis, qui litteris delectantur, sed etiam patriae debere hoc munus, ut ea, quae salua per te est, per te eundem sit ornata; abest enim historia litteris nostris, ut et ipse intellego et ex te persaepe audio. potes autem tu profecto satis facere in ea, quippe cum sit opus, ut tibi quidem uideri solet, unum hoc oratorium maxime. **6.** quam ob rem adgredere, quaesumus, et sume ad hanc rem

tempus, quae est a nostris hominibus adhuc aut ignorata aut relicta; nam post annalis pontificum maximorum, quibus nihil potest esse ieiunius, si aut ad Fabium aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem aut ad Pisonem aut ad Fannium aut ad Vennonium uenias, quamquam ex his alius alio plus habet uirium, tamen quid tam exile quam isti omnes? Fanni autem aetati coniunctus Antipater paulo inflauit uehementius habuitque uires agrestis ille quidem atque horridas, sine nitore ac palaestra, sed tamen admonere reliquos potuit, ut adcuratius scriberent. ecce autem successere huic belli, Clodius, Asellio: nihil ad Caelium, sed potius ad antiquorum languorem et inscitiam. **7.** nam quid Macrum numerem, cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis, in orationibus autem multas ineptias, (*in men*)dacio[1] summam inpudentiam. Sisenna, eius amicus, omnes adhuc nostros scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facile superauit; is tamen neque orator in numero uestro umquam est habitus et in historia puerile quiddam consectatur, ut unum Clitarchum neque praeterea quemquam de Graecis legisse uideatur, eum tamen uelle dum taxat imitari: quem si adsequi posset, aliquantum ab optumo tamen abesset. qua re tuum est munus hoc, a te expectatur, nisi quid Quinto uidetur secus.

III. **8.** *Q.* Mihi uero nihil, et saepe de isto conlocuti sumus; sed est quaedam inter nos parua dissensio.

A. Quae tandem?

Q. A quibus temporibus scribendi capiat exordium: ego enim ab ultimis censeo, quoniam illa sic scripta sunt, ut ne legantur quidem, ipse autem aequalem aetatis suae memoriam deposcit, ut ea conplectatur, quibus ipse interfuit.

A. Ego uero huic potius adsentior; sunt enim maxumae res in hac memoria atque aetate nostra, tum autem hominis amicissimi Cn. Pompei laudes inlustrabit, incurret etiam in illum (*diuinum*) et memorabilem annum suum: quae ab isto malo praedicari quam, ut aiunt, de Remo et Romulo.

M. Intellego equidem a me istum laborem iam diu postu-

---

[1]) *Ex Sigonii cj.* dacio *A* datio *B* elatio *ed.*

lari, Attice: quem non recusarem, si mihi ullum tribueretur uacuum tempus et liberum; neque enim occupata opera neque inpedito animo res tanta suscipi potest: utrumque opus est, et cura uacare et negotio.

9. *A.* Quid? ad cetera, quae scripsisti plura quam quisquam e nostris, quod tibi tandem tempus uacuum fuit concessum?

M. Subsiciva quaedam tempora incurrunt, quae ego perire non patior, ut, si qui dies ad rusticandum dati sint, ad eorum numerum adcommodentur quae scribimus: historia uero nec institui potest nisi praeparato otio nec exiguo tempore absolui; et ego animi pendere soleo, cum semel quid orsus *sum*, si traducor alio, neque tam facile interrupta contexo quam absoluo instituta.

10. *A.* Legationem aliquam nimirum 'ista oratio[1] postulat aut eius modi quampiam cessationem liberam atque otiosam.

M. Ego uero aetatis potius uacationi confidebam, cum praesertim non recusarem, quo minus more patrio sedens in solio consulentibus responderem senectutisque non inertis grato atque honesto fungerer munere. sic enim mihi liceret et isti rei, quam desideras, et multis uberioribus atque maioribus operae quantum uellem dare.

IV. 11. *A.* Atqui uereor, ne istam causam nemo noscat tibique semper dicendum sit, et eo magis, quod te ipse mutasti et aliud dicendi instituisti genus, ut, quem ad modum Roscius, familiaris tuus, in senectute numeros in cantu 'leniuerat[2] ipsasque tardiores fecerat tibias, sic tu a contentionibus, quibus summis uti solebas, cottidie relaxes aliquid, ut iam oratio tua non multum a philosophorum lenitate absit: quod sustinere quom uel summa senectus posse uideatur, nullam tibi a causis uacationem uideo dari.

12. *Q.* At me hercule ego arbitrabar posse id populo nostro probari, si te ad ius respondendum dedisses: quam ob rem, quom placebit, experiendum tibi censeo id.

M. Si quidem, Quinte, nullum esset in experiundo periculum: sed uereor ne, dum minuere uelim laborem, augeam atque ad illam causarum operam, ad quam ego numquam nisi

---

[1]) *An* historiae ratio? [2]) cecinerat *AB remissius* cecinerat *ed. V.*

paratus et meditatus adcedo, adiungatur haec iuris interpretatio, quae non tam mihi molesta sit propter laborem, quam quod dicendi cogitationem auferat, sine qua ad nullam maiorem umquam causam sum ausus accedere.

13. *A.* Quin igitur ista ipsa explicas nobis his subsiciuis, ut ais, temporibus et conscribis de iure ciuili subtilius quam ceteri? nam a primo tempore aetatis iuri studere te memini, quom ipse etiam ad Scaeuolam uentitarem, neque umquam mihi uisus es ita te ad dicendum dedisse, ut ius ciuile contemneres.

M. In longum sermonem me uocas, Attice, quem tamen, nisi Quintus aliud quid nos agere mauult, suscipiam et, quoniam uacui sumus, dicam.

Q. Ego uero libenter audierim; quid enim agam potius aut in quo melius hunc consumam diem?

14. *M.* Quin igitur ad illa spatia nostra sedesque pergimus, ubi, cum satis erit ambulatum, requiescemus; nec profecto nobis delectatio deerit aliud ex alio quaerentibus.

A. Nos uero et hac quidem ad Lirem si placet per ripam et umbram. sed iam ordire explicare, quaeso, de iure ciuili quid sentias.

M. Egone? summos fuisse in ciuitate nostra uiros, qui id interpretari populo et responsitare soliti sint, sed eos magna professos in paruis esse uersatos. quid enim est tantum, quantum ius ciuitatis? quid autem tam exiguum, quam est munus hoc eorum, qui consuluntur? quamquam est populo necessarium. nec uero eos, qui ei muneri praefuerunt, uniuersi iuris fuisse expertis existimo, sed hoc ciuile quod uocant eatenus exercuerunt, quoad populo praestare (*se*)[1] uoluerunt; id autem in cognitione tenue est, in usu necessarium. quam ob rem quo me uocas? aut quid hortaris? ut libellos conficiam de stillicidiorum ac de parietum iure? an ut stipulationum et iudiciorum formulas conponam? quae et conscripta a multis sunt diligenter et sunt humiliora quam illa, quae a nobis expectari puto.

V. **15.** *A.* Atqui, si quaeres, ego quid expectem, quoniam scriptum est a te de optimo rei publicae statu, consequens esse uidetur, ut scribas tu idem de legibus: sic enim fecisse

---

[1]) se *addidi.*

uideo Platonem illum tuum, quem tu admiraris, quem omnibus anteponis, quem maxime diligis.

M. Visne igitur, ut ille Cretae cum Clinia et cum Lacedaemonio Megillo aestiuo, quem ad modum describit, die in cupressetis Gnosiorum et spatiis siluestribus, crebro insistens, interdum adquiescens, de institutis rerum publicarum ac de optimis legibus disputat, sic nos inter has procerissimas populos in uiridi opacaque ripa inambulantes, tum autem residentes, quaeramus isdem de rebus aliquid uberius quam forensis usus desiderat?

16. *A.* Ego uero ista audire cupio.

M. Quid ait Quintus?

Q. Nulla de re magis.

M. Et recte quidem: nam sic habetote, nullo in genere disputando posse ita patefieri, quid sit homini natura tributum, quantam uim rerum optimarum mens humana contineat, cuius muneris colendi efficiendique causa nati et in lucem editi simus, quae sit coniunctio hominum, quae naturalis societas inter ipsos; his enim explicatis fons legum et iuris inueniri potest.

17. *A.* Non ergo a praetoris edicto, ut plerique nunc, neque a duodecim tabulis, ut superiores, sed penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas.

M. Non enim id quaerimus hoc sermone, Pomponi, quem ad modum caueamus in iure aut quid de quaque consultatione respondeamus. sit ista res magna, sicut est, quae quondam a multis claris uiris, nunc ab uno summa auctoritate et scientia sustinetur, sed nobis ita conplectenda in hac disputatione tota causa est uniuersi iuris ac legum, ut hoc ciuile quod dicimus in paruum quendam et angustum locum concludatur: natura[1] enim iuris explicanda nobis est eaque ab hominis repetenda natura, considerandae leges, quibus ciuitates regi debeant, tum haec tractanda quae conposita sunt et descripta iura et iussa populorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt quae uocantur iura ciuilia.

VI. **18** *Q.* Alte uero et, ut oportet, a capite, frater, re-

---

[1]) naturae, natura *AB.*

petis quod quaerimus; et qui aliter ius ciuile tradunt, non tam iustitiae quam litigandi tradunt uias.

M. Non ita est, Quinte, ac potius ignoratio iuris litigiosa est quam scientia. sed hoc posterius: nunc iuris principia uideamus.

Igitur doctissimis uiris proficisci placuit a lege, haud scio an recte, si modo, ut idem definiunt, lex est ratio summa, insita in natura, quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria: eadem (*enim*)[1] ratio cum est in hominis mente confirmata et perfecta, lex est. **19.** itaque arbitrantur prudentiam esse legem, cuius ea uis sit, ut recte facere iubeat, uetet delinquere; eamque rem illi Graeco putant nomine (*a*) suum cuique tribuendo appellatam, ego nostro a legendo: nam ut illi aequitatis, sic nos delectus uim in lege ponimus, et proprium tamen utrumque legis est. quod si ita recte dicitur, ut mihi quidem plerumque uideri solet, a lege ducendum est iuris exordium; ea est enim naturae uis, ea mens ratioque prudentis, ea iuris atque iniuriae regula. sed quoniam in populari ratione omnis nostra uersatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit et appellare eam legem, quae scripta sancit quod uult aut iubendo (*aut prohibendo*), ut uulgus appellat; constituendi uero iuris ab illa summa lege capiamus exordium, quae saeclis omnibus ante nata est quam scripta lex ulla aut quam omnino ciuitas constituta.

20. *Q.* Commodius uero et ad rationem instituti sermonis sapientius.

M. Visne ergo ipsius iuris ortum a fonte repetamus? quo inuento non erit dubium, quo sint haec referenda, quae quaerimus.

Q. Ego uero ita esse faciendum censeo.

A. Me quoque adscribe fratris sententiae.

M. Quoniam igitur eius rei publicae, quam optumam esse docuit in illis sex libris Scipio, tenendus est nobis et seruandus status omnesque leges adcommodandae ad illud ciuitatis genus, serendi etiam mores nec scriptis omnia sancienda, repetam stirpem iuris a natura, qua duce nobis omnis est disputatio explicanda.

---

[1]) enim *addidi.*

A. Rectissime, et quidem ista duce errari nullo pacto potest.

VII. **21.** *M.* Dasne igitur hoc nobis, Pomponi, nam Quinti noui sententiam, deorum inmortalium ui, natura, ratione, potestate, mente, numine, siue quod est aliud uerbum, quo planius significem quod uolo, naturam omnem regi? nam si hoc non probas, ab eo nobis causa ordienda est potissimum.

A. Do sane, si postulas; etenim propter hunc concentum auium strepitumque fluminum non uereor condiscipulorum ne quis exaudiat.

M. Atqui cauendum est; solent enim, id quod uirorum bonorum est, admodum irasci, nec uero ferent, si audierint, te primum caput libri optimi prodidisse, in quo scripsit, 'nihil curare deum nec sui nec alieni.'

22. *A.* Perge, quaeso: nam id, quod tibi concessi, quorsus pertineat expecto.

M. Non faciam longius; huc enim pertinet, animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem uocamus hominem, praeclara quadam condicione generatum esse a supremo deo. solum est enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis et cogitationis, quom cetera sint omnia expertia. quid est autem, non dicam in homine, sed in omni caelo atque terra, ratione diuinius? quae quom adoleuit atque perfecta est, nominatur rite sapientia. **23.** est igitur, quoniam nihil est ratione melius eaque[1] et in homine et in deo, prima homini cum deo rationis societas. inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio[2] communis est; quae cum sit lex, lege quoque consociati homines cum dis putandi sumus. inter quos porro est communio legis, inter eos communio iuris est; quibus autem haec sunt inter eos communia, ei ciuitatis eiusdem habendi sunt. si uero isdem imperiis et potestatibus parent, multo iam magis; parent autem huic caelesti descriptioni mentique diuinae et praepotenti deo. ut iam uniuersus hic mundus (*sit*) una ciuitas communis deorum atque hominum existimanda. et quod in ciuitatibus ratione quadam, de qua dicetur idoneo loco,

---

1) *AB* est *ex Madvigii cj. addidit V.* 2) et *addunt AB, ed. V.* par et *cj. idem.*

agnationibus familiarum distinguuntur status, id in rerum natura tanto est magnificentius tantoque praeclarius, ut homines deorum agnatione et gente teneantur. VIII. **24.** nam cum de natura hominis quaeritur, disputari solet, (*et*) nimirum ita est ut disputatur, perpetuis cursibus conuersionibus(*que*) caelestibus extitisse quandam maturitatem serendi generis humani, quod sparsum in terras atque satum diuino auctum sit animorum munere, quomque alia, quibus cohaererent homines, e mortali genere sumpserint, quae fragilia essent et caduca, animum esse ingeneratum a deo. ex quo uere uel agnatio nobis cum caelestibus uel genus uel stirps appellari potest. itaque ex tot generibus nullum est animal praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei, ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non, etiam si ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat. **25.** ex quo efficitur illud, ut is agnoscat deum, qui, unde ortus sit, quasi recordetur ac noscat.[1] iam uero uirtus eadem in homine ac deo est neque alio ullo in genere praeterea; est autem uirtus nihil aliud nisi perfecta et ad summum perducta natura: est igitur homini cum deo similitudo. quod cum ita sit, quae tandem esse potest propior certiorue cognatio? itaque ad hominum commoditates et usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ea, quae gignuntur, donata consulto nobis, non fortuito nata uideantur, nec solum ea, quae frugibus atque bacis terrae fetu profunduntur, sed etiam pecudes 'quoque[2] perspicuum sit partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad uescendum procreatas. **26.** artes uero innumerabiles repertae sunt docente natura, quam imitata ratio res ad uitam necessarias sollerter consecuta est. IX. ipsum autem hominem eadem natura non solum celeritate mentis ornauit, sed et sensus tamquam satellites adtribuit ac nuntios, et rerum plurimarum obscuras (*set*) necessarias[3] intellegentias ei[3] donauit quasi fundamenta quaedam scientiae, figuramque corporis habilem et aptam ingenio humano dedit: nam cum ceteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit ad caeli-

---

1) agnoscat *AB. et* agnoscat *ed. V.* 2) quod *AB.* 3) obscuras nec satis intellegencias (*mutatum in* gendas) et *AB.* obscuras nec satis ** intellegentias et *ed. V. Cf.* 1, 22, 59. *de fin.* 5, 21, 59.

(*que*) quasi cognationis domiciliique pristini conspectum excitauit; tum speciem ita formauit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret: **27.** nam et oculi nimis[1] arguti, quem ad modum animo affecti simus, locuntur, et is, qui appellatur uultus, qui nullo in animante esse praeter hominem potest, indicat mores, quoius uim Graeci norunt, nomen omnino non habent. omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem uocis, orationis uim, quae conciliatrix est humanae maxime societatis; neque enim omnia sunt huius disputationis ac temporis et hunc locum satis, ut mihi uidetur, in iis libris, quos legistis, expressit Scipio. nunc quoniam hominem, quod principium reliquarum rerum esse uoluit, generauit et ornauit deus, perspicuum sit illud, ne omnia disserantur, ipsam per se naturam longius progredi, quae etiam nullo docente profecta ab iis, quorum ex prima et inchoata intellegentia genera cognouit, confirmat ipsa per se rationem et perficit.

X. **28.** *A.* Dii inmortales, quam tu longe iuris principia repetis, atque ita, ut ego non modo ad illa non properem, quae expectabam a te de iure ciuili, sed facile patiar te hunc diem uel totum in isto sermone consumere; sunt enim haec maiora, quae aliorum causa fortasse conplecteris, quam ipsa illa, quorum haec causa praeparantur.

M. Sunt haec quidem magna, quae nunc breuiter attinguntur, sed omnium, quae in hominum doctorum disputatione uersantur, nihil est profecto praestabilius quam plane intellegi, nos ad iustitiam esse natos neque opinione, set natura constitutum esse ius. id iam patebit, si hominum inter ipsos societatem coniunctionem(*que*) perspexeris. **29.** nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quam omnes inter nosmet ipsos sumus. quod si deprauatio consuetudinum, si opinionum uanitas non inbecillitatem animorum torqueret et flecteret, quocumque coepisset, sui nemo ipse tam similis esset quam omnes essent omnium. itaque quaecumque est hominis definitio, una in omnis ualet. **30.** quod argumenti satis est, nullam dissimilitudinem esse in genere; quae si esset, non una omnis definitio contineret; etenim ratio, qua una praestamus beluis, per quam coniectura ualemus, argumentamur, refellimus, dis-

[1]) *Fuitne* inprimis, *ut* p̃ *supra lineam scriptum exciderit?*

serimus, conficimus aliquid, concludimus, certe est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par. nam et sensibus eadem omnia conprehenduntur, et ea, quae mouent sensus, itidem mouent omnium, quaeque in animis inprimuntur, de quibus ante dixi, inchoatae intellegentiae, similiter in omnibus inprimuntur, interpresque mentis oratio uerbis discrepat sententiis congruens; nec est quisquam gentis ullius, qui ducem nactus ad uirtutem peruenire non possit. XI. **31.** nec solum in rectis, sed etiam in prauitatibus insignis est humani generis similitudo. nam et uoluptate capiuntur omnes, quae etsi est inlecebra turpitudinis, tamen habet quiddam simile naturalis boni; 'ingenita est enim[1] et suauitate delectans: sic ab errore mentis tamquam salutare aliquid adsciscitur; similique inscitia mors fugitur quasi dissolutio naturae, uita expetitur, quia nos in quo nati sumus continet, dolor in maximis malis ducitur, cum sua asperitate, tum quod naturae interitus uidetur sequi; **32.** propterque honestatis et gloriae similitudinem beati qui honorati sunt uidentur, miseri autem qui sunt inglorii. molestiae, laetitiae, cupiditates, timores similiter omnium mentes peruagantur, nec, si opiniones aliae sunt aput alios, idcirco qui canem et faelem ut deos colunt, non eadem superstitione, qua ceterae gentes, conflictantur. quae autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum et beneficii memorem diligit? quae superbos, quae maleficos, quae crudeles, quae ingratos non aspernatur, non odit? quibus ex rebus cum omne genus hominum sociatum inter se esse intellegatur, illud extremum est, quod recte uiuendi ratio meliores efficit. quae si adprobatis, pergam ad reliqua: sin quid requiritis, id explicemus prius.

A. Nos uero nihil, ut pro utroque respondeam.

XII. **33.** *M.* Sequitur igitur ad participandum alium (*cum*)[2] alio communicandumque inter omnes ius nos natura esse factos. atque hoc in omni hac disputatione sic intellegi uolo, quod dicam naturam, **[3] esse, tantam autem esse corruptelam malae consuetudinis, ut ab ea tamquam igniculi ex-

---

[1]) leuitatis est enim *AB* leuitate est enim *ed. V.* [2]) *Addidi.*
[3]) *Supplendum videtur* iustitiam ceterasque uirtutes ingenitas nobis natura.

tinguantur a natura dati exorianturque et confirmentur uitia contraria. quod si, quo modo est natura, sic iudicio homines humani, ut ait poëta,[1] nihil a se alienum putarent, coleretur ius aeque ab omnibus. quibus enim ratio natura data est, isdem etiam recta ratio data est, ergo et lex, quae est recta ratio in iubendo et uetando; si lex, ius quoque: at[2] omnibus ratio; ius igitur datum est omnibus. recteque Socrates exsecrari eum solebat, qui primus utilitatem a iure seiunxisset; id enim querebatur caput esse exitiorum omnium. unde 'enim[3] illa Pythagorae iam (*trita*) uox de amicitia **[4] locus. **34.** ex quo perspicitur, quom[5] hanc beniuolentiam tam late longe(*que*) diffusam uir sapiens in aliquem pari uirtute praeditum contulerit, tum illud effici[6], quod quibusdam incredibile uideatur, sit autem necessarium, ut nihilo sepse plus quam alterum diligat: quid enim est quod differat, quom sint cuncta paria? quod si interesse quippiam tantulum modo potuerit in (*amicitia*), amicitiae nomen iam occiderit, cuius est ea uis, ut, simul atque sibi aliquid alter maluerit, nulla sit. quae praemuniuntur omnia reliquo sermoni disputationique nostrae, quo facilius ius in natura esse positum intellegi possit; de quo quom perpauca dixero, tum ad ius ciuile ueniam, ex quo haec omnis est nata oratio.

XIII. **35.** *Q.* Tu uero iam perpauca scilicet; ex his enim, quae dixisti, (*an*) Attico (*nescio*)[7], uidetur mihi quidem certe, ex natura ortum esse ius.

A. An mihi aliter uideri possit, cum haec iam perfecta sint, primum quasi muneribus deorum nos esse instructos et ornatos, secundo autem loco unam esse hominum inter ipsos uiuendi parem communem(*que*) rationem, deinde omnes inter se naturali quadam indulgentia et beniuolentia, tum etiam societate iuris contineri? quae quom uera esse recte, ut arbitror, concesserimus, qui iam licet nobis a natura leges et iura seiungere?

---

[1]) ut *inserunt AB.* [2]) et *AB ed. V.* [3]) *Malim* etiam. [4]) *Lacunam V. non inscite sic explendam putat:* nimirum huic communioni est in hominum societate non solum in amicitia *Sed tamen plura intercidisse videntur; et fortasse vox* locus *ex adnotatione librarii superest:* periit de amicitia locus. [5]) *Fortasse* quor. [6]) *Malim* efficitur. [7]) dixisti Attico, uidetur *ed. V. ex AB.*

36. *M.* Recte dicis, et res se sic habet. uerum philosophorum more, non ueterum quidem illorum, sed eorum, qui quasi officinas instruxerunt sapientiae, quae fuse olim disputabantur ac libere, ea nunc articulatim distincta dicuntur; nec enim satis fieri censent huic loco, qui nunc est in manibus, nisi separatim hoc ipsum, natura esse ius, disputarint.

A. Et scilicet tua libertas disserendi amissa est, aut tu is es, qui in disputando non tuum iudicium sequare, set auctoritati aliorum pareas.

37. *M.* Non semper, Tite, sed iter huius sermonis quod sit uides; ad res publicas firmandas et ad stabiliendas urbes sanandos(*que*) populos omnis nostra pergit oratio. quocirca uereor committere, ut non bene prouisa et diligenter explorata principia ponantur, nec tamen ut omnibus probentur, nam id fieri non potest, sed ut eis, qui omnia recta atque honesta per se expetenda duxerunt et aut nihil omnino in bonis numerandum, nisi quod per se ipsum laudabile esset, aut certe nullum habendum magnum bonum, nisi quod uere laudari sua sponte posset: **38.** iis omnibus, siue in Academia uetere cum Speusippo, Xenocrate, Polemone manserunt, siue Aristotelem et Theophrastum, cum illis congruentis re, genere docendi paulum differentis, secuti sunt, siue, ut Zenoni uisum est, rebus non commutatis inmutauerunt uocabula, siue etiam Aristonis difficilem atque arduam, sed iam tamen fractam et conuictam sectam secuti sunt, ut uirtutibus exceptis atque uitiis cetera in summa aequalitate ponerent, iis omnibus haec, quae dixi, probentur. **39.** sibi autem indulgentis et corpori deseruientis atque omnia, quae sequantur in uita quaeque fugiant, uoluptatibus et doloribus ponderantis, etiam si uera dicunt, nihil enim opus est hoc loco litibus, in hortulis suis iubeamus dicere, atque etiam ab omni societate rei publicae, quoius partem nec norunt ullam neque umquam nosse uoluerunt, paulisper facessant rogemus. perturbatricem autem harum omnium rerum Academiam, hanc ab Arcesila et Carneade recentem, exoremus ut sileat; nam si inuaserit in haec, quae satis scite nobis instructa et composita uidentur, nimias edet ruinas: quam quidem ego placare cupio, summouere non audeo. XIV. **40.** *** nam et in iis sine illius suffimentis expiati sumus: at uero scelerum in homines

atque inpietatum[1] nulla expiatio est; itaque poenas luunt non tam iudiciis, quae quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt, ubi sunt, tamen persaepe falsa sunt, (*set*) ut eos agitent insectenturque furiae, non ardentibus taedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiae fraudisque cruciatu. quod si homines ab iniuria poena, non natura arcere deberet, quaenam sollicitudo uexaret impios sublato suppliciorum metu? quorum tamen nemo tam audax umquam fuit, quin aut abnueret a se commissum esse facinus, aut iusti sui doloris causam aliquam fingeret defensionemque facinoris a naturae iure aliquo quaereret: quae si appellare audent impii, quo tandem studio colentur a bonis? quod si poena, si metus supplici, non ipsa turpitudo deterret ab iniuriosa facinerosaque uita, nemo est iniustus, aut incauti potius habendi sunt inprobi. **41.** tum autem qui non ipso honesto mouemur, ut boni uiri simus, sed utilitate aliqua atque fructu, callidi sumus, non boni: nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet nisi testem et iudicem? quid in deserto quo loco nactus, quem 'multo[2] auro spoliare possit, inbecillum atque solum? noster quidem hic natura iustus uir ac bonus etiam conloquetur, iuuabit, in uiam deducet, is uero, qui nihil alterius causa facit et metitur suis commodis omnia, uidetis, credo, quid sit acturus: quod si negabit se illi uitam erepturum et aurum ablaturum, numquam ob eam causam negabit, quod id natura turpe iudicet, sed quod metuat, ne emanet, id est, ne malum habeat. o rem dignam, in qua non modo docti, sed etiam agrestes erubescant. XV. **42.** Iam uero illud stultissimum, existimare omnia iusta esse, quae sita sint in populorum institutis aut legibus. etiamne, si quae leges sint tyrannorum? si triginta illi Athenis leges inponere uoluissent aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco eae leges iustae haberentur? nihilo, credo, magis illa, quam interrex noster tulit, ut dictator quem uellet ciuium (*indemnatum*) aut indicta causa inpune posset occidere: est enim unum ius, quo deuincta est hominum societas et quod lex constituit una; quae lex est recta ratio imperandi atque prohibendi: quam qui ignorat, is est iniustus, siue est illa scripta uspiam siue nusquam. quod si iustitia est obtemperatio

---

1) *in deos* impietatum *ed. V.* 2) *Lege* uita, *cui* m *adhaesit* (*vid. seq.*).

scriptis legibus institutisque populorum et si, ut eidem dicunt, utilitate omnia metienda sunt, negleget leges easque perrumpet, si poterit, is, qui sibi eam rem fructuosam putabit fore; ita fit, ut nulla sit omnino iustitia, si 'non natura est, eaque[1], quae propter utilitatem constituitur, utilitate illa conuellitur. **43.** Atque si natura confirmatura ius non erit, tollentur **:[2] ubi enim liberalitas, ubi patriae caritas, ubi pietas, ubi aut bene merendi de altero aut referendae gratiae uoluntas poterit existere? nam haec nascuntur ex eo, quia natura propensi sumus ad diligendos homines, quod fundamentum iuris est. neque solum in homines obsequia, sed etiam in deos caerimoniae religionesque tollentur, quas (*non*) metu, set ea coniunctione, quae est homini cum deo, conseruandas puto. XVI. Quod si populorum iussis, si principum decretis, si sententiis iudicum iura constituerentur, ius esset latrocinari, ius adulterare, ius testamenta falsa supponere, si haec suffragiis aut scitis multitudinis probarentur. **44.** quae si tanta potestas est stultorum sententiis atque iussis, ut eorum[3] suffragiis rerum natura uertatur, cur non sanciunt, ut, quae mala perniciosaque sunt, habeantur pro bonis et salutaribus? aut quor ius ex iniuria lex facere possit, bonum eadem facere non possit ex malo? atqui nos legem bonam a mala nulla alia nisi naturae norma diuidere possumus; nec solum ius et iniuria natura diiudicatur, sed omnino omnia honesta et turpia. nam et (*ut*) communis intellegentia nobis notas res efficit eas, quas[4] in animis nostris inchoauit, (*ita*)[5] honesta in uirtute ponuntur, in uitiis turpia. **45.** ea autem in opinione existimare, non in natura posita dementis est; nam nec arboris nec equi uirtus quae dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione sita est, sed in natura: quod si ita est, honesta quoque et turpia natura diiudicanda sunt. nam si opinione uniuersa virtus, eadem eius etiam partes probarentur: quis igitur prudentem et, ut ita dicam, catum non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet? est enim uirtus perfecta ratio, quod certe in natura

---

[1]) neque ... *et post* ea *AB, vitio sc. ex transpositione orto.* neque ... ea*que ed. V.* [2]) *Excidisse fere* uirtutes omnes, quae in hominum societate cernuntur *V. cj. Mulim:* tollantur (*sic AB*) necesse est uirtutes omnes *etc.* [3]) quorum (*corr.* eorum) *AB ed. V.* [4]) eas quae *A* easque *B ed. V.* [5]) *Addidi.*

est: igitur omnis honestas eodem modo. XVII. Nam ut uera et falsa, ut consequentia et contraria sua sponte, non aliena iudicantur, sic constans et perpetua ratio uitae, quae uirtus est, itemque inconstantia, quod est uitium, sua natura ** probauit,[1] nos ingenia iuuenum non item? **46.** an ingenia natura, uirtutes et uitia, quae existunt ab ingeniis, aliter iudicabuntur? at(*si*)[2] ea non aliter, honesta et turpia non ad naturam referri necesse erit? quod laudabile bonum est, in se habeat quod laudetur necesse est; ipsum enim bonum non est opinionibus, sed natura. nam, ni ita esset, beati quoque opinione essent, quo quid dici potest stultius? qua re quom et bonum et malum natura iudicetur et ea sint principia naturae, certe honesta quoque et turpia simili ratione iudicanda et ad naturam referenda sunt. **47.** Sed perturbat nos opinionum uarietas hominumque dissensio, et quia non idem contingit in sensibus, hos natura certos putamus, illa, quae aliis sic, aliis secus nec isdem semper uno modo uidentur, ficta esse dicimus: quod est longe aliter. nam sensus nostros non parens, non nutrix, non magister, non poëta, non scena deprauat, non multitudinis consensus abducit: at uero[3] animis omnes tenduntur insidiae uel ab iis, quos modo enumeraui, qui teneros et rudes quom acceperunt, inficiunt et flectunt, ut uolunt, uel ab ea, quae penitus in omni sensu inplicata insidet, imitatrix boni, uoluptas, malorum autem mater omnium; quoius blanditiis corrupti, quae natura bona sunt, quia dulcedine hac et scabie carent, non cernunt satis.

XVIII. **48.** Sequitur, ut conclusa mihi iam haec sit omnis oratio, id quod ante oculos ex iis est, quae dicta sunt, et ius et omne honestum sua sponte esse expetendum; etenim omnes uiri boni ipsam aequitatem et ius ipsum amant, nec est uiri boni errare et diligere quod per se non sit diligendum: per se igitur ius est expetendum et colendum; quod si ius, etiam iustitia; sin ea, reliquae quoque uirtutes per se colendae sunt. quid? liberalitas gratuitane est an mercennaria? si sine praemio benignus est, gratuita; si cum mercede, conducta. nec est

---

[1]) *V. supplendum existimat;* natura (*iudicabitur. an agricola surculi ingenium natura*) probabit. *Pro* '*iudicabitur*' *malim* '*iudicatur*'. [2]) ad (*corr.* ab) *B* an *A ed. V.* [3]) abducit (*a uero*) at uero *cj. V.*

dubium, quin is, qui liberalis benignusue dicitur, officium, non fructum sequatur; ergo item iustitia nihil expetit praemii, nihil pretii: per se igitur expetitur. eademque omnium uirtutum causa atque sententia est. **49.** atque etiam si emolumentis, non suapte (*ui*) uirtus expetitur, una erit uirtus, quae malitia rectissime dicetur; ut enim quisque maxume ad suum commodum refert quaecumque agit, ita minime est uir bonus, ut qui uirtutem praemio metiuntur, nullam uirtutem nisi malitiam putent: ubi enim beneficus, si nemo alterius causa benigne facit? ubi gratus, si non eum ipsum cernunt grati, quoi referunt gratiam? ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? qui etiam deserendus et abiciendus est desperatis emolumentis et fructibus: quo quid potest dici immanius? quod si amicitia per se colenda est, societas quoque hominum et aequalitas et iustitia per se expetenda: quod ni ita est, omnino iustitia nulla est; id enim iniustissimum ipsum est, iustitiae mercedem quaerere. XIX. **50.** quid uero de modestia, quid de temperantia, quid de continentia, quid de uerecundia, pudore pudicitiaque dicemus? infamiaene metu non esse petulantis an legum et iudiciorum? innocentes ergo et uerecundi sunt, ut bene audiant, et ut rumorem bonum colligant, erubescunt, pudet etiam loqui de pudicitia: at me istorum philosophorum pudet, qui ullum iudicium uitari nisi uitio ipso uitato putant.[1] **51.** quid enim? possumus eos, qui a stupro arcentur infamiae metu, pudicos dicere, quom ipsa infamia propter rei turpitudinem consequatur? nam quid aut laudari rite aut uituperari potest, si ab eius natura recesseris, quod aut laudandum aut uituperandum putes? an corporis prauitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit, cuius turpitudo ex ipsis uitiis facillime percipi potest? quid enim foedius auaritia, quid immanius libidine, quid contemptius timiditate, quid abiectius tarditate et stultitia dici potest? quid ergo? eos, qui singulis uitiis excellunt aut etiam pluribus, propter damna aut detrimenta aut cruciatus aliquos miseros esse dicimus an propter

[1]) qui illum (illum *B*) iudicium uitare nisi uitio ipso mutatū (*A* nutatum *corr.* mut *B*) putant *AB* qui *neminem* ullum iudicium multare nisi uitio ipso notatum putant *ed. V.*

uim turpitudinemque uitiorum? quod item ad contrariam laudem in uirtutem dici potest. **52.** Postremo, si propter alias res uirtus expetitur, melius esse aliquid quam uirtutem necesse est: pecuniamne igitur an honores an formam an ualitudinem? quae et, quom adsunt, perparua sunt, et, quam diu adfutura sint, certum sciri nullo modo potest; an, id quod turpissimum dictu est, uoluptatem? at in ea quidem spernenda et repudianda uirtus uel maxime cernitur.

Sed uidetisne quanta series rerum sententiarumque sit atque ut ex alio alia nectantur? quin labebar longius, nisi me retinuissem.

XX. *Q.* Quo tandem? lubenter enim, frater, quod istam orationem, tecum prolaberer.

M. Ad finem[1] bonorum, quo referuntur et quoius apiscendi causa sunt facienda omnia, controuersam rem et plenam dissensionis inter doctissimos, sed aliquando iam iudicandam.

53. *A.* Qui istuc fieri potest L. Gellio mortuo?

M. Quid tandem id ad rem?

A. Quoniam Athenis audire ex Phaedro meo memini, Gellium, familiarem tuum, quom pro consule ex praetura in Graeciam uenisset (*esset*)que Athenis, philosophos, qui tum erant, in locum unum conuocasse ipsisque magno opere auctorem fuisse, ut aliquando controuersiarum aliquem facerent modum: quod si essent eo animo, ut nollent aetatem in litibus conterere, posse rem conuenire, et simul operam suam illis esse pollicitum, si posset inter eos aliquid conuenire.

M. Ioculare istuc quidem, Pomponi, et a multis saepe derisum: sed ego plane uellem me arbitrum inter antiquam Academiam et Zenonem datum.

A. Quo tandem istuc modo?

M. Quia de re una solum dissident, de ceteris mirifice congruunt.

A. Ain tandem? unane est solum dissensio?

54. *M.* Quae quidem ad rem pertineat, una: quippe quom antiqui omne, quod secundum naturam esset, quo iuuaremur

---

1) tecū *addit B.*

in uita, bonum esse decreuerint, hic (*nil*) nisi quod honestum esset putarit[1] bonum.

A. Non paruam uero controuersiam dicis, set eam,[2] quae dirimat omnia.

M. Probe quidem sentires, si re ac non uerbis dissiderent.

XXI. *A*. Ergo adsentiris Antiocho familiari meo, magistro enim non audeo dicere, quocum uixi et qui me ex nostris paene conuellit hortulis deduxitque in Academiam perpauculis passibus.

M. Vir iste fuit ille (*quidem*) prudens et acutus et in suo genere perfectus mihique, ut scis, familiaris, quoi tamen ego adsentiar in omnibus necne, mox uidero: hoc dico, controuersiam totam istam posse sedari.

55. *A*. Quin istuc tandem (*non*) uile'st?[3]

M. Quia, si, ut Chius Aristo dixit solum bonum esse quod honestum esset, malumque quod turpe, ceteras res omnis plane paris ac ne minimum quidem utrum adessent an abessent interesse, ualde a Xenocrate et Aristotele et ab illa Platonis familia discreparet esset(*que*) inter eos de re maxima et de omni uiuendi ratione dissensio: nunc uero, quom decus, quod antiqui summum bonum esse dixerant, hic solum bonum dicat, itemque dedecus illi summum malum, hic solum, diuitias, ualetudinem, pulchritudinem commodas res appellet, non bonas, paupertatem, debilitatem, dolorem incommodas, non malas, sentit idem quod Xenocrates, quod Aristoteles, loquitur alio modo. ex hac autem non rerum, sed uerborum discordia controuersia est nata de finibus; in qua, quoniam usum[4] capionem duodecim tabulae intra quinque pedes esse noluerunt, depasci ueterem possessionem Academiae ab hoc acuto homine non sinemus, nec Mamilia lege singuli, sed e XII tres arbitri finis regemus.

56. *Q*. Quamnam igitur sententiam dicimus?

M. Requiri placere terminos, quos Socrates pegerit, iisque parere.

Q. Praeclare, frater, iam nunc a te uerba usurpantur ciuilis iuris et legum, quo de genere expecto disputationem tuam;

---

[1]) hic nisi quod honestum esset *nihil esse* putarit *ed. V.* [2]) parum uero controuersiam dicis sat non eam *AB* Paruam uero c. d. at non eam *ed. V.* [3]) Qui istuc tandem uides? *edd.* quin istuc tandem (tandē* *A*) uides *AB.* [4]) usus *AB. ed. V.* usu *ed. mea* 3.

nam ista quidem magna diiudicatio est, ut ex te ipso saepe cognoui. sed certe ita res se habet: ut ex natura uiuere summum bonum sit, id est, uita modica et apta uirtute perfrui, aut naturam sequi et eius quasi lege uiuere id est, nihil, quantum in ipso sit, praetermittere quo minus ea, quae natura postulet, consequatur, 'quom[1] inter haec uelit uirtute tamquam lege uiuere. quapropter hoc diiudicari nescio an numquam, sed hoc sermone certe non potest, si quidem id, quod suscepimus, perfecturi sumus.

XXII. 57. *A.* At ego huc declinabam nec inuitus.

Q. Licebit alias: nunc id agamus, quod coepimus, quom praesertim ad id nihil pertineat haec de summo malo bonoque dissensio.

M. Prudentissime, Quinte, dicis; nam quae a me adhuc dicta sunt ** te[2] Lycurgi leges neque Solonis neque Charondae neque Zaleuci nec nostras duodecim tabulas nec plebiscita desidero, sed te existimo cum populis tum etiam singulis hodierno sermone leges uiuendi et disciplinam daturum.

58. *M.* Est huius uero disputationis, Quinte, proprium id, quod expectas, atque utinam esset etiam facultatis meae. sed profecto ita se res habet, ut, quoniam uitiorum emendatricem legem esse oportet commendatricemque uirtutum, ab ea uiuendi doctrina ducatur. ita fit, ut mater omnium bonarum rerum (*sit*) sapientia, (*a*) quoius amore Graeco uerbo philosophia nomen inuenit, qua nihil a dis inmortalibus uberius, nihil florentius, nihil praestabilius hominum uitae datum est. haec enim una nos cum ceteras res omnes, tum, quod est difficillimum, docuit, ut nosmet ipsos nosceremus: cuius praecepti tanta uis et tanta sententia est, ut ea non homini quoipiam, sed Delphico deo tribueretur. 59. nam qui se ipse norit, primum aliquid se habere sentiet diuinum ingeniumque in se suum sicut simulacrum aliquod dicatum putabit, tantoque munere deorum semper dignum aliquid et faciet et sentiet, et, quom se ipse perspexerit totumque temptarit, intelleget, quem ad modum a

---

1) quod *AB ed. V.* 2) sunt ṭẹ *corr.* nec *AB Haec fere periisse puto:* nec (*ipse alia mente disputaui, quam ut adpareret, populis nulla alia constitui oportere, quam quae uere bona*) sunt. *Q.* Nec Lycurgi.

natura subornatus in uitam uenerit quantaque instrumenta habeat ad optinendam adipiscendamque sapientiam, quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intellegentias animo ac mente conceperit, quibus inlustratis sapientia duce bonum uirum et ob eam ipsam causam cernat se beatum fore. XXIII. **60.** nam quom animus cognitis perceptisque uirtutibus a corporis obsequio indulgentiaque discesserit uoluptatemque sicut labem aliquam dedecoris oppresserit omnemque mortis dolorisque timorem effugerit societatemque caritatis coierit cum suis omnisque natura coniunctos suos duxerit cultumque deorum et puram religionem susceperit et exacuerit illam, ut oculorum, sic ingenii aciem ad bona eligenda et reicienda contraria, quae uirtus ex prouidendo est appellata prudentia, quid eo dici aut cogitari poterit beatius? **61.** idemque quom caelum, terras, maria rerumque omnium naturam perspexerit, eaque unde generata, quo recursura, quando, quo modo obitura, quid in iis mortale et caducum, quid diuinum aeternumque sit, uiderit ipsumque ea moderantem et regentem paene prenderit seseque non his circumdatum moenibus popularem alicuius definiti loci, set ciuem totius mundi quasi unius urbis agnouerit, in hac ille magnificentia rerum atque in hoc conspectu et cognitione naturae, dii inmortales, quam se ipse noscet, quod Apollo praecepit Pythius, quam contemnet, quam despiciet, quam pro nihilo putabit ea, quae uolgo dicuntur amplissima. XXIV. **62.** Atque haec omnia quasi saepimento aliquo uallabit disserendi ratione, ueri et falsi iudicandi scientia et arte quadam intellegendi, quid quamque rem sequatur et quid sit quoique contrarium. quomque se ad ciuilem societatem natum senserit, non solum illa subtili disputatione sibi utendum putabit, sed etiam fusa latius perpetua oratione, qua regat populos, qua stabiliat leges, qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros uiros, quae praecepta salutis et laudis apte ad persuadendum edat suis ciuibus, qua hortari ad decus, reuocare a flagitio, consolari possit adflictos factaque et consulta fortium et sapientium cum improborum ignominia sempiternis monumentis prodere. quae quom tot res tantaeque sint, quae inesse in homine perspiciantur ab iis, qui se ipsi uelint nosse, earum parens est educatrixque sapientia.

63. *A.* Laudata quidem a te grauiter et uere: sed quorsus hoc pertinet?

M. Primum ad ea, Pomponi, de quibus acturi iam sumus, quae tanta esse uolumus; non enim erunt, nisi ea fuerint, unde illa manant, amplissima; deinde facio et lubenter et, ut spero, recte, quod eam, quoius studio teneor quaeque me eum, quicumque sum, effecit, non possum silentio praeterire.

A. Vero facis et merito et pie, fuitque id, ut dicis, in hoc sermone faciundum.

LIBER SECVNDVS.

I. 1. *A.* Sed uisne, quoniam et satis iam ambulatum est et tibi aliud dicendi initium sumendum est, locum mutemus et in insula, quae est in Fibreno, nam, opinor, id illi alteri flumini nomen est, sermoni reliquo demus operam sedentes?

M. Sane quidem; nam illo loco libentissime soleo uti, siue quid mecum ipse cogito, siue aut quid scribo aut lego.

2. *A.* Equidem, qui nunc potissimum huc uenerim, satiari non queo, magnificasque uillas et pauimenta marmorea et laqueata tecta contemno; ductus uero aquarum, quos isti Nilos et Euripos uocant, quis non, cum haec uideat, inriserit? itaque, ut tu paulo ante de lege et de iure disserens ad naturam referebas omnia, sic in his ipsis rebus, quae ad requietem animi delectationemque quaeruntur, natura dominatur. qua re antea mirabar, nihil enim his in locis nisi saxa et montes cogitabam itaque ut facerem et orationibus inducebar tuis et uersibus, sed mirabar, ut dixi, te tam ualde hoc loco delectari: nunc contra miror te, cum Roma absis, usquam potius esse.

3. *M.* Ego uero, cum licet pluris dies abesse, praesertim hoc tempore anni, et amoenitatem hanc (*et*) salubritatem[1] sequor, raro autem licet. sed nimirum me alia quoque causa delectat, quae te non attingit ita.

A. Quae tandem ista causa est?

M. Quia, si uerum dicimus, haec est mea et huius fratris mei germana patria: hic enim orti stirpe antiquissima sumus; hic sacra, hic genus, hic maiorum multa uestigia. quid plura? hanc uides uillam, ut nunc quidem est, lautius aedificatam patris nostri studio, qui cum esset infirma ualetudine, hic fere

---

[1]) hanc *add. AB Fuitne* tunc?

aetatem egit in litteris: sed hoc ipso in loco, cum auos uiueret et antiquo more parua esset uilla, ut illa Curiana in Sabinis, me scito esse natum; qua re inest nescio quid et latet in animo ac sensu meo, quo me plus hic locus fortasse (*recte*) delectet, si quidem etiam ille sapientissimus uir, Ithacam ut uideret, inmortalitatem scribitur repudiasse.

II. **4**. *A*. Ego uero tibi istam iustam causam puto, cur huc libentius uenias atque hunc locum diligas: quin ipse, uere dicam, sum illi uillae amicior modo factus atque huic omni solo, in quo tu ortus et procreatus es; mouemur enim nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt uestigia. me quidem ipsae illae nostrae Athenae non tam operibus magnificis exquisitisque antiquorum artibus delectant quam recordatione summorum uirorum, ubi quisque habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solitus, studioseque eorum etiam sepulchra contemplor: qua re istum, ubi tu es natus, plus amabo posthac locum.

M. Gaudeo igitur, me incunabula paene mea tibi ostendisse.

5. *A*. Equidem me cognosse admodum gaudeo. sed illud tamen quale est, quod paulo ante dixisti, hunc locum, idem ego te accipio dicere Arpinum, germanam patriam esse uestram? numquid duas habetis patrias, an est una illa patria communis? nisi forte sapienti illi Catoni fuit patria non Roma, sed Tusculum.

M. Ego me hercule et illi et omnibus municipibus duas esse censeo patrias, unam natu(*rae*, *alte*)ram ciuitatis. ut ille Cato, quom esset Tusculi natus, in populi Romani ciuitatem susceptus, itaque[1] ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris, ut uestri Attici, prius quam Theseus eos demigrare ex agris et in astu, quod appellatur, omnis se conferre iussit, et sui (*oppidi*) erant idem[2] et Attici, sic nos et eam patriam ducimus, ubi nati, (*et illam, a qua excepti*) sumus. sed necesse est caritate eam praestare, (*e*)[3] qua rei publicae nomen uniuersae ciuitati[4] est, pro qua mori et cui nos totos dedere et in qua nostra omnia ponere et quasi consecrare debemus. dulcis autem non multo secus

---

[1]) susceptus est, ita, quom *AB ed. V*. [2]) et symfranti dem *A* et simf*rant idem *B* et sui erant idem *ed. V*. [3]) *ex Madvig. cj. addidi* [4]) ciuitatis *AB eda.*

est ea, quae genuit, quam illa, quae excepit. itaque ego hanc meam esse patriam prorsus numquam negabo, dum illa sit maior, haec in ea contineatur; **[1] habet ciuitatis, set unam illam ciuitatem putat.

III. 6. *A.* Recte igitur Magnus ille noster me audiente posuit in iudicio, quom pro Ampio tecum simul diceret, rem publicam nostram iustissimas huic municipio gratias agere posse, quod ex eo duo sui conseruatores extitissent: uti iam uidear adduci, hanc quoque, quae te procrearit, esse patriam tuam. sed uentum in insulam est; hac uero nihil est amoenius. ut enim hoc quasi rostro finditur Fibrenus, et diuisus aequaliter in duas partes latera haec adluit rapideque dilapsus cito in unum confluit et tantum conplectitur quod satis sit modicae palaestrae loci. quo effecto, tamquam id habuerit operis ac muneris, ut hanc nobis efficeret sedem ad disputandum, statim praecipitat in Lirem et, quasi in familiam patriciam uenerit, amittit nomen obscurius Liremque multo gelidiorem facit; nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa accesserim, ut uix pede temptare id possim, quod in Phaedro Platonis facit Socrates.

7. *M.* Est uero ita; sed tamen huic amoenitati, quem ex Quinto saepe audio, Thyamis Epirotes tuus ille nihil, opinor, concesserit.

Q. Est ita, ut dicis; caue enim putes, Attici nostri Amalthio platanisque illis quicquam esse praeclarius. sed, si uidetur, considamus hic in umbra atque ad eam partem sermonis, ex qua egressi sumus, reuertamur.

M. Praeclare exigis, Quinte; at ego effugisse arbitrabar, et tibi horum nihil deberi potest.

Q. Ordire igitur; nam hunc tibi totum dicamus diem.

M. 'A Ioue Musarum primordia,' sicut in Aratio carmine orsi sumus.

Q. Quorsum istuc?

M. Quia nunc item ab eodem et a ceteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.

---

1) *Supple: 'neque enim etiam duas, cum ab altera quis excipiatur' postea pro* et *AB edd. scripsi* set. *Similis locus Ausonii clar. urb. v.* 38 . . . 40.

8. *Q.* Optime uero, frater, et fieri sic decet.

IV. *M.* Videamus igitur rursus, prius quam adgrediamur ad leges singulas, uim naturamque legis, ne, quom referenda sint ad eam nobis omnia, labamur interdum errore sermonis ignoremusque uim 'relationis[1] eius, qua iura nobis definienda sint.

Q. Sane quidem hercle, et est ista recta docendi uia.

M. Hanc igitur uideo[2] sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam nec scitum aliquod esse populorum, sed aeternum quiddam, quod uniuersum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia. ita principem legem illam et ultimam mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis aut uetantis dei: ex qua illa lex, quam di humano generi dederunt, recte est laudata; est enim ratio mensque sapientis ad iubendum et ad deterrendum idonea.

9. *Q.* Aliquotiens iam iste locus a te tactus est, sed ante quam ad populares leges uenias, uim istius caelestis legis explana, si placet, ne aestus nos consuetudinis absorbeat et ad sermonis morem usitati trahat.

M. A paruis enim, Quinte, didicimus 'si in ius uocat' atque[3] eius modi leges alias nominare; sed uero intellegi sic oportet, et hoc et alia iussa ac uetita populorum uim habere ad recte facta uocandi et a peccatis auocandi, quae uis non modo senior est quam aetas populorum et ciuitatium, sed aequalis illius caelum atque terras tuentis et regentis dei. **10.** neque enim esse mens diuina sine ratione potest, nec ratio diuina non hanc uim in rectis prauisque sanciendis habet[4]; nec, quia nusquam erat scriptum, ut contra omnis hostium copias in ponte unus adsisteret a tergoque pontem interscindi iuberet, idcirco minus Coclitem illum rem gessisse tantam fortitudinis lege atque imperio putabimus, nec, si regnante L. Tarquinio nulla erat Romae scripta lex de stupris, idcirco non contra illam legem sempiternam Sex. Tarquinius uim Lucretiae, Tricipitini filiae, attulit. erat enim ratio, profecta a rerum natura et ad recte faciendum inpellens et a delicto auocans, quae non tum denique incipit lex esse, quom scripta est, sed tum, cum orta est; orta autem est simul cum mente diuina. quam

---

1) sermonis *AB* rationis *ed. V.* 2) ex *add. AB ed. V.* 3) atque at *AB* 4) *Malim* habere.

ob rem lex uera atque princeps apta ad iubendum et ad uetandum ratio est recta summi Iouis.

V. **11.** *Q.* Adsentior, frater, ut, quod est rectum uerumque, (*aeternum quoque*) sit neque cum litteris, quibus scita scribuntur, aut oriatur aut occidat.

M. Ergo ut illa diuina mens summa lex est, item, quom in homine est perfecta **[1] in mente sapientis; quae sunt autem uarie et ad tempus descriptae populis, fauore magis quam re legum nomen tenent. omnem enim legem, quae quidem recte lex appellari possit, esse laudabilem quibusdam talibus argumentis docent. constat profecto, ad salutem ciuium ciuitatumque incolumitatem uitamque hominum quietam et beatam inuentas esse leges, eosque, qui primum eius modi scita sanxerint, populis ostendisse, ea se scripturos atque laturos, quibus illi adscitis susceptisque honeste beateque uiuerent; quaeque ita conposita sanctaque essent, eas leges uidelicet nominarent. ex quo intellegi par est, eos, qui perniciosa et iniusta populis iussa descripserint, quom contra fecerint quam polliciti professique sint, quiduis potius tulisse quam leges: ut perspicuum esse possit, in ipso nomine legis interpretando inesse uim et sententiam iusti et ueri legendi. quaero igitur a te, Quinte, sicut illi solent: **12.** quo si ciuitas careat, ob eam ipsam causam, quod eo careat, pro nihilo habenda sit, id estne numerandum in bonis?

Q. Ac maxumis quidem.

M. Lege autem carens ciuitas estne ob (*id*) ipsum habenda nullo loco?

Q. Dici aliter non potest.

M. Necesse est igitur legem haberi in rebus optimis.

Q. Prorsus adsentior.

13. *M.* Quid? quod multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis, quae non magis legis nomen attingunt, quam si latrones aliquas consessu suo sanxerint. nam si neque medicorum praecepta dici uere possent, quae[2] inscii inperitique pro salutaribus mortifera conscripserunt, neque in populo

---

[1]) ratio, lex est: ea uero est perfecta *supplet V.* [2]) nam neque medicorum praecepta dici uere possent, si quae *AB*, *item mutato* possent *in* possunt *ed. V.*

lex, cuicuimodi fuerit illa, etiam si perniciosum aliquid populus acceperit. ergo est lex iustorum iniustorumque distinctio, ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quae supplicio inprobos adficiunt, defendunt ac tuentur bonos.

VI. *Q.* Praeclare intellego, nec uero iam aliam esse ullam legem puto non modo habendam, sed ne appellandam quidem.

14. *M.* Igitur tu Titias et Apuleias leges nullas putas?

Q. Ego uero ne Liuias quidem.

M. Et recte, quae praesertim uno uersiculo senatus puncto temporis sublatae sint: lex autem illa, cuius uim explicaui, neque tolli neque abrogari potest.

Q. Eas tu igitur leges rogabis uidelicet, quae numquam abrogentur.

M. Certe, si modo acceptae a duobus uobis erunt. sed, ut uir doctissimus fecit Plato atque idem grauissimus philosophorum omnium, qui princeps de re publica conscripsit idemque separatim de legibus eius, id mihi credo esse faciundum, ut, prius quam ipsam legem recitem, de eius legis laude dicam; quod idem et Zaleucum et Charondam fecisse uideo, quom quidem illi non studii et delectationis, sed rei publicae causa leges ciuitatibus suis scripserunt: quos imitatus Plato uidelicet hoc quoque legis putauit esse, persuadere aliquid, non omnia ui ac minis cogere.

15. *Q.* Quid? quod Zaleucum istum negat ullum fuisse Timaeus?

M. At Theophrastus, auctor haud deterior mea quidem sententia (meliorem multi nominant) commemorat et[1] uero ipsius ciues, nostri clientes, Locri. sed siue fuit siue non fuit, nihil ad rem: loquimur quod traditum est.

7. Sit igitur hoc iam a principio persuasum ciuibus, dominos esse omnium rerum ac moderatores deos eaque, quae gerantur, eorum geri iudicio ac numine, eosdemque optime de genere hominum mereri et qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religiones, intueri piorumque et impiorum habere rationem. his enim rebus inbutae mentes haud sane abhorrebunt ab utili aut a uera sen-

---

[1]) commemorant *AB ed. V.*

tentia: quid est enim uerius quam neminem esse oportere tam stulte adrogantem, ut in se rationem et mentem putet inesse, in caelo mundoque non putet, aut ut ea, quae uix summa ingenii (*ratione comprehendantur, nulla*) ratione moueri putet. quem uero astrorum ordines, quem dierum noctiumque uicissitudines, quem mensum temperatio quemque ea, quae gignuntur nobis ad fruendum, non gratum esse cogunt, hunc hominem omnino numerari qui decet? quomque omnia, quae rationem habent, praestent iis, quae sint rationis expertia, nefasque sit dicere, ullam rem praestare naturae omnium rerum, rationem inesse in ea confitendum est. utilis esse autem has opiniones quis neget, quom intellegat, quam multa firmentur iure iurando, quantae saluti sint foederum religiones, quam multos diuini supplici metus a scelere reuocarit quamque sancta sit societas ciuium inter ipsos diis inmortalibus, interpositis iis[1] tum iudicibus, (*tum*) testibus. en habes[2] legis prohoemium; sic enim haec appellat Plato.

17. *Q.* Habeo uero, frater, et in hoc admodum delector, quod in aliis rebus aliisque sententiis uersaris atque ille; nihil enim tam dissimile quam uel ea, quae ante dixisti, uel hoc ipsum de deis exordium: unum illud mihi uideris imitari, orationis genus.

M. Velle fortasse; quis enim id potest aut umquam poterit imitari? nam sententias interpretari perfacile est; quod quidem ego facerem, nisi plane esse uellem meus. quid enim negotii est eadem prope uerbis isdem conuersa dicere?

Q. Prorsus adsentior; uerum, ut modo tute dixisti, te esse malo tuum. sed iam exprome, si placet, istas leges de religione.

18. *M.* Expromam equidem, ut potero, et quoniam et locus et sermo familiaris est, leges legum[3] uoce proponam.

Q. Quidnam id est?

M. Sunt certa legum uerba, Quinte, neque ita prisca, ut in ueteribus XII sacratisque legibus, et tamen, quo plus auctoritatis habeant, paulo antiquiora quam hic sermo est: eum morem igitur cum breuitate, si potuero, consequar. leges autem

---

[1]) interpositis *AB edd. sed postea* testib; his (is *B*) *AB*
[2]) 7habes *AB* habes *edd.* [3]) legum leges *AB ed. V.*

a me edentur non perfectae, nam esset infinitum, sed ipsae summae rerum atque sententiae.

Q. Ita uero necesse est; qua re audiamus.

VIII. **19.** *M.* Ad diuos adeunto caste, pietatem adhibento, opes amouento. qui secus faxit, deus ipse uindex erit.

Separatim nemo habessit deos neue nouos neue aduenas nisi publice adscitos; priuatim colunto, quos rite a patribus (*cultos acceperint.*

In urbibus) delubra[1] habento: lucos in agris habento et Larum sedes. ritus familiae patrumque seruanto.

Diuos et eos, qui caelestes semper habiti, colunto, et ollos, quos endo caelo merita locauerint, Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum, ast olla, propter quae datur homini ascensus in caelum, Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem: earumque laudum delubra sunto, ne uncula uitiorum.

Sacra sollemnia obeunto. feriis iurgia amouento easque in famulis operibus patratis habento; itaque ut ita cadat[2] in annuis anfractibus descriptum esto. certasque fruges certasque bacas sacerdotes publice libanto: hoc certis sacrificiis ac diebus, **20.** itemque alios ad dies ubertatem lactis feturaeque seruanto; idque ne committi possit, ad eam rem ratione[3] cursus annuos sacerdotes finiunto, quaeque quoique diuo decorae grataeque sint hostiae prouidento. diuisque aliis (*alii*) sacerdotes, omnibus pantifices, singulis flaminis sunto; uirginesque Vestalis in urbe custodiunto ignem foci publici sempiternum.

Quoque haec priuatim et publice modo rituque fiant, discunto ignari a publicis sacerdotibus. eorum autem genera sunto tria, unum,

---

1) *Partim Madvigium secutus supplevi.* ** *Delubra ed. V.*
2) *Malim* ut rite kalentur. 3) *Ex Turnebi cj.* rationem *AB ed. V.*

quod praesit caerimoniis et sacris, alterum, quod interpretetur fatidicorum et uatium ecfata incognita, quorum senatus populusque asciuerit: interpretes autem Iouis optimi maxumi, publici augures, signis et auspiciis postera uidento, disciplinam tenento; **21.** sacerdotesque, uineta uirgetaque et salutem populi auguranto; quique agent rem duelli quique propopularem[1], auspicium praemonento ollique optemperanto; diuorumque iras prouidento sisque apparento, caelique fulgera regionibus ratis temperanto, urbemque et agros et[2] templa liberata et effata habento; quaeque augur iniusta, nefasta, uitiosa, dira defixerit, inrita infectaque sunto, quique non paruerit, capital esto.

IX. Foederum, pacis, belli, indotiarumque ratorum[3] fetiales iudices, nontii sunto: bella disceptanto.

Prodigia et portenta ad Etruscos[4] aruspices, si senatus iussit, deferunto, Etruriaque principis disciplinam doceto. quibus diuis creuerint, procuranto, idemque fulgura atque obstita pianto.

Nocturna mulierum sacrificia ne sunto praeter olla, quae pro populo rite fient: neue quem initianto nisi, ut adsolet, Cereri Graeco sacro.

22. Sacrum commissum, quod neque expiari poterit, impie commissum esto: quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto.

Loedis publicis, quod sine curriculo et sine certatione corporum fiat, popularem laetitiam in cantu et fidibus et tibiis moderanto eamque cum diuum honore iungunto.

Ex patriis ritibus optuma colunto.

Praeter Idaeae matris famulos, eosque iustis diebus, ne quis stipem cogito.

---

1) *AB* popularem *edd.* 2) [et] *ed. V.* 3) indȯtiarū oratorum *AB ed. V.* 4) prodigia portenta ad Etruscos et aruspices *AB* [et] *ed. V.*

Sacrum sacroue commendatum qui clepsit rapsitue parricida esto.

Periurii poena diuina exitium, humana dedecus (*esto*)[1].

Incestum pontifices supremo supplicio sanciunto.

Impius ne audeto placare donis iram deorum.

Caute uota reddunto: poena uiolati iuris esto. quocirca ne quis agrum consecrato. auri, argenti, eboris sacrandi modus esto.

Sacra priuata perpetua manento.

Deorum Manium iura sancta sunto. 'sepoltos[2] leto datos diuos habento; sumptum in ollos luctumque minuunto.

X. **23.** *Q.* Conclusa quidem est a te, frater, magna lex sane quam breui, set, ut mihi quidem uidetur, non multum discrepat ista constitutio religionum a legibus Numae nostrisque moribus.

M. An censes, quom in illis de re publica libris persuadere uideatur Africanus, omnium rerum publicarum nostram ueterem illam fuisse optumam, non necesse esse optumae rei publicae leges dare consentaneas?'

Q. Immo prorsus ita censeo.

M. Ergo adeó expectate leges, quae genus illud optumum rei publicae contineant, et, si quae forte a me hodie rogabuntur, quae non sint in nostra re publica nec fuerint, tamen erant[3] fere in more maiorum, qui tum ut lex ualebat.

24. *A.* Suade igitur, si placet, istam ipsam legem, ut ego 'utei [tu] rogas' possim dicere.

M. Ain tandem, Attice, non es dicturus aliter?

A. Prorsus maiorem quidem rem nullam sciscam aliter, in minoribus, si uoles, remittam hoc tibi.

Q. Atque mea quidem (*eadem*) sententia est.

M. At, ne longum fiat, uidete.

A. Utinam quidem! quid enim agere malumus?

M. Caste iubet lex adire ad deos, animo uidelicet, in quo

---

1) *Ex Lambini cj. addidi; nam in lege deesse non potest.*
2) nos *AB ed. V.* 3) erunt *AB edd.*

sunt omnia; nec tollit castimoniam corporis, sed hoc oportet intellegi, quom multum animus corpori praestet obserueturque, ut casta corpora adhibeantur, multo esse in animis id seruandum magis: nam illud uel aspersione aquae uel dierum numero repolitur[1]; animi labes rec diuturnitate euanescere nec amnibus ullis elui potest. **25.** quod autem pietatem adhiberi, opes amoueri iubet, significat probitatem gratam esse deo, sumptum esse remouendum: qui enim paupertatem cum diuitiis etiam inter homines esse aequalem uelimus, cur eam sumptu ad sacra addito deorum aditu arceamus? praesertim cum ipsi deo nihil minus gratum futurum sit quam non omnibus patere ad se placandum et colendum uiam. quod autem non iudex, sed deus ipse uindex constituitur, praesentis poenae metu religio confirmari uidetur.

Suos (*quos*)que[2] deos aut nouos aut alienigenas coli confusionem habet religionum et ignotas caerimonias 'sacerdotibus. **26.** suos uero a[3] patribus acceptos deos ita placet coli, si huic legi paruerint ipsi patres.

Delubra esse in urbibus censeo, nec sequor Magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia debere esse patentia ac libera quorumque hic mundus omnis templum esset et domus. **XI.** Melius Graii atque nostri, qui ut augerent pietatem in deos, easdem illos urbis, quas nos, incolere uoluerunt; adfert enim haec opinio religionem utilem ciuitatibus: si quidem et illud bene dictum est a Pythagora, doctissimo uiro, tum maxume et pietatem et religionem uersari in animis, cum rebus diuinis operam daremus, et quod Thales, qui sapientissimus in septem fuit,[4] homines existimare oportere omnia, (*quae*) cernerent, deorum esse plena; fore enim omnis castiores uelutique in fanis essent, maxime religiosos;[5] est enim quaedam opinione species deorum in oculis, non solum in mentibus. **27.** eandemque rationem luci habent in agris; neque ea, quae a maioribus prodita est cum dominis tum famulis, posita in fundi uillaeque conspectu religio Larum repu-

---

[1]) tollitur *AB edd.* [2]) suosque *A* suosq. *B edd.* [3]) nos sacerdotibus nā *AB* nos sacerdotibus. nam *a ed. V.* [4]) *Adde 'ait' vel 'dixit'* [5]) *Ex Turnebi cj.* ueluti quom in fanis essent maxime religiosis *ed. V.*

dianda est. iam ritus familiae patrumque seruare id est, quoniam antiquitas proxume accedit ad deos, a dis quasi traditam religionem tueri.

Quod autem ex hominum genere consecratos, sicut Herculem et ceteros, coli lex iubet, indicat, omnium quidem animos inmortalis esse, set fortium bonorumque diuinos. **28.** bene uero, quod Mens, Pietas, Virtus, Fides consecratur manu, quarum omnium Romae dedicata publice templa sunt, ut illa qui habeant, habent autem omnes boni, deos ipsos in animis suis conlocatos putent. nam illud uitiosum Athenis, quod, Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente fecerunt Contumeliae fanum et Inpudentiae; uirtutes enim, non uitia consecrare decet. araque uetusta in Palatio Febris et altera Esquiliis Malae Fortunae detestataque omnia eius modi repudianda sunt. quod si fingenda nomina, Vicae Potae potius uincendi atque potiundi, Statae standi, cognominaque Statoris et Inuicti Iouis, rerumque expetendarum nomina, Salutis, Honoris, Opis, Victoriae; quoniamque expectatione rerum bonarum erigitur animus, recte etiam Spes a Calatino consecrata est; Fortunaque sit uel Huiusce diei, nam ualet in omnes dies, uel Respiciens, ad opem ferendam, uel Fors, in quo incerti casus significantur magis, uel Primigenia, a gignendo comes.

XII. **29.** Tum feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium et iurgiorum, in seruis operum et laborum; quas conpositio anni conferre debet ad perfectionem operum rusticorum. quod tempus, ut sacrificiorum libamenta seruentur fetusque pecorum, quae dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est; quod institutum perite a Numa posteriorum pontificum neglegentia dissolutum est. iam illud ex institutis pontificum et aruspicum non mutandum est, quibus hostiis immolandum quoique deo, cui maioribus, cui lactentibus, cui maribus, cui feminis. plures autem deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes et respondendi iuris et conficiendarum[1] religionum facultatem adferunt. quomque Vesta quasi focum urbis, ut Graeco nomine est appellata, quod nos prope idem Graecum, (*non*) interpretatum nomen tenemus, conplexa sit, ei colendae uirgines praesint, ut aduigiletur faci-

[1]) confitendarum *AB ed. V.*

lius ad custodiam ignis, et sentiant mulieres in (*illis*), naturam feminarum omnem castitatem pati.

30. Quod sequitur uero, non solum ad religionem pertinet, sed etiam ad ciuitatis statum, ut sine iis, qui sacris publice praesint, religioni priuatae satis facere non possint; continet enim rem publicam, consilio et auctoritate optimatium semper populum indigere. descriptioque sacerdotum nullum iustae religionis genus praetermittit. nam sunt ad placandos deos alii constituti, qui sacris praesint sollemnibus, ad interpretanda alii praedicta uatium, neque multorum, ne esset infinitum, neque ut ea ipsa, quae suscepta publice essent, quisquam extra conlegium nosset. **31**. maximum autem et praestantissimum in re publica ius est augurum cum auctoritate coniunctum. neque uero hoc, quia sum ipse augur, ita sentio, sed quia sic existimare nos est necesse. quid enim maius est, si de iure quaerimus, quam posse a summis imperiis et summis potestatibus comitiatus et concilia uel instituta demittere uel habita rescindere? quid grauius quam rem susceptam dirimi, si unus augur 'alio (*die*)' dixerit? quid magnificentius quam posse decernere, ut magistratu se abdicent consules? quid religiosius quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare aut non dare, quid leges non iure rogatas tollere, ut Titiam decreto conlegi, ut Liuias consilio Philippi, consulis et auguris, nihil domi, nihil militiae per magistratus gestum sine eorum auctoritate posse cuiquam probari?

XIIII. **32**. *A*. Age, iam ista uideo fateorque esse magna, set in conlegio uestro inter Marcellum et Appium, optimos augures, magna dissensio (nam eorum ego in libros incidi), cum alteri placeat auspicia ista ad utilitatem esse rei publicae composita, alteri disciplina uestra quasi diuinari uideatur[1] posse: hac tu de re quaero quid sentias.

M. Egone? diuinationem, quam Graeci μαντικήν appellant, esse sentio et huius hanc ipsam partem, quae est in auibus ceterisque signis disciplinae nostrae. si enim deos esse concedimus eorumque mente mundum regi et eosdem hominum consulere generi et posse nobis signa rerum futurarum ostendere, non uideo, cur esse diuinationem negem. **33**. sunt

[1]) diuinare uideantur *ed. V*.

autem ea, quae posui: ex quibus id, quod uolumus, efficitur et cogitur. iam uero permultorum exemplorum et nostra est plena res publica et omnia regna omnesque populi cunctaeque gentes, augurum praedictis multa incredibiliter uera cecidisse; neque enim Polyidi neque Melampodis neque Mopsi neque Amphiarai neque Calchantis neque Heleni tantum nomen fuisset, neque tot nationes id ad hoc tempus retinuissent, ut Phrygum, Lycaonum, Cilicum maximeque Pisidarum, nisi uetustas ea certa esse docuisset. nec uero Romulus noster auspicato urbem condidisset, neque Atti Naui nomen memoria floreret tam diu, nisi omnes hi multa ad ueritatem admirabilia dixissent. sed dubium non est, quin haec disciplina et ars augurum euanuerit iam et uetustate et neglegentia: ita neque illi adsentior, qui hanc scientiam negat umquam in nostro collegio fuisse, neque illi, qui esse etiam nunc putat; quae mihi uidetur apud maiores fuisse duplex, ut ad rei publicae tempus non numquam, ad agendi consilium saepissime pertineret.

34. *A.* Credo hercle ita esse istique rationi potissimum adsentior; sed redde cetera.

XIV. *M.* Reddam uero et id, si potero, breui: sequitur enim de iure belli; in quo et suscipiendo et gerendo et deponendo ius ut plurimum ualeret et fides eorumque ut publici interpretes essent, lege sanximus. iam de aruspicum religione, de expiationibus et procurationibus sat esse plane in ipsa lege dictum puto.

A. Adsentior, quoniam omnis haec in religione uersatur oratio.

M. At uero quod sequitur quo modo tu adsentiare aut[1] ego reprehendam, sane quaero, Tite.

35. *A.* Quid tandem id est?

M. De nocturnis sacrificiis mulierum.

A. Ego uero adsentior, excepto praesertim in ipsa lege sollemni sacrificio ac publico.

M. Quid ergo aget Iacchus Eumolpidaeque uostri[2] et augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus? non

---

[1]) quomodo aut tu adsentire *AB* quomodo aut tu adsentiare *aut ed. V.* [2]) nostri *AB edd.*

enim populo Romano, sed omnibus bonis firmisque populis leges damus.

36. *A.* Excipis, credo, illa, quibus ipsi initiati sumus.

M. Ego uero excipiam: nam mihi cum multa eximia diuinaque uidentur Athenae tuae peperisse atque in uitam hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique uita exculti ad humanitatem et mitigati sumus; initiaque ut appellantur, ita re uera principia uitae cognouimus, neque solum cum laetitia uiuendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi. quid autem mihi displiceat in nocturnis, poëtae indicant comici; qua licentia Romae data quidnam egisset ille, qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quo ne inprudentiam quidem oculorum adici fas fuit?

A. Tu uero istam Romae legem rogato: nobis nostras ne ademeris.

XV. **37.** *M.* Ad nostra igitur reuertor: quibus profecto diligentissime sanciendum est, ut mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat, initienturque eo ritu Cereri, quo Romae initiantur; quo in genere seueritatem maiorum senatus uetus auctoritas de Bacchanalibus et consulum exercitu adhibito quaestio animaduersio(*que*) declarat. atque omnia nocturna, ne nos duriores forte uideamur, in media Graecia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit; nouos uero deos et in his colendis nocturnas peruigilationes sic Aristophanes, facetissumus poëta ueteris comoediae, uexat, ut apud eum Sabazius et quidam alii dei peregrini iudicati e ciuitate eiciantur.

Publicus autem sacerdos inprudentiam consilio expiatam metu liberet, audaciam et in inmittendis religionibus foedis[1] damnet atque impiam iudicet.

Iam ludi publici quoniam sunt cauea circoque diuisi,[2] corporum certatione, cursu et pugillatu et luctatione curriculisque equorum usque ad certam uictoriam circo constitutis, cauea cantu mulceat,[3] fidibus et tibiis, dum modo ea moderata sint, ut lege praescribitur. adsentior enim Platoni nihil tam facile in ani-

---

[1]) audatiam inet inmitendas *A* (audaciam inet inmittendis *B*) religionibus foedas *AB* audaciam ruentem in licentias religionibus foedas *cj. V.* [2]) diuisi sint *AB* diuisis *ed. V.* [3]) uice a$\overset{c}{\text{d}}$ *B* uice ac *A* uideat *ed. V.*

mos teneros atque molles influere quam uarios canendi sonos. quorum dici uix potest quanta sit uis in utramque partem: namque et incitat languentes et languefacit excitatos et tum remittit animos, tum contrahit, ciuitatumque hoc multarum in Graecia interfuit, antiquom uocum conseruare modum; quarum mores lapsi ad mollitias[1] (*mollitis*) pariter sunt inmutati cum cantibus, aut hac dulcedine corruptelaque deprauati, ut quidam putant, aut, cum seueritas eorum ob alia uitia cecidisset, tum fuit in auribus animisque mutatis etiam huic mutationi locus. **39.** quam ob rem ille quidem sapientissimus Graeciae uir longeque doctissimus ualde hanc labem ueretur; negat enim mutari posse musicas leges sine mutatione legum publicarum. ego autem nec tam ualde id timendum nec plane contemnendum puto. illud quidem (*uideo*), quae solebant quondam conpleri seueritate iucunda Liuianis et Naeuianis modis, nunc ut eadem exultent et ceruices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. grauiter olim ista uindicabat uetus illa Graecia, longe prouidens, quam sensim pernicies inlapsa ciuium animos malis studiis malisque doctrinis repente totas ciuitates euerteret, si quidem illa seuera Lacedaemo neruos iussit, quo plures quam septem haberet, in Timothei fidibus incidi.

XVI. **40.** Deinceps in lege est, ut de ritibus patriis colantur optumi: de quo cum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent, oraclum editum est 'eas, quae essent in more maiorum'. quo cum iterum uenissent maiorumque morem dixissent saepe esse mutatum quaesissentque, quem morem potissimum sequerentur e uariis, respondit 'optumum'. et profecto ita est, ut id habendum sit antiquissimum et deo proximum, quod sit optumum.

Stipem sustulimus nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idaeae Matris excepimus; implet enim superstitione animos et exhaurit domus.[2]

Sacrilego poena est, neque ei soli, qui sacrum abstulerit,

---

[1]) *sic AB mollitiam* mollitis *ed. V.* [2]) *Memoriter haec nec accurate Serv. ad Aen.* 6, 611. *ita reddidisse putandus est:* Cicero ait in libris legum: 'Stipem prohibeo: nam auget superstitionem et exhaurit domos'. *Nam quae sequuntur* Dignis igitur largiendum est, *ipse Servius videtur adnotasse.*

41. sed etiam ei, qui sacro commendatum; quod et nunc multis fit in fanis, (*et*) Alexander in Cilicia deposuisse apud Solensis in delubro pecuniam dicitur et Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiae, ciuis egregius, quom rebus timeret suis, filiarum dotis credidisse.

Iam de periuriis, de incesto nihil sane hoc quidem loco disputandum est.

Donis impii ne placare audeant deos, Platonem audiant, qui uetat dubitare, qua sit mente futurus deus, quom uir nemo bonus ab inprobo se donari uelit.

Diligentiam uotorum satis in lege dictum est ** [1] ac uotis sponsio, qua obligamur deo. poena uero uiolatae religionis iustam recusationem non habet. quid ego hic sceleratorum utar exemplis, quorum plenae tragoediae? quae ante oculos sunt, ea potius adtingam. etsi haec commemoratio uereor ne supra hominis fortunam esse uideatur, tamen, quoniam sermo mihi est apud uos, nihil reticebo uolamque hoc, quod loquar, diis inmortalibus gratum potius uideri quam graue. XVII. **42.** omnia tum perditorum ciuium scelere discessu meo religionum iura polluta sunt, uexati nostri Lares familiares, in eorum sedibus exaedificatum templum Licentiae, pulsus a delubris is, qui illa seruarat: circumspicite celeriter animo, nihil enim attinet quemquam nominari, qui sint rerum exitus consecuti: nos, qui illam custodem urbis omnibus ereptis nostris rebus ac perditis uiolari ab impiis passi non sumus eamque ex nostra domo in ipsius patris domum detulimus, iudicia senatus, Italiae, gentium denique omnium conseruatae patriae consecuti sumus; quo quid accidere potuit homini praeclarius? quorum scelere religiones tum prostratae adflictaeque sunt, partim ex illis distracti ac dissipati iacent, qui uero ex iis et horum scelerum principes fuerant et praeter ceteros in omni religione inpii, non solum uita ** [2] cruciati atque dedecore, uerum etiam sepultura et iustis exequiarum caruerunt.

43. *Q.* Equidem ista agnosco, frater, et meritas dis gratias ago, sed nimis saepe secus aliquanto uidemus euadere.

---

1) *Intercidisse V. putat: 'seruari oportere; grauissima enim ex omnibus promissis est', Malim: 'servari oportere; quod enim promissum aeque sanctum est'* ac uoti sponsio *in fine interrogationis signo posito.* 2) *'excesserunt conscientia' supplet V.*

M. Non enim, Quinte, recte existimamus, quae poena diuina sit, sed opinionibus uulgi rapimur in errorem nec uera cernimus. morte aut dolore corporis aut luctu animi aut offensione iudicii hominum miserias ponderamus, quae fateor humana esse et multis bonis uiris accidisse: sceleris est poena tristis et praeter eos euentus, qui secuntur, per se ipsa maxima est. uidimus eos, qui, nisi odissent patriam, numquam inimici nobis fuissent, ardentis tum cupiditate, tum metu, tum conscientia, (*quid*)quid agerent, modo timentis, uicissim contemnentis religiones, iudicia, perrupta ab isdem corruptela hominum, non deorum. **44.** reprimam iam et non insequar longius, eoque minus, quo plus poenarum habeo quam petiui; tantum ponam breui, duplicem poenam esse diuinam, quod constat et[1] ex uexandis uiuorum animis et ea fama mortuorum, ut eorum exitium et iudicio uiuorum et gaudio conprobetur.

XVIII. **45.** Agri autem ne consecrentur, Platoni prorsus adsentior, qui, si modo interpretari potuero, his fere uerbis utitur: 'terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra deorum omnium est; quocirca ne quis iterum idem consecrato. aurum autem et argentum in urbibus et priuatim et in fanis inuidiosa res est. tum ebur ex inani corpore extractum haud satis castum donum deo. iam aes atque ferrum duelli instrumenta, non fani. ligneum autem quod qui uoluerit uno e ligno dicato, itemque lapideum, in delubris communibus, textile ne operosius quam mulieris opus menstruum. color autem albus praecipue decorus deo est cum in cetero, tum maxime in textili, tincta uero absint nisi a bellicis insignibus. diuinissima autem dona aues et formae ab uno pictore uno absolutae die; itemque cetera huius exempli dona sunto.' haec illi placent. sed ego cetera non tam restricte praefinio, uel hominum uitiis uel subsidiis temporum uictus: terrae cultum segniorem suspicor fore, si ad eam utendam ferroque subigendam superstitionis aliquid accesserit.

A. Habeo ista: nunc de sacris perpetuis et de Manium iure restat.

M. O miram memoriam, Pomponi, tuam. at mihi ista exciderant.

---

[1]) constaret *AB* const[ar]et *ed. V.*

46. *A.* Ita credo, sed tamen hoc magis eas res et memini et expecto, quod et ad pontificium ius et ad ciuile pertinent.

M. Vero, et a peritissimis sunt istis de rebus et responsa et scripta multa, et ego in hoc omni sermone nostro, quod ad cumque legis genus me disputatio nostra deduxerit, tractabo, quoad potero, eius ipsius generis ius ciuile nostrum, sed ita, locus ut ipse notus sit, ex quo ducatur quaeque pars iuris, ut non difficile sit, qui modo ingenio possit moueri, quaecumque noua causa consultatione acciderit, eius tenere ius, quom scias, a quo sit capite repetendum. XIV. **47.** sed iuris consulti, siue erroris obiciundi causa, quo plura et difficiliora scire uideantur, siue, quod similius ueri est, ignoratione docendi, nam non solum scire aliquid artis est, sed quaedam ars etiam docendi, saepe, quod positum est in una cognitione, id (*in*) infinitam dispertiuntur: uelut in hoc ipso genere, quam magnum illud Scaeuolae faciunt, pontifices ambo et eidem iuris peritissimi. 'saepe', inquit Publi filius, 'ex patre audiui, pontificem bonum neminem esse nisi qui ius ciuile cognosset'. totumne? quid ita? quid enim ad pontificem de iure parietum aut aquarum aut ullo omnino nisi eo, quod cum religione coniunctum est? id autem quantulum est. de sacris, credo, de uotis, de feriis et de sepulchris et si quid eius modi est. cur igitur haec tanta facimus, cum cetera perparua sint, de sacris autem, qui locus patet latius, haec sit una sententia, ut conseruentur semper et deinceps familiis prodantur et, ut in lege posui, perpetua sint sacra. **48.** 'hoc post[1] pontificum auctoritate consecuta sunt, ut ne morte patris familias sacrorum memoria occideret, iis essent ea adiuncta, ad quos eiusdem morte pecunia uenerit. hoc uno posito, quod est ad cognitionem disciplinae satis, innumerabilia nascuntur, quibus implentur iuris consultorum libri. quaeruntur enim, qui astringantur sacris. heredum causa iustissima est; nulla est enim persona, quae ad uicem eius, qui e uita emigrarit, propius accedat. deinde, qui morte testamentoue eius tantundem capiat quantum omnes heredes: id quoque ordine; est enim ad id, quod propositum est, adcommodatum. tertio loco, si nemo sit heres, is, qui de

---

[1]) haec posite haec iura *A* haec iura *sed lineola subducta B* exposite haec iura *ed. V.*

bonis, quae eius fuerint, quom moritur, usu ceperit plurimum possidendo. quarto, qui, si nemo sit, qui ullam rem ceperit, de creditoribus eius plurimum seruet. **49.** extrema illa persona est, ut is, si qui ei, qui mortuus sit, pecuniam debuerit neminique eam soluerit, proinde habeatur quasi eam pecuniam ceperit. XX. Haec nos a Scaeuola didicimus: non ita descripta sunt ab antiquis. nam illi quidem his uerbis docebant, tribus modis sacris adstringi: hereditate, aut si maiorem partem pecuniae capiat, aut, si maior pars pecuniae legata est, si inde quippiam ceperit. **50.** sed pontificem sequamur. uidetis igitur omnia pendere ex uno illo, quod pontifices cum pecunia sacra coniungi uolunt isdemque ferias et caerimonias adscribendas putant. atque etiam dant hoc Scaeuolae, quom est partitio, ut, si in testamento deducta scripta non sit ipsique minus ceperint, quam omnibus heredibus relinquatur, sacris ne alligentur. in donatione hoc idem secus interpretantur, et quod pater familias in eius donatione, qui in ipsius potestate est, adprobauit, ratum est, quod eo insciente factum est, si id is non adprobat, ratum non est. **51.** his propositis quaestiunculae multae nascuntur, quas qui (*unde*) nascuntur[1] intellegat, non, si ad caput referat, per se ipse facile perspiciat? ueluti, si minus quis cepisset, ne sacris alligaretur, et[2] post de eius heredibus aliquis exegisset pro sua parte id, quod ab eo, quoi ipse heres esset, praetermissum fuisset, eaque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione, quam heredibus omnibus esset relicta, qui eam pecuniam exegisset, solum sine coheredibus sacris alligari. quin etiam cauent, ut, cui plus legatum sit, quam sine religione capere liceat, is per aes et libram heredes testamenti soluat, propterea quod eo loco res est ita soluta hereditate, quasi ea pecunia legata non esset. XXI. **52.** Hoc ego loco multisque aliis quaero a uobis, Scaeuolae, pontifices maximi et homines meo quidem iudicio acutissimi, quid sit quod ad ius pontificium ciuile appetatis? ciuilis enim iuris scientia pontificium quodam modo tollitis. nam sacra cum pecunia pontificum auctoritate, nulla lege coniuncta sunt; itaque si uos tantum modo pontifices essetis, pontificalis maneret auctoritas, sed quod idem iuris ciuilis estis peritissimi,

---

[1]) '*unde*' *addidi.* nascuntur *eiciunt edd.* [2]) ut *AB* ac *edd.*

hac scientia illam eluditis. placuit P. Scaeuolae et Ti. Coruncanio, pontificibus maximis, itemque ceteris, eos, qui tantundem caperent, quantum omnes heredes, sacris alligari. habeo ius pontificium. **53.** quid huc accessit ex iure ciuili? partitionis caput scriptum caute, ut centum nummi deducerentur: inuenta est ratio, cur pecunia sacrorum molestia liberaretur. quid si[1] hoc, qui testamentum faciebat, cauere noluisset? admonet iuris consultus hic quidem ipse Mucius, pontifex idem, ut minus capiat[2] quam omnibus heredibus relinquatur, quibus par dicebant qui cepisset,[3] adstringi: rursus sacris liberatur.[4] hoc uero nihil ad pontificium ius, set[5] e medio est iure ciuili, ut per aes et libram heredem testamenti soluant, et eodem loco res sit, quasi ea pecunia legata non esset, si is, cui legatum est, stipulatus est id ipsum, quod legatum est, ut ea pecunia ex stipulatione debeatur, sitque ea non (*mortis causa capta*)[6] ** doctum hominem sane, **54.** cuius fuit Accius perfamiliaris, sed mensem, credo, extremum anni, ut ueteres Februarium, sic hic Decembrem sequebatur. hostia autem maxima parentare, pietatis esse adiunctum putabat.

XXII. **55.** Iam tanta religio est sepulchrorum, ut extra sacra et gentem inferri fas negent esse, idque apud maiores nostros A. Torquatus in gente Popillia iudicauit. nec uero tam denicales, quae a nece appellatae sunt, quia residentur mortuis, quam ceterorum caelestium quieti dies feriae nominarentur, nisi maiores eos, qui ex hac uita migrassent, in deorum numero esse uoluissent. (*set et*)[7] eas in eos dies conferri[8] ius, ut nec ipsius (*domus*)[9] neque publicae feriae sint, totaque huius iuris conpositio pontificalis magnam religionem caerimoniamque declarat; neque necesse est edisseri a nobis, quae finis funestae familiae, quod genus sacrificii Lari ueruecibus fiat, quem ad modum os resectum terra optegatur, quaeque in porca contracta iura sint, quo tempore incipiat sepulchrum

---

[1]) quid si *A* quisi *B* quasi *ed. V. omisso in fine interrogationis signo.* quodsi *edd. ex R. Stephani cj.* [2]) *Fortasse excidit* cui est legat(um). [3]) relinquatur sup dicebant quicquid (quic *B*) coepisset *A B* relinquatur, super dicebant quicquid cepisset *edd.* [4]) liberantur *A B edd.* [5]) et *AB ed. V.* [6]) *Ad sententiam explendam addidi. Ad ea, quae post lacunam sequuntur, cf. Plutarch. qu. Rom.* 34 *et* 19. [7]) *Addidi.* [8]) conferre *B ed. V.* con*fere *A.* [9]) *Addidi.*

esse et religione teneatur. **56.** at mihi quidem antiquissimum sepulturae genus illud fuisse uidetur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur: redditur enim terrae corpus et ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur. eodemque ritu in eo sepulchro, quod (*haud*) procul a Fontis ara est, regem nostrum Numam conditum accepimus gentemque Corneliam usque ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse usam. C. Mari sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla uictor, acerbiore odio incitatus, quam (*si tam*) sapiens fuisset quam fuit uehemens. **57.** quod haud scio an timens (*ne*) suo corpori posset accidere, primus e patriciis Corneliis igni uoluit cremari. declarat enim Ennius de Africano: hic est ille situs. uere; nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt. nec tamen eorum ante sepulchrum est, quam iusta facta et porcus caesus est. et quod nunc communiter in omnibus sepultis uenit usu, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contexerat, eumque morem ius pontificale confirmat. nam prius quam in os iniecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus, nihil habet religionis: iniecta gleba 'tum illic et[1] humatus est et (*ex*)[2] gleba uocatur, ac tum denique multa religiosa iura conplectitur. itaque in eo, qui in naue necatus, deinde in mare proiectus esset, decreuit P. Mucius familiam puram, quod os supra terram non extaret; porcam heredi esse contractam et habendas triduum ferias, et porco femina piaculum dari[3]; si in mari mortuus esset, eadem praeter piaculum et ferias.

XXIIII. **58.** *A.* Video, quae sint in pontificio iure, sed quaero, ecquidnam sit in legibus.

M. Pauca sane, Tite, et, uti arbitror, non ignota uobis; sed ea non tam ad religionem spectant, quam ad ius sepulchrorum. hominem mortuum, inquit lex in duodecim, in urbe ne sepelito neue urito. credo uel propter ignis periculum. quod autem addit neue urito, indicat, non qui uratur sepeliri, sed qui humetur.

A. Quid? 'quod uel[4] post XII in urbe sepulti sunt clari uiri?

---

[1]) tumulis et *AB* tum et illis (illic *cj.*) *ed V.* [2]) *Addidi.*
[3]) pati *AB edd. vid. Macrob. Sat.* 1, 16, 10. [4]) qui *AB ed. V.*

M. Credo, Tite, fuisse aut eos, quibus hoc ante hanc legem uirtutis causa tributum est, ut Poplicolae, ut Tuberto, quod eorum posteri iure tenuerunt, aut 'post[1] qui hoc, ut C. Fabricius, uirtutis causa soluti legibus consecuti sunt. sed (*ut*) in urbe sepeliri lex uetat, sic decretum a pontificum collegio, non esse ius, in loco publico fieri sepulchrum. nostis extra portam Collinam aedem Honoris: aram in eo loco fuisse memoriae proditum est; ad eam cum lamina esset inuenta et in ea scriptum lamina HONORIS, ea causa fuit, (*ut*) aedis haec dedicaretur.[2] sed quom multa in eo loco sepulchra fuissent, exarata sunt; statuit enim collegium, locum publicum non potuisse priuata religione obligari.

59. Iam cetera in XII minuendi sumptus sunt lamentationisque funebris, translata de Solonis fere legibus. hoc plus, inquit, ne facito; rogum ascea ne polito. nostis, quae secuntur; discebamus enim pueri XII ut carmen necessarium, quas iam nemo discit. extenuato igitur sumptu tribus riciniis et tunicula purpurae et decem tibicinibus tollit etiam (*nimiam*)[3] lamentationem: mulieres genas ne radunto neue lessum funeris ergo habento. hoc ueteres interpretes Sex. Aelius, L. Acilius non satis se intellegere dixerunt, sed suspicari uestimenti aliquod genus funebris, L. Aelius lessum quasi lugubrem eiulationem, ut uox ipsa significat; quod eo magis iudico uerum esse, quia lex Solonis id ipsum uetat. haec laudabilia et locupletibus fere cum plebe communia; quod quidem maxime e natura est, tolli fortunae discrimen in morte. XXIV. **60.** Cetera item funebria, quibus luctus augetur, XII sustulerunt. homini, inquit, mortuo ne ossa legito, quorum[4] pos funus faciat. excipit bellicam peregrinamque mortem. haec praeterea sunt in legibus: de unctura (*uectura-*) que[5] seruilis unctura tollitur omnisque circumportatio[6]; quae et recte tolluntur, neque tollerentur, nisi fuissent. ne sumptuosa respersio (*sit*),[7] ne longae coronae nec[8] acerrae praeferantur:[9] credoque, quod erat factitatum,

---

[1]) eos si *AB edd.* [2]) fuit aedis haec dedicare *AB* fuit (*cur*) haec aedis dedicaretur *cj. V.* fuit aedis huius dedicandae *edd.* [3]) *Addidi.* [4]) quos *A* quo quos *B* quo *edd.* [5]) '*uectura*' *addidi.* '*cena*' *supplet V.* [6]) circumpotatio *AB ed. V.* [7]) *Addidi.* [8]) *AB* ne *ed. V.* [9]) praetereantur *AB ed. V.*

ut uni plura (*funera*)[1] fierent lectique plures sternerentur, id quoque[2] ne fieret, lege sanctum est.[3] illa iam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quod coronam uirtute partam et ei, qui peperisset, et eius parenti sine fraude esse lex inpositam iubet. qua in lege quom esset neue aurum addito, (*uidete*), quam humane excipiat altera lex ex praecepto[4] altera lege: at cui auro dentes iuncti escunt, ast im cum illo sepeliet uretue, se fraude esto. et simul illud uidetote, aliud habitum esse sepelire et urere. **61.** duae sunt praeterea leges de sepulchris, quarum altera priuatorum aedificiis, altera ipsis sepulcris cauet: nam quod rogum bustumue nouum uetat propius sexaginta pedes adici aedes alienas inuito domino, incendium ueretur ac urbi cauet[5]; quod autem forum, id est uestibulum sepulchri, bustumue usu capi uetat, tuetur ius sepulchrorum. haec habemus in XII, sane secundum naturam, quae norma legis est; reliqua sunt in more, funus ut indicatur, si quid ludorum, dominusque funeris utatur accenso atque lictoribus, **62.** honoratorum (*ut*) uiuorum[6] laudes in contione memorentur eosque exin et[7] cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen neniae, quo uocabulo etiam Graecorum[8] cantus lugubres nominantur.

XXV. *A.* Gaudeo, nostra iura ad naturam accommodari maiorumque sapientia admodum delector; sed 'recte, credo, requiro[9], ut ceteri sumptus, sic etiam sepulchrorum modum.

M. Recte requiris: quos enim ad sumptus progressa iam ista res sit, in C. Figuli sepulchro uidisse (*te*) credo. minimam olim istius rei fuisse cupiditatem, multa extant exempla maiorum. nostrae quidem legis interpretes, quo capite iubentur (*nimius*)[10] sumptus et luctus remoueri[11] a deorum Manium

---

1) *Ex aliorum cj. addidi.* 2) *AB corr.* quod *ed. V.* 3) *Verba* credoque quod . . . . . . lege sanctum est *in AB et edd. non hoc loco, sed transposita post illa* lex inpositam iubet *leguntur.* 4) lex precipit *A* ex p̄cipit *B* lex praecepit *ed. V.* 5) acerbū uetat *A*, acebū uetat *B* acerbum [uetat] *ed. V.* 6) '*ut*' *addidi.* uiuorū *AB* uiuorum *edd.* 7) easque etiā et *AB* easque etiam [et] *ed. V.* 8) gracchos *B* graccus *B apud* Graecos *ed. V.* 9) recedoquiro *A* recedo phyro *B* re[cedo]quiro *ed. V.* 10) *Addidi.* 11) sumptus et luctū remouere *AB* sumptum et luctum remouere *ed. V.*

iure, hoc intellegant in primis, sepulchrorum magnificentiam esse minuendam. **63.** nec haec a sapientissimis legum scriptoribus neglecta sunt. nam et Athenis iam ille mos et[1] a Cecrope, ut aiunt, permansit hoc ius terra humandi, quam quom proxumi fecerant obductaque terra erat, frugibus obserebatur, ut sinus et gremium quasi matris mortuo tribueretur, solum autem frugibus expiatum uiuis[2] redderetur; sequebantur epulae, quas inibant propinqui coronati; apud quas[3] de mortui laude quom, si quid ueri, erat praedicatum, nam mentiri nefas habebatur, (*sepultura*)[4] ac iusta confecta erant. **64.** postea quam, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera et lamentabilia coepissent, ea[5] Solonis lege sublata sunt: quam legem eisdem prope uerbis nostri decemuiri in decimam tabulam coniecerunt; nam de tribus reciniis et pleraque illa Solonis sunt. de lamentis uero expressa uerbis sunt: mulieres genas ne radunto neue lessum funeris ergo habento. XXVI. de sepulchris autem nihil est apud Solonem amplius quam ne quis ea deleat neue alienum inferat, poenaque est, si quis bustum, nam id puto appellari τύμβον, aut monimentum inscriptum[6] aut columnam uiolarit, raserit,[7] fregerit. sed post aliquanto propter has amplitudines sepulchrorum, quas in Ceramico uidemus, lege sanctum est, ne quis sepulchrum faceret operosius quam quod decem homines effecerint triduo; **65.** neque id opere tectorio exornari nec hermas hos quos uocant licebat inponi, nec de mortui laude nisi in publicis sepulturis nec ab alio, nisi qui publice ad eam rem constitutus esset, dici licebat. sublata etiam erat celebritas uirorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur; auget enim luctum concursus hominum. **66.** quocirca Pittacus omnino accedere quemquam uetat in funus aliorum. sed ait rursus idem Demetrius, increbruisse eam funerum sepulchrorumque magnificentiam, quae nunc fere Romae est; quam consuetudinem lege minuit ipse: fuit enim hic uir, ut scitis, non solum eruditissimus, sed etiam

---

1) ille mos** *A* ill$\overset{e}{\text{o}}$ mo$\overset{s}{\text{r}}$es *B* illo mores *ed. V.* nam et Athenis, *nostis* iam illos mores, a Cecrope *idem cj.* 2) ut uiuis *AB edd.* 3) *AB; dictum* apud epulas *ut 'apud mensam'*. quos *ed. V.* 4) *Ex V. cj. addidi.* 5) et *A om. B ed. V.* 6) inquid *B* inquit *A. edd. Cf. Orell.* 4424. 5048. *C. I. Gr.* 2831. *T.* III. *p.* 1119. 7) jacerit (j *et* c *corr.*) *A* acerit *B. Spectat hoc ad monimentum.* iacerit *ed. V.* deiecerit *edd.*

ciuis e re publica maxime tuendaeque ciuitatis paratissimus. is igitur sumptum minuit non solum poena, sed etiam tempore; ante lucem enim iussit efferri. sepulchris autem nouis finiuit modum; nam super terrae tumulum noluit quid statui nisi columellam tribus cubitis ne altiorem aut mensam aut labellum, et huic procurationi certum magistratum praefecerat.

XXVII. **67.** Haec igitur Athenienses tui. sed uideamus Platonem, qui iusta funerum reicit ad interpretes religionum: quem nos morem tenemus. de sepulchris autem dicit haec: uetat ex agro culto eoue, qui coli possit, ullam partem sumi sepulchro; sed quae natura agri tantum modo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento uiuorum recipiat, ea potissimum ut conpleatur: quae autem terra fruges ferre et ut mater cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat neue uiuos neue mortuos. **68.** extrui autem uetat seplchrum altius quam quod (*quinque homines*) quinque diebus absoluerint, nec e lapide excitari plus nec inponi quam quod capiat laudem mortui, incisam ne plus quattuor herois uersibus, quos longos appellat Ennius. habemus igitur huius quoque auctoritatem de sepulchris summi uiri, a quo item funerum sumptus praefinitur ex censibus a minis quinque usque ad minam. deinceps dicit eadem illa de immortalitate animorum et reliqua post mortem tranquillitate bonorum, poenis impiorum.

69. Habetis igitur explicatum omnem, ut arbitror, religionum locum.

Q. Nos uero, frater, et copiose quidem; sed perge cetera.

M. Pergam equidem, et quoniam libitum est uobis me ad haec inpellere, hodierno sermone conficiam, spero, hoc praesertim die: uideo enim Platonem idem fecisse omnemque orationem eius de legibus peroratam esse uno aestiuo die. sic igitur faciam et dicam de magistratibus; id enim est profecto, quod constituta religione rem publicam contineat maxime.

A. Tu uero dic et istam rationem quam coepisti tene.

LIBER TERTIVS.

I. **1.** *M.* Sequar igitur, ut institui, diuinum illum uirum, quem quadam admiratione commotus saepius fortasse laudo quam necesse est.

A. Platonem uidelicet dicis.

M. Istum ipsum, Attice.

A. Tu uero eum nec nimis ualde umquam nec nimis saepe laudaueris; nam hoc mihi etiam nostri illi, qui neminem nisi suum laudari uolunt, concedunt, ut eum arbitratu meo diligam.

M. Bene hercle faciunt. quid enim est elegantia tua dignius? cuius et uita et oratio consecuta mihi uidetur difficillimam illam societatem grauitatis cum humanitate.

A. Sane gaudeo, quod te interpellaui, quoniam quidem tam praeclarum mihi dedisti iudicii tui testimonium; sed perge, ut coeperas.

2. *M.* Laudemus igitur prius (*magistratus*)[1] legem ipsam ueris et propriis generis sui laudibus.

A. Sane quidem, sicut de religionum lege fecisti.

M. Videtis igitur, magistratus hanc esse uim, ut praesit praescribatque recta et utilia et coniuncta cum legibus: ut enim magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus, uereque dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. **3.** nihil porro tam aptum est ad ius condicionemque naturae, quod cum dico, legem a me dici intellegi uolo, quam imperium, sine quo nec domus ulla nec ciuitas nec gens nec hominum uniuersum genus stare nec rerum natura omnis nec ipse mundus potest; nam et hic deo paret et huic oboediunt maria terraeque et hominum uita iussis supremae legis obtemperat. II. **4.** Atque ut ad haec citeriora ueniam et notiora nobis, omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt: quod genus imperii primum ad homines iustissimos et sapientissimos deferebatur, id quod[2] in re publica nostra maxime ualuit, quoad ei regalis potestas praefuit, deinde etiam deinceps posteris prodebatur, quod et in iis etiam, qui nunc regnantur,[3] manet; quibus autem regia potestas non placuit, non ii nemini, sed non semper uni parere uoluerunt. nos autem, quoniam leges damus liberis populis, quaeque de optima re publica sentiremus, in sex libris ante diximus, accommodabimus hoc tempore leges ad illum, quem probamus, ciuitatis statum. **5.** magistratibus igitur opus est, sine quorum prudentia ac diligentia esse ciuitas non potest, quorumque de-

---

1) *Addidi.* 2) *Ex Bakii cj.* idque** *A* idq; ut *B* idque [ut] *ed. V.* 3) regnant *AB edd.*

scriptione omnis rei publicae moderatio continetur; neque solum iis praescribendus est imperandi, sed etiam ciuibus obtemperandi modus: nam et qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, et qui modeste paret, uidetur qui aliquando imperet dignus esse. itaque oportet et eum, qui paret, sperare se aliquo tempore imperaturum, et illum, qui imperat, cogitare, breui tempore sibi esse parendum. nec uero solum ut optemperent oboediantque magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque praescribimus, ut Charondas in suis facit legibus, noster uero Plato Titanum e genere statuit eos, qui ut illi caelestibus, sic hi aduersentur magistratibus. quae cum ita sint, ad ipsas iam leges ueniamus, si placet.

A. Mihi uero et istud et ordo iste rerum placet.

III. **6.** *M.* Iusta imperia sunto, isque ciuis modeste ac sine recusatione parento: magistratus nec oboedientem et (*ex*)in noxium[1] ciuem multa, (*pignore*),[2] uinculis uerberibusue coherceto, ni par maiorue potestas populusue prohibessit, ad quos prouocatio esto. cum magistratus iudicassit inrogasitue, per populum multae poenae certatio esto. militiae ab eo, qui imperabit, prouocatio nec esto, quodque is, qui bellum geret, imperassit, ius ratumque esto.

Minoris magistratus partiti iuris plures in ploera sunto. militiae, quibus iussi erunt, imperanto eorumque tribuni sunto: domi pecuniam publicam custodiunto, (*uiarum curam gerunto*),[3] uincula sontium seruanto capitalia(*que*)[4] uindicanto, aes, argentum aurumue publice signanto, litis contractas iudicanto. quaestores,[5] quod cumque senatus creuerit, agunto. **7.** suntoque aediles curatores urbis, annonae ludorumque sollemnium, ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.

Censoris populi aeuitates, suboles, familias pecuniasque censento, urbis (*sarta tec*)ta[6] tem-

---

[1]) et innoxium *AB ed. V.* [2]) *Addidi.* [3]) *Addidi.* [4]) *Addidi.* [5]) quod *AB edd.* [6]) urbista *AB* urbis tecta *ex Bakii cj. ed. V.*

pla, uias, aquas, aerarium uectigalia tuento, populique partis in tribus discribunto, exin pecunias, aeuitatis, ordinis partiunto, equitum peditumque prolem describunto, caelibes esse prohibento, mores populi regunto, probrum in senatu ne relinquonto: bini sunto, magistratum quinquennium habento: reliqui magistratus annui sunto: eaque potestas semper esto.

8. Iuris disceptator, qui priuata iudicet iudicariue iubeat, praetor esto: is iuris ciuilis custos esto: huic potestate pari quotcumque senatus creuerit populusue iusserit, tot sunto.

Regio imperio duo sunto, iique praeeundo, iudicando, consulendo praetores, iudices, consules appellamino: militiae summum ius habento, nemini parento: ollis salus populi suprema lex esto.

9. Eumdem magistratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito: aeuitatem annali lege seruanto.

Ast quando duellum grauius discordiae(*ue*)[1] ciuium escunt, oenus ne amplius sex menses, si senatus creuerit, idem iuris quod duo consules teneto, isque aue sinistra dictus populi magister esto: equitatumque qui regat habeto pari iure cum eo, quicumque erit iuris disceptator. reliqui magistratus ne sunto.[2] ast quando consulis magisterue populi nec escunt,[3] auspicia patrum sunto, ollique ec se produnto, qui comitiatu creare consules rite possint.[4]

Imperia, potestates, legationes, cum senatus creuerit populusue iusserit, ex urbe exeunto, duella iusta iuste gerunto, sociis parcunto, se et suos continento, populi sui gloriam augento,

---

[1]) *Addidi.* [2]) *Verba* reliqui magistratus ne sunto *in AB et edd. paulo post inter* nec escunt *et* auspicia patrum *leguntur.* [3]) nec. r̃ *A B* nec erunt *edd.* [4]) *AB* possit *ed. V.*

domum cum laude redeunto. rei suae ergo ne quis legatus esto.

Plebes quos pro se contra uim auxilii ergo decem creassit, ei tribuni eius sunto, quodque ii prohibessint quodque plebem rogassint, ratum esto: sanctique sunto neque[1] plebem orbam tribunis relinquunto.

10. Omnes magistratus auspicium iudiciumque habento, exque is senatus esto. eius decreta rata sunto, ast (*si*)[2] potestas par maiorue prohibessit, perscripta seruanto. is ordo uitio uacato, ceteris specimen esto.

Creatio magistratuum, iudicia populi, iussa uetita cum cosciscentur, suffragia[3] optumatibus nota, plebi libera sunto.

IV. Ast quid erit, quod extra magistratus coerari oesus sit, qui coeret populus creato eique ius coerandi dato.

Cum populo patribusque agendi ius esto consuli, praetori, magistro populi equitumque eique, quem patres produnt consulum rogandorum ergo; tribunis,[4] quos sibi plebes creassit,[5] ius esto cum patribus agendi: idemque[6] ad plebem quod oesus erit ferunto.

Quae cum populo quaeque in patribus agentur, modica sunto.

11. Senatori, qui nec aderit, aut causa aut culpa esto: loco senator et modo orato, causas populi teneto.

Vis in populo abesto. par maiorue potestas plus ualeto. ast quid turbassitur in agendo, fraus actoris esto. intercessor rei malae salutaris ciuis esto.

Qui agent, auspicia seruanto, auguri publico parento, promulgata proposita in aerario co-

---

[1]) neue *AB ed. V.* [2]) ast *AB ed. V.* [3]) suffragio cosciscentur *AB ed. V.* [4]) tribunisque *B edd.* [5]) *Cum Bakio scripsi* rogassit *AB edd.* [6]) que *huc revocavi cf. not.* 4.

gnita agunto, nec plus quam de singulis rebus semel consulunto, rem populum docento, doceri a magistratibus priuatisque patiunto.

Priuilegia ne inroganto: de capite ciuis nisi per maximum comitiatum ollosque, quos censores in partibus populi locassint, ne ferunto.

Dónum ne capiunto neue danto neue petenda neue gerenda neue gesta potestate.

Quod quis earum rerum migrassit, noxiae poena par esto.

Cesoris fidem legum custodiunto: (*gesta potestate*)[1] priuati ad eos acta referunto nec eo magis lege liberi sunto.

Lex recitata est: discedere et tabellam iubebo dari.

V. 12. *Q.* Quam[2] breui, frater, in conspectu posita est a te omnium magistratuum descriptio, sed ea paene nostrae ciuitatis, etsi a te paulum adlatum est noui.

M. Rectissime, Quinte, animaduertis; haec est enim, quam Scipio laudat in libris (*nostris*)[3] et quam maxime probat temperationem rei publicae, quae effici non potuisset nisi tali descriptione magistratuum. nam sic habetote, magistratibus iisque qui praesint, contineri rem publicam et ex eorum conpositione, quod cuiusque rei publicae genus sit, intellegi. quae res cum sapientissime moderatissimeque constituta esset a maioribus nostris, nihil habui, saltem[4] non multum, quod putarem nouandum in legibus.

13. *A.* Reddes igitur nobis, ut in religionis lege fecisti admonitu et rogatu meo, sic de magistratibus, ut disputes, quibus de causis maxime placeat ista descriptio.

M. Faciam, Attice, ut uis, et locum istum totum, ut a doctissimis Graeciae quaesitum et disputatum est, explicabo et, ut institui, nostra iura attingam.

A. Istud maxime expecto disserendi genus.

M. Atqui pleraque sunt dicta: quod faciendum fuit[5] in illis libris, cum de optuma re publica quaereretur; sed huius

---

1) *Addidi.* 2) quam com *AB* 3) *Addidi. illis* libris *ex Turnebi cj. ed. V.* 4) sane *AB edd.* 5) *Verba* quod faciendum fuit *post illa* in illis libris *habent AB edd.*

loci de magistratibus sunt propria quaedam, a Theophrasto primum, deinde a Dione Stoico quaesita subtilius.

VI. **14.** *A.* Ain tandem? etiam a Stoicis ista tractata sunt?

M. Non sane nisi ab eo, quem modo nominaui, et postea a magno homine et in primis erudito, Panaetio. nam ueteres uerbo tenus acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque ciuilem, de re publica disserebant. ab academia[1] magis ista manarunt, Platone principe; post Aristoteles inlustrauit omnem hunc ciuilem in disputando locum Heraclidesque Ponticus profectus ab eodem Platone; Theophrastus uero, institutus ab Aristotele, habitauit, ut scitis, in eo genere rerum, ab eodemque Aristotele doctus Dicaearchus huic rationi studioque non defuit; post a Theophrasto Phalereus ille Demetrius, de quo feci supra mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum[que] otioque non modo in solem atque in puluerem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit: nam et mediocriter doctos magnos in re publica uiros et doctissimos homines non nimis in re publica uersatos multos commemorare possumus; qui uero utraque re excelleret, ut et doctrinae studiis et regenda ciuitate princeps esset, quis facile praeter hunc inueniri potest?

A. Puto posse et quidem aliquem te tribus nobis: sed perge, ut coeperas.

VII. **15.** *M.* Quaesitum igitur ab illis est, placeret(*ne*) unum in ciuitate esse magistratum, cui reliqui parerent, quod exactis regibus intellego placuisse nostris maioribus; sed quoniam regale ciuitatis genus, probatum quondam, postea non tam regni quam regis uitiis repudiatum est, nomen tantum uidebitur regis repudiatum, res manebit, si unus omnibus reliquis magistratibus imperabit. **16.** qua re nec ephori Lacedaemone sine causa a Theopompo oppositi regibus nec apud nos consulibus tribuni. nam illud quidem ipsum, quod in iure positum est, habet consul, ut ei reliqui magistratus omnes pareant, excepto tribuno, qui post extitit, ne id, quod fuerit, esset. hoc enim primum minuit consulare ius, quod exstitit ipse, qui eo non teneretur, deinde quod attulit auxilium reli-

---

[1]) ab hanc familia *AB* ab hac familia *edd.*

quis non modo magistratibus, sed etiam priuatis consuli non parentibus.

17. *Q.* Magnum dicis malum; nam ista potestate nata grauitas optimatium cecidit conualuitque uis multitudinis.

M. Non est, Quinte, ita. non ius enim illud solum superbius populo et uiolentius uideri necesse erat? quo postea quam modica et sapiens temperatio accessit.

VIII. 18. *** conuerte, lex in omnis est. domum cum laude redeunto; nihil enim praeter laudem bonis atque innocentibus neque ex hostibus neque a sociis reportandum. iam illud apertum est, profecto ipso[1] nihil esse turpius quam est quemquam legari nisi rei publicae causa. omitto, quem ad modum isti se gerant atque gesserint, qui legatione hereditatis aut syngraphas suas persecuntur; in hominibus est hoc fortasse uitium; sed quaero, quid reapsa sit turpius quam sine procuratione senator legatus, sine mandatis, sine ullo rei publicae munere? quod quidem genus legationis ego consul, quamquam ad commodum senatus pertinere uidebatur, tamen adprobante senatu frequentissimo, nisi mihi leuis tribunus plebis tum intercessisset, sustulissem. minui tamen tempus et, quod erat infinitum, annuum feci. ita turpitudo manet diuturnitate sublata. sed iam, si placet, de prouinciis decedatur in urbemque redeatur.

A. Nobis uero placet, sed iis, qui in prouinciis sunt, minime placet.

19. *M.* At uero, Tite, si parebunt his legibus, nihil erit iis urbe, nihil domo sua dulcius, nec laboriosius molestiusque prouincia. sed sequitur lex, quae sancit eam tribunorum plebis potestatem, quae (*est*)[2] in re publica nostra: de qua disseri nihil necesse est.

Q. At me hercule ego, frater, quaero, de ista potestate quid sentias; nam mihi quidem pestifera uidetur, quippe quae in seditione et ad seditionem nata sit: cuius primum ortum si recordari uolumus, inter arma ciuium et occupatis et obsessis urbis locis procreatum uidemus; deinde cum esset cito necatus tamquam ex XII tabulis insignis ad deformitatem puer, breui

---

[1]) profecto ** *A* profecto ē *B* profecto, *edd.* [2]) *Cum Goerenzio addidi.*

tempore nescio quo pacto recreatus multoque taetrior et foedior (*re*)natus est. IX. quae enim mala[1] non edidit? qui primum, ut impio dignum fuit, patribus omnem honorem eripuit, omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit; cum adflixisset principum grauitatem, numquam tamen conquieuit. **20.** namque ut C. Flaminium atque ea, quae iam prisca uidentur propter uetustatem, relinquam, quid iuris bonis uiris Tiberi Gracchi tribunatus reliquit? etsi quinquennio ante Decimum Brutum et P. Scipionem consules, quos et quantos uiros, homo omnium infimus et sordidissimus, tribunus pl. C. Curiatius in uincula coniecit, quod ante factum non erat. C. uero Gracchi ruinis et iis sicis, quas ipse se proiecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se ciues, nonne omnem rei publicae statum permutauit? quid iam de Saturnino, Sulpicio, reliquis dicam? quos ne depellere quidem a se sine ferro potuit res publica. **21.** cur autem aut uetera aut aliena proferam potius quam et nostra et recentia? quis, inquam,[2] tam audax, tam nobis inimicus fuisset, ut cogitaret umquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem tribunicium exacuisset in nos? quem cum homines scelerati ac perditi non modo ulla in domo, sed nulla in gente reperirent, gentes sibi in tenebris rei publicae perturbandas putauerunt. quod nobis quidem egregium et ad inmortalitatem memoriae gloriosum, neminem in nos mercede ulla tribunum potuisse reperiri, nisi cui ne esse quidem licuisset tribuno. **22.** sed ille quas strages edidit. eas uidelicet, quas sine ratione ac sine ulla spe bona furor edere potuit inpurae beluae multorum inflammatus furoribus. quam ob rem in ista quidem re uehementer Sullam probo, qui tribunis plebis sua lege iniuriae faciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit, Pompeiumque nostrum ceteris rebus omnibus semper amplissimis summisque ecfero laudibus, de tribunicia potestate taceo; nec enim reprehendere libet nec laudare possum.

X. **23.** *M.* Vitia quidem tribunatus praeclare, Quinte, perspicis, sed est iniqua in omni re accusanda praetermissis bonis malorum enumeratio uitiorumque selectio: nam isto quidem

---

[1]) *Ex Davisii cj.* quē enim ille *AB ed. V.* [2]) *Ex Goerenzii cj.* umquam *AB ed. V.*

modo uel consulatus uituperari potest, si consulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris; ego enim fateor, in ista ipsa potestate inesse quiddam mali, sed bonum, quod est quaesitum in ea, sine isto malo non haberemus. 'nimia potestas est tribunorum plebis.' quis negat? sed uis populi multo saeuior multoque uehementior, quae, ducem quod habet, interdum lenior est, quam si nullum haberet; dux enim suo (*se*) periculo progredi cogitat, populi impetus periculi rationem sui non habet. 'at aliquando incenditur.' **24.** et quidem saepe sedatur. quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo e decem sana mente sit? quin ipsum Ti. Gracchum non solum neglectus, sed etiam sublatus intercessor euertit; quid enim illum aliud perculit, nisi quod potestatem intercedenti collegae abrogauit? sed tu sapientiam maiorum in illo uide: (*cum*)[1] concessa plebei est a patribus ista potestas,[2] arma ceciderunt, restincta seditio est, inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus aequari se putarent, in quo uno fuit ciuitatis salus. 'at duo Gracchi fuerunt.' et praeter eos quamuis enumeres multos licet, cum deni creentur, (*non*) nullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos, leues, etiam non bonos, fortasse plures: inuidia quidem summus ordo caret, plebes de suo iure periculosas contentiones nullas facit. **25.** quam ob rem aut exigendi reges non fuerunt aut plebi re, non uerbo danda libertas: quae tamen sic data est, ut multis (*meritis*)[3] praeclarissimis adduceretur, ut auctoritati principum cederet. XI. nostra autem causa, quae, optume et dulcissime frater, incidit in tribuniciam potestatem, nihil habuit contentionis cum tribunatu; non enim plebes incitata nostris rebus inuidit, sed uincula soluta sunt et seruitia concitata, adiuncto terrore etiam militari. neque nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum grauissimo rei publicae tempore, cui (*ni*) cessissem, non diuturnum beneficii mei patria fructum tulisset. atque haec rerum exitus indicauit: quis enim non modo liber, (*sed*) seruus libertate dignus fuit, cui nostra salus cara non esset? **26.** quod si is casus fuisset rerum, quas pro salute rei

---

[1]) *Addidi.* [2]) concessa plebē ista patribus ista potestas *A* concesse plebe ista potestas *B* concessa plebei ista *a* patribus [ista] potestate *ed. V.* [3]) *Addidi.*

publicae gessimus, ut non omnibus gratus esset, et si nos multitudinis furentis inflammata inuidia pepulisset tribuniciaque uis in me populum, sicut Gracchus in Laenatem, Saturninus in Metellum, incitasset, ferremus, o Quinte frater, consolarenturque nos non tam philosophi, qui Athenis fuerunt, quamuis[1] hoc facere debent, quam clarissimi uiri, qui illa urbe pulsi carere ingrata ciuitate quam manere inprobam maluerunt. Pompeium uero quod una ista in re non ita ualde probas, uix satis mihi illud uideris attendere, non solum ei, quid esset optimum, uidendum fuisse, sed etiam quid necessarium: sensit enim, deberi non posse huic ciuitati illam potestatem; quippe quam tanto opere populus noster ignotam expetisset, qui posset carere cognita? sapientis autem ciuis fuit causam nec perniciosam et ita popularem, ut non posset obsisti, perniciose populari ciui non relinquere. Scis solere, frater, in huius modi sermone, ut transiri alio possit, dici 'admodum' aut 'prorsus ita est'.

Q. Haud equidem adsentior, tu tamen ad reliqua pergas uelim.

M. Perseueras tu quidem et in tua uetere sententia permanes.

Q. Nunc[2] me hercule.

A. Ego sane a Quinto nostro dissentio, sed ea quae restant audiamus.

XII. **27.** *M.* Deinceps igitur omnibus magistratibus auspicia et iudicia dantur, iudicia, ut esset populi potestas, ad quam prouocaretur, auspicia, ut multos inutiles comitiatus probabiles inpedirent morae; saepe enim populi impetum iniustum auspiciis di immortales represserunt. ex iis autem, qui magistratum ceperunt, quod senatus efficitur, populare est[3] sane, neminem in summum locum nisi per populum uenire sublata cooptatione censoria. sed praesto est huius uiti temperatio, quod senatus lege nostra confirmatur auctoritas; **28.** sequitur enim: e i u s d e c r e t a r a t a s u n t o. nam ita se res habet, ut, si senatus dominus sit publici consilii, quodque is creuerit, defendant

---

[1]) qui *AB edd.* [2]) *AB edd.* Nec *ex Madvigii cj. ed. V. omnia haec* Nec. . . . audiamus *Attico attribuens.* [3]) *Ex Turnebi cj.* popularem *AB* populare *ed. V.*

omnes et si ordines reliqui principis ordinis consilio rem publicam gubernari uelint, possit ex temperatione iuris, cum potestas in populo, auctoritas in senatu sit, teneri ille moderatus et concors ciuitatis status, praesertim si proximae legi parebitur; nam proximum est: is ordo uitio careto, ceteris specimen esto.

Q. Praeclara uero, frater, ista lex, sed et late patet, ut uitio careat ordo, et censorem quaerit[1] interpretem.

29. *A.* Ille uero etsi tuus est totus ordo gratissimamque memoriam retinet consulatus tui, pace tua dixerim, non modo censores, sed etiam iudices omnes potest defatigare.

XIII. *M.* Omitte ista, Attice; non enim de hoc senatu nec his de hominibus, qui nunc sunt, sed de futuris, si qui forte his legibus parere uoluerint, haec habetur oratio; nam cum omni uitio carere lex iubeat, ne ueniet quidem in eum ordinem quisquam uitii particeps. id autem difficile factu est nisi educatione quadam et disciplina, de qua dicemus aliquid fortasse, si quid fuerit loci aut temporis.

30. *A.* Locus certe non deerit, quoniam tenes ordinem legum, tempus uero largitur longitudo diei. ego autem, etiam si praeterieris, repetam a te istum de educatione et de disciplina locum.

M. Tu uero et istum, Attice, et si quem alium prae(*teriero. ce*)teris specimen esto. quod si (*tenemus*), tenemus omnia: ut enim cupiditatibus principum et uitiis infici solet tota ciuitas, sic emendari et corrigi continentia. uir magnus et nobis omnibus amicus, L. Lucullus, ferebatur, quasi commodissime respondisset, cum esset obiecta magnificentia uillae Tusculanae, duo se habere uicinos, superiorem equitem Romanum, inferiorem libertinum: quorum cum essent magnificae uillae, concedi sibi oportere, quod iis, qui inferioris ordinis essent, liceret. (*set*)[2] non uides, Luculle, a te id ipsum natum,[3] ut illi cuperent? quibus id, si tu non faceres, non liceret. **31.** quis enim ferret istos, cum uideret eorum uillas signis et tabulis refertas, partim publicis, partim etiam sacris et religiosis? qui non frangeret eorum libidines, nisi illi ipsi, qui eas frangere deberent, cupiditatis eiusdem tenerentur? XIV. nec

---

[1]) *Ex Turnebi cj.* quaerat *AB ed. V.* [2]) *Addidi.* [3]) *Malim* datum.

enim tantum mali est peccare principes, quamquam est magnum hoc per se ipsum malum, quantum illud, quod permulti imitatores principum existunt. nam licet uidere, si uelis replicare memoriam temporum, qualescumque summi ciuitatis uiri fuerint, talem ciuitatem fuisse; quaecumque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secutam. **32.** idque Platoni nostro placet *et*[1] haud paulo est uerius quam quod musicorum cantibus ait mutatis mutari ciuitatum status; ego autem nobilium uita uictuque mutato mores mutari ciuitatum puto. quo perniciosius de re publica merentur uitiosi principes, quod non solum uitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem, neque solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt plusque exemplo quam peccato nocent. atque haec lex, dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest; pauci enim atque admodum pauci honore et gloria amplificati uel corrumpere mores ciuitatis uel corrigere possunt: sed haec et nunc satis et in illis libris tractata sunt diligentius. qua re ad reliqua ueniamus.

XV. **33.** Proximum autem est de suffragiis, quae iubeo nota esse optimatibus, populo libera.

A. Ita me hercule attendi nec satis intellexi, quid sibi lex aut quid uerba ista uellent.

M. Dicam, Tite, et uersabor in re difficili ac multum et saepe quaesita, suffragia in magistratu mandando ac de reo iudicando (*iubenda*)que[2] in lege aut rogatione clam an palam ferri melius esset.

Q. An etiam id dubium est? uereor, ne a te rursus dissentiam.

M. Non facies, Quinte. nam ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio, nihil ut fuerit in suffragiis uoce melius; sed optineri an possit uidendum est.

34. *Q.* Atqui, frater, bona tua uenia dixerim, ista sententia maxime et fallit imperitos et obest saepissime rei publicae, cum aliquid uerum et rectum esse dicitur, sed optineri, id est obsisti posse populo negatur. primum enim obsistitur,

---

1) *Verba* Platoni nostro placet *absque 'et', quod addidi, et addito* qui, *quod delevi, post verba* quam quod *in AB edd. leguntur.*
2) *'iubenda'* addidi; *sciscenda*que *ed. V.*

cum agitur seuere; deinde ui opprimi in bona causa est melius quam malae cedere. quis autem non sentit, omnem auctoritatem optimatium tabellariam legem abstulisse? quam populus liber numquam desiderauit, idem oppressus dominatu ac potentia principum flagitauit. itaque grauiora iudicia de potentissimis hominibus extant uocis quam tabellae. quam ob rem suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella uitiosum occultaret suffragium. itaque isti rationi neque lator quisquam est inuentus nec auctor umquam bonus. XVI. **35.** sunt enim quattuor leges tabellariae, quarum prima de magistratibus mandandis: ea est Gabinia, lata ab homine ignoto et sordido. secuta biennio post Cassia est de populi iudiciis, a nobili homine lata, L. Cassio, sed, pace familiae dixerim, dissidente a bonis atque omnis rumusculos populari ratione aucupante. Carbonis est tertia de iubendis legibus ac uetandis, seditiosi atque inprobi ciuis, cui ne reditus quidem ad bonos salutem a bonis potuit adferre. **36.** uno in genere relinqui uidebatur uocis suffragium, quod ipse Cassius exceperat, perduellionis: dedit huic quoque iudicio C. Caelius tabellam doluitque, quoad uixit, se, ut opprimeret C. Popilium, nocuisse rei publicae. et auus quidem noster singulari uirtute in hoc municipio, quoad uixit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem, auiam nostram, habebat, ferenti legem tabellariam: excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius eius Marius in Aegaeo excitauit mari. ac nostro quidem auo ciui,[1] cum res esset ad se delata, M. Scaurus consul 'utinam', inquit, 'M. Cicero, isto animo atque uirtute in summa re publica nobiscum uersari quam in municipali maluisses.' **37.** quam ob rem, quoniam non recognoscimus nunc leges populi Romani, sed aut repetimus ereptas aut nouas scribimus, non quid hoc populo optineri possit, sed quid optimum sit, tibi dicendum puto. nam Cassiae legis culpam Scipio tuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur. tu, si tabellariam tuleris, ipse praestabis; nec enim mihi placet nec Attico nostro, quantum e uultu eius intellego.

---

[1]) quidem qui *et paulo post* utinamque *AB* quidem '*auo magnam ea res attulit laudem' cj. V. deleto tantum post illo* que.

XVII. *A.* Mihi uero nihil umquam populare placuit eamque optimam rem publicam esse dico, quam hic consul constituerat, quae sit in potestate optimorum.

38. *M.* Vos quidem, ut uideo, legem antiquastis sine tabella. sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen iustam[1] libertatem istam largior populo, ut auctoritate et ualeant et utantur boni; sic enim a me recitata lex est de suffragiis: optimatibus nota, plebi libera sunto. quae lex hanc sententiam continet, ut omnes leges tollat, quae postea latae sunt, quae tegunt omni ratione suffragium, ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet; pontes etiam lex Maria fecit angustos. **39.** quae si opposita sunt ambitiosis, ut sunt fere, non reprehendo; sin[2] ualuerint tamen leges, ut ne sit ambitus, habeat sane populus tabellam quasi uindicem libertatis, dum modo haec optimo cuique et grauissimo ciui ostendatur ultroque offeratur, ut in eo sit ipso libertas, in quo populo potestas honeste bonis gratificandi datur. eoque nunc fit illud, quod a te modo, Quinte, dictum est, ut minus multos tabella condemnet, quam solebat uox, quia populo licere satis est: hoc retento reliqua uoluntas auctoritati aut gratiae traditur. itaque, ut omittam largitione corrupta suffragia, non uides, si quando ambitus sileat, quaeri in suffragiis, quod[3] optimi uiri sentiant? quam ob rem lege nostra libertatis species datur, auctoritas bonorum retinetur, contentionis causa tollitur.

XVIII. **40.** Deinde sequitur, quibus ius sit cum populo agendi aut cum senatu. (*tum*) grauis et, ut arbitror, praeclara lex: (*quae cum populo*) quaeque in patribus agentur, modica sunto, id est modesta atque[4] sedata; actor enim moderatur et fingit non modo mentem ac uoluntates, sed paene uultus eorum, apud quos agit. (*it*)que est[5] in senatu non difficile; est enim ibi[6] senator is, cuius non ad actorem[7] referatur animus, sed qui per se ipse spectari uelit. huic iussa

---

1) istam *AB ed V. hic deleto altero* istam. 2) '*non*' *addidit ed. V.* 3) qui *B* qui *superscripta* d *A* quid *ed. V.* 4) ad *addunt AB* 5) quodsi *AB ed. V., qui post* in *quaedam omissa esse censet.* 6) ipsese *B* ipse *A edd.* 7) *Ex Turnebi cj.* ab auctorē *AB* ad auctorem *ed. V. potest etiam fuisse* ab actore *et deinde* regatur *pro* referatur.

tria sunt: ut adsit; nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est; ut loco dicat, id est rogatus; ut modo, ne sit infinitus; nam breuitas non modo senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia: nec est umquam longa oratione utendum, nisi aut peccante senatu, quod fit ambitione saepissime, nullo magistratu adiuuante tolli diem utile est, aut cum tanta causa est, ut opus sit oratoris copia uel ad hortandum uel ad docendum; quorum generum in utroque magnus noster Cato est. **41.** quodque addit(*ur*)[1] causas populi teneto, est senatori necessarium nosse rem publicam, idque late patet, quid habeat militum, quid ualeat aerario, quos socios res publica habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque sit lege, condicione, foedere; tenere consuetudinem decernendi, nosse exempla maiorum. uidetis iam genus hoc omne scientiae, diligentiae, memoriae, sine quo paratus esse senator nullo pacto potest.

42. Deinceps sunt cum populo actiones, in quibus primum et maximum uis abesto. nihil est enim exitiosius ciuitatibus nihil tam contrarium iuri et legibus, nihil minus et ciuile et[2] humanum quam composita et constituta re publica quicquam agi per uim. (*dein*)[3] pareri iubet(*ur*)[4] intercessori, quo nihil praestantius; inpediri enim bonam rem melius quam concedi malae. XIX. quod uero actoris iubeo esse fraudem, id totum dixi ex Crassi, sapientissimi hominis, sententia: quem est senatus secutus, cum decreuisset C. Claudio consule de Cn. Carbonis seditione referente, inuito eo, qui cum populo ageret, seditionem non posse fieri, quippe cui liceat concilium, simul atque intercessum turbarique coeptum sit, dimittere. quod qui permouet, cum agi nihil potest, uim quaerit, cuius inpunitatem amittit hac lege. **43.** sequitur illud intercessor rei malae salutaris ciuis esto. quis non studiose rei publicae subuenerit hac tam praeclara legis uoce laudatus?

Sunt deinde posita deinceps, quae habemus etiam in publicis institutis atque legibus: auspicia seruanto, auguri parento. est autem boni auguris meminisse, (*se*)[5] maximis rei publicae temporibus praesto esse debere Iouique optimo

---

[1]) addit *AB edd.* [2]) est *ed. V. superscripto* et *A* [3]) *Addidi.* [4]) parere iubet *AB edd.* [5]) *Addidi.*

maximo se consiliarium atque administrum datum, ut sibi eos, quorum[1] in auspicio esse iussus erit,[2] caelique partes sibi definitas esse traditas, e quibus saepe opem rei publicae ferre possit. deinde de promulgatione, de singulis rebus agendis, de priuatis magistratibusue audiendis. **44.** Tum leges praeclarissimae de duodecim tabulis tralatae duae, quarum altera priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari nisi maximo comitiatu uetat, et nondum inuentis seditiosis tribunis plebis, ne cogitatis quidem, admirandum, tantum maiores in posterum prouidisse. in priuatos homines leges ferri noluerunt; id est enim privilegium: quo quid est iniustius, cum legis haec uis sit, scitum et iussum in omnis ferri? ⟨*et si necesse sit in causa capitis ferri*⟩[3] de singulis, ⟨*id aliis ni*⟩si[4] centuriatis comitiis noluerunt; descriptus enim populus censu, ordinibus, aetatibus plus adhibet ad suffragium consilii quam fuse in tribus conuocatus. **45.** quo uerius in causa nostra uir magni ingenii summaque prudentia, L. Cotta, dicebat nihil omnino actum esse de nobis; praeter enim quam quod comitia illa essent armis gesta seruilibus, praeterea neque tributa capitis comitia rata esse posse neque ulla priuilegii; quocirca nihil nobis opus esse lege, de quibus nihil omnino actum esset legibus; sed uisum est et uobis et clarissimis uiris melius, de quo serui et latrones sciuisse aliquid dicerent, de hoc eodem cunctam Italiam quid sentiret ostendere.

XX. **46.** Sequitur de captis pecuniis et de ambitu. legesque cum magis iudiciis quam uerbis sanciendae sint, adiungitur noxiae poena par esto, ut in suo uitio quisque plectatur, uis capite, auaritia multa, honoris cupiditas ignominia sanciatur. Extremae leges sunt nobis non usitatae, rei publicae necessariae. legum custodiam ⟨*iam*⟩[5] nullam habemus, a librariis petimus;[6] itaque eae leges sunt, quas apparitores nostri uolunt: ⟨*item*⟩[7] publicis litteris consignatam memoriam publicam nullam habemus. Graeci hoc diligentius, apud quos *νομοφύλακες* creabantur; nec ei solum ⟨*legum*⟩[8] litteras, nam

---

[1]) quos *A edd.* [2]) iusserit *A edd.* [3]) *Addidi.* [4]) *Addidi.* si *AB* nisi *edd. Quae praecedunt sic exhibet ed. V.:* scitum et iussum in omnis. ferri de singulis nisi [5]) *Addidi.* [6]) *Verba* a librariis petimus *in AB edd. post* uolunt *leguntur.* [7]) *Addidi.* [8]) *Addidi.*

id quidem etiam apud maiores nostros erat, sed etiam facta hominum obseruabant ad legesque reuocabant. haec detur cura censoribus, quando quidem eos in re publica semper uolumus esse: apud eosdem, qui magistratu abierint, edant et exponant, quid in magistratu gesserint, deque iis censores praeiudicent. hoc in Graecia fit publice constitutis accusatoribus: qui quidem graues esse non possunt, nisi sunt uoluntarii; quocirca melius, rationes referri causamque exponi censoribus, integram tamen legi, accusatori iudicioque seruari. sed satis iam disputatum est de magistratibus, nisi forte quid desideratis.

A. Quid? si nos tacemus, locus ipse te non admonet, quid tibi sit deinde dicendum?

M. Mihine? de iudiciis arbitror, Pomponi; id est enim iunctum magistratibus.

48. *A.* Quorum[1] de iure populi Romani, quem ad modum instituisti, dicendum nihil putas?

M. Quid tandem hoc loco est quod requiras?

A. Egone? quod ignorari ab iis, qui in re publica uersantur, turpissimum puto: nam ut modo a te dictum est, leges a librariis peti, sic animaduerto plerosque in magistratibus ignoratione iuris sui tantum sapere, quantum apparitores uelint. quam ob rem, si de sacrorum alienatione dicendum putasti, quom de religione leges proposueras, faciendum tibi est, ut, magistratibus lege constitutis, de potestatum iure disputes.

49. *M.* Faciam breuiter, si consequi potuero; nam pluribus uerbis scripsit (*it*)[2] ad patrem tuum M. Iunius sodalis, perite meo quidem iudicio et diligenter; nos autem de iure naturae cogitare per nos atque dicere debemns, de iure populi Romani quae relicta sunt et tradita.

A. Sic prorsum censeo et id ipsum, quod dicis, expecto.

Fragmenta.

1. Quam sententiam Cicero in legibus[3] sic explicauit: ‘gratulemurque nobis, quoniam mors aut meliorem quam qui est in uita, aut certe non deteriorem adlatura est statum: nam

---

[1]) q̃d *A* quo *B* quid? *edd.* [2]) *Addidi.* [3]) *libro secundo, ut Vahleno non sine ratione visum, in his, quae sub finem cap.* 21. *periere.*

sine corpore animo uigente diuina uita est; sensu carente nihil profecto est mali.' — Lactant. instit. diu. 3, 19, 2.

2. Cicero de legibus tertio:[1] 'Qui poterit socios tueri, si dilectum rerum utilium et inutilium non habebit?' — Macrob. de differ. et soc. Graeci Lat. q. uerbi 17, 6. et auct. inc. de uerbo 5, 6.

3. Nunc autem mali sunt ignoratione recti ac boni. quod quidem Cicero uidit: disputans enim de legibus,[3] 'sicut una', inquit, 'eademque natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohaeret ac nititur, sic omnes homines inter se natura confusi, prauitate dissentiunt, nec se intellegunt esse consanguineos et subiectos omnes sub unam eandemque tutelam: quod si teneretur, deorum profecto uitam homines uiuerent.' — Lactant. instit. diu. 5, 8, 10.

4. Sunt qui aestiment, hoc uerbum 'umbracula' Virgilio auctore conpositum, cum Varro . . . dixerit . . . et Cicero in quinto de legibus: 'Visne igitur, quoniam sol paululum a meridie iam deuexus uidetur nequedum satis ab his nouellis arboribus[3] omnis hic locus opacatur, descendamus[4] ad Lirim eaque, quae restant, in illis alnorum umbraculis persequamur? — Macrob. Sat. 6, 4, 8.

5. Magnum Cicero audaxque consilium suscepisse Graeciam dicit, quod Cupidinum et Amorum simulacra in gymnasiis consecrasset. adulatus est uidelicet Attico et irrisit hominem familiarem. Non enim illud magnum aut omnino consilium dicendum fuit, sed impudicorum hominum perdita et deplorata nequitia, qui liberos suos, quos erudire ad honesta deberent, prostituerunt libidini iuuentutis: a quibus flagitiorum deos, et in illis potissimum locis, ubi nuda corpora cor-

---

1) *in his, ut idem recte iudicat, quae ante c. 8. interciderunt spectabantque ad legem illam* sociis parcunto (3, 3, 9) *interpretandum.* 2) *quarto, ut puto, libro, in quo de iudiciis poenisque disseruisse videtur. Certe Lactantius ea affert, ubi de legibus poenisque agit non necessariis, si omnes veri dei legem sequerentur. Eidem libro haec Augustini (de civ. dei* 21, 11) *assignanda forent, si omnino id quod affert, ex libris de legibus petitum esse certo constaret.* Octo genera poenarum in legibus esse scribit Tullius: damnum, uincula, uerbera, talionem, ignominiam, exsilium, mortem, seruitutem. 3) *Earum mentio facta esse videtur disputaturo iam de liberorum educatione.* 4) *Ex Vahleni cj.* descendatur *Macrob.*

ruptorum luminibus patent, et in illa coli aetate uoluerunt, quae simplex et improuida prius irretiri et in laqueos potest cadere, quam cauere. Quid mirum, si ab hac gente uniuersa flagitia manarunt, apud quam ipsa uitia religiosa sunt, eaque non modo non uitantur, uerum etiam coluntur? Et ideo huic sententiae tanquam Graecos prudentia uinceret, adiecit: 'uirtutes enim oportere, non uitia consecrari'. — Lactant. instit. diu. 1, 20, 14 ... 16.

De iure ciuili in artem redigendo.

1. 'Nec uero scientia iuris maioribus suis Q. Aelius Tubero defuit; doctrina etiam superfuit.' — Gell. 1, 22. §. 7.

2. 'Aliquo excellente ac nobile uiro.' — Charis. inst. gr. l. p. 111. ed. Putsch. p. 138. ed. Keil.

*L. CINCIVS [19]

(Ciceronis fere aequalis).[1]

De fastis.

1. Cincius in eo libro, quem de fastis reliquit, ait, imperite quosdam opinari, Aprilem mensem antiquos a Venere dixisse, cum nullus dies festus nullumque sacrificium insigne Veneri per hunc mensem a maioribus institutus sit, sed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris ulla ut ceterorum coelestium laus celebretur. — Macrob. Sat. 1, 12. §. 12.

2. *Κίγκιος δὲ ὁ Ῥωμαῖος σοφιστής φησι, τὴν Ἀφροδίτην ἐξ ἀφροῦ τεχθῆναι οἱονεὶ ἐκ τοῦ χιονώδους ἀέρος καὶ τῆς ψυχρᾶς οὐσίας τὸ ἔαρ ἀποτεχθῆναι.* — Io. Laur. Lyd. de mens. 4, 44.

Cincius autem sophista Romanus Venerem ex spuma natam dicit, velut ex aëre nivoso et frigida essentia ver procreatum.

3. Cincius (Maium sc.) mensem nominatum putat a Maia, quam Vulcani dicit uxorem, argumentoque utitur, quod flamen Vulcanalis Kalendis Maiis huic deae rem diuinam facit. — Macrob. Sat. 1, 12. §. 18.

---

1) *Probe distinguendus a L. Cincio Alimento annalium scriptore, qui praetor fuit a. u.* 544. *Cf. Mart. Hertz. de L. Cinciis. Berol.* 1842. *quem fere sequor.*

4. Iunius . . . . . ut Cincius arbitratur, quod Iunonius apud Latinos ante uocitatus diuque apud Aricinos Praenestinosque hac appellatione in fastos relatus sit. — Macrob. ib. §. 30.

5. Κίγκιος ἐν τῷ περὶ τῶν ἑορτῶν λέγει, τὸν Νοέμβριον παρὰ τοῖς παλαιοῖς Μερκηδῖνον ὀνομασθῆναι ὡσανεὶ μισθοφόρον. ἐν αὐτῷ γὰρ τοῖς κτήτορσιν οἱ μισθωτοὶ τὰς προσόδους εἰσέφερον τοῦ παρελθόντος κύκλου ἑτέρων καρπῶν αὖθις ἐπερχομένων. Νοέμβριος
20] δὲ ὕστερον ὠνομάσθη ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ· ἔννατος γὰρ ἐκ τοῦ Μαρτίου. — Io. Laur. Lyd. de mens. 4, 92.

Cincius in libro de fastis[1] *ait, Novembrem apud veteres Mercedonium nominatum fuisse, velut mercedes ferentem; illo enim mense dominis conductores pensiones inferebant praeteriti spatii temporis, aliis fructibus rursus provenientibus. November autem postea nominatus est a numero; nonus enim a Martio.*

De comitiis.

6. Patricios Cincius ait in libro de comitiis eos appellari solitos, qui nunc ingenui uocentur. — Fest. v. Patricios p. 241.

De consulum potestate.

7. Praetor ad portam salutatur is, qui in prouinciam pro praetore aut pro consule exit: cuius rei morem ait fuisse Cincius in libro de consulum potestate talem: Albanos rerum potitos usque ad Tullum regem. Alba deinde diruta usque ad P. Decium Murem cos. populos ad caput Ferentinae, quod est sub monte Albano, consulere solitos et imperium communi consilio administrare. itaque quo anno Romanos imperatores[2] ad exercitum mittere oporteret iussu nominis Latini, complures nostros in Capitolio a sole oriente auspiciis operam dare solitos. ubi aues addixissent, militem illum, qui a communi Latio missus esset, illum, quem aues addixerant, praetorem salutare solitum, qui eam prouinciam optineret praetoris nomine. — Fest. v. Praetor p. 241.

1) *proprie: 'de festis': sed Lydus ita de fastis librum intellexisse videtur.* 2) *Lege* imperatorem.

De officio iurisconsulti.

8. 'Nuncupata pecunia est', ut ait Cincius in l. II. de officio iurisconsulti, 'nomine concepta,[1] nominibus propriis pronuntiata. "cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupassit, ita ius esto" id est, uti nominarit locutusue erit, ita ius esto. uota nuncupata dicuntur, quae consules, praetores, cum in prouinciam proficiscuntur, faciunt; ea in tabulas praesentibus multis referuntur.' at Santra etc. — Fest. v. Nuncupata p. 173.

9. [2]*Sunt*, qui et inf*eriores dici putant colonias*, quae sunt *deductae Alba Longa in Priscos* Latinos, *quas Tarqui-* [21] *nius rex sub*egerit secundum *mare non longe in*fra Romam in *ciuitatibus Latinorum;* eosque sanat*is appellatos*, *quod eos rex* praeter opinio*nem breui pacauis*set sanauisse*tque ac cum iis pa*cisci potuisset no*mine a re dato*, *ut ait* Cincius l. II. de *officio iuriscon*sulti. — Fest. v. *Sanates* p. 321.

10. Subici ar*ies dicitur*, *qui pro occiso datur*, quod fit, ut ait Cincius *in libro . . . de officio iuris*consulti, exemplo At*heniensium*, *apud quos* expiandi gratia aries *inigitur ab eo, qui inuitus sce*lus admisit, poenae p*endendae loco.* — Fest. v. Aries[3] p. 347.

Mystagogicon.

11. Trientem tertium pondo coronam auream dedisse se Ioui donum, scripsit T. Quinctius dict(*ator*), quom per nouem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset. id significare ait Cincius in Mystagogicon l. II. duas libras pondo et trientem. — Fest. v. Trientem p. 363.

De re militari.

12. Cincius in libro tertio de re militari fecialem populi Romani bellum indicentem hostibus telumque in agrum eorum iacientem his uerbis uti scripsit: 'QVOD POPVLVS HERMVN-

---

1) *Scripsi Zeitschr. f. gesch. RW.* XII. *p.* 293. *Cf.* '*Recht d. Nexum*' *p.* 24. nomina certa *Cod.* nominata, certa *Ursin. cj.* 2) *Restitui fere* '*Recht d. Nexum*' *p.* 253. 3) *Cf. infra M. Antistium Labeonem* 5. *et lib. meum* '*Serv. Tull.*' *p.* 275. *Osenbrüggen über das Parricid. p.* 18.

DVLVS HOMINESQVE POPVLI HERMVNDVLI ADVERSVS POPVLVM ROMANVM BELLVM FECERE DELIQVERVNTQVE, QVODQVE POPVLVS ROMANVS CVM POPVLO HERMVNDVLO HOMINIBVSQVE HERMVNDVLIS BELLVM IVSSIT, OB EAM REM EGO POPVLVSQVE ROMANVS POPVLO HERMVNDVLO HOMINIBVSQVE HERMVNDVLIS BELLVM (*IN*)DICO FACIOQVE'. — Gell. **16, 4 §. 1.**

13. Item in libro eiusdem Cincii de re militari quinto ita scriptum est: 'Quum delectus antiquitus fieret et milites scriberentur, iusiurandum eos tribunus militaris adigebat in uerba haec:[1] "C. LAELII C. FILII CONSVLIS, L. CORNELII P. FILII
[22] CONSVLIS IN EXERCITV DECEMQVE MILIA PASSVVM PROPE FVRTVM NON FACIES DOLO MALO (*NEQVE*) SOLVS NEQVE CVM PLVRIBVS PLVRIS NVMMI ARGENTEI IN DIES SINGVLOS; EXTRAQVE HASTAM, HASTILE, '*LO*RVM,[2] PABVLVM, VTREM, FOLLEM, FACVLAM SI QVID IBI INVENERIS SVSTVLERISVE, QVOD TVVM NON ERIT, QVOD PLVRIS NVMMI ARGENTEI ERIT, VTI TV AD C. LAELIVM C. FILIVM CONSVLEM LVCIVMVE CORNELIVM P. FILIVM CONSVLEM, SIVE QVEM AD VTER EORVM IVSSERIT, 'PERFERES[3] AVT PROFITEBERE IN TRIDVO PROXIMO, 'QVVM QVID[4] INVENERIS SVSTVLERISVE, SINE DOLO MALO, AVT DOMINO SVO, CVIVM ID CENSEBIS ESSE, REDDES, VTI QVOD 'RECTE[5] FACTVM ESSE VOLES". Militibus autem scriptis dies praefinibatur, quo die adessent et citanti consuli responderent; deinde concipiebatur iusiurandum, ut adessent, his additis exceptionibus: "NISI HARVNCE QVAE CAVSA ERIT: FVNVS FAMILIARE FERIAEVE DENICALES,[6] QVAE NON EIVS REI CAVSA IN EVM DIEM COLLATAE SINT, QVO IS EO DIE MINVS IBI ESSET, MORBVS SONTICVS, AVSPICIVMVE, QVOD SINE PIACVLO PRAETERIRE NON LICEAT, SACRIFICIVMVE ANNIVERSARIVM, QVOD RECTE FIERI

---

[1]) *Quae sequuntur in Cdd.:* mag. uerba *ut glossema omisi. Postea* neque *supplevi.* [2]) *Correxi*; pom (*pro* rom, *ante quod* lo *propter antecedens* -le *videtur excidisse*) *Cdd.* pomum *ed. Hertz. Sunt omnes res, quibus militi militiae gratia opus esse possit, quocirca recte intra triduum non reddat.* [3]) proferes *edd.* [4]) quicquid *edd.* [5]) rectum *edd.* [6]) *In honorem mortui celebrandae, quas in eos dies conferre ius erat, ubi neque heredis privatae neque publicae feriae erant. Cic. de leg.* 2, 22.

NON POSSIT, NISI IPSVS EO DIE IBI SIT, VIS HOSTISVE, STATVS CONDICTVSVE DIES CVM HOSTE. SI CVI EORVM HARVNCE QVAE CAVSA ERIT, TVM SE POSTRIDIE QVAM PER EAS CAVSAS LICEBIT, EO DIE VENTVRVM ’ADITVRVMQVE[1] EVM, QVI EVM PAGVM, VICVM OPPIDVMVE DELEGERIT’’. — Gell. 16, 4. §§. 2—4.

14. Item in eodem libro uerba haec sunt: ‘Miles quum die, qui praedictus erat, aberat neque excusatus erat, infrequens ’censebatur’[2]. — Gell. 16, 4. §. 5.

15. Item in libro sexto hoc scriptum est: ‘Alae dictae [23] exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra sinistraque tanquam alae in auium corporibus locabantur. In legione sunt centuriae sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem’. — Gell. 16, 4. §. 6.

De uerbis priscis.[3]

16. Scenam genus *fuisse ferri* manifestum est; sed utrum securis an dolabra sit, ambigitur. ’quamquam[4] Cincius in libro de uerbis priscis dolabram ait esse pontificiam. — Fest. v. Scenam p. 330.

17. Peremere Cincius in lib. de uerbis priscis ait significare idem, quod prohibere. — Fest. v. Peremere p. 214.

18. Reconduit refecerit, ut condere urbem facere, aidificare, ut Cincius testatur in libro de uerbis priscis. — Fest. v. Reconduit (Reconductae) p. 277.

19. Cincius de uerbis priscis sic ait: ‘Quemadmodum omnis fere materia ’nondum formata[5] rudis appellatur, sicut uestimentum rude non perpolitum, sic aes infectum ’rudus. quia[6] apud aedem Apollinis aes infectum iacuit, ’id ad rudus[7] appel-

---

1) *Ex Guelf. scripsi* adiuturumque *edd.* 2) *Scripsi;* dabatur *edd., ubi* cens- *ob antecedens* freq-uens *excidisse videtur. Cf. Paul. ex Festo v. Censionem facere. Censio hastaria. p.* 54. *item Plaut. Truc.* 2, 1. *v.* 19. *unde apparet, militem ob infrequentiam hastas dare censum, nisi daret, ignominiose missum esse.* 3) *In his fragmentis, quae non a Festo laudantur, minus certum est, ea ex hoc libro petita esse.* 4) *Scripsi;* quam *Cd. et post inter* libro *et* de uerbis *quod in eo additur:* qui est ei *ex v.* quam *huc translata et tanquam nota explicata factum esse puto.* 5) *Scripsi;* non deformata (*pro* nond. formata) *Cd. edd.* 6) rudusculum *edd.* ruduscuīū *Cd. De rudusculo hic non quaerit Festus.* 7) id adrudus *edd. Fortasse:* aedem ad rudus.

labant; *et adhuc*[1] in aestimatione censoria aes infectum rudus appellatur. rudiarii ab eodem dicuntur, quod saga noua poliunt'.[2] — Fest. v. Rodus p. 265.

20. Tuditantes, tundentes *negotium i. e. ag*entes significare ait Cincius *de uerbis priscis.*[3] — Fest. v. Tuditantes p. 352.

21. Gentilis dicitur et ex eodem genere ortus et is, qui simili nomine appellatur; ut ait Cincius: 'Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur'. — Paul. ep. Fest. v. Gentilis p. 94.

[24] **22.** *Natio in eadem terra hominum genus* natum. Cin*cius genus hominum, qui non aliunde uener*unt, sed ibi *nati sunt, significari ait*, *idemque n*ationem ait *non tantum uniuersim de omni*bus sed e*tiam de singularibus hominib*us seiuncti*m dici solere.* — Fest. v. Natio p. 166.

23. Naccae appellantur uulgo fullones, ut ait Curiatius, quod nauci non sint, id quod est nullius pretii. idem sentit et Cincius. — Fest. v. Naccae p. 166.

24. Naucum ait Ateius philologus poni pro nugis. Cincius, 'cutim oleae nucis, quae intus sit.[4] — Fest. v. Nauci p. 166.

25. Nuptias dictas . . . . . Aelius et Cincius, quia flammeo caput nubentis obuoluatur, quod antiqui obnubere uocarint: ob quam causam legem quoque 'Praenestinam[5] iubere caput eius obnubere, qui parentem necauisset, quod est obuoluere. — Fest. v. Nuptias p. 170.

26. *Noualem a*grum . . . . . *C*incius eum esse, ubi *terra sine cultura ad nouam* sementem sit relic*ta.* — Fest. v. Noualem agrum p. 174.

27. Obstitum Cloatius et Aelius Stilo esse aiunt uiolatum attactumque de caelo. Cincius, quom qui deo deaeue obstiterit, id est, qui uiderit, quod uideri nefas esset. — Fest. v. Obstitum p. 193.

28. *Praecidanea porca produc*ta syllaba *secunda pronuncianda est; quod enim*, ut ait L. Cin*cius*, *antequam no-*

---

1) *Supplevi.* 2) *Postrema verba fortasse novum Festi lemma sunt.* 3) *Ex Hertzii cj.* 4) *Correxi;* quod in oleae nucis quod intus sit *Cd. edd.* 5) *Ex Bergkii cj.* parenstam *Cd. An:* peruetustam.

uam frugem secant, *f*amiliae pur*gandae causa Cereri caeditur*, *prae*cidanea dicitur. — Fest. v. Praecidanea p. 218.[1]

29. Refriua faba dicitur, ut ait Cincius, 'quom ea, quae[2] ad sacrificium referri solet domum ex segete auspicii causa, quasi 'reuocantur[3] fruges, ut domum 'lata messe uirtute (*sint eadem*) ad[4] rem diuinam faciendam. — Fest. v. Refriua p. 277.

30. Salias uirgines Cincius ait esse conductitias, quae ad Salios adhibeantur apicibus paludatas, quas Aelius Stilo scripsit [25] sacrificium facere in regia cum pontifice paludatas cum apicibus in modum Saliorum. — Fest. v. Salias p. 329.

31. Sinistrae aues sinistrumque siue sinistimum auspicium i. quod sinat fieri. Varro l. V. epistolicarum quaestionum ait: 'A deorum sede cum in meridiem spectes, (*quod*) ad sinistram sunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes, factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia quam dextera esse existimentur'. Idem fere sentiunt Sinnius Capito et Cincius. — Fest. v. Sinistrae p. 339.

32. Vindiciae . . . . . de quo uero Cincius sic ait: 'Vindiciae 'olim[5] dicebantur illae, quae ex fundo sumptae in ius adlatae erant'. — Fest. v. Vindiciae p. 376.

33. . . . Alii, ut Cincius, dicunt delubrum esse locum ante templum, ubi aqua currit, a diluendo. — Serv. ad Aen. 4, 56.

34. Cincius et Cassius aiunt, ab Euandro Faunum deum appellatum, ideoque aedes sacras faunas primo appellatas, postea fana dicta et ex eo, qui futura praecinerent, fanaticos dici. — Serv. ad Georg. 1, 10.

35. . . . Cincius numina peregrina nouitate ex ipsa (sc. Nouensiles) appellata pronunciat: nam solere Romanos religiones urbium superatarum partim priuatim per familias spargere, partim publice consecrare: ac ne aliquis deorum multitudine aut ignorantia praeteriretur, breuitatis et compendii causa uno pariter nomine cunctos Nouensiles inuocari. — Arnob. adv. gent. 3, 38. cf. c. 39.[6]

---

1) *Mülleri supplementa paullum mutaui. Cf. Gell.* 4, 6. 2) quoque quae *Cd. edd.* 3) reuocant *Cd. edd.* 4) *Paullo audacius correxi locum desperatum;* datantes teuirtico ad *Cd. Cf. Müller p.* 402. 5) *Fortasse:* gleue (glebae). *Nam etiam Cincii tempore ita dicebantur. An postea ex* -ur illae *faciendum* uirgulae? 6) *Paucula fragmenta aut mere grammatica aut incerta omisi, de quibus vid. Hertz. l. c. p.* 58 *seq.*

SERVIVS SVLPICIVS RVFVS

(cos. a. u. 704. obiit 711).

De dotibus.

1. Seruius quoque Sulpicius in libro, quem composuit de dotibus, tum primum cautiones rei uxoriae necessarias esse [26] uisas scripsit, cum Spurius Caruilius, cui Ruga cognomentum fuit, uir nobilis, diuortium cum uxore fecit, quia liberi ex ea corporis uitio non gignerentur, anno urbis conditae quingentesimo uicesimo tertio M. Atilio P. Valerio coss. Atque is Caruilius traditur uxorem, quam dimisit, egregie dilexisse carissimamque morum eius gratia habuisse, sed iurisiurandi religionem animo atque amori praeuertisse, quod iurare a censoribus coactus erat, uxorem se liberum quaerundum gratia habiturum. — Gell. 4, 3. §. 2.

2. Sponsalia in ea parte Italiae, quae Latium appellatur, hoc more atque iure solita fieri, scripsit Seruius Sulpicius in libro, quem (*in*)scripsit de dotibus: 'Qui uxorem', inquit, 'ducturus erat, ab eo, unde ducenda erat, stipulabatur, eam in matrimonium (*datum iri; qui daturus erat, id eidem spondebat. item qui uxorem daturus erat, ab eo, cui eam daturus erat, stipulabatur, eam in matrimonium*) ductum iri,[1] qui ducturus erat, id eidem[1] spondebat. Is contractus stipulationum sponsionumque dicebatur sponsalia. item[2] quae promissa erat, sponsa appellabatur, qui spoponderat ducturum, sponsus. Sed si post eas stipulationis uxor non dabatur aut non ducebatur, qui stipulabatur,[3] ex sponsu agebat. Iudices cognoscebant.[4] Iudex, quamobrem data acceptaue non esset uxor, quaerebat. Si nihil iustae causae uidebatur, litem pecunia aestimabat, quantique interfuerat, eam uxorem 'dari aut accipi,[5] eum, qui spoponderat, 'ei, qui stipulatus erat,[6] con-

---

1) *Ex Momseni cj.* (*Symb. Bethm. Hollw. obl. p.* 98). 2) *Scripsi.* tunc *Cdd.* tum *edd.* 3) *Malim* stipulatus erat 4) *Non, ut Romae in causis pecuniariam condemnationem non admittentibus, ipsi magistratus, veluti si quis filium familias ex i. Qu. suum vindicabat, sive is, qui noxae datus erat, pecunia soluta ut manumitteretur, petebatur. Collat.* 2, 3. 5) *Scripsi;* accipi aut dari *Cdd. edd.* 6) *Scripsi Zeitschr. f. gesch. RW.* X. *p.* 319. *Omisso v.* ei *cetera uncis incl. Hertz.*

dempnabat'. Hoc ius sponsaliorum obseruatum dicit Seruius ad id tempus, quo ciuitas uniuerso Latio lege Iulia data est. Haec eadem Neratius scripsit in libro, quem de nuptiis composuit. — Gell. 4, 4.

De sacris detestandis.

3. Seruius Sulpicius iureconsultus, uir aetatis suae doctissimus, in libro de sacris detestandis secundo qua ratione adductus 'testamentum' uerbum esse duplex scripserit, non reperio. Nam compositum esse dixit a mentis contestatione. — Gell. 7 (6), 12. §§. 1. 2.

Reprehensorum Scaeuolae capitum.

4. Praeterea de penu etc. — Cf. supra S. Aelius Catus 1. et Q. Mucius Scaevola 1.

Ex incertis libris. [27]

5. In quo (sc. uerbo postliminii) Seruius noster, ut opinor, nihil putat esse notandum, nisi 'post', et 'liminium' illud productionem esse uerbi uult, ut in 'finitimo, legitimo, aeditimo' non plus 'inesset[1] 'timum', quam in 'meditullio' 'tullium'. — Cic. Top. 8. §. 36.

6. 'Pedem struit' in XII. significat fugit, ut ait Seruius Sulpicius. — Fest. v. Pedem p. 210.

7. At Ser. Sulpicius *nomine eti*am singulariter formato uindiciam esse ait '*dictam*,[2] qua de re controuersia est, ab eo, quod uindicatur. '*inde*[2] et in XII.: 'si uindiciam falsam tulit, si uelit is,[3] *qui uicit*, *prae*tor[3] arbitros tres dato; eorum arbitrio '*reus*[4] fructus duplione damnum decidito'. — Fest. v. Vindiciae p. 376.

8. Ser. Sulpicius Rufus . . . . et Opilius *Aurelius ita existimant* dici inferio*ris superiorisque loci socios*, ut Tiburtes *supra Romam aliosque*, *qui cum* populo Tibur*ti coniurauerant in agro* Tiburti idem*que in foedus et alios quos-*

---

1) inesse *edd.* 2) *Supplevi. Alii aliter.* 3) *Ex Wetzelli cj. omiseram 'qui uicit' ed.* 1. 2. *Cf. Gai.* 4, 163. 4) *Ex Mülleri cj. 'rei' ed.* 1. 2.

*dam in*feriorisque l*oci populos receperant.*[1] *Hinc* in XII.: 'Nex*i mancipiique cum p. R. idem* forti sanati*que supra infraque ius esto*'.[2] id est bonor*um et in fidem receptorum.* — Fest. v. Sanates p. 321.

9. *Noxia*, ut Ser. Sulpicius Ru*fus ait*, '*in XII.*[3] *damnum significat*, apud poetas autem et oratores ponitur pro culpa. — Fest. v. Noxia p. 174.

10. [4]'Sarcito' in XII. Ser. Sulpicius ait significare damnum soluito, praestato. — Fest. v. Sarcito p. 322.

11. *O*rba apud poe*tas significatur priuata aliqua* persona cara: apud *oratores*, *quae patrem amisit; item* mater, ut Ser. *Sulpicius ait*, *quae liberos*, *quasi* oculos, orba est *in tabulis censoriis dicta.*[5] — Fest. v. Orba p. 182.

12. Posticam lineam in agris diuidendis Ser. Sulpicius appellauit ab exori*ente sole ad occasum spectantem.* — Fest. v. Posticam p. 233.

[28] **13.** Quod in agris quotquotannis rursum facienda eadem, ut rursus capias fructus, appellata rura. 'Diuidit in illo', Servius scribit Sulpicius, 'plebei rura largitura adorea'.[6] — Varro de L. L. 5, 4. §. 40.

14. Seruius Sulpicius[7] religionem esse dictam tradidit, quae propter sanctitatem aliquam remota ac seposita a nobis sit, quasi a relinquendo dicta, ut a carendo caerimonia. — Macrob. Sat. 3, 3. §. 8.

15. *Mancipatus et adoptatus*, ut patris sui heres esse d*esinit*, *ita eius*, *qui adop*tet, tam heres est, qua*m ex eo natus. Set et arrogatus*, qui in potestate alie*na non est*, *ar-*

---

1) *Quaedam in Müllerianis supplementis emendavi.* 2) *Paullo aliter supplevi lib.* '*Recht des Nexum*' *p.* 255. *Rursus alia commentus est Em. Hoffmann das Gesetz über d. Forcten u. Sanaten. Vindob.* 1866. 3) *Addidi.* 4) *Accessit ed.* 3. 5) *Ita paullo rectius videor mihi restituere. Cf. Liv.* 3, 3. *et lib. meum de Serv. Tull. p.* 371. *Censorios libros Servium tractasse, apparet ex Gell.* 2, 10. *aut* matre*m* (matr. *Cd.*) ut Ser. *S. a. q. l. q.* oculos . . . . . *edd. Caeterum nunc mallem* '*quae liberos amisit paru*ulos' (*quippe adultiores magis pater videbatur amisisse*), *nisi Paulli epitome obstare videretur.* 6) *Emendavi locum et Servio vindicavi in lib.* '*d. Iguv. Taf.*' *p.* 437. 7) *Nisi potius Masurius Sabinus, cui haec tribuit Gell.* 4, 9. §. 8. *Et rectius ibi religiosi, non religionis haec traditur definitio. Ceterum extabat Servii Sulpicii* 'commentatio, quamobrem mensa linquenda non est', *Plin. H. N.* 28, 2. §. 26.

rogatoris fit filius et suus heres ut p*atris naturalis. Haec ait Ser.* Sulpicius in ea oratio*ne*, *quam habuit contra Messallam* pro Aufidia.[1] — Fest v. Mancipatus (Mancipatione) p. 153.

16. Silii causam te docui. Is postea fuit apud me. Quum ei dicerem, tibi uideri sponsionem illam nos sine periculo facere posse: ni bonorum Turpiliae possessionem Q. Caepio praetor ex edicto suo mihi dederit, negare aiebat Seruium, tabulas testamenti esse eas, quas instituisset is, qui factionem testamenti non habuerit: hoc idem Ofilium dicere.[2] — Cic. ad div. (Trebatium) 7, 21.

17. Eum uero, cui dens deesset, Seruius redhiberi posse, respondit. — Gell. 4, 2. §. 12.

C. AELIVS GALLVS [29]

(eiusdem fere aetatis).[3]

De uerborum, quae ad ius ciuile pertinent, significatione.

1. 'Postliminio[4] receptum Gallus Aelius in libro primo significationum, quae ad ius pertinent, ait esse eum, qui liber ex qua ciuitate in aliam ciuitatem abierat, in eandem ciuitatem redit eo iure, quod constitutum est de postliminiis. Item qui seruus a nobis in hostium potestatem peruenit, postea ad nos redit in eius potestatem, cuius antea fuit, iure postliminii. Equi et muli et nauis eadem ratio est 'postliminio receptis iis,[5] quae serui. Quae genera rerum ab hostibus ad nos postliminio redeunt, eadem genera rerum a nobis ad hostis redire

---

1) *Totum locum paullo aliter supplevi ac Müllerus ceterique.*
2) *De causa Siliana cf. lib. meum* '*Studien d. R. R.*' *p.* 1. — *Servii epistolam consolatoriam*, *quae legitur inter Cic. ep. ad. div.* 4, 5., *omittimus.* — *Servilius quis sit in hoc loco* (*Fest. v. Municeps p.* 142): At Seruilius aiebat initio fuisse, qui ea conditione ciues Ro. fuissent, ut semper remp. separatim a populo Ro. haberent, Cumanos, Acerranos, Atellanos, qui aeque ciues Ro. erant et in legione merebant, sed dignitates non capiebant, *non constat. Alius videtur P. Servilius augur, cuius meminit Fest. v. Stellam p.* 351. *Sunt, qui corrigant* Serui filius.
3) *Cf. C. Guil. Heimbach C. Aelii Galli ICti de verb. q. ad ius civ. pert. signif. fragmenta Lips.* 1823. *C. Lachmann in Zeitschr. f. gesch. RW.* XI. *p.* 116. 4) postliminium *Cd. hic et infr.* 5) postliminium receptum is *Cd.*

possunt. cum populis liberis 'set non foederatis[1] et cum regibus postliminium nobis est ita, uti cum hostibus. quae nationes in' . . . dicione[2] nostra sunt, cum his (*postliminium non est*). — Fest. v. Postliminio p. 218.

2. Gallus Aelius libro II. significationum uerborum, quae ad ius pertinent, ait: 'Reus est, qui cum altero litem contestatam habet, siue is egit, siue cum eo actum est. Reus stipulando[3] est idem, qui stipulator dicitur, quippe suo nomine ab altero quid stipulatus est, non is, qui alteri adstipulatus est. Reus promittendo est, qui suo nomine alteri quid promisit, (*non*) qui pro altero quid promisit'. — Fest. v. Reus p. 273.

3. Saltum Gallus Aelius l. II. significationum, quae ad ius pertinent, ita definit: 'Saltus est, ubi siluae et pastiones sunt, quarum causa casae quoque: si qua particula in eo saltu pastorum aut custodum causa aratur, ea res non peremit nomen
[30] saltui, non magis quam fundi, qui est in agro culto et eius causa habet aedificium, si qua particula in eo habet siluam'. — Fest. v. Saltum p. 302.

4. Torrens . . . . . significat etiam fluuium, subitis imbribus concitatum, qui alioqui siccitatibus exarescit, cuius aquam ipsam, quae fluit, flumen recte dici ait Aelius Gallus l. II. '(*significationum*),[4] quae ad ius pertinent; ceterum uolgi consuetudine iam dici flumen et perennem fluuium et torrentem. — Fest. v. Torrens p. 352.

5. C. Aelius Gallus in libro de significatione uerborum, quae ad ius ciuile pertinent, secundo uestibulum esse dicit non in ipsis aedibus neque partem aedium, sed locum ante ianuam domus uacuum, per quem a uia aditus accessusque ad aedis est, cum dextra sinistraque ianuam tecta '(*sunt*), quae[5] sunt uiae iuncta, atque ipsa ianua procul a uia est, area uacanti intersita. — Gell. 16, 5. §. 3. Cf. Macrob. Sat. 6, 8. §. 16.

6. C. Aelius[6]: 'Impubes libripens esse non potest neque

---

[1]) *Scripsi;* et cumfoederatis *Cd.* et non foederatis *cj. E. F. Hase 'd. ius postlim.' p.* 39. *Cf. L.* 5. §. 2. *L.* 7 *pr.* §. 1. *L.* 19 *pr. D. de capt. et postlim.* (49, 15). [2]) opinione *Cd. Fortasse:* ōf (officio, fide) dicione. [*ditione, arbitratu amicitia h*]*ospicioue* nostro *cj. Hase l. c. p.* 40. [3]) *Nolo hic et infra mutare Cd. scripturam; postea genetivum usurpabant.* [4]) *Supplevi.* [5]) *Scripsi;* tecta quae *Cdd.* tectaque *ed. Hertz.* [6]) *Dubito nunc, num recte hic intellegatur Aelius Gallus,*

antestari'. — Priscian. 8, 16. p. 892 ed. Putsch. p. 382 ed. Hertz.

7. 'Municeps est', ut ait Aelius Gallus, 'qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus functus est. Item qui in municipio ex seruitute se liberauit a municipe. Item municipes erant, qui ex aliis ciuitatibus Romam uenissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem'. — Fest. v. Municeps p. 142.

8. 'Necessarii sunt', ut Gallus Aelius ait, 'qui aut cognati aut affines sunt, in quos necessaria officia conferuntur praeter ceteros'. — Fest. v. Necessarii p. 162.

9. 'Nexum est', ait Gallus Aelius, 'quodcunque per aes et libram geritur, idque necti dicitur, quo in genere sunt haec: testamenti factio, nexi datio, nexi liberatio. — Fest. v. Nexum p. 165.

10. Perfugam Gallus Aelius ait, qui liber aut seruus, [31] 'hostis aut sui[1] uoluntate ad hostes transierit. Qui idem dicitur transfuga: quanquam sunt, qui credant, perfugam esse non tam, qui alios fugiat, quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat. — Fest. v. Perfugam p. 214.

11. . . . . at alterum (sc. petrarum genus) manu factum, ut docet Aelius Gallus: 'petra est, qui locus dextra ac sinistra fornicem expletur usque ad libramentum summi fornicis'. — Fest. v. Petrarum p. 206.

12. 'Possessio est', ut definit Gallus Aelius, 'usus quidam agri aut aedificii, non ipse fundus aut ager. non enim possessio est *in* rebus, quae tangi possunt, *nec* qui dicit se possidere, is suam rem potest dicere. itaque in legitimis actionibus nemo ex iure Quiritium possessionem suam uocare audet, sed ad interdictum uenit, ut praetor utatur his uerbis: VTI NVNC POSSIDETIS EVM FVNDVM, Q(VO) D(E) A(GITVR), QVOD NEC VI NEC CLAM NEC PRECARIO ALTER AB ALTERO POSSIDETIS,

---

quem nunquam nisi addito Galli cognomine laudari video: et variant Cdd.; meliores: melius, *unde M. Hertzius nuper de M. Livio Druso tr. pl. cogitavit; cuius vix quicquam ad Prisciani aetatem pervenerit.* 1) *Scripsi; possis tamen etiam tentare:* seruus haut hostis, sua, *ut captus ex iisdem hostibus, qui postliminio ad eos redierit, perfuga dici nequeat.* aut hostis sui *Cd.* sua (*deletis prioribus vocibus*) *cj. Müller.*

ITA POSSIDEATIS: ADVERSUS EA VIM FIERI VETO'[1] — Fest. v. Possessio p. 233.

13. 'Reciperatio est', ut ait Gallus Aelius, 'cum inter populum et reges nationesque et ciuitates peregrinas lex conuenit, quomodo per reciperatores reddantur res reciperenturque, resque priuatas inter se persequantur'. — Fest. v. Reciperatio p. 274.

14. Relegati dicuntur proprie, quibus ignominiae aut poenae causa necesse est ab urbe Roma alioue quo loco abesse lege senatuisue consulto aut edicto magistratuis, ut etiam Gallus Aelius indicat. — Fest. v. Relegati p. 278.

15. (*Religiosum ait*) esse Gallus Aelius, quod homini ita facere non liceat, ut si id faciat, contra deorum uoluntatem uideatur facere. quo in genere sunt haec: in aedem Bonae Deae uirûm introire; aduersus auspicia legem ad populum ferre; die nefasto apud praetorem lege agere. Inter sacrum autem et sanctum et religiosum differentias bellissime refert: sacrum
[32] aedificium consecratum deo; sanctum murum, qui sit circum oppidum; religiosum sepulcrum, ubi mortuus sepultus aut humatus sit, constare ait. sed ut pro ratione quadam et temporibus eadem uideri possint: siquidem quod sacrum est, idem lege aut instituto maiorum sanctum esse 'putandum, (*ut*)[2] uiolari id sine poena non possit. idem religiosum quoque esse, quoniam sit aliquid, quod ibi homini facere non liceat, quod si faciat, aduersus deorum uoluntatem uideatur facere. similiter de muro et sepulcro debere obseruari, ut eadem et sacra et sancta et religiosa fiant, sed eo modo, quo supra expositum est, cum de sacro diximus. — Fest. v. Religiosus p. 278. Cf. v. Sanctum p. 317.

16. Remancipatam Gallus Aelius esse ait, quae mancipata sit ab eo, cui in manum conuenerit. — Fest. v. Remancipatam p. 277.

17. Itaque Gallus Aelius ait: 'Inter legem et rogationem hoc interest: rogatio est genus legis; quae lex, non continuo ea rogatio est; (*quae rogatio est*),[3] non potest non esse

---

[1]) *De scriptura et de sensu loci cf. lib. meum 'über d. Stelle d. Varro v. d. Licin.' p.* 93 *seq.* [2]) putant *Cd.* putat ut *cj. Müller.* [3]) *Edd.* 1. 2. *tantum 'rogatio' suppleveram.*

lex, si modo iūstis comitiis rogata est'. — Fest. v. Rogatio p. 266.

18. Gallus Aelius ait, sacrum esse, (*quod*) quocunque modo atque instituto ciuitatis consecratum sit, siue aedis, siue ara, siue signum, siue locus, siue pecunia, siue quid aliud, quod diis dedicatum atque consecratum sit. 'quo*m*[1] autem priuati suae religionis causa aliquid earum rerum deo dedicent, id pontifices Romanos non existimare sacrum. at si qua sacra priuata suscepta sunt, quae ex instituto pontificum stato die aut certo loco facienda sint, ea sacra appellari tanquam 'sacrificia;[2] ille locus, ubi ea sacra priuata facienda sunt, uix uidetur sacer esse. — Fest. v. Sacer mons p. 319.

19. Senatus decretum a consulto Aelius Gallus sic distinguit, ut id dicat particulam quandam esse senatusconsulti, ut cum prouincia alicui decernitur, quod tamen ipsum senatusconsulti est. — Fest. v. Senatus decretum p. 339.

20. 'Sepulcrum est', ut ait Gallus Ael*ius*, 'locus, in quo mortuus sepultus est, quod anti*qui bustum appel*labant. isque [33] cippis aut ali*qua alia re mor*tui causa designatus est, intra *quos fines se*pultura est facta'. — Fest. v. Sepulcrum p. 339.

21. 'Sobrinus est', ut ait Gallus Aelius, 'patris mei consobrini filius, et matris meae consobrinae filius. femina iisdem de causis appellat fratrem et fratrem patruelem et consobrinum et proprius 'sobrino et sobrinum.[3] iidem gradus in sobrina quoque sunt'. — Fest. v. Sobrinus p. 297.

22. . . quam (sc. stirpem) Gall*us Aelius sic de*finit: 'Stirps est gent*is propagatio*, ut qui a quoque est pro*gnatus*'. — Fest. v. Stirps p. 313.

23. Aelius Gallus de uerbis ad ius ciuile pertinentibus uallos tegulas grandes, quae supra collicias infimae ponuntur, appellat. — Serv. ad Virgil. Georg. 1, 264.[4]

---

1) quod *Cd. edd.* 2) sacrificium *Cd. edd. Fortasse leg.:* sacrificia; at *et antea* et *pro* at. 3) consobrino et sobrina *Cd. edd.* consobrino *iam correxit Augustinus.* 4) *Quae praeterea ab antiquis scriptoribus referuntur Aelii sententiae, aut certo Stilonis grammatici sunt, aut incertum an Galli.*

P. ALFENVS VARVS

(eiusdem aetatis).

Digestorum.

1. Alfenus iureconsultus, Seruii Sulpicii discipulus rerumque antiquarum non incuriosus, in libro digestorum tricesimo et quarto, coniectaneorum autem secundo 'In foedere', inquit, 'quod inter populum Romanum et Carthaginienses factumst, scriptum inuenitur, ut Carthaginienses quotannis populo Romano darent certum pondus argenti puri puti, quaesitumque est, quid esset purum putum? Respondi', inquit, 'ego, putum esse ualde purum, sicut nouum nouicium dicimus et proprium propicium, augere atque intendere uolentes noui et proprii significationem'. — Gell. 7 (6), 5. §. 1.

P. AVFIDIVS NAMVSA

(eiusdem aetatis).

1. P. Aufidius: 'Si quis alio uocitatur nomine tum, cum
[34]lis[1] contestatur, atque olim uocitabatur'. — Priscian. 8, 4. §. 18. p. 793. ed. Putsch. p. 384. ed. Hertz.

Q. AELIVS TVBERO

(eiusdem aetatis).[2]

1. (Ateius Capito) Tuberonem dicere ait, nullum senatusconsultum fieri posse non discessione facta, quia in omnibus senatusconsultis, etiam in iis, quae per relationem fierent, discessio esset necessaria. — Gell. 14, 7. §. 13. Cf. infra Ateium Capitonem 3. 4.

2. (?) Aelium quoque Tuberonem libro ad C. Oppium scripto 'occecurrerit' scripsisse, Probus adnotauit, et haec eius uerba apposuit: 'Si generalis species occecurrerit'.[3] — Gell. 7, 9. §. 11.

---

1) *Cf. Zeitschr. f. gesch. RW.* X. *p.* 339. 2) *Ex 'praeceptis Aelii Tuberonis super officio iudicis', quae Gell.* 14, 2. §. 20. *laudat, nihil superest.* 3) *Incertum est, Tuberonis iurisconsulti an historici haec sint. De variis Tuberonibus vid. Kraus. fragm. vet. hist. Rom. p.* 321 — 28.

C. TREBATIVS TESTA
(eiusdem aetatis).

De religionibus.

1. 'Sacrum est', ut Trebatius libro primo de religionibus refert, 'quicquid est, quod deorum habetur'. — Trebatius profanum id proprie dici ait, quod ex religioso uel sacro in hominum usum proprietatemque conuersum est. — Macrob. Sat. 3, 3. §. 2.

2. Trebatius in libro primo religionum ait, nundinis magistratum posse manumittere iudiciaque addicere. — Macrob. Sat. 1, 16. §. 28.

3. Cum enim Trebatius libro primo de religionibus doceat, hostiarum genera esse duo,[1] unum, in quo uoluntas dei per exta disquiritur, alterum, in quo sola anima deo sacratur, unde etiam haruspices animales has hostias uocant, utrumque hostiarum genus in carmine suo Vergilius ostendit. — Macrob. [35] Sat. 3, 5. §. 1.

4. Nam in libro de religionibus secundo: 'sacellum est', inquit, 'locus paruus deo sacratus cum ara'. Deinde addit uerba haec: 'Sacellum ex duobus uerbis arbitror compositum, sacri et cellae, quasi sacra cella'. — Gell. 7 (6), 12. §. 5.

5. . . . secundum Trebatium, qui de religionibus libro septimo ait: 'Luci (*si*) qui sunt in agris, qui 'quondam bello[2] capti sunt, hos lucos eadem ceremonia moreque 'coinqui[3] haberique oportet, ut ceteros lucos, qui in antiquo agro sunt'. — Serv. ad Aen. 11, 316.

6. Hoc loco non alienum uidetur de conditione eorum hominum referre, quos leges sacros esse certis diis iubent: quia non ignoro, quibusdam mirum uideri, quod cum cetera sacra uiolari nefas sit, hominem sacrum ius fuerit occidi. Cuius rei causa haec est. Veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur, sed abigebant ad fines deorum, quibus sacrum esset: animas uero sacratorum hominum, quos Graeci ζωάνας uocant, dis debitas aestimabant. Quemadmodum igitur quod

---

1) *Cf. Marquardt Röm. Alt.* IV. *p.* 366. *Hartmann Ordo iudic. p.* 53. 2) *Scripsi;* concilio (*pro* quond. bello, *opinor*) *edd. Antea post* lu-ci *supplevi* si. 3) conquiri *edd.*

sacrum ad deos ipsos mitti non poterat, a se tamen dimittere non dubitabant, sic animas, quas sacras in coelum mitti posse arbitrati sunt uiduatas corpore, quam primum illo ire uoluerunt. Disputat de hoc more etiam Trebatius religionum libro nono, cuius exemplum, ne sim prolixus, omisi. — Macrob. Sat. 3, 7. §§. 5—8.

7. 'Sanctum est', ut idem Trebatius libro decimo[1] religionum refert, 'interdum idem, quod sacrum, idemque, quod religiosum; interdum aliud, hoc est, nec sacrum nec religiosum est'. — Macrob. Sat. 3, 3. §. 5.

8. (Compita) 'ut Trebatio[2] placet, locus ex pluribus partibus in se uel in easdem partes ex se 'uias atque itinera[3] dirigens, siue is cum ara, siue sine ara, siue sub tecto, siue sub
[36] diuo sit, ubi pagani agrestes buccina conuocati solent certa inire concilia. Hinc et Lares compitalicii et feriae compitaliciae. — Philargyr. ad Verg. Georg. 2, 381.

9. MACTVS HOC VINO INFERIO ESTO. 'Inferio', inquit Trebatius, 'uerbum ea causa est additum eaque ratione profertur, ne uinum omne omnino, quod in cellis atque apothecis est conditum, ex quibus illud, quod effunditur, promptum est, esse sacrum incipiat et ex usibus eripiatur humanis. Addito ergo hoc uerbo solum erit, quod inferetur, sacrum, nec religione obligabitur ceterum'. — Arnob. adv. gent. 7, 31.

Ex libris de iure ciuili uel aliunde.

10. De sterili autem muliere, si natiua sterilitate sit, Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt. Nam cum redhiberi eam Labeo quasi minus sanam putasset, negasse aiunt Trebatium, ex edicto a(*gi*) posse, si ea mulier a principio genitali sterilitate esset. At si ualitudo eius offendisset exque ea uitium factum esset, ut concipere foetus non posset, tum sanam non uideri et esse in causa redhibitionis. — Gell. 4, 2. §§. 9. 10.

---

1) *Sed teste Porphyrione ad Hōrat. Sat.* 2, 1. *init.* '*Trebatius .... aliquot libros de iure civili composuit et de religionibus novem*' 2) *Ex Osanni cj. ad Pompon. de orig. iur. p.* 90. ut relatio *edd. Fuerit locus ex libro II.* 3) *Scripsi;* uia atque itinere *edd.*

A. CASCELLIVS
(eiusdem aetatis).

1. Cascellius iurisconsultus urbanitatis mirae libertatisque habebatur; praecipue tamen is iocus eius innotuit: Lapidatus a populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut aediles edicerent, ne quis in arenam nisi pomum misisse uellet. forte his diebus Cascellius consultus a quodam, an nux pinea pomum esset, respondit: 'Si in Vatinium missurus es, pomum est'.[1] — Macrob. Sat. 2, 6. §. 1.

2. Mercatori deinde, quemadmodum cum socio nauim diuideret, interroganti respondisse traditur; 'Nauim si diuidis, nec tu nec socius habebis'. — Macrob. ib. §. 2.[2]

*L. IVLIVS CAESAR [37]
(cos. a. u. 690).[3]

Auspiciorum.

1. Iulius Caesar sexto decimo auspiciorum libro negat, nundinis contionem aduocari posse, id est, cum populo agi, ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non posse. — Macrob. Sat. 1, 16. §. 29.

2. Caesar in auguralibus: 'Si sincera pecus erat'. — Priscian. 6, 16. §. 86. p. 719 Putsch. p. 270 Hertz.

3. L. Caesar: 'Certaeque res augurantur' *οἰωνοσκοποῦνται*. — Priscian. 8, 4. §. 15. p. 791 Putsch. p. 380 Hertz.

4. Maiorem consulem L. Caesar putat dici[4] uel eum, penes quem fasces sint, uel eum, qui prior factus sit; praetorem autem maiorem urbanum, minores ceteros. — Fest. v. Maiorem p. 161.

---

1) *Cf. Cic. in Vatin.* 15. — *L.* 205. *D. d. verb. sign.* (50, 16). *Plin.* 15, 9 *et* 22. 2) *Elegantius Quintil. I. O.* 6, 3. §. 87. *'Cascellio, qui consultori dicenti: Nauim diuidere uolo. 'Perdes', inquit'. Ceterum Cascellius haec faceta responsa libro benedictorum inseruisse videri potest. Cf. L.* 2. §. 45. *D. de orig. iur.* (1, 3). 3) *Hic cum idem fuisse videatur, qui auctore Macrob. Sat.* 2, 9. *Lentulum flaminem Martialem inauguravit* (*cf. Drumann Gesch. Roms* II. *p.* 552 III. *p.* 123), *non dubito, quin ei hi augurales libri tribuendi sint. C. Caesari dictatori tribui non posse, etiam vidit Nipperdey in ed. Caesaris p.* 785. 4) *Puta in auguriis. Fest. v. Remisso exercitu p.* 290. *infra in M. Antist. Labeone* 18.

*M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS
(eiusdem aetatis).

De auspiciis.

1. Super hac re meis uerbis nil opus fuit, quoniam liber M. Messallae auguris de auspiciis primus, cum haec scriberemus, forte adfuit. Propterea ex eo libro uerba ipsius Messallae subscripsimus: 'Patriciorum auspicia in duas sunt diuisa potestates. Maxima sunt consulum, praetorum, censorum. Neque tamen eorum omnium inter se eadem aut eiusdem potestatis, ideo quod collegae non sunt censores consulum aut praetorum, praetores consulum sunt. Ideo neque consules aut praetores censoribus neque censores consulibus aut praetoribus 'turbant aut retinent auspicia;[1] at censores inter se, rursus
[38] praetores consulesque inter se et uitiant et obtinent. Praetor etsi collega consulis est, neque praetorem neque consulem iure rogare potest, ut quidem nos a superioribus accepimus ante haec tempora seruatum esse[2] et ut in commentario tertio decimo C. Tuditani patet, 'quia[3] imperium minus praetor, maius habet consul, et a minore imperio maius aut maioris collega rogari[4] iure non potest'.[5] nos his temporibus praetore praetores creante ueterum auctoritatem sumus secuti neque his comitiis in auspicio fuimus. Censores aeque[6] non eodem rogantur auspicio atque consules et praetores. Reliquorum magistratuum minora sunt auspicia. Ideo illi minores, hi maiores magistratus appellantur. Minoribus creatis magistratibus tributis comitiis magistratus, ius eius[7] curiata datur lege; maiores centuriatis comitiis fiunt'. — Gell. 13, 15. §. 4. Cf. Fest. v. Minora itemque maiora auspicia p. 157.

---

1) *Contraria aut eadem auspicia accipiendo.* 2) *Sic nunc ex cj. ed.* 3. *scripsi.* accepimus aut ante haec tempora servatum est *Cdd. edd. etiam meae* 1. 2. 3) *Fortasse excidit 'inquit'.* 4) *Meum errorem (ed.* 2.) *corrigendo nunc ad veram codd. scripturam et Hertzii ed. recessi, nisi quod pro* maiore collega, *quod durius videbatur, meam et iam P. Merulae cj.* maioris collega *retinui.* 5) *Ed.* 1. *hic nondum finiveram periodum coeptam tunc a v.* quia. 6) *Intellige: ut eadem auspicia non habent.* 7) sed iustius *codd. edd.* sed ius eius *scripseram libro meo 'Serv. Tull.' p.* 407. *edd.* 1. 2. sed *ex antecedente litera enatum videtur. Cf. Cic. de legib.* 3, 4. qui coeret, populus creato, eique ius coerandi dato.

2. Idem Messalla in eodem libro de minoribus magistratibus ita scripsit: 'Consul ab omnibus magistratibus et comitiatum et contionem auocare potest. Praetor et comitiatum et contionem usquequaque auocare potest, nisi a consule. Minores magistratus nusquam nec comitiatum nec contionem auocare possunt. Ea re qui eorum primus uocat ad comitiatum, is recte agit, quia bifariam cum populo agi non potest. Nec auocare 'aliis alii possunt, si (*sic*) contionem[1] habere uolunt, uti ne cum populo agant, quamuis multi magistratus simul contionem habere possunt'. — Gell. 13, 16 (c. 15 extr.).

3. Huius rei (sc. Auentini montis intra effatos urbis fines non inclusi) Messalla aliquot causas uideri scripsit; sed praeter eas omnis ipse unam probat, quod in eo monte Remus urbis condendae gratia auspicauerit auesque inritas habuerit superatusque in auspicio a Romulo sit. 'Idcirco', inquit, 'omnes, qui [39]
pomerium protulerunt, montem istum excluserunt, quasi auibus obscenis ominosum'. — Gell. 13, 14. §. 5. 6.

4. 'Bene sponsis beneque uolueris' in precatione augurali Messalla augur ait significare spoponderis, uolueris. — Fest. v. Bene sponsis p. 351.

5. 'Serpula serpserit' ait idem Messalla, serpens inrepserit. — Fest. v. Serpula p. 351.

6. 'Solino' idem ait esse consulo. — Fest. v. Solino p. 351.

7. 'Suad ted' ait esse sic te. — Fest. v. Suad. p. 351.

8. Vernisera Messalla auguria.[2] — Paul. ep. Fest. v. Vernisera p. 379.

9. Marspedis siue sine r littera maspedis in precatione solitaurilium quid significet, ne Messalla quidem augur in explanatione auguriorum reperire se potuisse ait. — Fest. v. Marspedis p. 161.

10. Quod Iulius Modestus affirmat, Messalla augure consulente pontifices, an nundinarum Romanarum nonarumque dies feriis tenerentur, respondisse eos, nundinas sibi ferias non uideri.[3] — Macrob. Sat. 1, 16. §. 28.

---

1) *Scripsi;* alius alii posset, si contionem *edd.* 2) *Fuerint auguria, quae verno tempore extremo capiebantur.* 3) *Messalla hoc responsum libris suis inseruisse videtur.*

11. *Pecunia*, quae erogatur *in spectacula*, ...[1] *ideo*
[40] *est 'lucaris* dicta,[2] *quod in luco dabatur. Idem tamen* in eodem libro *lucar aes, quod ex lucis capiatur*, dici existimat, *cuius opinionis est et Valerius Mes*salla in explana*tione auguriorum.*[3] — Fest. v. *Pecunia* p. 253.

12. ὅθεν ὁ Μεσσαλᾶς τοῦτον (sc. Ἰανὸν) εἶναι τὸν αἰῶνα νομίζει. καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς πέμπτης τοῦ μηνὸς τούτου ἑορτὴν αἰῶνος ἐπετέλουν οἱ πάλαι. — Io. Laur. Lyd. de mens. 4, 1.

Unde Messalla eum esse aeonem arbitratur; etenim quinto huius mensis die ferias Aeonis celebrabant veteres.[4]

*L. CORNELIVS BALBVS

(pontifex eiusdem aetatis).[5]

Ἐξηγητικῶν.

1. Et Cornelius Balbus ἐξηγητικῶν libro octavo decimo ait apud aram maximam obseruatum ne lectisternium fiat. — Macrob. Sat. 3, 6. §. 16.

---

1) *Excidit h. l. auctoris nomen, cuius sententia refertur, ut puta: Opilio auctore.* 2) *Scripsi;* lucari edicta *Cd. edd.* 3) *Totum locum aliter atque editur, Paulum vv. Lucaris pecunia et Lucar p.* 119. *secutus, restitui. Nunc uero Schöllium leg.* XII *tab. rel. p.* 35. *secutus 'auguriorum' scripsi pro* 'XII *tab.' et ad hunc Messallam rettuli. Idem Sch. quod suspicatur p.* 97., *ex eodem libro glossas sumptas esse Festi p.* 161. *v. Minorum pontificum et Maximum praetorem plane incertum est.* 4) *Edd.* 1. 2. *Messallae etiam quae ex Valerii cuiusdam explanatione* XII *tab. et de dictis involute libro apud Fest. v. Sanates p.* 321. *et v. Tuguria p.* 355. *exstant, adscripseram, quanquam eiusdem non videri monens. Nunc ea ne Valerii quidem Messallae esse, docuit Schöll. l. c. p.* 37. *Cum vero nec ad Valerium ICtum spectare videantur, ad quem Cic. ad fam.* 1, *ult. coll.* 3, 1 *extr. scripsit, sed ad Q. illum Valerium Soranum grammaticum et antiquitatum scrutatorem, de quo vid. Meyer ad Cic. Brut.* 46., *nunc haec loca omittenda esse arbitratus sum.* 5) *Cf. Vellei.* 2, 51. *Eckhel* I. *p.* 21. *Drumann Gesch. Roms* II. *p.* 609. *Ἐξηγητικά sunt indigitamenta.*

*VERANIVS
(incertae sed huius fere aetatis).

Auspiciorum.

1. 'Referri diem prodictam, id est anteferri, religiosum est', ut ait Veranius in eo, qui est auspiciorum de comitiis, idque exemplo comprobat L. Iulii et P. Licinii censorum, qui id fecerint sine ullo decreto augurum, et ob id lustrum parum felix fuerit. — Fest. v. Referri p. 289.

2. Veranius ait, non utique ex lecto, sed ex cubili (sc. surgere eum silentio, qui auspicaturus sit), nec rursus se in lectum recipere necesse esse. — Fest. v. Silentio p. 348.

3. 'Paludati in libris auguralibus significat', ut ait Vera- [41]
nius, 'armati, ornati'. omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici. — Fest. v. Paludati p. 253.

Quaestionum pontificalium.

4. Veranius enim in pontificalibus quaestionibus docet, eximias dictas hostias, quae ad sacrificium destinatae eximuntur e grege, uel quod eximia specie quasi offerenda numinibus eligantur. — Macrob. Sat. 3, 5. §. 6.

5. Ait enim Veranius de uerbis pontificalibus:[1] 'Felices arbores putantur esse quercus, aesculus, ilex, suberies, fagus, corylus, sorbus, ficus alba, pirus, malus, uitis, prunus, cornus, lotus'. — Macrob. Sat. 3, 20. §. 2.

6. ... sicut Veranius ex primo libro Pictoris etc. — Vid. supra Num. Fabium Pictorem 2.

7. 'Praesen*tanea* porca dicitur', ut ait Veranius, 'quae familiae purgandae causa Cereri immolatur, quod pars quaedam eius sacrificii fit in conspectu mortui eius, cuius funus instituitur'. — Fest. v. Praesentanea p. 250.

8. Prodiguae hostiae uocantur, ut ait Veranius, quae consumuntur, unde homines quoque luxuriosi prodigi. — Fest. v. Prodiguae p. 250.

9. Offendices ait esse Titius nodos, quibus apex retineatur. At Veranius coriola existimat, quae sint in loris apicis,

---

[1]) *Puta libro aliquo quaestionum pontificalium ita inscripto. Cf. num.* 12.

quibus apex retineatur et remittatur, quae ab offendendo dicantur. nam quom ad mentum peruentum sit, offendit mentum. — Fest. v. Offendices p. 205.

10. Oletum stercus humanum. Veranius: 'Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum'. — Paul. ep. Fest. p. 203.

11. 'Muries[1] est', quemadmodum Veranius docet, 'ea, quae fit ex sali sordido, in pila pisato et in ollam fictilem coniecto ibique operto gypsatoque et in furno percocto, cui virgines Vestales serra ferrea secto et in seriam coniecto, quae est intus in aede Vestae in penu exteriore, aquam iugem uel
[42] quamlibet, praeterquam quae per fistulas uenit, addunt atque ea demum in sacrificiis utuntur'. — Fest. v. Muries p. 158.

12. Sed Veranius Pontificalium eo libro, quem fecit de supplicationibus, ita ait: 'Pinariis, qui nouissimi comeso prandio uenissent, cum iam manus pransores lauarent, praecepisse Herculem, ne quid postea ipsi aut progenies ipsorum ex decima gustarent sacranda sibi, sed ministrandi tantummodo causa, non ad epulas conuenirent'. — Macrob. Sat. 3, 6. §. 14.

*GRANIVS FLACCVS LICINIANVS

(eiusdem aetatis).[2]

De indigitamentis.

1. Eundem esse Genium et Larem, multi ueteres memoriae prodiderunt, in queis etiam Granius Flaccus in libro,

---

1) *Cf. supra Num. Fabium Pictorem* 8. 2) *Qui duos statuunt Granios, Flaccum alterum, alterum Licinianum, nulla id idonea ratione facere videntur. Quamobrem nunc et nomen Granii auxi et fr.* 2. *ei adscripsi. Quaedam etiam eorum ex hoc Granio videntur petita, quae Arnob.* 6, 7. *compluribus praeter Granium auctoribus laudatis de Oli historia refert, a cuius capite invento Capitolium dictum esse fabulabantur. — Ceterum in hoc finem facere placuit eorum, qui libera republica scripserunt. Ex quibus si quosdam omisi, quos quis desideraverit, id ea maxime de causa factum est, quod quae eorum reciperem, incertus haesitabam. In his praeprimis numerandus est M. Terentius Varro, doctissimus Romanorum, qui multis quidem partibus etiam ius divinum humanumque illustravit, sed tamen magis polyhistorem quam iurisperitum agens, de quo vid. Bernhardy Röm. Lit. ed.* 4. *p.* 858. *Idem cadit in P. Nigidium Figulum, cuius de studiis et operibus egregie scripsit M. Hertz Berol.* 1845. *Praeterii etiam M. Fulvium Nobiliorem et qui eum insecuti sunt, tantum*

quem ad Caesarem de indigitamentis scriptum reliquit. — Censorin. 3. §. 2.

2. Causam uero huius uarietatis apud Granium Licinianum [43] libro secundo diligens lector inueniet. Ait enim, nundinas Iouis ferias esse, siquidem flaminica omnibus nundinis in regia Ioui arietem soleat immolare: sed lege Hortensia effectum, ut fastae essent, uti rustici, qui nundinandi causa in urbem ueniebant, lites componerent; nefasto enim die praetori fari non licebat. — Macrob. Sat. 1, 16. §. 30.

3. Item Boeotii Parnasum montem Apollini sacratum esse memorantes, simul tamen in eodem et oraculum Delphicum et speluncas Bacchicas uni deo consecratas colunt. unde et Apollini et Libero patri in eodem monte res diuina celebratur. Quod cum et Varro et Granius Flaccus affirment, etiam Euripides his docet etc. — Macrob. Sat. 1, 18. §. 4.

4. Aristoteles, ut Granius memorat, uir ingenio praepotens atque in doctrina praecipuus, Mineruam esse Lunam probabilibus argumentis explicat et litterata auctoritate demonstrat. — Arnob. 3, 31.

5. Nouensiles Piso deos esse credit nouem in Sabinis apud Trebiam constitutos. Hos Granius Musas putat, consensum accommodans Aelio. — Arnob. 3, 38.

---

fastorum scriptores, Tarquinium Priscum aliosque de disciplina Etrusca scriptores (*Bernhardy l. c. p.* 858. *L. Ian. ad Macrob. p.* 664.) *item grammaticos, quanquam ex his quidam hoc aevo vel paullo post velut Aelius Stilo, Santra, Verrius Flaccus, Cloatius Verus, alii etiam XII tabulis aliisque iurisprudentiae fontibus insignem operam dederunt. Nec C. Bassus* (*Gavius ille, ut puto*) *de diis* (*Lyd. de mens.* 4, 2), *Lepidus* (*orator? Cic. Brut.* 26. §. 96) *de sacerdotibus* (*Lyd. de mag.* 1, 17), *Titius de feriis* (*Macrob. Sat.* 1, 16. *cf.* 3, 2. *alius est C. Titius ib.* 2, 12) *aliisque ad religiones spectantibus* (*Fest. v. Offendices. Rica p.* 205. 253), *ne Fulgentianos quosdam commemorem* (*Bernhardy l. c. p.* 350. 868), *quo consilio scripserint, constat. Nicostrati, ceterum item incerti scriptoris inferioris aetatis, de senatu habendo quod exstat insigne fragm. apud Fest. v. Senacula p.* 347. *hic saltem adscribam:* Senacula tria fuisse Romae, in quibus senatus haberi solitus sit, memoriae prodidit Nicostratus in libro, qui inscribitur de senatu habendo. unum, ubi nunc est aedis Concordiae inter Capitolium et forum, in quo solebant magistratus d(um)t(axat) cum senioribus deliberare. alterum ad portam Capenam, tertium citra Bellonae, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, senatus dabatur.

6. Sed et deos conserenteis pari more ac dissimulatione taceamus, quos cum ceteris scribit Flaccus in humani penis similitudinem uersos obruisse se cineri, qui sub ollula fuerat factus extorum: quem cum Tanaquil dimoueret Etruriae 'disciplinarum perita, surrexisse se deos et neruis obduruisse diuinis. Corniculanae inde imperauisse captiuae, ut intelligeret, qui sibi res[1] uellent: Ocrisiam prudentissimam foeminam diuinos inseruisse genitali: explicuisse motus certos. Tunc sancta
[44] et feruentia numina uim uomuisse Lucilii ac regem Seruium natum esse Romanum. — Arnob. 5, 18.

7. Granius quidem ait (sc. ricas et riculas) esse muliebre cingulum capitis, quo pro uitta Flaminica redimiatur. — Fest. v. Ricae p. 277.

8. (?) 'Flaccus[2] scribit, Numam Pompilium, cum sacra Romanis conderet, uoto impetrasse, ut omnes dii falsum iuramentum uindicarent. — Gramm. inc. gloss. ad Aen. 12, 234. ex Barth. advers. 33, 13.

De iure Papiriano.

9. In Papiriano enim iure euidenter relatum est, arae uicem praestare posse mensam dicatam: 'Ut in templo', inquit, 'Iunonis Populoniae augusta mensa est. namque in fanis alia uasorum sunt et sacrae supellectilis, alia ornamentorum. quae uasorum sunt, instrumenti instar habent, quibus sacrificia conficiuntur. quarum rerum principem locum obtinet mensa, in qua epulae libationesque et stipes reponuntur. ornamenta uero sunt clypei, coronae et huiuscemodi donaria. neque enim donaria dedicantur eo tempore, quo delubra sacrantur; at uero mensa arulaeque eodem die, quo aedes ipsae, dedicari solent. unde mensa hoc ritu dedicata in templo arae usum et religionem obtinet puluinaris'. — Macrob. Sat. 3, 11. §. 5.

---

1) *Videtur legendum* quid sibi rei. 2) Elaus *edd. correxit Iusti; sed et ita incertum est, an Granius hoc in indigitamentis dixerit. Verrium Flaccum, de quo Dirksenus cogitavit, nolim intelligere. De his, quae ex eius scriptis supersunt, cf. Müller ad Fest. Praef. p.* XIII *seq.*

M. ANTISTIVS LABEO
(vixit sub Augusto).

De iure pontificio.

1. 'Proculiunt' promittunt ait significare Antistius de iure pontificali l. VIIII. — Fest. v. Proculiunt p. 253.

2. 'Spurcum uinum est, quod sacris adhiberi non licet', ut ait Labeo Antistius l. X. commentarii iuris pontificii, 'cui aqua admixta est, defrutumue aut igne tactum est, mustumue, [45] antequam deferuescat'. — Fest. v. Spurcum p. 348.

3. 'Prox bona uox, 'uel ut quidam, proba significare[1] uidetur', ut ait Labeo de iure pontificio l. XI. — Fest. v. Prox p. 253.

4. Sistere fana cum in urbe condenda dicitur, significat loca in oppido futurorum fanorum constituere. quam(*quam*)[2] Antistius Labeo ait in commentario XV. iuris pontificii, fana sistere esse lectisternia certis locis et diis habere. — Fest. v. Sistere p. 351.

5. [3]Subigere arietem in eodem libro Antistius esse ait dare arietem, qui pro se agatur, caedatur. — Fest. v. Subigere p. 351.

6. Labeo sexagesimo et octauo libro[4] intulit, nisi Neptuno, Apollini et Marti taurum non immolari. — Macrob. Sat. 3, 10. §. 4.

Ex iisdem libris, ut videtur.[5]

7. *P*(*r*)*osimer*ium esse ait Antistius *Labeo in l* . . . *iuris pontifi*calis pomerium, id est l*ocum pro muro*, *qui auspi*cato

[1]) *Scripsi;* uelut quidam praesignificare *edd. Cf. Paul. v. prox.* [2]) *Supplevi.* [3]) *Cf. supra L. Cincium* 10. [4]) *An iuris pontificii? an omnibus eius libris numeratis, quos quadringentos fuisse L.* 2. §. 47. *D. de orig. iur.* 1, 2. *testatur et in quibus etiam libri iuris pontificii sine dubio digesti erant? (Cf L.* 2. §. 44. *ib.) Posterius malim existimare.* [5]) *In his Labeonem nostrum etiam de diis egisse et per se verisimile est et constat ex fr.* 15. 20. *At etiam Cornelius quidam Labeo hoc argumentum theologica potius, ut videtur, ratione, compluribus libris executus erat, de quibus vid. Macrob. Sat.* 1, 12. 16. 18. 3, 4. *Et hic quidem hunc Labeonem addito Cornelii nomine ubique a nostro accurate discernit. Aliis vero item posterioribus saepius Labeo simpliciter laudatur sententiarum auctor, quae ple-*

olim quidem omn*em urbem ambiebat praeter Auen*tinum, nunc etiam intra ae*dificia finitur; estque prosimerium* quasi pro(*xi*)murium.[1] — Fest. v. Prosimerium (Posimerium) p. 249.

[46] 8. *Labeo* in commen*tario iuris pontificii ait*, *nauteam rubi*dum quiddam *esse*, *quo pontificum uestimenta* colorant. — Fest. v. Nautea p. 166.

9. Oluatum Antistius Labeo ait esse mensurae genus. — Fest. v. Oluatum p. 205.

10. Puilia saxa esse ad portum, qui sit secundum Tiberim, ait Fabius Pictor; quem locum putat Labeo dici, ubi fuerit Ficana[2] uia Ostiensi ad lapidem undecimum. — Fest. p. 250.

11. Secespitam esse Antisti*us Labeo ait cultrum f*erreum, oblongum, mani*brio eburneo*, *rotundo*, solido, uincto ad ca*pulum auro argentoque*, fixum clauis aeneis, ae*re* Cyprio, *quo flami*nes, flaminicae, uirg*ines pontificesque ad sa*crificia utuntur. — Fest. v. Secespitam p. 348.

12. '*Septem dies uel simpliciter sept*em calo', Antistius *Labeo ait*, *proclamare ma*gistratum publicum, *si Nonae septimanae futurae sunt*. — Fest. p. 348. ex Muell. cj. (?)

13. Scriptum lapidem esse ait et ita uocari Antistius Labeo, in agro Me*d*ullino, '(*in quo*[3]) diuinam rem 'facere(*n*)t.[4] — Fest. v. Scriptum p. 348.

14. 'Septimontio', ut ait Antistius Labeo, 'hisce montibus feriae: Palatio, cui sacrificium quod fit, Palatuār dicitur; Veliae, cui item sacrificium; Fagutali, Suburae, Cermalo, Oppio 'Caelio[5] monti, Cispio monti'. — Fest. v. Septimontio p. 348.

15. Penatis singulariter Labeo Antistius posse dici putat, quia pluraliter Penates dicantur, cum patiatur proportio etiam

raeque magis Cornelii quam Antistii rationi convenire videantur, videlicet Serv. ad Aen. 3, 168., *Augustino de civ. dei* 2, 11. (*coll.* 8, 13) 14. 3, 25. 9, 19. 22, 28., *Fulgentio de pr. serm.* 4., *Lyd. de mens.* 4, 1. 20. *de ostent.* 3.: *quos locos idcirco indicasse satis erit.* [1]) *In multis ab Ursini et Mülleri supplementis deflexi. Cf. libr. meum Iguv. Taf. p.* 100. [2]) *Itaque sacrificium ibi videtur ab Anco rege susceptum post Ficanam devictam. Cf. num.* 13. [3]) *Supplevi* (*exciderat* in q̊ *post* -ino). [4]) faceret *Cd. edd. Erat fortasse sacrum gentile gentis Hostiliae publice susceptum. Dionys.* 3, 1. [5]) *Deleri vult Müller. Sed sedem tantum mutasse videtur; nam, cum sola Subura mons non sit, legendum puto* Suburae in Caelio. *Cf. Varr. de* L. L. 5, 8. §. 46.

Penas dici, ut optimas, primas, Antias. — Fest. v. Penatis p. 253.

16. 'Popularia sacra sunt', ut ait Labeo, 'quae omnes ciues faciunt, nec certis familiis adtributa sunt: Fornacalia, Parilia, Laralia, porca praecidanea'. — Fest. v. Popularia p. 253.

17. Prop....sta[1] dolia ait dici Labeo, quia.... — Fest. [47]
p. 253.

18. ... *a quo prius se*cures habitae sunt, eum et *in augure legendo priorem* esse, ait Antis*tius Labeo, et in auspiciorum qu*oque lege signi*ficari, cum a maiore iussus in auspi*cando dicitur, ut *ei augur in auspicio sit.*[2] — Fest. v. Remisso p. 290.

19. Cliuiam quoque auem ab antiquis nominatam animaduerto ignorari; quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam. — Plin. H. N. 10, 14. sect. 37.

20. Διὰ τί τὸν τῆς Ὅρτας ναὸν ἀνεῳγμένον εἶχον οἱ παλαιοὶ διαπαντός; πότερον, ὡς Ἀντίστιος Λαβεὼν ἱστόρηκε, τοῦ παρορμᾶν ὁρτάρι λεγουμένου, τὴν οἷον ἐγκελευομένην πρὸς τὰ καλὰ καὶ παρορμῶσαν θεὸν, Ὅρταν λεγομένην, ᾤοντο δεῖν ὡς ἐνεργὸν ἀεὶ μηδέποτε μέλλειν, μηδ' ἀποκεκλεῖσθαι, μηδὲ ἐλιννύειν; — Plutarch. Q. Rom. 46.

Cur Hortae templum semper apertum antiqui habuerunt? An quia, ut Antistius Labeo tradidit, cum παρορμᾶν *hortari dicatur, inde tanquam ad bona incitantem et hortantem deam Hortam dictam existimabant oportere ut actuosam semper nunquam haesitare neque clausam esse neque otiari?*

21. Qui de uirgine capienda scripserunt, quorum diligentissime scripsit Labeo Antistius, minorem quam annos sex, maiorem quam annos decem natam negauerunt capi fas esse; item quae non sit patrima et matrima; item quae lingua debili sensuue aurium deminuta aliaue qua corporis labe insignita

---

1) *An:* prope *ad*usta? *ut haec pertinuerint ad fulminis expiationem. Cf. die Iguv. Tafeln p.* 404. 2) *Partim Mülleri supplementis usus reliqua nunc (ed.* 3) *paullum mutavi. Cf. Serv. ad. Aen.* 3, 87. *et supra L. Caesarem* 4.

sit; item quae ipsa aut cuius pater emancipatus sit, etiamsi uiuo patre in aui potestate sit; item cuius parentes alter amboue seruitutem seruierunt aut in negotiis sordidis uersantur. Sed eam, cuius soror ad id sacerdotium lecta est, excusationem mereri aiunt; item cuius pater flamen aut augur aut quindecimuirum sacris faciundis aut septemuirum epulonum aut salius est. Sponsae quoque pontificis et tubicinis sacrorum filiae
[48] uacatio a sacerdotio isto tribui solet.[1] — Gell. 1, 12. §§. 1—7.

22. In libro Laelii Felicis ad Q. Mucium primo scriptum est, Labeonem scribere, calata comitia esse, quae pro collegio pontificum habentur aut regis aut flaminum inaugurandorum causa. Eorum autem alia esse curiata, alia centuriata. Curiata per lictorem curiatum calari, id est conuocari, centuriata per cornicinem. — Gell. 15, 27. §§. 1. 2.

Ad duodecim tabulas.

23. Labeo in libro de duodecim tabulis secundo acria et seuera iudicia de furtis habita esse apud ueteres scripsit, idque Brutum solitum dicere, et furti dampnatum esse, qui iumentum aliorsum duxerat, quam quo utendum acceperat, item qui longius produxerat, quam in quem locum petierat. — Gell. 6 (7), 15. §. 1.

24. Praeterea in commentariis Labeonis, quae ad duodecim tabulas composuit, ita scriptum est: 'Virgo Vestalis neque heres est cuiquam intestato neque intestatae quisquam, sed bona eius in publicum redigi aiunt. Id quo iure fiat, quaeritur'. — Gell. 1, 12. §. 18.

25. Itaque cum eam legem Labeo quoque uester in libris, quos ad duodecim tabulas conscripsit, non probaret, 'tum',[2] inquit, 'L. Veratius fuit egregie homo improbus atque immani uecordia. Is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suae palma uerberare. Eum seruus sequebatur, ferens crumenam plenam assium; ut quemque depalmauerat, numerari

[1]) *Haec omnia Labeo ita dixisse videtur, ut cuiusque sententiae antiquiores auctores afferret: unde Gellius eum solum a se inspectum omnium diligentissime de hac re scripsisse dixit.* [2]) *Scripsi* '*Gaius*' *p.* 127. legem cum Labeo .... *postea omisso* tum *edd.*

statim secundum duodecim tabulas[1] quinque et uiginti asses iubebat. Propterea', inquit, 'praetores postea hanc abolescere et relinqui censuerunt iniuriisque aestumandis recuperatores se daturos edixerunt'. — Gell. 20, 1. §. 13.

Ad edictum praetoris. [49]

26. Praeterea in libris quos ad praetoris edictum scripsit, multa posuit partim lepide atque argute reperta; sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro scriptum legimus: 'Soror appellata est, quod quasi seorsum nascitur separaturque ab ea domo, in qua nata est, et in aliam familiam transgreditur'. — Gell. 13, 10. §. 3. et ex eo Non. 1, 258. p. 52.

Incertum, unde petita.

27. Caelius Sabinus in libro, quem de edicto aedilium curulium composuit, Labeonem[2] refert, quid esset morbus, hisce uerbis definisse: 'Morbus est habitus cuiusque[3] corporis contra naturam, qui usum eius facit deteriorem. — Gell. 4, 2. §. 3.

28. Labeonem respondisse aiunt, redhiberi posse (sc. eunuchum) quasi morbosum; sues etiam feminae[4] si sterilae essent et uenum issent, ex edicto aedilium posse agi Labeonem scripsisse. De sterili autem muliere, si natiua sterilitate sit, Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt. Nam cum redhiberi eam Labeo quasi minus sanam putasset, negasse aiunt Trebatium ex edicto a(*gi*) posse. — Gell. 4, 2. §§. 7—10.

29. Eum uero, cui dens deesset, Seruius redhiberi posse respondit, Labeo in causa esse redhibendi negauit; 'nam et magna', inquit, 'pars dente aliquo carent, neque eo magis plerique homines morbosi sunt, et absurdum admodum est dicere, non sanos nasci homines, quoniam cum infantibus non simul dentes gignuntur'. — Gell. 4, 2. §. 12.

30. 'Mortis causa stipulatio existimatur fieri', ut ait Antistius Labeo,[5] 'quae ita fit, ut morte promissoris confirmetur'. — Fest. v. Mortis causa p. 161.

---

1) *Ob sequens* hanc *malim* tabularum legem. 2) *Fr.* 27—29 *ex libris Labeonis ad edictum aedilium curulium scriptis videntur petita esse, quorum alias memoria non extat.* 3) *Malim* quisque. 4) feminas *edd.* 5) *Fortasse libris posterioribus. Cf. Gell.* 13, 10. § 2.

31. 'Potitus seruitute *ab antiquis dicebatur,* qui', ut ait[1] Labeo, 'seruitu*tem seruit*, '*cuiusmodi dictio*nes[2] proxim(*a*)e
[50] Graeci *moris sunt. eodem modo* dicebatur ab antiquis *potitus hostium*'. — Fest. v. Potitus seruitute p. 250.

C. ATEIVS CAPITO

(Labeonis aequalis, qui tamen ei supervixit).

Coniectaneorum.

1. Cum librum VIII. Ateii Capitonis coniectaneorum legeremus, qui inscriptus est de iudiciis publicis, decretum tribunorum uisum est grauitatis antiquae plenum. Propterea id meminimus. Idque ob hanc causam et in hanc sententiam scriptum est: 'Aulus Hostilius Mancinus aedilis curulis fuit. Is Maniliae meretrici diem ad populum dixit eo, quod e tabulato eius noctu lapide ictus esset, uulnusque ex eo lapide ostendebat. Manilia ad tribunos plebi prouocauit. Apud eos dixit, commessatorem Mancinum ad aedes suas uenisse; eum sibi recipere non fuisse e re sua; sed cum ui irrumperet, lapidibus depulsum. Tribuni decreuerunt, aedilem ex eo loco iure deiectum, quo eum uenire cum corollario non decuisset. Propterea ne cum populo aedilis ageret, intercesserunt'. — Gell. 4, 14. §§. 1—6.

2. Appi namque illius Caeci filia a ludis, quos spectauerat, exiens, turba undique confluentis fluctuantisque populi iactata est. Atque inde egressa cum se male habitam diceret: 'quid me nunc factum esset', inquit, 'quantoque artius pressiusque conflictata essem, si P. Claudius, frater meus, nauali proelio classem nauium cum ingenti ciuium numero non perdidisset? certe quidem maiore nunc copia populi oppressa intercidissem. Sed utinam', inquit, 'reuiuiscat frater aliamque classem in Siciliam ducat atque istam multitudinem perditum eat, quae me male nunc miseram conuexauit'. Ob haec mulieris uerba tam improba ac tam inciuilia C. Fundanius et Tiberius Sempronius aediles plebei multam dixerunt ei aeris grauis uiginti quinque milia. Id factum esse dicit Capito

---

1) *Fortasse libris posterioribus. Cf. Gell.* 13, 10. §. 2. 2) *tales consuetudines ed. Müll.*

Ateius in commentario de iudiciis publicis bello Poenico primo, Fabio Licino et Otacilio Crasso consulibus. — Gell. 10, 6. §§. 2—4.

3. Sed quod ait (sc. Varro), senatusconsultum duobus modis fieri solere, aut conquisitis sententiis aut per discessio- [51]
nem, parum conuenire uidetur cum eo, quod Ateius Capito in coniectaneis scriptum reliquit. Nam in libro 'VIIII.[1] Tuberonem dicere ait, nullum senatusconsultum fieri posse non discessione facta, quia in omnibus senatusconsultis, etiam in iis, quae per relationem fierent, discessio esset necessaria. idque ipse Capito uerum esse affirmat. — Gell. 14, 7. §§. 12. 13.

4. M. autem Varro in quarto epistulicarum quaestionum et Ateius Capito in coniectaneorum 'VIIII.[1] ius esse praefecto (sc. urbi Latinarum causa relicto) senatum habendi dicunt; deque ea re adsensum esse Capito (*Varro*)nem Tuberoni contra sententiam Iunii refert: 'nam et tribunis', inquit, 'plebis senatus habendi ius erat, quamquam senatores non essent ante Atinium plebiscitum'. — Gell. 14, 8. §. 2.

5. Legi adeo nuper in Capitonis Ateii coniectaneis senatus decretum uetus C. Fannio et M. Valerio Messalla consulibus[2] factum, in quo iubentur principes ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est mutua inter sese dominia agitarent, iurare apud consules uerbis conceptis, non amplius in singulas cenas sumptus esse facturos, quam centenos uicenosque aeris praeter olus et far et uinum, neque uino alienigena, sed patriae usuros, neque argenti in conuiuio plus pondo quam libras centum inlaturos. — Gell. 2, 24. §. 2.

---

[1]) (col) VIIII *ed. Hertz.* CCLVIIII (*vel* ducentesimo quinquagesimo nono) *edd. antiquiores. Quod quominus retineamus, in sola quidem numeri magnitudine horum librorum nulla videtur esse difficultas. Coniectaneorum enim eadem poterat esse significatio, ut Digestorum, in quae plerique alii libri, suis titulis insigniti, coniicerentur, sicut et liber VIII. erat de publicis iudiciis* (*num.* 1). *Cf. num.* 6. *M. Antistii Labeonis. Et quantum scripserit Ateius Capito diversimodae doctrinae, etiam ex Plinii indicibus librorum existimare licet. Sed recte docuit Hertzius*, CCL *natum esse ex* col (*ut est in optimo libro ms.*), *quo quis significaverat, rectius fortasse collectaneorum dici libros* (*cf. Gai.* 4, 15 *fin.*), *nec collato num.* 18. *dubitandum, quin* (*quod Mercklinus vidit*) *hic VIIII coniectaneorum liber proprie inscriptus fuerit de officio senatorio.* [2]) *a. u.* 592.

6. Esse etiam dicit Capito Ateius edictum, diuine Augusti an Tiberii Caesaris non satis commemini, quo edicto per uarias sollemnitates a trecentis sestertiis adusque duo sestertia sum-
[52] ptus cenarum propagatus est, ut his saltem finibus luxuriae efferuescentis aestus coerceretur. — Gell. 2, 24. §. 15.

7. Nos autem in Capitonis Ateii coniectaneis inuenimus, siticines appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est uita functos et sepultos, eosque habuisse proprium genus tubae, qua canerent, a ceterorum tubicinum differens. — Gell. 20, 2. §. 3. et ex eo Non. 1, 268. p. 54.

De pontificio iure.

8. Propterea uerba Ateii Capitonis ex quinto librorum, quos de pontificio iure composuit, scripsi: 'Tib. Coruncanio pontifici maximo feriae praecidaneae in atrum diem inauguratae sunt. Collegium decreuit, non habendum religioni, quin eo die feriae praecidaneae essent'. — Gell. 4, 6. §. 10.

9. 'Mundus', ut ait Capito Ateius in l. VII. pontificali, 'ter in anno patere solet diebus his: postridie Volcanalia et ante diem (*III. Non. Oct. et ante diem*)[1] VI. Id. Nou.: qui quid ita dicatur, sic refert Cato in commentariis iuris ciuilis: "Mundo nomen impositum est ab eo mundo, qui supra nos est; forma enim eius est, ut ex his, qui intrauere, cognoscere potui, adsimilis illae": eius inferiorem partem ueluti consecratam dis manibus clausam omni tempore, nisi his diebus, qui supra scripti sunt, maiores *censuerunt habendam*, quos dies etiam religiosos iudicauerunt ea de causa, quod quo tempore ea, quae occultae et abditae religionis deorum Manium essent, ueluti in lucem quandam adducerentur et patefierent, nihil in eo tempore in rep. geri uoluerunt: itaque per eos dies non cum hoste manus conserebant, non exercitus scribebatur, non comitia habeb*antur*, *non* aliud quicquam in rep. nisi quod ultima necessitas admonebat, administrabatur'. — Fest. v. Mundus p. 157.

10. Si uolentibus uobis erit, inquit, in medium profero, quae de hac eadem causa apud Ateium Capitonem pontificii iuris inter primos peritum legisse memini: qui cum nefas esse

---

1) *Supplementum suo loco restitui.*

sanciret, deorum formas insculpi annulis, eousque processit, ut et, cur in hoc digito uel in hac manu gestaretur annulus, non taceret. 'Veteres', inquit, 'non ornatus, sed signandi causa [53] annulum secum circumferebant. Unde nec plus quam unum habere licebat, nec cuiquam nisi libero. 'quod eos solos fides deceret,[1] quae signaculo continetur, ideo ius annulorum famuli non habebant. Imprimebatur autem sculptura materiae annuli, siue ex ferro siue ex auro foret; et gestabatur, ut quisque uellet, quacunque manu, quolibet digito. Postea', inquit, 'usus luxuriantis aetatis signaturas pretiosis gemmis coepit insculpere, et certatim haec omnis imitatio lacessiuit, ut de augmento pretii, quo sculpendos lapides parassent, gloriarentur. Hinc factum est, ut usus annulorum exemtus dexterae, quae multum negotiorum gerit, in laeuam relegaretur, quae otiosior est, ne crebro motu et officio manus dextrae pretiosi lapides frangerentur. Electus autem', inquit, 'in ipsa laeua manu digitus minimo proximus quasi aptior ceteris, cui commendaretur annuli pretiositas. Nam pollex, qui nomen ab eo, quod pollet, accepit, nec in sinistra cessat, nec minus quam tota manus semper in officio est. unde apud Graecos *ἀντίχειρ*', inquit, 'uocatur, quasi manus altera. Pollici uero uicinus nudus et sine tuitione alterius appositi uidebatur; nam pollex ita inferior est, ut uix radicem eius excedat. Medium et minimum uitauerunt', inquit, 'ut ineptos, alterum magnitudine, breuitate alterum, et electus est, qui ab utroque clauditur et minus officii gerit et ideo seruando annulo magis accommodatus est'. Haec sunt, quae lectio pontificalis habet. — Macrob. Sat. 7, 13. §. 11.

11. Praeterea Capito Ateius scriptum reliquit, neque eius legendam filiam (sc. virginem Vestalem), qui domicilium in Italia non haberet, et excusandam eius, qui liberos tres haberet. — Gell. 1, 12. §. 8.

12. *Διὰ τί ὁ ἱερεὺς τοῦ Διὸς ἀποθανούσης αὐτῷ τῆς γυναικός, ἀπετίθετο τὴν ἀρ-*

Cur flamen Dialis, uxore mortua, flaminio decedit? sic enim Ateius tradidit.

---

[1]) quos (*pro* p eos, *ut puto*) solos fides deceret (decerneret *al.* discerneret *al.*) *ed. Ian.*

χήν, ὡς (Ἀ)τήϊος ἱστόρηκεν;[1] —Plutarch.Qu.Rom.50.

13. [2]Hinc et Ateius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia ueteres 'an' pro 'circum' ponere consuerunt, ut Cato in originibus: 'Arator an terminum' id est circa terminum', et 'ambire' dicitur pro circumire. — Macrob. Sat. 1, 14, 5.

[54] De iure sacrificiorum.

14. Cuius (sc. Ateii Capitonis) uerba ex libro primo sacrificiorum haec sunt: 'Itaque Ioui tauro, uerre, ariete immolari non licet'. — Macrob. Sat. 3, 10. §. 3. — [3]Ateius enim Capito, quem in acie contra Maronem locasti, adiecit haec uerba: 'Si quis forte tauro Ioui fecerit, piaculum dato'. — Macrob. Sat. 3, 10. §. 7.

15. [4]'Propudianus porcus dictus est', ut ait Capito Ateius, 'qui in sacrificio gentis Claudiae uelut piamentum et exsolutio omnis contractae religionis est'. —Fest. v. Propudianus p. 238.

16. Porcam auream et argenteam dici, ait Capito Ateius, quae etsi numero hostiarum non sint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi sacrificio Ceriali. — Fest. v. Porcam p. 238.

17. 'Rutilae canes, id est non procul a rubro colore, immolantur', ut ait Ateius Capito, 'canario sacrificio pro frugibus deprecandae saeuitiae causa sideris caniculae'. — Fest. v. Rutilae p. 285.

De officio senatorio.

18. C. Caesar in consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quattuor solos extra ordinem rogasse sententiam dicitur. Ex his quattuor principem rogabat M. Crassum, sed postquam filiam Cn. Pompeio desponderat, primum coeperat Pompeium rogare. Eius rei rationem reddidisse eum senatui Tiro Tullius, M. Ciceronis libertus, refert, itaque se ex patrono suo audisse

---

1) *Haec quoque ex libris iuris pontificii esse, verisimile est.* 2) *Accessit* 3. *ed.* 3) *Hoc supplementum in prima et altera ed. omissum debeo Ubbelohdio* (*Gött. gel. Anz.* 1863. *p.* 1148). 4) *Vix dubitandum, quin fr.* 15—17. *ex iisdem sacrif. libris desumpta sint.*

scribit. Id ipsum Capito Ateius in libro, quem de officio senatorio composuit, scriptum reliquit. In eodem libro Capitonis id quoque scriptum est: 'C.', inquit, 'Caesar consul M. Catonem sententiam rogauit. Cato rem, quae consulebatur, quoniam non e republica uidebatur, perfici nolebat. Eius rei ducendae gratia longa oratione utebatur eximebatque dicendo diem. Erat enim ius senatori, ut sententiam rogatus diceret ante, quicquid uellet aliae rei et quoad uellet. Caesar consul [55] uiatorem uocauit eumque, cum finem non faceret, prendi loquentem et in carcerem duci iussit. Senatus consurrexit et prosequebatur Catonem in carcerem. Hac', inquit, 'inuidia facta, Caesar destitit et mitti Catonem iussit'. — Gell. 4, 10. §§. 5—8.

Epistolarum.

19. In quadam epistula Ateii Capitonis scriptum legimus, Labeonem Antistium legum atque morum populi Romani iurisque ciuilis doctum apprime fuisse. 'Sed agitabat', inquit, 'hominem libertas quaedam nimia atque uecors, 'usque adeo, ut,[1] diuo Augusto iam principe et rempublicam obtinente, ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod iustum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset', ac deinde narrat, quid idem Labeo per uiatorem a tribunis plebi uocatus responderit. 'Cum a muliere', inquit, 'quadam tribuni plebis aduersum eum aditi 'in Gallianum[2] ad eum misissent, ut ueniret et mulieri responderet, iussit eum, qui missus erat, redire et tribunis dicere, ius eos non habere neque se neque alium quemquam uocandi, quoniam moribus maiorum tribuni plebis prensionem haberent, uocationem non haberent: posse igitur eos uenire et prendi se iubere, sed uocandi absentem ius non habere'. — Gell. 13, 12. §§. 1—4.

Ex incertis libris vel aliunde.

20. [3]Sinistrum in auspicando significare ait Ateius Capito laetum et prosperum auspicium; at silentium, ubi duntaxat

---

1) *Sic edd. antiquiores;* tanquam eorum *ed. Hertz.* 2) *ex cj. Hertzii in Jahrb. f. class. Philol.* 1865. *p.* 214. Gellianum *edd. Situs erat Gallianus fundus in civitate Baebiorum. Cf. L.* 2. §. 47. *D. de orig. iur.* (1, 2). 3) *Ex fr.* 20. 21. *licet coniicere, Capitonem etiam de iure augurali scripsisse. Libris eius ad Etruscam disciplinam*

uacat uitio. 'igitur silentio surgere cum dicitur, significat, non
[56] interpellari, quo minus rem gerat. at sinistrum, hortari quoque auspicia ad agendum, quod animo quis proposuerit'. — Fest. v. Sinistrum p. 351.

21. Stellam significare ait Ateius Capito laetum et prosperum '(*augurium*),[1] auctoritatem secutus P. Seruilii auguris, '(*ob*) stellam, quae e lamella aerea adsimili[2] stellae locis inauguratis infigatur. — Fest. v. Stellam p. 351.

22. Ateius Capito, publici priuatique iuris peritissimus, quid lex esset, hisce uerbis definiuit: 'Lex', inquit, 'est generale iussum populi aut plebis, rogante magistratu'. — Gell. 10, 20. §. 2.

23. Plebiscitum igitur est secundum eum Capitonem lex, quam plebes, non populus accipit.[3] — Gell. 10, 20. §. 6.

24. Quanto opere autem curae fuerit, ne quis uiolare ductus aquamue non concessam deriuare auderet, cum ex multis apparere potest, tum ex eo, quod circus maximus ne diebus quidem ludorum circensium nisi aedilium aut censorum permissu irrigabatur: quod durasse etiam postquam res ad curatores transiit sub Augusto, apud Ateium Capitonem legimus. — Frontin. de aquaed. 97. coll. 102.

25. At Capito Ateius in eadem quidem opinione est, sed exemplo adiuuat interpretationem. 'Etenim[4] in secunda tabula secunda lege', 'inquit,[5] 'scriptum est: "Quid horum fuit unum iudici arbitroue reoue, eo 'dies diffensus[6] esto". hic uterque actor reusque in iudicio rei uocantur. itemque accusator 'reus[7] accitur more uetere et consuetudine antiqua'. — Fest. v. Reus p. 273.

---

pertinentibus se usum ait Lyd. de ostent. 2. 3., *ubi eum etiam* ἱερέα *appellat, i. e. pontificem. Nam et leges ludorum secularium exposuit auctore Zosim.* 2, 4. (*infra num.* 34) *ut pleraque, quae is de hoc sacrificio tradit, ex Ateio sumpta esse videantur. Quid sit, quod Osann. ad Pompon. p.* 94. *de Capitone se adnotasse ait ad Laur. Lyd. de comet. p.* 22. *ignoro, cum ne prodiisse quidem is liber videatur.* [1]) *Supplevi; ob sequens verbum excidisse videatur.* [2]) *Scripsi;* stellam quae lamella aerea adsimilis *Cd. Plerique* stellam *expungunt.* [3]) *Potest, ut hanc definitionem ipse Gellius ex Capitoniana legis definitione tantum effecerit.* [4]) *Scripsi* (*sc.* ete *adhaesit v.* in [illegible] *Cd.* nam *cj. plerique.* [5]) *Scripsi;* in qua *Cd* [illegible] *quentibus Müllerum sequor. De hac lege* [illegible] *cf. Schöll p.* 12[illegible] [7]) *Scripsi*; deui *Cd. edd. Intellige, a p*[illegible] *accusatorem* 'rei'

26. (*Nefrendes sc.*) Ateius *Capito infantes esse nondum frendentes*, id est *frangentes*. — Fest. v. Nefrendes p. 162.

27. Scaeuolam quoque et L. Aelium et Ateium Capitonem in eadem sententia (sc. de uino murrina) fuisse uideo, quoniam [57] in Pseudolo sit:

Quod si opus est, ut dulce promat indidem, ecquid habet? CHAR. Rogas?
Murrinam, passum, defrutum, mella....

quibus apparet, non inter uina modo murrinam sed inter dulcia quoque nominatum. — Plin. N. H. 14, 13. §. 15.

28. Certumque fit (sc. pistores Romae non fuisse ad Persicum usque bellum, ipsosque Quirites, mulieres puta, panem fecisse) Ateii Capitonis sententia, cocos tum panem lautioribus coquere solitos, pistoresque tantum eos, qui far pisebant, nominatos. — Plin. N. H. 18, 11. §. 28.

29. *Τὰ γὰρ ἐπίσημα τῶν ἀρχόντων ἀπὸ Θούσκων λαβὼν ὁ βασιλεὺς Νουμᾶς τῇ πολιτείᾳ εἰσήγαγεν, ὥσπερ καὶ τῶν ὅπλων τὸ δύσμαχον ἀπὸ Γαλατῶν. καὶ μάρτυρες μὲν τούτων ὅ τε Καπίτων καὶ Φωντήϊος.* — Io. Laur. Lyd. de magistr. exord.

Nam insignia magistratus Numa rex a Thuscis mutuata in rempublicam introduxit, sicuti et armorum robur a Gallis. testantur haec Capito et Fonteius.

30. [1]Ateius asserit, Romam ante aduentum Euandri diu Valentiam uocitatam. — Serv. ad Aen. 1, 273.

31. Sed Varro et Ateius contra sentiunt, dicentes 'diuos' perpetuos, 'deos', qui propter sui consecrationem timentur, ut sunt dii Manes. — Serv. ad Aen. 5, 45.

32. Ateius Philologus libertinus Athenis natus. Hunc Capito Ateius notus iurisconsultus inter grammaticos rhetorem, inter rhetores grammaticum fuisse ait. — Suet. de ill. gramm. 10.

33. Hic idem (sc. M. Pomponius Marcellus) cum ex oratione Tiberium reprehendisset, affirmante Ateio Capitone, et

---

appellatione accitum fuisse. 1) *Haec fr.* 30. *et* 31. *ut magis Capitonis, quam Philologi esse existimem, partim argumentum facit, partim quod hunc Serv. ad Aen.* 1, 601. *pleno Ateii Philologi nomine laudat.*

esse illud Latinum et, si non esset, futurum certe iam inde,[1]
[58] 'Mentitur', inquit, 'Capito. Tu enim, Caesar, ciuitatem dare potes hominibus, uerbis non potes'. — Suet. de ill. gramm. 22.

34. [2]Ταύτης ἐπὶ χρόνον τῆς θυσίας ἀμεληθείσης, αὐθίς τινων συμπεσόντων ἀποθυμίων ἀνενεώσατο τὴν ἑορτὴν Ὀκταβιανὸς ὁ σεβαστός, προτελεσθεῖσαν μὲν ὑπάτων ὄντων Λουκίου Κηνσωρίνου καὶ Μάρκου Μαλλίου Πουηλίου, τότε δὲ [Λουκίου Κηνσωρίνου καὶ Γαΐου Σαβίνου], τὸν θεσμὸν Ἀτηΐου Καπίτωνος ἐξηγησαμένου, τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἔδει τὴν θυσίαν γενέσθαι καὶ τὴν θεωρίαν ἀχθῆναι, τῶν πεντεκαίδεκα ἀνδρῶν, οἳ τὰ Σιβύλλης θέσφατα φυλάττειν ἐτάχθησαν, ἀνερευνησάντων. — Zosim. 2, 4.

Eodem sacrificio ad tempus neglecto, cum rursus quidam adversi casus accidissent, Octavianus Augustus ludos instauravit, factos illos quidem ante L. Censorino et M. Manlio Puilio coss. (a. u. 605), tunc autem [L. Censorino et C. Sabino[3]*] cum Ateius Capito leges ludorum exposuisset, tempus, quo rem sacram fieri et edi spectacula oporteret, XV viri, ad quos oraculorum Sibyllinorum custodia pertinebat, investigassent.*

MASVRIVS SABINVS

(Capitonis discipulus, fuit sub Tiberio et Nerone).

De iure ciuili.

1. Masurius autem Sabinus in iuris ciuilis secundo,[4] etiam quod iumentorum causa apparatum esset, quibus dominus uteretur, penori attributum dicit. Ligna quoque et uirgas et carbones, quibus conficeretur penus, quibusdam ait uideri esse in penu. Ex his autem, quae promercalia et usuaria iisdem in locis 'esse(*nt*),[5] ea sola penoris putat, quae satis sint usu annuo. — Gell. 4, 1. §§. 21—23.

---

1) *Nec hanc Capitonis vocem praetermittere volui, ingenium hominis maxime prodentem.* 2) *Accessit* 3. *ed.* 3) *Potius L. Furnio et C. Junio Silano a. u.* 737. 4) *Puta, ubi de legatis agebat, quamobrem hoc fr. primo loco posui.* 5) *Scripsi;* esse *ed. Hertz., interpunctione ante h. v. posita.*

2. Verba sunt Sabini ex libro iuris ciuilis secundo: 'Qui alienam rem attrectauit, cum id se inuito domino facere iudicare deberet, furti tenetur'. — Gell. 11, 18. §. 20.

3. Item alio capite: 'Qui alienum 'tacens[1] lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur, siue scit, cuius sit, siue nescit'. — Gell. 11, 18. §. 21.

4. Sed meminisse debemus, secundum ea, quae supra scripsi, furtum sine ulla quoque attrectatione fieri posse, sola mente atque animo, ut furtum fiat, adnitente. Quocirca ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus furti sit condempnandus, qui seruo suo, uti furtum faceret, imperauit. — Gell. 11, 18. §§. 23. 24.

5. Verba Masurii Sabini apposui ex libro iuris ciuilis secundo: 'Furiosus mutusue cuiue quod membrum lacerum laesumue est aut obest, quo ipse minus aptus sit, morbosi sunt. Qui natura longe minus uidet, tam sanus est, quam qui tardius currit'. — Gell. 4, 2. §. 15.

6. Masurius autem Sabinus in libro iuris ciuilis tertio[2] antiquiorem locum hospiti tribuit quam clienti. Verba ex eo [59] libro haec sunt: 'In officiis apud maiores ita observatum est: primum tutelae, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, postea adfini. De qua causa[3] feminae uiris potiores habitae, '(*pupillus*)[4] pupillarisque tutela mulieri praelata. Etiam aduersus quem adfuissent, eius filiis tutores relicti, in eadem causa pupillo aderant'. — Gell. 5, 13. §. 5.

De furtis liber.

7. 'Manifestum autem furtum est', ut ait Masurius, 'quod deprehenditur, dum fit. Faciendi finis est, cum perlatum est, quo ferri coeperat'. Furti concepti, item oblati, tripli poena est. Sed quod sit oblatum, quod conceptum, et pleraque alia ad eam rem ex egregiis ueterum moribus accepta neque in-

---

1) iacens *cj. Sciopp. Malim* sciens. 2) *Fortasse cum de interdicto de libero homine exhibendo ageret. Cf. L.* 3. §§. 11. 12. *D. de hom. lib. exh.* (43, 29). 3) *Puta maioris infirmitatis et indigentiae.* 4) *Supplevi, quod* pup. *notatum facile excidere poterat. Itaque si forte inter pupillum et mulierem, pariter alicui cognatos, causa emerserit, potius pupillo is aderat, et maxime quidem si tutelam eius gerebat, etiamsi etiam mulieris tutor esset.*

utilia cognitu neque iniucunda qui legere uolet, inueniet Sabini librum, cui titulus est de furtis.[1] In quo id quoque scriptum est, quod uolgo inopinatum est, non hominum tantum neque rerum mouentium, quae auferri occulte et subripi possunt, sed fundi quoque et aedium fieri furtum; condempnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat, uendito, possessione eius dominum interuertisset. Atque id etiam, quod magis inopinabile est, Sabinus dicit, furem esse hominis iudicatum, qui cum fugitiuus praeter oculos forte domini iret, obtentu togae, tamquam se amiciens, ne uideretur a domino, obstitisset. — Gell. 11, 18. §. 11—14.

Fastorum.

8. Masurius fastorum secundo 'Vinaliorum dies', inquit, 'Ioui sacer est, non, ut quidam putant, Veneri'. — Macrob. Sat. 1, 4. §. 6.

9. Masurius etiam secundo fastorum 'Liberalium dies',
[60] inquit, 'a pontificibus agonium Martiale appellatur'. — Macrob. ib. §. 15.

10. Et in eodem libro: 'Eam noctem deincepsque insequentem diem, qui est Lucarium'. — Macrob. ib.

11. [2]Masurius et alii uno die, id est quarto decimo Kalendas Ianuarias fuisse Saturnalia crediderunt. — Macrob. Sat. 1, 10. §. 5.

12. Masurius adiicit simulacrum huius deae (sc. Angeroniae) ore obligato atque signato in ara Volupiae propterea collocatum, quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant, perueniant patientiae beneficio ad maximam uoluptatem. — Macrob. ib. §. 8.

De indigenis.

13. Masurius autem Sabinus in commentariis, quos de indigenis composuit: 'Religiosum', inquit, 'est, quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est; uerbum a relinquendo dictum, tanquam caerimoniae a carendo'.

---

1) *Frustra sunt, qui hanc partem fuisse librorum de iure ciuili opinantur. Ex eoque de furtis libro etiam furti manifesti definitionem Gellium petiisse, certe verisimile est.* 2) *Cum Dirkseno non dubito, quin et hoc et sequens fr. ad eundem librum pertinuerint.*

— Gell. 4, 9. §. 8. Cf. Macrob. Sat. 3, 3. (supra in Ser. Sulpicio 14.).

Memorialium.

14. Sed Sabinus Masurius in primo memorialium, secutus quosdam historiae scriptores, Accam Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit. 'Ea', inquit, 'mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit. In illius locum Romulus Accae sese filium dedit seque et ceteros eius filios fratres aruales appellauit. Ex eo tempore collegium mansit fratrum arualium numero duodecim, cuius sacerdotii insigne est spicea corona et albae infulae'. — Gell. 7 (6), 7. §. 8.

15. Huius 'commenti[1] (sc. Herculis Victoris dicti) causam Masurius Sabinus memoralium libro secundo aliter exponit. 'Marcus', inquit, 'Octauius Herennius prima adolescentia tibicen, postquam artis distisus suae est, instituit mercaturam, et bene re gesta decimam Herculi profanauit. Postea cum nauigans hoc idem ageret, a praedonibus circumuentus, fortissime [61] repugnauit et uictor recessit. Hunc in somnis Hercules docuit, sua opera seruatum. Cui Octauius impetrato a magistratibus loco aedem sacrauit et signum, Victoremque litteris incisis appellauit. Dedit ergo epitheton deo, quo et argumentum ueterum uictoriarum Herculis et commemoratio nouae historiae, quae recenti Romano sacro causam dedit, contineretur'. — Macrob. Sat. 3, 6. §. 11.

16. Item aliud refert Sabinus Masurius in septimo memoriali seuere factum. 'Censores', inquit, 'Publius Scipio Nasica et Marcus Popilius[2] cum equitum censum agerent, equum nimis strigosum et male habitum, sed equitem eius uberrimum et habitissimum uiderunt, et "cur", inquiunt, "ita est, ut tu sis, quam equus curatior"? "Quoniam", inquit, "ego me curo, equum Statius nihili seruos". Visum est parum esse reuerens responsum relatusque in aerarios, ut mos est'. — Gell. 4, 20. §. 11.

17. Masurius autem Sabinus in undecimo librorum memorialium ciuicam coronam tum dari solitam dicit, cum is, qui ciuem seruauerat, eodem tempore etiam hostem occiderat

---

[1]) cognomenti *Salm. cj. probabili* [2]) *a. u.* 594.

neque locum in ea pugna reliquerat; aliter ius ciuicae coronae negat concessum. Tiberium tamen Caesarem consultum, an ciuicam coronam capere posset, qui ciuem in proelio seruasset et hostes ibidem duos interfecisset, sed locum, in quo pugnabat, non retinuisset eoque loco hostes potiti essent, rescripsisse dicit, eum quoque ciuica dignum uideri, quod appareret, ex tam iniquo loco ciuem ab eo seruatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiuerit. — Gell. 5, 6. §. 14.

Ex incertis libris.[1]

18. Masurius auctor est, curru quoque triumphantis myrea corona usos. — Plin. N. H. 15, 29. §. 38.

19. Ob has causas equidem crediderim, honorem ei (sc. lauro) habitum in triumphis potius, quam quia suffimentum sit caedis hostium et purgatio, ut tradit Masurius. — Plin. N. H. 15, 30. §. 40.

[62] **20.** In eosdem situs comitatur et spina nuptiarum facibus auspicatissima, quoniam inde fecerint pastores, qui rapuerunt Sabinas, ut auctor est Masurius. — Plin. N. H. 16, 18. §. 30.

21. Verum altera lotos in Volcanali, quod Romulus constituit ex uictoria de decumis, aequaeua urbi intellegitur, ut auctor est Masurius. — Plin. N. H. 16, 44. §. 86.

22. Masurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradidit; ideo nouas nuptas illo perunguere postis solitas, ne quid mali medicamenti inferretur. — Plin. N. H. 28, 9. §. 37.

23. Masurius sanqualem ossifragum esse dicit, inmusulum autem pullum aquilae, priusquam albicet cauda. — Plin. N. H. 10, 7. §. 8.

24. Masurius auctor est, L. Papirium praetorem, secundo herede[2] lege agente, bonorum possessionem[3] contra eum dedisse, cum mater partum se XIII mensibus diceret tulisse, quoniam nullum certum tempus pariendi statum uideretur. — Plin. N. H. 7, 5. §. 4 et ex eo Gell. 3, 16. §. 23.

---

1) *Ex quibus quae Plinius servavit, non dubito omnia memorialium libris deberi.* 2) *i. e. substituto.* 3) *i. e. vindicias; vera enim ingenui bonorum possessio neque in legis actione neque unquam contra aliquem datur.*

25. Triumphare P. Ventidium de Parthis uoluit (sc. fortuna) quidem solum, sed eundem in triumpho Asculano Cn. Pompeii duxit puerum, quamquam Masurius auctor est, bis in triumpho ductum. — Plin. N. H. 7, 43. §. 44.

26. Partim enim scripserunt, qui ouaret, introire solitum equo uehentem; at Sabinus Masurius pedibus ingredi ouantes dicit, sequentibus eos non militibus, sed uniuerso senatu. — Gell. 5, 6. §. 27.

27. [1] Libertinos uero ab ingenuis adoptari quidem iure posse, Masurius Sabinus scripsit. Sed id neque permitti dicit, neque permittendum esse umquam putat, ut homines libertini ordinis per adoptiones in iura ingenuorum inuadant. 'Alioquin', inquit, 'si iuris ista antiquitas seruetur, etiam seruus a domino per praetorem[2] dari in adoptionem potest'. Idque ait plerosque iuris ueteris auctores posse fieri scripsisse. — [63] Gell. 5, 19. §§. 11—14.

28. Sub tecto uti liceret (sc. flamini Diali sine apice) esse, non pridem a pontificibus constitutum, Masurius Sabinus scripsit, et alia quaedam remissa gratiaque aliquot ceremoniarum facta dicitur. — Gell. 10, 15. §§. 17. 18.

C. CASSIVS LONGINVS[3]

(sub Tiberio et sequentibus imperatoribus).

1. Circa Padum cum ageretur, quod flumen 'ut torrens[4] aliquando tam uiolentum decurrit, ut alueum mutet et multorum late agros trans ripam, ut ita dicam, transferat,[5] saepe etiam insulas efficiat, Cassius Longinus, prudentissimus uir, iuris auctor, hoc statuit,[6] ut quidquid aqua lambiscendo abstulerit, id possessor amittat, quoniam scilicet ripam suam sine

---

[1]) *Haec ex libris iuris ciuilis esse possunt, quibus etiam 'de dierum diffissionibus et comperendinationibus et aliis quibusdam legitimis ritibus' egisse potest. Gell.* 14, 2. §. 1. [2]) *Eo, qui uindicat, statim liberum filiumque suum in potestate esse asserente. Qua ratione et dominus fiduciae causa amico mancipatum seruum adoptare poterat.* §. 12. *I. de adopt.* (1, 11). [3]) *Accessit* 3. *ed.* [4]) torrens et *cdd. edd.* [5]) *i. e. faciat transpadanos uel cispadanos.* [6]) *non in libris iuris ciuilis, ut opinatur Dirksen akad. Abh.* 27. *Febr.* 1851 *p.* 23., (*hinterlass. Schr. ed. Sanio I. p.* 180), *sed, ut Hyginus refert, ex consultatione de Padana regione responso dato, quod non ad generalia de his acquisitionibus praecepta referendum est.*

alterius damno tueri debet; si uero maiore ui decurrens alueum mutasset, suum quisque modum[1] agnosceret, quoniam non possessoris neglegentia sed tempestatis uiolentia abreptum apparet; si uero insulam fecisset, a cuius agro fecisset, is possideret; at si ex communi, quisque suum reciperet. — Hygin. de gen. controv. in grom. vet. ed. Lachm. p. 124. cf. p. 17. 399.

2. Ob haec consalutatus imperator Nero: et senatusconsulto supplicationes habitae, statuaeque et arcus et continui consulatus principi, utque inter festos referretur dies, quo patrata uictoria, quo nuntiata, quo relatum de ea esset, aliaque in eandem formam decernuntur adeo modum egressa, ut C. Cassius de ceteris honoribus assensus, si pro benignitate fortunae diis grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere disseruerit, eoque oportere diuidi sacros et negotiosos dies, quis diuina colerent et humana non impedirent. — Tacit. A. 13, 41.

[63] *M. VALERII PROBI

Berytii, grammatici haud vulgaris doctrinae, qui Neronis fere tempestate claruit et ut Sueton. de illustr. gramm. 24. auctor est, maxime emendandis libris veteribus operam dedit, exstat de notis antiquis libellus, vel ut rectius iudicatur, amplioris libri deperditi caput superstes; hoc enim arguunt verba illa exordii *Est etiam circa perscribendas . . . . studium necessarium* et quod ipse quidem Probus, ut idem Suetonius testatur, 'nimis pauca et exigua de quibusdam minutis quaestiunculis edidit; reliquit autem non mediocrem sylvam observationum sermonis antiqui'. Sed opusculum illud ita ut in editionibus, velut in Putschii ling. Lat. auctor. ant. p. 1494. Dion. Gothofredi auct. ling. Lat. p. 1454. circumfertur, maximam partem esse interpolatum et eas solas notas, quae generatim neglecto ordine alphabetico sub Probi nomine referuntur, recte ei adscribi, demonstravit nuper magno, ut solet, cum acumine magnaque librorum mss. copia adhibita Th. Momsenus in Act. Societ. Reg. Sax. a. 1853. class. phil. hist. p. 91 sq. Cuius in sententia licet in universum sit acquiescendum, tamen ut et consilium ac ratio

---

1) *puta olim assignatum, quem nunc Padus occupavit, iamque quantum fieri potest, ex alveo derelicto sibi resarciendum: quasi haec mens in regione Padana assignantis fuerit, quam possessor, ut alius b. possessionem, agnoscit. unde non puto, Cassium in occupatoriis agris idem sensisse, ut sensisse videtur Sic. Fl. p.* 151, 2 . . . 5.

Valeriani opusculi eiusque fata rectius intelligantur et nostrae editionis ratio reddatur, et mihi hac de re video pauca esse disputanda.

De notis antiquis omnino Probum eo potissimum consilio egisse, ut veterum librorum exemplaria etiam ab hac parte recte legerentur et transcriberentur, secundum ea, quae ex Suetonio retulimus, dubitare non licet. Quem ordinem autem in referendis notis sequeretur, ipse indicavisse credendus est verbis illis: *Quod in praenominibus legibus publicis pontificumque monumentis et in iuris ciuilis libris etiamnunc manet.* In iis tamen vocem *legibus* suum locum iam non tenere, multis argumentis persuasum mihi est. Nam et leges hic frigide publicae appellantur et cum pontificum monumentis parum apte componuntur et a iure civili perperam seiunguntur: nec sic haec respondent ei ordini, quo postea notae recensentur. [64]
Ne multa, restituenda illa vox est ante *iuris ciuilis*, quo loco eam excidisse etiam illud indicio est, quod in quibusdam codd. legitur *iurisque ciuilis,* omissis verbis, quae praecedunt, *et in*, in aliis, retentis his, omissum est *que*; scilicet diversimode librarii amisso h. l. verbo *legibus* sermonem redintegrare conati sunt. Ad rem vero conferendus est locus Manil. astr. 4, 209. *Hic etiam legum tabulas et condita iura Noverit, aque notis levibus pendentia verba.* Iam si legimus *in praenominibus, publicis pontificumque monumentis, et in legibus iurisque ciuilis libris*, aptissime in duplex genus notae dividuntur: unum earum, quae specialem causam non habent, sed universae civitatis sunt, partim in familiis (= *praenominibus*) partim in populo (= *publicis*) partim in diis (= *pontificumque monumentis*)[1] positae (unde ius tripertitum: privatum, publicum et sacrum), alterum earum, quae ex arte magis profectae sunt (cf. Cic. pro Mur. 12.) unoque nomine iuridicae appellari possunt. Et huic divisioni ipse tractatus bellissime convenit. Primum enim §. 2. referuntur notae, quae *in monumentis publicis et historiarum libris sacrisque publicis reperiuntur,* in quibus *praenominibus* notatis primus locus datur; ut appareat, tantum brevitatis studio praenominum in huius partis praefatione iteratam mentionem factam non esse. Ad alterum genus spectant §§. 3—5. ita ut in §. 3. verba *in iure ciuili* tanquam generis significatio praemittatur, quod in *leges, legis actiones* et *edicta* tanquam in suas species diducitur. Apparet

---

[1]) Sane longe aliter haec interpretatur Momsenus, qui in altera Probi editione huius nostrae rationem non habuit. Sed Probum *pontificum monumenta* memorantem non *sacra publica* (ut postea se ipsum interpretatur), sed legis actiones intellexisse, quas tunc nemo nisi ex libris iuris civilis petebat, iisque adeo iuris civilis libros hoc modo opposuisse, cum postea legis actionnm notas ad ius civile referat, in animum non induco.

autem, Probum prius notarum genus non proprie hoc libello spectavisse. Paucas tantum huius generis tantumque in praefatione opusculi refert, et in fine addit *et similia*, ut, etiamsi demus, quod saltem in ceteris §is dandum est, hic quoque nonnullas notas librariorum culpa intercidisse, exempla tantum ex hoc genere posuisse videatur. Accedit, quod de illis huius generis notis, quas in fine §i 2. diversarum vitae civilis partium ibi commemoratarum *proprias* dicit, omnino esse eiusmodi notas dicere satis habet, ipsas non affert, haud obscure significans, eas sibi parum curae esse, quoniam videlicet pleraeque non ut priores illae communes in libris vulgaris eruditorum lectionis, quos Probus maxime spectabat, velut historicis, usurpabantur, sed in reconditioribus monu-
[65] mentis delitescebant. At haec ipsa Probi verba male intellecta non dubito fraudi fuisse viris doctis medii aevi, ut Pseudo-Probum hic intruderent. Dum enim ea verba, quibus Probus quasi excusat, cur has notas *proprias* opusculo suo non inserat, tanquam novam praefationem accipiunt, quam similiter ut initio §i 2. notarum seriem huc pertinentium sequi oporteat, eam cum non invenirent, excidisse rati, alii opusculum hic finiverunt et sequentes partes denuo inscripto Probi nomine sigillatim descripserunt, alii aliunde suppleverunt, ubi notas huc facientes nullo inscripto auctoris nomine invenerant. Longam eam seriem esse oportere, persuadebat iis, quod Probus longum illum indicem *curiarum*, *tribuum*, *comitiorum*, *sacerdotiorum* et ceterorum praescripsisset; et memorabile illud discrimen intercedit inter hunc Pseudo-Probum et ceteras similes notarum collectiones velut Lindenbrogicam, quod illo omnium fere, quas index ille refert, rerum notae continentur, hae praeprimis ad libros iuris civilis spectant. Cum tamen etiam in subpositicia illa serie notarum magnam partem ex iure civili petitam esse viderent, addiderunt indici verba *iuris ciuilis*, quae subditicia esse etiam Momsenum non fugit.

Alterum genus, quas supra notas iuridicas dixi, etiam eo a priore differebat artemque quandam prodebat, quod proprie tantum ex singularibus litteris constabat (§. 3. Cic. l. c.). Et hoc quidem genus maxime Probum spectavisse et executum esse, non modo ipsa res documento est, sed etiam titulus in bonis libris teste Momseno opusculo praescriptus '*de iuris notarum*' vel '*iuris notarum*'. Vereor tamen in hac opusculi parte non solum singulas notas haud paucas excidisse, sed et alias ipsam eam partem nos integram non habere. Nam si §o 1. alterum hoc genus verbis *in legibus iurisque ciuilis libris* significatum erat, video quidem ad *leges* tanquam fontem iuris civilis cunctas notas §is 3. 4. et 5. propositas recte referri, cum legis actiones et edicta perpetua tantum rivi quidam vel propagines ipsarum legum sint. Sed notas *in*

iuris ciuilis libris desidero. Num adeo balbutiebat grammaticus, ut legis actiones et edicta perpetua, fortasse quia etiam in libris legebantur, libros iuris civilis appellaret? An vero non curabat eos, qui proprie sic appellantur, quique veterum librorum, quorum emendationi operam dabat, praecipuam partem constituebant? An nullae dum in iis notae adhibebantur? Nullum eorum dici potest. Itaque sic statuo, eam opusculi partem, qua hae notae expositae erant, interiisse, neque id tam incuria quam nimia cura factum esse. Ea pars enim magno usui erat iis, qui libros iuris civilis describebant. Itaque eam ceteris notis primo neglectis exscripserunt, idque non grammatici sed librarii consilio ac cura, hoc est, auctoris nomine omisso, et ita, ut novis postea notarum [66] compendiis accedentibus, collectionem suam, prout usus posceret, augerent, immutarent, alius etiam alium institueret. In ipso vero Probi libro haec semel ab eo avulsa pars praetermitti coepta est. Hac ratione varias illas notarum collectiones enatas esse existimo, quae partim anonymae partim sub certorum auctorum velut Magnonis, Petri Diaconi, Papiae nominibus in codd. mss. inveniuntur, quarumque una singulari fato exeunte medio aevo rursus Valeriano opusculo sed alia eius parte adsui coepit. Ordinem quoque alphabeticum a posterioribus illis notarum collectoribus profectum esse, non tam certo affirmaverim: hunc enim pro ea, quae inter leges et libros iuris civilis intercedebat differentia, iam ipse Probus in hac parte adhibuisse poterat.

Licet vero posterioribus istis collectionibus ea quoque notarum pars, quae Probo periit, saltim maxima ex parte haud dubie contineatur, tamen in animum inducere non potui, ut quae in iis Probi sunt, restituendi ei periculum facerem. Plus enim quam difficile est, eas a ceteris, quae aliunde originem ducunt, segregare. Suo igitur iam loco ista farrago relinquenda est. Ipsum vero Probi opusculum, qua tenus exstat, quam emendatissimum potui, iam exhibeo. Qua in re illud maxime tenendum erat, librarios in eo transcribendo non tantum solito more peccavisse, sed etiam haud raro denuo notas explicuisse et partim has ex explicationum mendis partim vice versa interpolasse. Singulorum codicum mss. notitia, quos singularibus litteris ita notavi, ut communi omnium lectioni hoc signum *Cdd.* praefigerem, ex Mommseni commentario petenda est. Eius quoque unius, ut par erat, editionem respexi; de qua praemonendum est, Mommsenum notas earumque explicationes consulto incorrectas reliquisse.

His, cum primum Probi libellum ederem, praeter pauca, quae nunc demum addidi, disputatis, vulgati postea sunt separatim et in Henrici Keilii grammaticorum Latinorum

vol. IIII. p. 267 seq. 'Notarum laterculi edente Th. Momseno', in quibus Probus noster cum principem locum obtineat et plurium et multo meliorum, quam antea, mss. codicum ope editus, non est quod dicam, nova haec subsidia etiam a me in iteratis curis Probo impensis adhibita esse. Itaque prorsus retractatam accipis Probi editionem, in qua laudati codices ad nuper excussos, *ed.* (= *editio*) ad Momseni novam referendi sunt. Ceterum in his, quae antea exhibueramus, non admodum multa mutanda fuerunt. Accessit vero his augmentum nec ambitu exiguum et argumento nobile, insignitum in hac nova editione num. 6., de quo nunc aliqua
[67] praefanda sunt. Citius enim, quam exspectaveram vel, ut verius dicam, praeter spem confirmatum est id quod in superiore praefatione de avulsa et perdita extrema Valeriani opusculi parte conieceram, qua notae ex 'iuris civilis libris' petitae comprehensae fuerint. Scilicet in membranis a Momseno adhibitis est codex Einsidlensis, saeculi X, alphabetico ordine digestus et cetera quidem a Papiana, quae dicitur, notarum sylloga non diversus, sed quibusdam additamentis insignis, quae pleraque ex Probo genuino petita esse, et ipse harum notarum habitus et in fine subiectum praefationis Probianae exordium Momsenum docuit. Et quaedam quidem harum notarum conveniunt cum his, quas iam noveramus, ut tantum emendandis iis inservire possint; aliae vero novae sunt. Has Momsenus p. 275 seq. soluto ordine alphabetico composuit, nec quod aliud consilium in ordinandis iis secutus sit, aperuit. Si, ut suspicor, argumenti similitudine ductus est, quaedam notae aliter locandae erant. Nolui tamen in re tam exili ab ordine semel statuto recedere, maxime cum is, quo Probus usus est, restitui nullo modo possit. Nam etiamsi ponamus, ipsum Probum hanc notarum partem secundum alphabetum ordinasse, certe is ordo alius fuit, ac quo usus est scriptor cod. Einsidlensis eiusve archetypi. Eum enim apparet non tantum continuas ipsius Probi notarum formulas pro arbitrio in complures discerpsisse, sed etiam ex eadem, una alterave tantum littera omissa, plures fecisse, velut *Dolo Ve Malo Tuo* et *Dolo Ve Malo*, *Familiam Testamenti Causa* et *Testamenti Causa*, et quasdam formulas adeo mutilasse, ut sensu careant, velut *Malo Tuo Factum Est Possessio Data Est, Rebus Recte Praestari.*

Dixi, has novas notas ex *iuris ciuilis libris* sumptas esse. Quod probant exempli gratia eiusmodi notae *Mihi Heres Erit, HeredemQue Meum* similesque testamentis vel contractibus propriae, quibus nec in legibus, nec in legis actionibus nec in edictis perpetuis locus erat. Nec huic adversantur multae aliae, quae quanquam primum in legis actionibus ponebantur, velut illa, *Te Mihi Dare Facere Oportere*, vel in edictis, ut pleraeque ceterae, tamen ex his etiam in libros

iuris civilis migraverant. Sed potest etiam coniectura de ipso libro capi non improbabilis, quo Probus in hac opusculi parte usus sit. Cum enim in his notis etiam memoratur S. P. M. = *Sexti Pedii Medmani*, hoc non eo (ut quis forte opinetur) referendum est, quod Paullo auctore L. 6. §. 2. D. de bon. poss. (37, 1) Sex. Pedius libro XXV ad edictum de testamentaria bon. possessione agens 'notas literas non esse' scripserat; (quid enim hoc notarum syllogarium attinebat? qui movere eum poterat, ut hanc ipsam notam poneret?) sed quod Probus in libro, ex quo omnes illas notas colligebat, etiam hanc invenerat. Is vero alius atque ipsius Pedii [68] vix esse poterat. Praeter celebratissimos enim quosdam ICtos, qui et ipsi ab aliis citati pluribus tantum litteris notabantur, velut *cass.*, *sab.*, *ser. sul.*, ipsorum tantum in libris ICtorum principalibus litteris nomen eorum notatum esse, sive cum responsa a se data referrent, ex Paulli exemplo constat, sive cum marginibus paginarum titulus operis inscriberetur, per se probabile est. Cum igitur etiam ex aetate Sexti Pedii adhuc tam incerta, ut Iuliano tantum anteriorem eum fuisse sciremus, nihil causae obstet, non dubito, Probum, ut eum quoque quem dixi, notandi morem ostenderet, notam illam posuisse eamque cum ceteris ex Sexti Pedii ad edictum libris (circiter quinquaginta, ut videtur) sumsisse; namque edicti commentarium pleraeque ceterae notae ex edicti verbis petitae produnt et ex huiusmodi libris Pedianus tunc longe amplissimus erat, quem maximam sibi notarum copiam suppeditaturum esse Probus merito iudicabat.

Ceterum exiguam tantum partem tam harum quam ceterarum, quas Probus composuit, notarum ad nos pervenisse dubitandum non est, idque nunc non tam librariorum neglegentiae, quam istius aevi genio, quod antiquarum divitiarum taedio etiam ipsos iuris civilis libros tantum breviatos ferre valuit, tribuendum esse existimo.

Etiam Probi hunc notarum laterculum tertium recognoscens, ne quid praetermitterem, e codice Marconovanae syllogae Bernensi (*B*. 42), qui optimus censetur, accuratius collato ea, quae H. Hagen in anecdotis Helveticis (Grammat. Lat. ex rec. H. Keilii supplem.) p. CLII. publicavit, inspexi quidem, sed nullum fere fructum inde rettuli.

M. VALERII PROBI

de iuris (*ciuilis*) notarum

(*significatione commentarius*).[1]

1. Est etiam circa perscribendas uel paucioribus litteris notandas uoces studium necessarium. Quod partim pro uoluntate cuiusque fit, partim pro usu publico et obseruatione communi. Namque apud ueteres cum usus notarum nullus esset, 'propter perscribendi[2] 'difficultatem[3] maxime in senatu qui
[69] scribendo aderant, ut 'celeriter[4] dicta comprehenderent, quaedam uerba atque nomina ex communi consensu primis litteris notabant et singulae litterae quid significarent, in promptu erat. 'Quod[5] in praenominibus, publicis pontificumque monumentis et in 'legibus[6] 'iuris(*que*)[7] ciuilis libris etiamnunc manet. Ad quas notationes publicas 'accessit[8] 'et studiosorum uoluntas, ut unusquisque familiares sibi notas pro uoluntate signaret; quas comprehendere[9] infinitum est. publicae sane tenendae, 'quae[10] in monumentis publicis et historiarum libris sacrisque publicis reperiuntur, 'ut[10]

2.	P.	Publius
	L.	Lucius
	C.	Gaius
	M.	Marcus

---

[1]) *Hoc fere modo supplendam esse inscriptionem, quam optimi libri mss. praebent, suasit mihi Gell.* 17, 9. *ubi eiusdem Probi citatur commentarius* 'de occulta litterarum significatione in epistularum C. Caesaris scriptura'. *Ei enim vicinum hunc nostrum commentarium fuisse, etiam probabile fit ex inscriptione quibusdam medii aevi notarum collectionibus a Probo pendentibus praefixa:* 'notae Iulii Caesaris', *de quibus cf. Momsen. not. laterc. p.* 315. [2]) propter scribendi *Cdd. et ed.; vitium ex compendio* pp pscribendi *natum est.* [3]) facultatem *Cdd. et ed.; sed* di *geminandum erat.* [4]) *Refer ad* comprehenderent, *non ad* dicta. *Celeritate facto senatusconsulto opus, ut mox ad alia veniri vel discedi posset.* [5]) Quod nō *Cdd. Fortasse:* Qui mos. [6]) *Cdd. et ed. habent transpositum post* praenominibus; *vid. praefat.* [7]) et in iuris *Cdd. fide digni.* iurisque *omisso antea* et in *X. A.* [8]) accedit *Cdd. et ed.* [9]) *Haec proxime ad Cdd. scripturam accedunt.* etiam studiosorum voluntas; set unusquisque familiares sibi notas pro uoluntate *quas signarit* comprehendere *ed. Moms. altera.* [10]) *Ex Cdd. in Momseni ed. altera addidi.*

CN.	Gnaeus
Q.	Quintus
MA.	'Manius[1]
TI.	Tiberius
CL.	Claudius
'T.	Titus[2]
SP.	Spurius
SEX.	Sextus
SER.	Servius
'OP.	Opiter[3]
A. V. C.	ab urbe condita
P. R. E.	post reges exactos
P. C.	patres conscripti
S. P. Q. R.	senatus populusque Romanus
EQ. R.	eques Romanus
V. R.	urbs Roma [70]
C. R.	ciuis Romanus
COL.	coloniae uel colonus
MVN.	municipia uel municeps
N. L.	nominis Latini
L. C.	Latini coloniarii
S. N. L.	socii nominis Latini

et similia. Secundum 'haec etiam[4] curiarum nomina, tribuum, comitiorum, sacerdotiorum, potestatum, magistratuum, praefecturarum, sacrorum, ludorum, rerum urbanarum, rerum militarium, collegiorum, decuriarum, 'fastorum,[5] 'nummorum, ponderum,[6] mensurarum[7] et similium ceterorum notationes proprias habent. * * *[8]

---

[1]) Macunius *vel* Macuuius *Cdd. Suspicor Manii et Pacuvii notas in unam conflatas esse.* [2]) *A.; omittunt ceteri Cdd. et ed.* [3]) *E.; omittunt alii Cdd.* [4]) etiam hic *C.* etiam *om. ceteri Cdd. De curiarum nominibus notatis cf. Ovid. F.* 2, 528. [5]) *Intellige dierum fastorum, nefastorum et similium.* pagorum *Moms. cj.* [6]) numerorum *Cdd. et ed., quod coaluisse videtur ex* numor. p. erum; nummorum *Moms. cj.* [7]) *De verbis* iuris ciuilis, *quae hic Cdd. intrudunt, vid. praefat.* [8]) *Hic cum in duas partes opus scinderetur a librariis, non dubito quaedam excidisse, quibus Probus ad notas iuris transitum fecerat.*

Litterae singulares in iure ciuili.

3. De legibus et plebiscitis (*senatusque consultis*)[1] haece.[2]

P. I. R. P. Q. I. S. I. F. P. R. E. A. D. P.	populum iure rogauit populusque iure sciuit in foro pro rostris 'ex[3] ante diem pridie
'E. H. L. N. R.	eius hac lege nihilum rogatur[4]
S. R. L. R. I. C. Q. O. O. R. E.	siremps lex, res, ius causaque omnibus omnium rerum esto[5]
[71] L. P. C. R.	Latini Prisci, ciues Romani
M. E. M. D. D. E.	municipibus eius municipii dare damnas esto
C. E. C.	colonis eius coloniae
Q. E. R. F. E. D.	quod eius recte factum esse dicetur
L. I. D. A. C.	lex Iulia de adulteriis coercendis
V. D. P. R. L. P.	unde de plano recte legi possit
A. A. A. F. F.	aere, argento, auro flando, feriundo
I. N. Q. Q.	iustis nuptiis quaesitos, quaesitas
S. Q. S. S. E. Q. (V.) I. N. S. R. E. H. L. N. R.	si quid 'sacrosanctum est,[6] 'quodue ius non[7] sit 'rogarier,[8] eius hac lege nihil 'rogatur[9]

---

1) *Supplevi. Excidit* sqctis *ob simile antecedens vocabulum* scitis. 2) nunc ponimus *serioris tantum aetatis Cdd.* Litterae singulares in iure ciuili de legibus et plebiscitis *ed. Sed vide inscriptiones* §§. 4. *et* 5. 3) *In lege perlata huic* ex *proprie nullus locus; sed puto, id interdum ex lege per trinundinum promulgata postea errore retentum esse. Notis* Ante Diem *et* Pridie *in eadem lege simul locum non esse, vix est, quod moneamus. De legum praescriptionibus in universum cf. Ritschl. praef. ind. schol. Bonn. hib.* 1860. 4) *Cdd. et ed. ante* L. lege *addunt:* O. omnibus, *idque in sequenti nota, ubi testantibus lege Rubria et lege Quinctia (Mus. philol. Rhen.* VIII. *p.* 298. 457 *seq.) iustus eius locus est, omittunt, ut appareat, ex inferiori nota in superiorem id male irrepsisse.* 5) *Varie Cdd. hanc formulam corrumpunt. Quod siremps notatur duabus litteris* S. R., *factum videtur secundum etymologiam M. Catonis, a 'similis res' eam vocem derivantis. Fest. s. v.* 6) sacrosancti *V.;* sacri sancti *ceteri Cdd. et ed. Vid. Cic. pro Balb.* 14. 7) Q. N. I. quod non iure *boni Cdd.* quod iure non *unus A.; ut tam ante* I. *quam post littera singularis lecta esse videatur, quam* N. *acceperunt, quae vero ante erat* V. *Sunt duae exceptiones, quarum altera spectat ad ea, quae ne quis rogaret, multa tantum similive poena sancitum erat.* 8) rogatum *Cdd. Cf. Klenze ad Leg. Servil. p.* 94. 9) *Ita recte est in l. Anton. de*

V.P.R.	ueteri possessori redditum [1]
V.A.	ueterano assignatum
V.F.	ususfructus [2]
S.C.P.S.	senatus consultum, plebi scitum
Q.D.E.R.F.P.D.E. R.V.I.C.	'quid [3] de ea re fieri placeret, de ea re uniuersi ita censuerunt [4]
Q.F.E.I.S.F.	'quom [5] factum est, in senatu fuerunt
D.C.S.	de consilii sententia
S.Q.M.D.E.R.A.P. P. V. 'L. [7] O. E. COS. PR. TR.PL. Q.N.S.Q.E.V.A. P.P.V.F.*Q. S. N. T.COS.PR.TR. PL.Q.D.E.Q.E. V.A.P.P.V.F.*	si quid 'magistratus [6] de ea re ad populum 'plebemue lato [8] opus est, cos., praetores, tribuni plebis, qui nunc [72] sunt, 'quibus eorum [9] uidebitur, ad populum plebem 'ue ferant; [10] quod si non tulerint, cos., praetores, tribuni plebis, qui deinceps erunt, 'quibus eorum [9] uidebitur, ad populum plebemue ferant
S.F.S.	sine fraude sua

4. In legis actionibus haece: [11]

A.T.M.D.O.	aio, te mihi dare oportere [12]
Q.N.T.S.Q.P.	quando negas, te sacramento 'quingenario [13] prouoco
Q.N.Q.A.N.Q.N.	quando neque ais neque negas [14]

Thermens. v. 30., *pro quo archaice in aliis aeribus legitur* rogator *s.* rogato(r); *nam imperativus in hac formula insipide poneretur.* rogatum *C.* 1) V. veteri *omittunt aliqui Cdd. idque Moms. docte interpolatum putat ex Suet. Dom.* 9., *de quo dubito.* 2) *Potuit huic notae etiam in legibus agrariis locus esse. Gai.* 2, 7. 3) quod *Cdd.* 4) *B.* 42. censuere *edd. etiam meae* 1. 2. 5) quod *Cdd. et ed. Cf. Orell.* 3787. 6) mee *vel* meae *vel* me *Cdd. Erat opinor* mag. (*Moms. cj.:* melius). *Deest haec vox in Cic. ad fam.* 8, 8. §. 5. 7) *V.* V. *ceteri Cdd., factum sc. ex corruptela* ualeto. 8) *V.;* plebum ualeto *ceteri.* 9) quod eius *Cdd.* (quod eis *Moms. ed.*) *ex parum erudita interpolatione; nam* q u o d *ferrent, certe potestas non dabatur magistratibus. Cf. Cic. l. c. Etiam consules, praetores et tribuni pl. plus quam singularibus literis in Cdd. notati videntur interpolationi deberi.* 10) *V.*; plebis ferant *ceteri.* 11) haec *Cdd. et ed. hic et infra* §. 5. 12) *Puta sponsionis illius summam, de qua agit Gai.* 4, 95. 13) *Hoc solum in centumviralibus causis superfuisse videtur.* 14) *Hac actione utebatur actor, si adversarius tacuerat.*

E. I. M. C. V.	ex iure manum consertum 'uocauit[1]
S. N. S. Q.	si negat, sacramento quaerito[2]
S. S. C. S. D. E. T. V. (*I.*)	'secundum suam causam;[3] sicut dixi, ecce tibi, 'uindictam (*imposui*)[4]
Q. I. I. T. C. P. A. F. A.	quando in iure te conspicio, postulo, anne fuas[5] auctor
T. P.[6] I. A. V. P. V. D.	te praetor iudicem arbitrumue postulo uti des[7]
[73] I. D. T. S. P.	in diem tertium siue perendinum
A. L. A.	arbitrum liti aestimandae

5. In edictis perpetuis haece:

Q. B. F.	quare bonum factum[8]
I. D. P. E.	iure dicundo praeerit
I. D. C.	iuris dicundi causa
Q. R. F. E. V.	quod recte factum esse uidebitur
V. B. A.	uiri boni arbitratu
D. M. F. V. C.	dolo malo fraudisue causa
I. D.	iudicium dabo
I. D.	iuris dictio
Q. E. R. E. T. P. I. R. D. T. Q. P. D. T. 'D.[8] D. P. F.	quanti ea res erit, tantae pecuniae iudicium recuperatorium dabo testibusque publice dum taxat 'decem[9] denuntiandi potestatem 'faciam[10]
Q. S. S. S.	quae supra scripta sunt

1) uocarit *V. Sed aut* voco *aut* vocasti *aut generaliter* vocare *legendum videtur. Vid. Cic. pro Mur.* 12. 2) quingenario *Moms. cj. Frustra; pertinet haec formula ad publicam legis actionem, in qua adversarius sacramento non provocabatur, sed interrogabatur. Vid. Fest. p.* 344. *Müll. et nos ad Gai.* 4, 14. *not.* 3) *Male haec verba cum sequentibus coniuncta sunt. Cf. Gai.* 4, 16. *adn.* 4) *Supplevi ex Gai.* 4, 16. uindicta *Cdd.* 5) far *optimi Cdd.* fas *alii. De* anne *post verbum* postulo, *quod Moms. immerito impugnat, cf. Gai.* 4, 16. 6) PR. *Cdd. Sed singularis littera requiritur ex Probi strictiore ratione (nam alii et binas litteras admittebant. Fest. v. Nota p.* 174). *Ab initio videamus ne littera* A. = abs *ob antecedentem notam, quae hac littera clauditur, perierit: nisi forte ipse Probus eam omisit, quoniam vocem non notabat sed ipsa vocula* a *erat.* 7) *Cf. Keller Civilproc.* §. 17. *not.* 230. 8) *Cdd. et ed. hanc notam in fine §i antecedentis praebent; sed eam edictorum esse, ubi fere exordium faciebat, docet Brisson. de form.* 3, 1. 9) *Similiter Pondera duodecim* PDDC *notata eges apud Petrum Diaconum.* 10) facit *Cdd.*

I.C.E.V.	iusta causa esse uidebitur
N.K.C.	non calumniae causa
C.C.	consilium cepit uel causa cognita[1]
F.C.	fraudare creditores uel fiduciae causa uel fideicommissum
P.C.	[2]pactum conuentum uel pecunia constituta
C.V.	centum uirum[3]
S.T.A.	sine tutoris auctoritate
T.A.	tutore auctore
F.E.D.	factum esse dicetur
H.S.	haec sic[4]
Q.A.	quemadmodum
Q.M.	quo modo uel quo magis
P.P.L.V.	pro praede litis uindiciarum
I.S.	'iudicatum[5] solui [74]
'B.E.E.P.P.V.Q.P.P.I.	'bona ex edicto (*possideri proscribi uenireque pro portione iubebo*)[6]

6. (*In iuris ciuilis libris haece.*)[7]

I.E.	iudex esto
R.S.	reciperatores sunto
E.R.A.	ea res 'agatur[8]
Q.D.R.A.	qua de re agitur
N.N.	Numerius Negidius
O.E.R.	ob eam rem
O.O.	oportet oportebit
O.*E*.F.B.	oportet[9] *ex* fide bona

[1]) *Quae in B.* 42. *post haec in ima pagina manu II adscripta leguntur* I·D·I·C· iuditium dabo iurisdictio *et* B·E·R· bona ex re *uidentur ex superioribus notis* I·D. | I·D. | Q·E·R· *etc. corrupta et repetita.* [2]) *Quod plerique Cdd. et ed. praefigunt ab edicto praetoris alienum* patres conscripti, *uelut interpolationem eieci.* [3]) uel clarissimi uiri *addunt Cdd. ed.* [4]) uel hora secunda *addunt Cdd. ed.* [5]) iudicium *Cdd. et ed. Post hanc notam M. addit* C. E. D. conuinctum esse dicetur *et* M. F. P. malae fidei possessor. [6]) *Alterum* P. P. *in Moms. ed. omissum, quod explicui* pro portione, *habent tantum A. et Maruc.* I *solus E.* [7]) *Ad similitudinem exordii* §§. 4. *et* 5. *finxi. Caeterum quae sequuntur deberi codici Einsidlensi, in praefatione dictum est.* [8]) agitur *Cd. ed. Cf. Gai.* 4, 131. [9]) oportebit *E. ed. At intentio semper de praesenti tempore concipitur.*

M.A.E.	melius aequius erit[1]
S.*D*.E.R.Q.*D*.A.	si de ea re, qua de agitur[2]
S.P.	si parret
S.N.P.A.	si non parret, absoluito
T.M.D.F.O.	te mihi dare facere oportere
D.M.F.	dolo malo fecisti
D.V.M.T.F.E.	dolo(*ue*) mal*o* tuo factum est[3]
N.R.	non restituetur
O.C.	o*p*e con*s*ilio
V.R.	urbis Romae
R.R.E.P.	Romae rec*t*e experiri possit
M.C.F.	municipiis (*coloniis*) for*i*s[4]
D.D.	decreto decurionum
M.P.D.	maiorem partem diei[5]
[75] P.P.D.	pro parte dimidia
S.S.S.	supra scripti sunt
Q.I.S.S.	quae infra scripti sunt
L.E.	leg*e* egisse
L.A.E.	lege actum est
R.R.	recte recipitur
M.M.P.	manu mancipio potestate[6]
E.I.Q.	ex iure Quiritium
(*B.*)P.D.E.	(*bonorum*) possessio data est[7]
S.(*L.*)P.H.A.	secundum (*legem*) publicam hoc aere[8]
H.B.V.P.	he*r*es bonorumue possessor
M.H.E.	mihi heres erit
H.Q.M.	heredemque meum
E.H.E.	exheres esto
V.V.C.	uolo uos curare
S.N.P.M.S.R.S.S. Q.H.	'....sin*ito* *rem* sumere sibique habere[9]

---

1) *Cf. Boeth. ad Cic. Top.* 17, 66. *p.* 378 *Or. Cic. de offic.* 3, 15, 61. *pro Rosc. C.* 4, 11. 12. 2) *Refer ad pacti exceptionem. Gai.* 4, 119. 3) D. V. M. V. dolo uel malo tuo D. V. M. dolo uel male M. T. F. E. malo tuo factum est *Cd. ed.* 4) municipii fores *Cd. ed.* municipio colonia, foro *cj. Moms. Cf. leg. Rubr. c.* 21. 23. *leg. Iul. munic. v.* 83 *seq.* 5) *Cf. L.* 2. §. 1. *D. de verb. sign.* (50, 16) *ex Paul. lib.* 1. *ad ed.* 6) *Cf. rubr. leg. Flav. Salp.* 22. 7) *Ex interdicto Quorum bon. L.* 1 *pr. D. quor. bon.* (43, 2). 8) *Cf. Gai.* 2, 104. 9) sine praesummere sibique habere *Cd. sc.* R. *accepta pro* P. *et neglectis quat-*

P. S. T. Q. H.	praecipito sumito 'tibique habeto[1]
O. O. O. T.	omnia ornamenta, omnia texta[2]
V. M. M.	uestem mund*um* muliebrem[3]
T. T. A. A. A.	tegulas testas[4] aurum argentum aes
T. C. (*O.*) F. M. C. M. . (*M.*) V. R. C. L. C.	testamenti causa (*omissa*) famili*ae* mortis causa manumiss*ae* uindicta recte competet libera*l*is causa[5]
S. Q. M. M. M. M. M.	si quis 'manu *missus*[6] manumissa moritur [76]
D. D. D. '*V. E.*[7]	deinde deperi*i*t deminutum*ue est*
H. COG.	herede cognitore[8]
D. M. O.	donum munus operas[9]
O. D. M.	operas donum munus[10]
Q. P. *N.* M. C.	quod pondere numero mensura continetur

---

tuor primis litteris, quas suspicor significasse Si Non Potest Mancipare (*velut absens*), *ut haec formula sinendi modo legandi in rebus mancipi per damnationem legatis in usu fuerit* (*cf. Gai.* 2, 204. 214. *L.* 30. §. 1. *D. de leg.* 3.) *indeque omnino origo legati sinendi modo adhuc ignorata repetenda videatur.* 1) *Haec Cd. alio loco sub littera* T *et ed. tanquam propriam notam repetunt. Revera apud Probum haec et tres sequentes notae unam formulam coniunctim legendam effecisse videntur.* 2) *Cf. L* 16. 22. 37. *D. de auro arg.* (34, 2). 3) *Cf. L.* 8. *L.* 32. § 6. *D. eod.* 4) *Cf. L.* 1. §. 1. *D. de tigno* (47, 3). 5) *Sic mihi videor restituisse Probi probam formulam, in Cd. male in haec quinque frusta discerptam et passim corruptam:* F. T. C. familiam testamenti causa (*et post sub. lit. T:* T. C. testamenti causa) L. C. libertatis causa M. C. M. mortis causa manumissa V. R. C. uindicta recte neempet (*iam Moms. correxit* competet). *Videtur cautela testamento adscripta monendae de iuribus suis familiae causa, quam mortis causa testator liberaverat. De eiusmodi manumissionibus vid. L.* 15. *D. de manumiss.* (40, 1). *Et testamentariae quidem manumissiones omissa causa testamenti intercidunt* (*L.* 17. *D. si quis omissa c. t.* 29, 4). *Sicut vero mortis causa donationes ne quidem accusato testamento auferuntur, quod fit legatis et libertatibus testamento datis* (*L.* 5. §§. 15. 17. *D. de his quae ut ind.* 34, 9), *multo minus libertas mortis causa vindicta data omissa causa testamenti infringi debet.* 6) manunumisit *Cd.* '*principium est edicti de bonis libertorum*' *Moms.* 7) *Correxi.* M. *Cd. ed. Cf. L.* 20. §§. 6. 17. *D. de her. pet.* (5, 3). *Spectabat vero ad stipulationem, quae post memoratur, his rebus recte praestari. Cf. Goeddaeus ad L.* 71. §. 1. *D. de verb. sign.* (50, 16). 8) *Spectabat fortasse infamiam. Cf. Gai.* 4, 182. *Ceterum dubito, an trium litterarum nota ex Probo fuerit.* 9) *Cf. L.* 53 *pr. D. de verb. sign.* (50, 16). *Paul. S. R.* 2, 32. §. 1. 10) *Cf. L.* 7. §. 3. *L.* 37 *pr. D. de op. libert.* (38, 1).

F.P.P.R.	forma publica populi Romani [1]
(*H.*) R.R.P.	(*his*) rebus recte praestari [2]
F.P.	fide promissor [3]
P.A.	pluuiae arcendae
F.E.	familiae erciscundae
F.R.	fin*ium* reg*und*o*rum* [4]
V.F.I.	vadimonium fieri iubere
N.C.N.P.	nec clam nec precari*o*
V.F.V.	uim fieri ueto
F.C.L.	fraudationis causa latitat [5]
P.P.V.	pupillus pupillaue [5]
R.P.C.S.D.M.	rei publicae causa se dolo malo [5]
[77] V.I.I.	uidebitur in integrum [6]
R.A.Q.E.I.E.	restit*uas* [7] antequam ex iure exeas [8]
EX.C.	ex consuetudine [9]
O.A.Q.	omnes ad quos [10]
O.F.	(*ostia*) [11] fenestras
Q.M.E.	qu*ae* [12] mea est [13]
R.N.	rerum nouarum [14]
S.N.P.Q.'*M.A.*[15]	si non plus quam 'm(*ile*) *asses* [15]
S.P.M.	Sexti [16] Pedii 'Med*m*ani [17]

[1]) *Utraque formula spectabat titulum de rebus creditis. Cf. L. Rubr. c.* 21. *L.* 2. §. 1. *D. de reb. cred.* (12, 1). [2]) *Cf. not.* 7. *p.* 142. [3]) fidei promissor *Cd. ed.* [4]) finibus regnandis *Cd. ed.* [5]) *Cf. L.* 5. 6. §. 1. *L.* 7. §. 1. *D. quib. ex caus. in poss.* (42, 4) *et nota antiquiorem vocem 'se dolo', cuius loco Iulianus posuit 'sine dolo'.* [6]) *Integram formulam habet L.* 26. §. 9. *D. quib. ex caus. mai.* (4, 6). [7]) restitutus *Cd. An* restituito *forma Iuliano antiquiore? Ad rem cf. Gai.* 4, 164. [8]) *Ex hac nota corrupta vel non intellecta Iustiniani iurisprudentes in L.* 173. §. 1. *D. de reg. iur.* (50, 16) *verbum* lege *videntur finxisse.* [9]) *Non videtur Probi esse.* [10]) *sc. ea res pertinet. Cf. L.* 19 *pr. D. de adopt.* (1, 7). [11]) *Supplevi. Cf. L.* 25. §. 1. *D. loc.* (19, 2) *'si ostia fenestrasve nimium corruptas locator non restituat'. L.* 59. *D. de rei vind.* (6, 1). [12]) quem *Cd. ed.* [13]) *Cf. L.* 85. *D. de leg.* 3. *L.* 7. *D. de auro arg.* (34, 2). *Potest, ut haec a maiore illa formula* (*not.* 1. *p.* 142.) *abscissa primitus illa secuta sint* T. T. A. A. A. *et explicari debeant* Quod Meum Est *vel* Quae Mea Erunt. [14]) *Cf. Fr. Vat.* 67. [15]) A. D. magnus *Cd. Non possunt haec cum Momseno ad sacramentum quingenarium referri; hoc enim erat rerum mile aeris plurisve ipsumque non* Aeris D *sed* D Aeris. *Spectant potius legem Furiam testamentariam, de qua vid. Gai.* 2, 225. [16]) Sextii *Cd.* [17]) *Ex Medma s. Medama in Bruttiis, olim Locren-*

CAELIVS SABINVS

(claruit Vespasiano, Tito et Domitiano imperantibus).

Ad edictum aedilium curulium.

1. Caelius Sabinus in libro, quem de edicto aedilium curulium composuit, Labeonem refert, quid esset morbus, hisce uerbis definisse: 'Morbus est habitus cuiusque corporis contra naturam, qui usum eius facit deteriorem'. Sed morbum alias in toto corpore accidere dicit, alias in parte corporis. Totius corporis morbum esse, ueluti sit phthisis aut febris, partis autem, ueluti sit caecitas aut pedis debilitas. 'Balbus autem', inquit, 'et atypus uitiosi magis, quam morbosi sunt, et equus [78] mordax aut calcitro uitiosus, non morbosus est. Sed cui morbus est, idem etiam uitiosus est. Neque id tamen contra fit; potest enim, qui uitiosus est, non morbosus esse. Quamobrem cum de homine morboso agetur, 'aeque',[1] inquit, 'ita dicetur: "QVANTO OB ID VITIVM MINORIS SIT"'. — Gell. 4, 2. §§. 3—5.

2. [2]Pilleatos seruos uenum solitos ire, quorum nomine uenditor nihil praestaret, Caelius Sabinus iuris peritus scriptum reliquit. Cuius rei causam esse ait, quod eiusmodi conditionis mancipia insignia esse in uendundo deberent, ut emptores errare et capi non possent, neque lex uendundi opperienda esset, sed oculis iam praeciperent, quidnam esset mancipiorum genus; 'sicuti', inquit, 'antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta ueniebant et idcirco dicebantur sub corona uenire. Namque ut ea corona signum erat captiuorum uenalium, ita pilleus impositus demonstrabat, eiusmodi seruos uenundari, quorum nomine emptori uenditor nihil praestaret'. — Gell. 6 (7), 4. §§. 1—3.

---

sium oppido, oriundi. Strab. 6, 1. §. 5. *p.* 256. *Plin. N. H.* 3, 10. §. 73. *Mel.* 2, 4. Mediuani *Cd. ed. vox nihili ideoque sine mora corrigenda. Ex patria etiam alii ICti velut Puteolanus, Campanus et Africanus cognominabantur.* [1]) *Scripsi;* neque *Cdd. ed. Hertz.*, *quod sensus loci ferre non videtur:* nequam (*vel* nequaquam) *alii. An* aeque tm (tamen)? [2]) *Vix dubitandum, quin Gellius haec ex eodem libro sumserit. Cf. Zimmern hist. iur. Rom. T.* I. §. 87. *not.* 6.

T. ARISTO

(sub imp. Traiano).[1]

1. Id etiam memini legere me in libro Aristonis iureconsulti, haudquaquam indocti uiri, apud ueteres Aegyptios, quod genus hominum constat et in artibus repperiendis sollertes extitisse et in cognitione rerum indagandarum sagaces, furta omnia fuisse licita et inpoenita. — Gell. 11, 18. §. 16. Cf. Diodor. Sic. 1, 80.

[79]

LAELIVS FELIX

(sub imp. Hadriano).[2]

Ad Q. Mucium.

1. In libro Laelii Felicis ad Q. Mucium primo scriptum est, Labeonem scribere etc. (cf. supra M. Antistium Labeonem n. 22.). [3]Iisdem comitiis, quae calata appellari diximus, et sacrorum detestatio et testamenta fieri solebant. Tria enim genera testamentorum fuisse accepimus: unum, quod calatis comitiis in populi contione fieret, alterum in procinctu, cum uiri ad proelium faciendum in aciem uocabantur, tertium per familiae mancipationem, cui aes et libra adhiberetur. — Gell. 15, 27. §§. 1—3.

2. In eodem Laelii Felicis libro haec scripta sunt: 'Is, qui non 'uniuersum[4] populum, sed partem aliquam adesse iubet, non comitia, sed concilium edicere debet. Tribuni autem neque aduocant patricios, neque ad eos 'referre[5] ulla de re possunt. Ita ne leges quidem proprie, sed plebisscita appellantur, quae tribunis plebis ferentibus accepta sunt: quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortensius dictator legem tulit, ut eo iure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur'. — Gell. 15, 27. §. 4.

---

1) *Vid. est de hoc Ian. Iust. Enschedé de T. Aristone ICto Rom. L. B.* 1829. 4. 2) *Sequor communem opinionem eorum, qui hunc eundem Laelium esse statuunt, cuius in L.* 3. *D. si pars hered.* (5, 4.) *mentio fit: quanquam in hoc scriptore omnia incerta sunt et ipsum nomen, quoties commemoratur, in libris mss. variatur. Cf. Zimmern hist. iur. Rom.* I. §. 89. *et interpr. ad Gell.* 15, 27. 3) *Haec quoque ex eodem libro petita esse, vix dubitabit, qui sententiarum nexum ipsumque rei, de qua agitur, argumentum reputaverit.* 4) ut uniuersum *ed. Hertz.* 5) *Retinui iam Cdd. scripturam.* ferre *edd.* 1. 2.

3. Item in eodem libro hoc scriptum est: Cum ex generibus hominum suffragium feratur, curiata comitia esse; cum ex censu et aetate, centuriata, cum ex regionibus et locis, tributa. centuriata autem comitia intra pomerium fieri nefas esse, quia exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperari ius non sit. propterea centuriata in campo Martio haberi exercitumque imperari praesidii causa solitum, quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus. — Gell. 15, [80]
27. §. 4.

4. (?) Libertinis uero nullo iure uti praetextis licebat, ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo. Sed postea libertinorum quoque filiis praetexta concessa est ex causa tali, quam M. Laelius augur[1] refert. qui bello Punico secundo 'decemuiros[2] dicit ex senatusconsulto propter multa prodigia libros Sibyllinos adiisse et, inspectis his, nunciasse, in capitolio supplicandum lectisterniumque ex collata stipe faciendum, ita ut libertinae quoque, quae longa ueste uterentur, in eam rem pecuniam subministrarent. acta igitur obsecratio est pueris ingenuis, itemque libertinis, sed et uirginibus, patrimis matrimisque, pronunciantibus carmen. ex quo concessum, ut libertinorum quoque filii, qui ex iusta duntaxat matrefamilias nati fuissent, togam praetextam et lorum in collo pro bullae decore gestarent. — Macrob. Sat. 1, 6. §. 13.

SEX. POMPONIVS

(sub Hadriano et insequentibus imperatoribus).

Libro singulari regularum.

1. Et seruitutes diuidi non possunt; nam earum usus ita connexus est, ut, qui eum partiatur, naturam eius corrumpat.[3]

---

[1]) *Minime spondeo, hunc eundem illum Laelium Felicem fuisse; argumentum tamen simile est et Laelius, a ICtis posterioribus in iure ciuili semel tantum vel bis citatus, magis iuris publici vel sacri antiquitatibus operam dedisse videtur. Eiusdem Laelii ex mss. librorum fide possit etiam esse, quod supra, Lachmannum non sine dubitatione secuti, C. Aelio Gallo* 6. *tribuimus fragmentum. Multo antiquior est, ut L. Aelium Stilonem taceam, ad quem etiam referendus Plin. N. H.* 14, 13. §. 15., *C. Aelius, cuius apud Festum quaedam extant ex oratione fragmenta.* [2]) *Ex Iani cj.;* duumuiros *edd.* [3]) '*Ex libris*

Pomponii . . . . . ex vetustissims quibusdam fragmentis carie corrosis, quae nobis dono dedit Iulius Caesar Scaliger . . . . . excepta e
[31] *bibliotheca Petri Criniti Florentini' haec sumpta esse testatur is, qui primus edidit, Arn. Ferronius in Consult. Burdigal. commentariis Lugd.* 1536. *p.* 72. *Cf. A. G. Cramer in Hugon. civ. Mag.* VI. *p.* 1 *seq., qui et illud probabiliter coniecit, esse has lacinias ex Pomponii libro singulari regularum, ita ut L.* 17. *D. de servit.* (8, 1) *eas excepisse videatur, sola fere voce 'Itaque' interiecta. — Consulto omittimus, quae Laur. Lyd. de magistr.* 1, 48. *ex Pomponio, scilicet ex L.* 2. §. 34. *D. de orig. iur.* (1, 2) *mutila et corrupta refert.*

---

 [82]

De Gaio eiusque scriptis et hac Institutionum eius editione dissertatio praevia.

Pauca sunt, quae de Gaio certo constant. Unum eius hoc nomen nobis traditum est tam in libris iuris, ubi primum in Collatione certo comparet,[1] quam a grammaticis, quorum primus Diomedes (ed. Putsch. p. 375. Keil. I. p. 379), si modo quod traditum ibi est in libris mss. 'Cauium' ad Gaium recte refertur, et paulo inferior seculo fere ineunte quinto Servius Honoratus ad Vergil. Georg. 3, 306. Gaium memorant: omnes vero hoc sine dubio a iurisconsultis vel a Gaii librorum titulis, in quibus dudum unum hoc nomen, ut in libris tritissimis fieri solet, scribi sueverat, mutuati sunt. Id ipsum vero, quamvis etiam in nomen abierit (Osann. ad Pompon. p. XIX), et in cognomen (vid. indices Corp. inscript. Lat.) plerisque tamen et puto recte eius creditur praenomen, sicut Servii alius ICti, plerumque sic tantum nominati, Titi, Marci imperatorum: eoque fortasse solo significatus est, quod nomen et cognomen ei erat cum alio, nescimus quo, ICto commune ut ab hoc simplicissime distingueretur: quanquam nunc Guido Padelletti (Del nome di Gaio Rom. 1874) nomen id gentilitium, alius Italus (Felice Cattaneo [Del nome di Gaio, nota letta al R. Istit. Lomb. 1881]) cognomen fuisse huic ICto, argumentis nec tamen probabilioribus adstruxerunt. Certe Titi praenomen, quod in uno alterove epitomae Visigothicae codice Gaio praescriptum legitur indeque verum eius praenomen fuisse quibusdam visum est, post multos ab Haenelio inspectos codices corruptela vocis *tituli* apparuit. (Cf. Haenel. Lex Rom. Vis. p. XLV. not. 16. p. 314.) De aetate Gaii hoc tantum compertum est, quod sub imperatoribus Hadriano, Antonino Pio et M. Aurelio Antonino vitam suam transegit. Nam quod Hadriani temporibus acciderat, id ipse sua aetate factum esse narrat L. 7. pr. D. de reb. dub. (34, 5). Institutionum commentarium primum et partim secundum imperante Antonino Pio eum scripsisse, plerique inde recte colligunt,[2] quod constanter ibi (1, 53. 74. 102. 2, 126. 151. ad postremum locum nunc conferenda L. 3. D. de his quae in testam. 28, 4) sine divi commemoratione eum nominat, quam alias defunctis imperatoribus tribuere solet. sed et extremis Pii temporibus scripsisse videtur; nam 2, 195. eum divum appellat. Nec quod M. Antoninus in re tutelari de lege Plaetoria et praetore tutelari in locum consulum substituto (Capitol. Marc. 10. coll. cum 1, 198, 200.) nec quod de cretione con- [83]

[1]) An enim Gaius, quem Pomponius nostrum appellat L. 30. D. de stip. serv. (45, 3.), ad hunc referendus sit, ambigitur. Vid. p. 151. not. 1.

[2]) Marci temporibus etiam primum comm. assignat Puchta Inst. I. §. 99. not. bb. et nuperrime H. H. Fitting Alter d. Schriften d. Röm. Juristen p. 21.

stituerat (Ulp. 22, 34. coll. cum 2, 177.), in Gaii notitiam pervenerat, cum finem primi et cum secundum commentarium scriberet.[1] Atqui tum iam libros ex Q. Mucio ediderat (1, 188.) et edictum interpretatus erat (1, 188.), quod simpliciter dictum nonnisi urbicum esse potest, ut libri ad edictum urbicum intellegi debeant, quibus solis etiam eiusmodi (quam ibi dicit) de tutelarum divisione disquisitio magis ad artis disciplinam quam ad fori usum pertinens convenit, eorundemque etiam proprii de bonorum possessionibus commentarii pars fuisse videntur, quos laudat 3, 33. (54). sequitur, ut 'imperator noster', quem in his libris laudat L. 73. §. 1. D. de leg. 1. fuerit D. Pius. Praeterea post obitum Antonini Pii scriptos esse libros duos fideicommissorum, constat ex L. 90. D. de condit. et dem. (35, 1) L. 96. D. de leg. 3. L. 63. §. 5. D. ad SC. Treb. (36, 1): idem de libris quindecim ad legem Iuliam et Papiam certe posterioribus[2] patet ex L. 56. D. de leg. 2. et de libris singularibus ad SC. Tertullianum et ad SC. Orphitianum a. 178 factum ex L. 8 et 9. D. ad SC. Tertull. (38, 17). Cetera eius scripta quando edita fuerint, aut disputatur aut plane incertum est. Sed libros triginta vel, connumeratis libris ad edictum aedilium curulium, triginta duo ad edictum provinciale et ipsos post Institutiones compositos esse, item satis tuto statuere licet; non tantum quia maiore iis componendis opus erat usu et experientia fori (ut non inepte iudicat Stieber ad Wenckii opusc. p. XXIX.), sed etiam (quod me maxime movet) quia libro I. L. 30. §. 2. D. de pactis (2, 14) sententiam reiicit, quam Inst. 3, 179. tentaverat, et libro VI. L. 3. D. de hered. pet. (5, 3) mentionem habet heredum ex senatusconsultis (Tertulliano et Orphitiano): nec facile Inst. 1, 188. simpliciter edicti interpretationem laudasset, si tum iam utrumque edictum interpretatus esset: quamobrem etiam L. 42. D. de don. int. vir. (24, 1) ex lib. XI. commemoratus princeps Antoninus pro Marco habendus erit. Denique etiam rerum quotidianarum libri, si totam eorum rationem perpenderis, non possunt iudicari non post Institutiones compositi esse. Haec omnia vero faciunt, ut Mommseni sententiae (Jahrb. d. gem. deutschen R. III. 1. p. 14.), pleraque Gaium Antonino Pio imperante (a. 138—161.) scripsisse arbitrantis haud facile accedam, sed vegetam aetatem in D. Marci tempora eum
[84] transtulisse malim opinari. Quando vero obierit, nescimus.

---

[1]) Etiam quartum comm. propius initiis D. Marci compositum esse, inde apparet, quod 4, 185—187. abrogati ab eo imperatore vadimoniorum solennis (Victor de Caes. 16.) nulla mentio habetur. [2]) Quidam enim ad hos libros referunt proprios commentarios, quorum Gai. 3, 54. meminit. Sed cum lex Papia multa alia caveret, vix de his potest sensisse. Malim igitur intellegere commentarios de bonorum possessionibus, quos iam laudaverat 3, 33. quorumque pars ad bona libertorum spectabat.

Tantum Commodi tempora (a. 176—192.) eum vidisse, ex eo, quod ad SC. Orphitianum scripsit, efficitur.

Idem Mommsenus l. c. Gaium 'ICtum provincialem' fuisse, qui in oriente, et ut probabiliter statuere liceat, Troade in Asia ius docuerit librosque suos ediderit, magno, ut solet, acumine adstruere conatus est: argumentis tamen, quod pace viri de his litteris meritissimi mihique amici dixerim, admodum dubiis et magis speciosis quam veris. Primum enim, quod de solo praenomine ad appellandum eum Graeco more usurpato disputat, imperatorum maxime aevo eandem appellandi consuetudinem certis ex causis etiam Romae obtinuisse, ut iam supra obiter significavimus, multa exempla velut imperatorum Gaii, Titi, Marci, et cum hic de iurisconsultorum more quaeratur, Servii (Sulpicii) Sexti (Pomponii, cf. Zimmern Hist. iur. §. 92. not. 6.) et ipsius Gaii (Cassii Longini, cf. Zimmern l. c. §. 85. not. 25.) ostendunt. Deinde quod Gaii responsa non exstant, ipse confitetur Mommsenus, etiam Romae potuisse ICtum, qui respondendo operam non daret, scriptis inclarere. At Gaius edictum provinciale commentatus est, quod Mommsenus negat nisi de certae, itaque eius, quam inhabitabat, provinciae edicto intellegi posse, eamque Asiam fuisse autumat, cum Gaius Bithynorum et Galatarum peregrinum ius (Inst. 1, 55. 193.) et Troadis, Beryti et Dyrrhachii ius Italicum (L. 7. D. de cens. 50, 15) commemoraverit. Sed si, ut existimat, multum etiam tunc singularum provinciarum differebant edicta et suae provinciae edictum Gaius commentatus est, non 'ad edictum provinciale', opinor, sed 'ad edictum Asiaticum' (ut est ubique in Ciceronis Verrinis 'edictum Siciliense') vel certe 'ad edictum proconsulis provinciae Asiae' librum suum inscribere debuit; nam provinciale edictum simpliciter dictum ex analogia, qua provinciale solum, provincialis senator, provincialis iudex, alia dicuntur, edictum in quacunque provincia propositum, quatenus scilicet ea omnia consentiebant, significat. Et serione quisquam statuerit, tunc ICtum aliquem in animum induxisse, ut unius inter tot provincias edictum triginta libris explicaret? Itaque ex hac ipsa appellatione recte colligitur, quod et totius illius temporis ratio facit ut credamus,[1] provinciarum diversarum edicta, si rem, non formam spectas, tunc in unum conflata esse, quod ab omnibus proconsulibus partim per se partim, ut in Caesaris provinciis, per legatos proponeretur,[2] quamobrem Gaium in his libris

---

1) Cf. E. Huschke Census z. Z. d. Geb. J. Chr. p. 22. 2) Animadvertendum est, hanc edicendi potestatem, qua ius civile supplebatur vel corrigebatur, tantum magistratus populi Romani habuisse (Gai. 1, 6); proinde etiam Caesarem proconsulem in suis provinciis neque vero legatos Caesaris, quibus iurisdictio tantum praetoria delegata erat.

[85 ubique proconsulem tantum nominare vel praetorem, cuius pleraque edicta proconsul receperat (Cic. ad Attic. 6, 1. §. 15.), mirari non licet. De Bithynorum vero et Galatarum iure ut Gaius ipse verba fecerit nec tantum, ut mihi persuasum est, Hadriani retulerit, num forte etiam T. Aristonem idcirco, quod Aegyptiorum ius novit et commemoravit (Gell. 11, 18), Aegyptium vel certe orientalem fuisse statuere debemus? praesertim cum certum sit, plerosque Romanos etiam ICtos ius peregrinum curiose inquisivisse (Gell. 20, 1, 4. Fr. Dosith. 12). Cetera Mommseni argumenta aut leviora sunt aut eiusmodi, ut etiam aliis opinionibus firmandis inservire possint, quare ea interim missa facere liceat. Hoc vero quaero: quamobrem in his, quibus locus, ubi quis scribit, optime cognosci solet, nihil reperiatur in Gaii scriptis, quod Asiam prodat? Immo haec ad Italiam Romamque nos delegant. In exemplis condicionum hanc ponit: 'si navis ex Asia venerit' (L. 33. D. de hered. inst. (28, 5) ex lib. II. de testam. ad ed. praet. urb. L. 72. D. de fidei. (46, 1) ex lib. III. de V. O.) — miro modo, si Troade haec scripsit: item 'si navis ex Africa venerit' et hanc speciem: 'si inter eos qui Romae (non Troade) sunt, talis fiat stipulatio: *Hodie Carthagine dare spondes*'? (L. 141. §§. 7. 4. coll. L. 73 pr. de V. O. (45, 1.) ex lib. II. de V. O.) et 'si is, qui ita stipulatus fuerit: *X milia Ephesi dare spondes?* . . . . Romae pure sic intenderit' (4, 53). Similiter in exemplis ei sunt et in ipsis quidem etiam ad edictum provinciale libris fundus Tusculanus, vinum Campanum, triticum Africum, Tyria purpura (quam usu potius Romanam dixeris) (L. 74. D. de V. O. (45, 1). L. 17. pr. D. de condit. et dem. 35, 1. Inst. 4, 53.) et ipse a praetore (non a proconsule) cautionem petens L. 11. D. ut leg. (36, 3). Quibus convenit, quod, quo die Romae (non in provinciis) vota pro salute imperatoris suscipiantur, exponit (L. 233. §. 1. D. de V. S. 50, 16), quod etiam in libris ad edictum provinciale ab his, quae Romae sunt, ad id, quod in provinciis obtinet, procedit (L. 1. pr. D. quod cuiusq. univ. 3, 4. L. 5. D. de curat. fur. 27, 10) et multa similia. Quae quidem singula, fateor, parum probant, coniuncta vero suum habent maxime ad refellendum momentum. Denique quae tunc erat urbis Romae auctoritas, legum patriae, imperii totiusque iurisprudentiae sedis, quis credat, iurisconsultum, qui tot insignibus libris ius civile illustravit, quique et Cassianum se profitetur et licet non a S. Pomponio Cassiano item 'Gaius noster' appellatus,[1] tamen controversiis scholarum, quae Romae tunc

1) L. 39. D. de stipul. serv. (45, 3), qui locus num ad Gaium nostrum spectet, nec potius ad C. Cassium Longinum, post disputata de hac re a G. M. Ashero in Zeitschr. f. Rechtsgesch. V. p. 83 seq. ita

florebant, ita se interserit, ut eis et, dum scriberet, interfuisse videatur, non Romae, sed in aliquo provinciarum angulo abditum docuisse ac scripsisse?

Haec tamen ita disputata sunto, ut si quis Gaium natione Graecum et fortasse ex colonia aliqua in partibus orientis oriundum fuisse opinetur, quae olim A. Augustini et Fr. Connani fuit sententia, id equidem neque negare neque affirmare ausim. Non negare, quia probe scio, iam illa aetate multos peregrinae originis viros summos honores et [86] magnam etiam in iure civili auctoritatem Romae nactos esse, velut Cirtensis ille vir consularis ius publicum respondens, cuius nomen periit apud Front. ep. ad amic. 2, 10. (6.). Sed nec affirmare; nam id, quod et illos viros partim movit, et quod multo magis in Mommseni disputatione veri quadam specie decipit, Graecam illam dico in Gaio conspicuam eruditionem et peregrinitatis curiosam observantiam, alia ratione contemplandum esse existimo. Quippe inde a Vespasiano et maxime sub Hadriano novam quasi speciem imperium Romanum induit. Multis enim coloniis in provincias deductis, multisque ibi oppidis civitate Romana vel Latinitate, quibusdam etiam iure Italico donatis, Graecis vero quam illi opinabantur αὐτονομία reddita, quae olim peregrina ditio tantum fuerat, in aequum paene ius recepta est. Et maxime oriens invaluerat, rursusque 'non tenuis quidam e Graecia rivulus sed abundantissimus amnis (Orontem dixit Iuven. 3, 62) illarum disciplinarum et artium in urbem influxit' (Cic. de rep. 2, 19.), ut iam ex imperio Romano imperium Graeco-Romanum factum videretur. Huius vero rerum mutationis effigies cum etiam in hominum ingeniis non exprimi non posset, si Gaium eius in iurisprudentia primum et verissimum exemplar novumque quasi, huius tamen temporis, Labeonem dixeris, ut Hadrianus, 'princeps ille doctus et navus orbis terrarum non regendi tantum sed etiam perambulandi diligens' (Front. de fer. Als. 3.), fuit in principatu, quem et ipsum idcirco iam aequales Graeculum dixerunt (Spartian. Hadr. 1.), non modo rectissime, ni fallor, de eo iudicaveris, sed etiam omnia, quae eius propria sunt, facillime explicaveris.

Primum igitur mirum non est, quod Institutiones suas, qui liber primus omnium novi imperii status ratione habita compositus esse videtur, non a populi Romani iure sed ita exorditur: 'Omnes populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio partim communi omnium hominum iure utuntur' etc. et deinde quoque ceterorum populorum iura respicit, non modo utrum quid iuris civilis an iuris gentium sit in quocunque articulo adnotando (1, 2.), sed etiam in iure

---

mihi dubium esse factum fateor, ut ad posterius statuendum pronior sim. Prius tamen probat Guido Padelletti del nome di Gaio p. 7.

civili simile vel dissimile aliorum populorum ius afferendo vel comparando (1, 55. 92. 193. 197. 3, 96. 134. et cf. L. 13. D. fin. reg. 10, 1. L. 4. D. de colleg. 47, 22.), ius etiam Latinorum coloniariorum explicando (1, 79. 85. 86. 95. 3, 120.), peregrinis quid ex iure Romano liceat vel non liceat, admonendo (1, 47. 53. 74. 93. 94. 2, 285. 4, 37. 105.), provinciarum et Italiae in iure civili diversitates enarrando (1, 6. 20. 100—102. 105. 183. 185. 197. 200. 2, 7. 21. 24. 27. 31. 46. 63. 278. 3, 121. 122. 4, 109.). Eodemque pertinet, quod non modo edictum urbicum, sed etiam provinciale separatim
[87] primus et solus interpretatus est, quodque linguam Graecam saepenumero respicit (2, 281. 3, 93. L. 25. D. loc. 19, 2. L. 30. L. 233. §. 2. L. 236. §. 1. D. de verb. sign. 50, 16).

Praeterea ingenium Graecum prodit, quod Gaius, quamvis et ipse ius de iure respondendi ex auctoritate principis ab imperatore nactus esse dubitari non debeat,[1] doctrinae ac libros scribendo quam foro et respondendo se dare maluit. In libris autem scribendis novam omnino viam ingressus est, ut primus totum iuris civilis opus ad artem revocasse dici possit. Divisionibus enim ut bonus magister omnino plurimum tribuens, vel in toto scribendi opere bipertitione quadam omnes iuris fontes, quos tunc iuri operam daturum maxime nosse oportebat, complexus esse deprehenditur: quanquam, cum eiusmodi partitio totum illud aevum tacite regeret, etiam magis ipsa re quam consilio in eam incidere potuit. Itaque scripsit ad leges XII tabularum, veteris iuris, et ad legem Iuliam et Papiam, novi iuris civilis potissimum fontem. Interpretatus item est edictum utrumque, id est urbicum et provinciale: hac parte etiam propalam Labeonem pro mutata rerum condicione imitatus, qui ad edicta Praetoris urbani et peregrini separatis libris scripserat (L. 19. D. de verb. signif. 50, 16. L. 9. §. 4. D. de dol. mal. 4, 3). Denique ius civile, quod ex responsis prudentium fluxerat, partim traditum libris ex Q. Mucio[2] factis, qui primus ius civile constituerat (L. 2. §. 41. D. de orig. iur. 1, 2) additoque, ut ille alio tantum nomine (ὅρων) fecerat, libro singulari de regulis, partim arte quadam compositum regularum libris,[3]

---

[1]) Nam Digestorum compositores eo usi sunt, quibus Iustinianus imperaverat, ut eos tantum adhiberent, 'quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi principes praebuissent'. [2]) Non, ut illius et sequentis aevi viri πρακτικοί, ad Sabinum, fastidiente, ut puto, Gaii genio 'deleramenta Masuriana' (Front. ep. ad M. Caes. 2, 1.) i. e. casuum super casus coacervationem, nulla naturalis rerum ordinis ratione habita, quod genus scribendi Sabini libri iuris civilis desiderasse videntur. Nam Gaius omnia ad genera sua revocare malebat, ut Q. Mucius fecerat. [3]) Hic quoque librorum titulus paene novus erat nec antea a quoquam nisi a Neratio Prisco usurpatus.

accedente de casibus (exceptis) libro singulari, executus est. Sed non satisfaciens sibi, nisi et universae privati iuris prudentiae in artem redactae imaginem exsculperet, etiam novam addidit bigam, Institutiones, per quas ad iurisprudentiam adspirantes viva magistri voce docerentur, et rerum quotidianarum libros septem, ex quibus sic imbuti se ipsos docendo addiscerent.[1] Ceteri eius libri tantum supplementa quaedam videntur fuisse maxime eorum librorum, quos ad edictum composuerat, velut de fideicommissis et de manu- [88] missionibus, cum ad edictum urbicum modo de legatis et de liberali causa scripsisset, de verborum obligationibus, cum ad edictum tantum praetoriae stipulationes explicandae essent, de lege Glicia, quae ad centumvirales causas spectabat inter ius civile et praetorium interpositas, de SCC. Tertulliano et Orphitiano, quae antea, cum Orphitianum demum a. 178 factum esset, plene tractare nondum potuerat. Liber enim singularis de formula hypothecaria, collata §.4. Const. Omnem reip., tantum pars interpretationis edicti videtur fuisse.

Postremo maximi momenti est, quod Gaius ipsos libros suos ex parte saltem aperte scholae potius quam foro destinavit maximusque studii theoretici excitator et promotor exstitit: qua in re ei et Athenaeum Graecarum disciplinarum ab Hadriano Romae institutum et edicti compositionem ab Iuliano absolutam incitamento fuisse perquam credibile est. Omnino enim iuri civili hoc est fere privato, quod solum tum in scholis tractabatur, totum se dans inprimis libros 'ad edictum urbicum' potissimum in scholarum usum scripsisse videtur. Cum enim Ciceronis aetate (de legg. 1, 5. 2, 23.) maxime ex edicto praetoris ius civile disci coeptum esset, hic mos sub imperatoribus non modo retentus sed etiam excultus est. In Gaii vero libris primum hoc sin-

[1]) Haec enim utriusque operis inter se ratio esse videtur. Cf. de Buchholtz in Hugon. civ. Mag. VI. p. 232. 261. Omisit Gaius in altero, quod iam hac de causa post Institutiones scriptum esse statuendum est, praemonitionem de iure gentium et civili, ut apparet ex L. 1 pr. D. de acq. rer. dom. (41, 1); itaque totum consilium eius in hoc libro ab Institutionibus diversum et, ut verbo dicam, minus isagogicum fuisse oportet. Ceterum easdem res exponit modo latius et accuratius mutataque aliquantulum materiarum distributione, ne studiosi superioris libri divisionibus quasi artis vinculis tenerentur. Nam primo quidem libro item de personarum iure exposuit; altero vero et tertio de iure, quod ad res pertinet, in quo obligationes plenius ex tribus caussarum generibus derivavit; totum vero ius hereditarium et quod ad actiones pertinet, sequentibus libris (ex quibus nihil superest) reservasse videtur. Quod vero res quotidianae Institutionibus quasi comites additae erant, etiam confirmant prooem. Inst. §. 6. et Bluhm. tab. in Zeitschr. f. gesch. RW. IV. p. 266.

gulare ac novum fuisse videtur, quod 'ad edictum urbicum' scripsit, quem titulum generalem praebet index Flor. ('ad edictum urbicum τὰ μόνα εὑρεθέντα βιβλία δέκα'), complexus ea appellatione, quae post deletam et in officium commutatam magistratuum potestatem naturaliter non ad eorum ius sed ad locum spectaret itaque 'edicto provinciali' responderet, ea, quae Cicero ad Attic. 6, 1. §. 15. appellat edicta urbana i. e. praetoris urbani (cum aedilicio) et peregrini.[1] Deinde vero dupliciter eius operis partes distinxisse et numerasse deprehenditur; praeter generalem enim illum titulum, ex quo omnes libri crescente numero significabantur, quoties specialiter quid ex iis refertur, omisso
[89] plerumque totius operis titulo et libro,[2] singuli tituli interdum adiecto 'ad edictum praetoris urbani' et in his quidam in complures libros divisi commemorantur;[3] unde apparet, Gaium singulos titulos pro re modo utriusque edicti coniunctos modo separatos tractasse. quod ut faceret, partim quidem ea ipsa utriusque edicti coniunctio effecit, partim vero etiam ratio quaedam ius discentium habita. Cum enim ipsa res ita ferret, ut aliquae tantum partes edicti legi duce magistro possent, sane commodius erat, discipulis singulos libros vel titulos ex toto opere, qui rursus proprios libros quadam ratione efficiebant, tractandos quam totum opus hic illic gustandum in manus dare.[4] Et ita quidem, si

---

1) Qui postea 'ad edictum' tantum scripserunt, tam urbicum quam provinciale complexi esse putandi sunt. 2) Plerique enim singulares tantum libros sibi comparabant et certe Iustiniani prudentes, teste indice Florentino, tales tantum habebant: quod effecit, ut totius operis librorum numeri neglegerentur. 3) In inscriptionibus reperiuntur 'lib. I. II. de testamentis ad edictum praetoris urbani (vel neglegentius 'praetoris' vel 'ad edictum urbicum'); 'lib. I. II. III. de legatis ad edictum praetoris urbani'; 'ad edictum urbicum (i. e. tam praetoris urbani quam peregrini) titulo de operis novi nuntiatione'; 'ad edictum praetoris urbani titulo de damno infecto' (ubi sine dubio de praetoris peregrini edicto separato titulo disputavit); 'ad edictum praetoris urbani titulo de aquae pluviae arcendae'; 'ad edictum praetoris urbani titulo de publicanis'; 'ad edictum praetoris (exciderit 'urbani') titulo de praediatoribus' (et publicanos et praediatores edictum pr. peregrini ignorabat); 'libri' et 'libro II. ad ed. praetoris urbani titulo de liberali causa' (cuius etiam est L. 6. D. de lib. causa 40, 12); 'libro ad ed. praetoris urbani titulo de re iudicata'; 'libro ad ed. praetoris urbani titulo qui neque sequantur neque ducantur'. 'Edicti urbanici' in L. 4. D. de oper. serv. (7, 7) Graecorum licentia significat edictum pr. urbani (cf. L. 30. D. de bon. lib. 38, 2) et aliquoties pro v. 'urbanicum' errore librariorum 'urbicum' videtur positum, velut L. 5. D. de adim. leg. (34, 4), ubi etiam specialis titulus excidit. 4) Alia ratione Alfenus Varus,

quid video, Gaio debetur illa ex const. Omnem reip. §. 1.[1] notissima singularium librorum appellatio ad edictum simul et ad scholas ius discentium pertinens; singulares enim libri, [90] qui titulus primum a Q. Mucio post conscriptos XVIII libros de iure civili libro ὅρων datus videtur, quia is illis libris universis velut quidam (ut Iustiniani imitationem in exemplum vocem) titulus de regulis iuris accedebat, singulares, inquam, libri etiam illi Gaiani non minus apte dicebantur praefixo proprio titulo ratione totius operis 'ad edictum urbicum', ex quo separati accipiebantur.[2] Quod confirmatur partim iis, quae ipse imperator const. cit. §. 4. de Digestorum libris singularibus tradit, partim indice librorum et titulorum Digestorum, quem scriptor Pandectarum Florentinorum, Iustiniano non multum inferior, Pandectis praemisit; in eo enim aperta librorum ad edictum, ex quibus antea ius discebatur, imitatione,[3] praeterquam quod omnes Digestorum libri a primo ad quinquagesimum numerantur, post primam partem, quae etiam antea libros singulares non habebat, seorsim numerantur septem libri singulares de iudiciis (5—11), octo de rebus (12—19), singularium liber primus usque ad decimum (20—29),

---

ceteroqui simili instituto usus, cum quaecunque de iure civili scripsisset, Digestorum titulo comprehendisset, partes eius operis etiam speciali titulo et librorum numeratione distinxit, ut v. gr. Digestorum liber XXXIV. esset simul Coniectaneorum liber II. auctore Gell. 7, 5. Vid. praeterea L. 19. §. 6. D. de auro arg. (34, 2) et supra Antist. Labeonem p. 110. not. 4. et Ateium Capit. p. 116. not. 1. In ipso edicto Gaium Ulpianus imitatus esse videri potest, cuius lib. I. ad edictum de rebus creditis allegatur Fr. Vat. 266., qui totius operis erat XXVI., nisi hanc separatam numerationem ad posteriores librarios referre mavis. [1]) De qua, quod postea dicendorum causa notandum, rectiora Hugo Civ. Mag. II. p. 245 et Goeschen Zeitschr. f. gesch. RW. II. p. 8 seq. docuerunt, quam Leistius (Rechtssysteme p. 68.) et nuper Mommsenus Jahrb. l. c. p. 12. Est etiam retinenda vulgaris interpunctio 'appellatur, septem libris semotis'; imperator enim verbo 'semotis' idem significat, quod antea dixerat 'titulis ab ea exceptis' — sc. ad legendum, ut apparet ex verbis seq. 'Post eorum vero lectionem'. [2]) De aliorum opinionibus cf. Bach hist. iurispr. III. 2, 5. §. 14. de Weyhe edict. perpet. p. 87. Hube ed. Gai. Inst. praef. p. XVII. [3]) Non ex ipsa re petitam nec Iustiniani demum aevo inventam esse hanc peculiarem librorum numerationem praeter alia (cf. p. 155. not. 3) argumento est, quod libri terribiles 47. et 48. non appellantur singulares. Desinit haec numeratio in libris 37. 38. fortasse ideo, quod et in Gaii libris ad edictum extremi libri singulares erant de bonorum possessionibus, quos allegat 3, 33. Ceterum hinc etiam nova lux affundi videtur quaestioni, cur sequentibus seculis medius Digestorum triens, qui appellatur Infortiatum, ultra quintam partem, quatenus libri singulares ex Iustiniani praecepto pertinebant, libro 37. et 38. aucta sit.

septem libri singulares de legatis et fideicommissis (30—36), duo de bonorum possessionibus (37. 38): similiaque inveneris in scriptis Thalelaei, Stephani ceterorumque coaevorum iurisprudentium, quorum loca collegit Reizius ad Theoph. II. p. 1237 seq. Sed et ipsi quattuor libri singulares, quos Iustinianus palam Gaio tribuit quosque olim primo anno post Institutiones ex edicto traditos esse memorat, conveniunt cum singularibus Gaii libris ad edictum urbicum; sunt enim de re uxoria (= 'dotalicion βιβλίον ἕν' ind. Flor., licet ibi non dicatur fuisse ex libris ad edictum, quod facile in oblivionem venire potuit; sed Gaius idcirco hanc materiam in Inst. praeteriit), de tutelis (allegati Gai. 1, 188), de testamentis
[91] et de legatis (p. 155. not. 2): qui quidem libri, ut opinor, ab ipso Gaio,[1] praeeunte quodammodo Iuliano,[2] scite electi et huic anno destinati sunt, quia in his materiis gravissima pars iuris civilis tam veteris quam novi (maxime ex lege Iul. et P. P.) sita erat. Sequentium annorum Iustinianus tantum titulos commemorat, in prima parte ex omnibus eius libris, in partibus de iudiciis et de rebus ex septem delectos; sed et singulis titulis Gaianum opus constitisse iam animadvertimus.[3] Ceterum cum etiam in provinciis et maxime Beryti et Constantinopoli ius doceri coeptum esset, his in scholis

---

[1]) Hoc conicienti mihi nescio quomodo Rudorfius (Zeitschr. f. Rechtsgesch. III. p. 39.) vitio vertere possit, quod non respexerim, et Visigothos et Orientales ex quattuor Gaii Institutionum libris duos posteriores in scholis abiecisse. Nam et quod de Orientalibus dicit, nullo auctore nititur (cf. p. 155. not. 3), nec totum hoc, quod omnes partim barbarie istius aevi pigritiaquo scholarum partim desuetudine, in quam ius in illis libris traditum abierat, effectum esse consentiunt, ad rem, de qua hic agitur, quicquam facit. Quod vero de b. p. apud Gai. 3, 33. obiicit, id me nec intellexisse fateor. [2]) Is enim has materias, adhuc tantum in libris iuris civilis et maxime in Sabinianis accuratius tractatas, in edicti perpetui compositione etiam edicto asseruerat, quae passim de iis antea edicebantur, colligendo et sub certis titulis semel proponendo. Cf. Leist Rechtssysteme p. 62., a quo adhibito Byzantinorum testimonio et diserto et verisimili propter caeteram eorum ignorantiam fides deroganda non erat. [3]) Etiam mos singulares libros appellandi, cum unico libro opusculum constaret, antiquior Gaio non videtur. Sic praeter ipsum eius aequales Iulianum de ambiguitatibus, Pomponium enchiridii librum singularem invenio scripsisse. Antea liber simpliciter dicebatur, ex. gr. ut antiquiores taceam, Neratii Prisci de dotibus (Gell. 4, 4), Masurii Sabini de furtis (Gell. 11, 18), Labeonis de officio senatorio (Gell. 4, 10), Cascellii unus benedictorum (L. 2. §. 44. D. de orig. iur. 1, 2). Q. Mucium vero alia ratione librum singularem ὅρων scripsisse, ratione scilicet habita librorum octodecim de iure civili, quibus quasi universis accederet, iam dixi.

Gaii libris ad edictum urbicum alteros ad edictum provinciale substitutos esse, solennibus tamen partibus et nominibus retentis, id cum re ipsa verisimile est,[1] tum eo confirmatur, quod Iustiniani tempore libri ad edictum provinciale integri extabant, ex libris ad ed. urbicum vero in provinciis scilicet neglectis tantum decem supererant.

Etiam libros ex Q. Mucio Gaium in scholarum usum [92] scripsisse, certe probabile est. Nam cum ad eos quoque iuxta edicti interpretationem lectorem ablegat, quasi promulsidis loco aliquid addens verbis 'hoc solum tantisper sufficit admonuisse' (1, 188. cf. 2, 97.), nonne discipulos videtur respicere, ex illis libris postea uberius instruendos? Suspicari igitur licet, in scholis hos libros antea eum locum obtinuisse, in quem postea Papiniani responsa venerint.

Denique primus Gaius, ut iam dixi, elementa quaedam iuris civilis composuit et ab ipsis instituendis studiosis oratorum exemplum secutus[2] appellavit Institutiones, vel quem integrum i. e. a librariis nondum mutilatum eiusmodi librorum fuisse titulum malim opinari, 'Institutiones iuris civilis' auctore Lactant. 1, 1. §. 12. 'Et si quidam prudentes et arbitri aequitatis institutiones civilis iuris compositas ediderunt, quibus civium dissidentium lites contentionesque sopirent, quanto melius nos et rectius divinas institutiones litteris persequemur'? Neque audiendus est Mommsenus, qui Lactantii loco ignorato et spretis Collationis, Boethii, Visigothorum et Iustiniani in Latinis constitutionibus et in ipsis Digestorum inscriptionibus testimoniis genuinum iis titulum 'Institutorum' asserit ex unius Prisciani (lib. VI. p. 726 P.) auctoritate (addi tamen poterat Boeth. comm. in Cic. Top. II. p. 299. 303. Bait.), cum dudum Ev. Otto comm. ad Inst. p. 3. aliique viri docti ostenderint, scriptores infimae Latinitatis et in his etiam scriptores quosdam exemplarium Iustiniani Institutionum eius in titulo operis hoc verbo usos esse ex licentia Graecorum, totum opus *τὰ Ἰνστίτουτα* (ut Flor. ind. etiam habet 'Definiton' pro 'Definitionum'), singulos eius libros *τὴν πρώτην, δευτέραν κτλ. Ἰνστιτουτίωνα* appellantium. Secundum ea vero, quae de edicti libris singularibus disputavi, nec dubito, Gaium ipsum

[1]) Provinciale enim edictum et ipsum continebat edictum urbicum, quod ut Iulianus praetor composuerat et proposuerat post perpetuo similiter proponendum, ita Hadrianus proconsul in provinciis suis proposuisse et SCto facto (cuius Iustinianus const. Tanta circa §. 18. meminit) a caeteris proconsulibus proponendum curasse existimandus est. Unde Paeanio teste (ad Eutrop. 8. 9) edictum quod in Italia Latine dicebatur perpetuum, etiam suo tempore *τὸ Ἀδριάνιον* vocitatum est. [2]) Nam et Quintilianus Institutionem oratoriam et Celsus orator teste Schol. ad Iuvenal. 6, 243. Institutiones scripserat.

haec rudimenta eo consilio scripsisse,[1] ut 'in stationibus ius publice docentium' (Gell. 13, 13) ab iis potius, quam ut hactenus factitatum, ab edicti prima parte iuris studium auspicaretur, quod pariter ei ineptum videri debebat, atque nobis videretur, si quis ab ordine quodam iudiciario explicando ante Institutiones vel Pandectas acceptas initium facere vellet. Atqui iam dudum ex rerum, ni fallor, actu ab Augusto in menses aestivos et hibernos diviso (Suet. Aug. 32. Claud. 23.), qui etiam consilia imperatorum (Dione teste 53, 21. 56, 28. 60, 4) et rescribendi opus semestria fecit, et ex Labeonis noto exemplo (L. 2. §. 47. D. de or. iur. 1, 2) in usum venerat, ut iuris quoque studium per annuos cursus binis quoque anno pensis distinctos absolveretur. Ut igitur a traditis quam minime deflecteret, cum Institutionum libri integro anno non sufficerent, prudentissime Gaius instituit
[93] exemploque suo, ut opinor, aliis quoque persuasit, ut iis, quae tunc erant studiorum spatia, novus annus quasi praeficeretur, isque partim Institutionibus partim quattuor libris singularibus occuparetur. Sed etsi placeat, quod multis ex causis verisimile est, iam tunc ante edictum praetoris ius civile ex libris Masurii Sabini semestri cursu traditum esse, ita quoque Gaius his incondite scriptis libris suas vicini argumenti Institutiones et libros singulares,[2] dehinc anni opus, subrogando[3] optime de studiis iuris civilis meritus est,

---

[1]) Nec improbo hoc ita acceptum, ut antequam Institutiones suas in publicum ederet, ea ipsa fere, quae scripserat, viva voce auditoribus traderet, quam sententiam pluribus exsecutus est H. Dernburg libro 'die Institutionen des Gaius ein Collegienheft' 1869. p. 33 seq., modo ne ex commentariorum nomine, quo Gaius hos ut alios libros etiam ore nunquam traditos, modeste appellavit, argumentum eius sententiae ducas neque hac ipsa forma, quam tenemus, ex auditorum schedis in publicum eos prodiisse opineris. Quanquam etiam alia pleraque eo in libro ceterum elegantissime scripto insunt, quae non probo. [2]) In vulgus notum est, in libris ad Sabinum materias de testamentis, de legatis (de rerum acquisitionibus et de contractibus), de dote et de tutelis principem locum obtinuisse. Iam cum ea, quae in scholis leguntur, raro absolvi soleant, etiam has materias solas, quamdiu ex Sabino ius civile traderetur, tractatas esse pronum ad existimandum est. Quod si ponimus, nova docendi ratio a Gaio institute quam minime a vetere deflexit, magisque ei addidit tantum, Institutiones suas quasi προοίμιον Sabino (nunc IIII libris singularibus) praefigens, quam detraxit. [3]) Vestigium eius rei in eo cognoscere mihi videor, quod postea, Iustiniano in const. Omnem reip. §. 1. teste, Gaii Institutiones et quattuor libri singulares 'connumerabantur', id est pro uno libro s. volumine habebantur (sicuti Sabini opus fuerat) scilicet ex sex illis, quos tum ex universa iurisprudentia, 'quae in librorum duo milia extendebatur',

nec omnino dubitandum, Gaio inprimis deberi eum studiorum ordinem, quem Iustinianus tradit primusque rursus cum ipso edicto perpetuo immutavit. Et sane consentaneum erat, sicut in prima aetate populi Romani duodecim tabularum libellus, qui cum pubertate eius prodierat, exeunte demum libera rep. edicto praetoris cesserat, etiam in altera aetate imperii, quae eius in pubertate maxime Gaii scriptis ad discendum composita erat iurisprudentia, exeunte demum imperio Iustiniani novae compositioni cedere. At, inquis, haec omnia certis testimoniis non nituntur. Audio; sed maximam ea habere probabilitatem non facile negabit, qui ipsas res, ex quibus argumenta duximus, recto iudicio perpenderit.

Iam si hoc Gaii ingenium, si tale totius vitae institutum erat, ut etiam discriminis origo eorum, qui ius publice responderent et qni tantum docerent (Gell. l. c. 'ius publice docentium aut respondentium', Fr. Vat. 150. L. 6. §. 12. D. de excus. 27, 1. L. 1. §. 5. D. de extraord. cogn. 50, 13) ab eo potissimum repetenda videatur, quid mirum est, quod neque responsa dando iuris auctor habitus est neque in [94] posteriorum libris laudatus? Quod is quidem, si mortuis res humanas datum esset sentire, aequo animo poterat ferre. Nam quotcunque iuris auctores postea etiam Institutiones scripserunt, velut Callistratus, Martianus, Florentinus, Paullus, Ulpianus, nemo eorum ad Gaianarum laudem aspiravit locove, quem in scholis obtinuerunt, deturbare eas valuit. At Gaius post aliquot saecula assecutus est, ut eius libri, primum illi, qui in scholis tractabantur, hominum favore et consuetudine, deinde etiam ceteri omnes lege lata eandem in iudiciis auctoritatem obtinerent, quae Papiniano, Paullo, Ulpiano iam antea competierat. Nam Valentinianus L. 3. Th. C. de resp. prud. (1, 4) cum ait, se Papiniani, Paulli, Gaii, Ulpiani atque Modestini scripta universa firmare, 'ita ut Gaium, quae Paullum et Ulpianum et cunctos comitetur auctoritas lectionesque ex omni eius opere recitentur', non obscure significat, quaedam Gaii scripta iam tunc summo studio et indubitata auctoritate recitari solita esse, eaque quis dubitat praeter res quotidianas, quae tanto in pretio habebantur, ut aureorum nomen mererent, fuisse omnia scholastica? quod etiam Collatio confirmat, paullo ante, ut videtur, composita, cuius auctor inter quinque illustres iureconsultos etiam Gaii scriptis, sed tamen tantum Institutionibus eius usus est.

Sed in his ipsis, quas edimus, ut nunc paullo immore-

---

a voce magistra studiosi accipiebant (ceteri enim quinque libri erant prima, secunda, tertia pars edicti, responsa Papiniani et Paulli). Manifesto errore nunc plerique sex libros illos intelligunt duos (ex quattuor) Gaii Institutionum et quattuor libros singulares.

mur, iure dixeris, praeclariorem de iure civili librum discentium in usum nunquam scriptum fuisse, sive dotium eius excellentiam, sive mirificam fructus ubertatem et fatorum felicitatem spectes. Praestantia libri praecipue his rebus conspicitur: quod non, ut superiores libri omnes unam alteramve iuris civilis partem, sed revera, ut Lactantius 5, 4. §. 3. a quibusque Institutionibus exigit, 'totius doctrinae substantiam continet', et eius quidem iuris, quo tum imperium Romanum utebatur, de quo iam dixi, substantiam vero ita felicissime enucleatam, ut adhuc rudis tironis animus nec ieiuna exilitate deterreretur, nec otiosa copia aut quaestionum subtilitate et difficultate opprimeretur. Deinde quod hanc ipsam substantiam dispositam habet non modo apte et commode omnino, sed ut, si summam spectas, nulla alia ex re ipsa petita divisio inveniri posse videatur: id quod, cum fontium iuris in ius gentium et ius civile divisio iam ex antiqua populi Rom. iurisprudentia retenta sit, maxime cadit in alteram illam et plane novam ipsius iuris privati in ius quod ad personas (lib. I.), quod ad res (lib. II. III.), et quod ad actiones pertinet (lib. IV.) divisionem. Nam cum omne ius privatum partim in se ipso et per se spectato, partim in iure, cum in controversiam vocatur, adversus iniuriam obtinendo consistat, ipsumque ius rursus aut personas, quibus competit, respiciat, aut res, quae per-
[95] sonis inserviunt, apprehendat, addito eo iure, quod actiones apprehendit civibus privatis, quibus iniuriam propulsent, non minus quam populis belli ius competentes, tres illae partes quasi sponte nascuntur.[1] Et similiter ipsarum harum partium distributiones mirabili quodam verorum discriminum sensu inventae et expressae sunt, qua de re disputare longum et ab hoc loco alienum est.[2] Denique Gaius in ex-

---

[1]) Quo magis postea ipsis populis sub iugum imperii redactis etiam actiones paullatim extraordinariis persecutionibus cessere, in quibus non tam nostro iure privato in iudicio, quod nobis debetur, persequimur (pr. I. de act. 4, 6.), quam novum ius ab imperio pendens indulta a magistratu cognitione exercere videmur, tanto magis actio propria quaedam iuris privati quasi substantia esse desiit, ad quam ab ipso, ex quo agimus, diversum ius pertinere possit. Quod quidem effecit, ut iam Iustiniani tempore inter actiones et obligationes non multum interesse videretur (et sane etiam actiones sunt quaedam obligationes et, quod Theophilum III. 13 pr. IV. 6 pr. maxime movit et in errorem induxit, obligationes inprimis opus habent actione et saepe tantum in agendi facultate praestita consistunt): nostro vero tempore exstincta paene actionis substantia, Gaii actiones a plerisque omnino alio sensu sc. pro πράξεσιν acciperentur; qua ratione omnis laus Gaianae divisionis perimitur. [2]) 'Tabulas delineationem systematis Gaianarum Iustinianarumque Institutionum inter se comparati exhibentes ex arte

positione tanta perspicuitate et dicendi simplicitate usus est, ut Herodotum ius narrare opinere: quae res cum primis tironum animos allicit et delectat. Quod vero negligentiae in quibusdam incusatus est, partim librariis potius vitio vertendum (velut quod haud raro contra grammatica de consecutione temporum praecepta peccasse videtur), partim aliter excusandum est. Nam persuasum mihi est, non cunctos quattuor commentarios simul, sed singulos eum in publicum edidisse, sive communi consuetudine (nam et alios hoc fecisse velut ista fere aetate Polyaenum strategematum scriptorem compertum habemus) sive quod ipse hoc adsueverit facere in libris singularibus ad edictum edendis, sive quod diffidentia quaedam in tam novo scriptionum genere eum compulerit, ut iudicia hominum experiretur. Argumento autem est primum, quod si primum commentarium cum altero demum vulgasset, mentionem imperatoris Antonini 1, 102. tanquam vivi habitam non poterat in divi commemorationem non mutare. Similiter iudicabis de secundo commentario ratione tertii, in quo §. 100. ipse rationem placiti reddit, quod 2, 232. non pretiosa ratione receptum esse dixerat. Etiam de usucapione pro herede suo et necessario vel necessario herede extante, controversa sane materia, diversa tradit 2, 58. et 3, 201., ut postea rationem traditi in eo male posuisse videatur, quod necessario extante nihil contra voluntatem testatoris ex hereditate detrahi debeat, idemque fere cadit in cognatam controversiam de in iure cessione hereditatis collatis 2, 37. et 3, 87. Deinde etiam quasdam materias, velut in iure cessionem hereditatis et bonorum possessionem, quae sine re datur (illam 2, 35—37. et 3, 85—87.[1] hanc 2, 151a. et 3, 35—37), bis et tantum non iisdem verbis sine dubio non explicuisset, sed rem, ut alias facere solet, remittendo lectorem expediisset, nisi cum postea aptius hanc materiam in comm. III. tradit intellexisset, iam [96]
manibus elapsus esset comm. II., ut corrigere eum non posset. Denique 3, 56. rem 1, 22. expositam tam late, imo latius repetit, quam non poterat ita scribens, ut lector a

---

in formam indicis redactas' multa cum arte confecit Boeckingius suaeque Gaii editioni ad calcem adiecit. [1]) Sane nuper Polenaarius ed. suae p. 233. has §§. ut spurias eiecit, maxime 2, 98. argumento usus. Sed ut cessicia tutela non tantum sub speciem legitimae tutelae cadit, sed etiam ut propria tutelae species, quae cessione defertur, considerari potest, ita etiam de in iure cessione hereditatis diversimode potest iudicari. Ille ipse vero secundi libri locus etiam evidentius arguit id, quod de ratione inter eum et tertium librum intercedente supra statuimus. Quanquam Gaius nimis molestos post 2, 98. mutati consilii obtrectatores eo etiam refutare poterat, quod cessione quoque 'heredes alicui fiamus'.

primo commentario recens, vel qui eundem certe manibus teneret, ante oculos ei versaretur.

Tot vero tantisque libri virtutibus etiam successus respondit. Per hunc Gaius quasi perpetuum initiandorum Themidos sacerdotum munus adeptus est et, dum stetit imperium Romanum, retinuit. Multi maximi nominis ICti quorumque quibusdam Gaius, si ipsam scientiam spectes, vix comparari potest, eum aperte imitati vel tecte ab eo mutuati sunt. Grammatici quoque ex hoc praecipue libro, quae ad ius civile pertinerent, petierunt. Ruente vero imperio tam occidentales Visigothi in breviario Alariciano Gaium, ut ferre eum poterant, rursus scholis suis praefecerunt, quam in oriente Iustinianus, dum novas parat Institutiones, maxime Gaianas cum rebus quotidianis, ex quibus et ipse ius didicerat, suas fecit, unde eum Gaium 'nostrum' appellare (prooem. I. §. 6. §. 5. I. de publ. iud. 4, 18. const. Omnem reip. §. 1.) sane mirum non est. Ita vero Gaius, alio licet sub nomine et multifariam deformatus totius generis humani magister in iure civili factus est. Sed sicut gemmae ingenitus ignis nec extingui longo situ ac pulvere nec perpetuo a cognata luce praepediri potest, ita nostra aetate etiam genuinae Gaii Institutiones e multorum saeculorum oblivione resuscitatae denuo efficacissimum acrioris studii ac penitioris iuris civilis cognitionis fermentum evasere.

Gaii Institutiones unico codice Veronensi palimpsesto servatas esse, Niebuhri ab Hauboldo admoniti merito a. MDCCCXVI. invento et a Goescheno, assumpto socio Hollwegio, anno insequente nunquam satis laudando studio transcripto, in vulgus notum est. De aetate huius codicis ipse Niebuhrus et postea Ulr. Koppius (Zeitschr. f. gesch. RW. IV. 473.), non videri eum post Iustinianum scriptum esse, iudicaverunt; quod ut rationem habet, ita tamen addendum est, nec multo ante scriptum videri; id enim glossema evincit adhuc non observatum,[1] quod irrepsit 2, 195. 'legatum sibi esse dimissum'; nam 'dimitti' pro 'relinqui' legatum vel 'legari', quod ut Aleander et Schultingius ad Gai. epit. 2, 7. §. 8. et 1, 1. §. 4. notarunt, in breviario Alariciano saepissime legitur, ante finem saeculi quinti, quo tantam vetus Latinitas ruinam passa est, vix ita in usum venerit, ut pro glossemate scriberetur; illo vero loco iam
[97] in eo codice fuisse videtur, unde noster transcriptus est.

[1]) Nulla contra ratione Boeckingius ad 3, 198. notans [edd. 3. et 4.] glossema ibi deprehendere sibi visus est, respectu L. 20. C. de furtis (6, 2) confectum. 'Probatum est' ne potest quidem aliud significare atque quod post dicitur 'responsum et iudicatum'. Aliis sane glossematis Veronensis codex deformatus est, sed talibus, quae ad tempus, quo scriptus sit, definiendum non faciunt.

Quid quod 1, 166[a]. rubricam qui posuit 'de fiduciaria tutela', ubi ipse Gaius de fiduciariis tutelis loquitur, iuris Iustiniani et ipsius rubricae tit. I. 1, 19. videtur cognitionem et rationem habuisse. Certe abolitam eius aetate tutelam muliebrem prodit rubrica ante 2, 80. Praeterea barbarum aevum sapit vitiorum qualitas, partim deterrimorum, quibus codex refertus est, quaeque faciunt, ut parum ex arte agere videantur, qui casibus, modis, temporibus contra rationem Gaiique aetatis morem a librario positis similibusque, ut vere dicam, vitiis conservandis magna cura student, quasi is antiquitatis testis esset in hisce rebus fide dignus. Eandem aetatem prodit rubricarum ratio, quas librarius[1] singulis materiis maxime initio operis praescripsit quibusve praescribendis saepius spatium vacuum reliquit; licet enim eiusmodi rubricas (quod ipsum nomen aliquoties notatum in C. invenitur) sicut Responsorum, Quaestionum aliisque minus ex arte συστηματικῶς scriptis (cf. Fr. Vat. 227) ita etiam Institutionum libris inserere librarii mature coeperint[2] (quod de Ulpiani et Paulli Institutionibus ex Collat. tit. XIV. et

---

[1]) Nam ab ipso Gaio eas profectas non esse, iam Goeschenus Praef. p. XXVIII. XXXV. ed. Lachm. recte iudicavit. Unde Boeckingii consilium non probo, qui ed. 5. etiam eas, quae deesse ei visae sunt, rubricas supplevit. Rectius quis fecerit, qui vel eas exterminaret, quae nunc invito Gaio librum eius onerant; is enim ipsa oratione divisionibusque apte factis multo doctius providit, ut lector non plane indoctus singula quaeque facile inveniret. Ipsi librarii rubricas continuo inscribere circa finem loci, qui est de contractibus, videntur desivisse, credo, quia continua lectio in scholis raro ultra eum locum perveniret et ex quarto commentario pauca tantum de actionibus, pauca de exceptionibus traderentur (cf. const. Omnem reip. §. 1). Certe C. Veron. vacuas lineas inscribendis rubricis destinatas non continet nisi usque ad illum locum (cf. not. ad 3, 141. 168.) ubi etiam in Visigot. Epitoma tituli fere deficiunt, et praeterea tantum initio comm. IV. et ante §. 115.

[2]) In usum scholarum primumque in Sabini libris ad similitudinem edicti, ubi ab ipso praetore positi tituli proprie appellabantur, hoc factum esse, colligere licet ex Pers. 5, 90. Petron. 46, unde Quintil. I. O. 12, 3. §. 11. 'Alii se ad album ac rubricas (intellige ICtorum libros) transtulerunt'; quanquam tituli illi in libris ad edictum etiam rubricae esse coeperunt (L. 2. §. 3. D. de interd. 43, 1.) et iam Vespasiani aetate in iure civili, ut constat ex aeribus Salpensano et Malacitano, ipsa quoque legum (sed tamen principalium tantum) capita quanquam non rubro colore aeri inscripta rubricae appellata sunt, indeque Iuvenal. 14, 101. 'rubras maiorum leges' generaliter dicere potuit. Verum ut in plerisque ius civile iure praetorio paullatim superatum est, ita etiam in hac tenui re maxime puto postquam in Gregoriano et Hermogeniano Codicibus tituli ab ipsis auctoribus ad modum edicti

Boethio in Cic. Top. p. 303 constat), tamen quas Veronensis [98] codex praestat, partim ineptissimae sunt. Quid? quod adeo eius scriptor*) stipes fuit, ut non modo Graecae litteraturae nescius Graeca omnia vel praeteriret vel litteris Latinis reddens corrumperet, sed etiam in Latinis quum ad rubricam venisset vel venisse sibi videretur (et facile sibi ex pigritia videbatur), iudicii, ubi rubrica desineret et nova oratio inciperet, expers, haud raro cum rubrica (si modo rubrica erat) etiam partem, ut plurimum integrum versum, novi articuli omitteret (vide 1, 56. 58. 65. 76. 97. 108. 2, 1. 97. 3, 85. 88. 139. 162. 4, 1.). Nec facile nisi barbara aetate non animadverti poterat folium, quod aliquando exciderat, alieno loco a bibliopega restitutum, quod accidit (quicquid contradicat Boeckingius)[1] ex Heimbachii et mea sententia 2, 65—79., ut simile vitium taceam ad 3, 138. a me indicatum. Quid, quod et totas sententias interdum omisit, velut 1, 6 et ante 18. 2, 269. Noli vero opinari, omnium horum vitiorum ipsum codicis Veronensis scriptorem auctorem fuisse. In libro toties maximeque iuvenum, qui facile decipiebantur, in usum descripto haud pauca sine dubio antiquiorem habuerunt originem:[2] id quod circumspecto critico in his praesertim notandum est, quae aliquando exciderunt et ad marginem librorum alius forte formae longiorumque versuum suppleta postea alieno loco restituta sunt vel perierunt. — Habuit codex initio 129 folia formae quadratae mediae, pagina quaque plerumque 24 versus, versu 39 sed et ad 45 litteras continente. Ex his tria folia plane deperdita sunt, salvo tamen initio et fine operis, et ut unum eorum quae continebat saltem ex parte aliunde sarciri possent (lib. III. init.). Quae supersunt folia, turbato ordine deletaque priore scriptura novo codici variorum Hieronymi operum faciendo inservierunt, ita ut paucis exceptis semel, circiter quartae vero foliorum parti adeo bis nova scriptura imponeretur. Lectionem praeterea frequente siglarum sive notarum usu impediente ex earum genere, quae ante Iustinianum in usu fuere,

---

singulis materiis inscripti essent, idem contigit, tandemque Alarici et Iustiniani aetate, qui etiam totius iuris civilis enucleati codicem Digestorum ad edictum spectante nomine appellavit, eo perventum est, ut vel scholasticae Institutiones ab ipso auctore per totum titulis distribuerentur, eaque honestior appellatio postea (licet nondum in Florentino Dig. codice) librariorum rubricas expelleret. *) Utrumque nunc scriptorem dico. nam duos librarios praeter correctorem in hoc codice occupatos fuisse, Studemundus deprehendit. [1]) Sed iam veritati concessit ed. 5. Rursus tamen priorem eius opinionem suscepit Th. Mommsenus epist. crit. praemissa ed. Stud. [2]) Etiam ea exemplaria, quibus Iustiniani qui composuerunt Institutiones usi sunt, quaedam habuisse menda cum Veron. C. communia, notavi ad 2, 94. 3, 196. 217. 4, 82. vid. etiam 4, 72. 73. 112.

quarumque indicem utilissimum Goeschenus editioni suae adiecit, mirandum non est, quod ex tanto naufragio nec peritissimis urinatoribus omnia contigit servare. Nec tamen multum ultra decimam partem operis interiit, et cum aliquid ex Collatione, ex Alariciana Epitoma, denique ex Iustiniani Institutionibus et Digestis potuit resarciri, tum repetitis virorum doctorum curis effectum est, ut iam in nostra editione non multum ultra tredecimam partem integri operis desideretur, cuius iacturae paene dimidium spectat ad librum quartum.

Editionum indicem accuratissimum, additis etiam aliarum [99] commentationum titulis, quae ad emendandas vel illustrandas Gaii Institutiones faciunt, Boeckingius confecit in praefatione suae editionis, qua ter repetita (postremum Lips. 1855.) ipse de Gaio et Gaianis studiis optime meritus est. Quae post hanc sola prodiit, inserta 'Institutionum et regularum iuris Rom. syntagmati', a Rud. Gneist Lips. 1858. edito, pro totius syntagmatis ratione ceteroqui novo ac consulto consilio instituti, lectiones magis (partim bene) selectas quam novas praestat. Ex superiorum editionum numero tres Goeschenanae, quae ceteris omnibus, codicis scriptura diligenter enotata, quasi fundamenta iecere, segregandae sunt, princeps Berol. a. 1820. publicata, altera, quae difficilioribus codicis locis a Bluhmio denuo inspectis, eius schedis ditata prodiit a. 1824., et tertia, post Goescheni obitum a Lachmanno a. 1842. consummata.

Ad postremae normam nostra quoque editio instituta est, ita tamen ut etiam Boeckingianae novissimae, quae omnium maxime celebratur, ratio haberetur. Nec tamen omnia, in quibus ab his editionibus deflecteremus, in notis indicavimus. Chartae parcendum erat. Itaque levicula, quo in numero maxime ad orthographiam pertinentia sunt, tacite correximus, vel quod in re tantopere ab arbitrio pendente dicere praestat, mutavimus. Praeterea in contextu litteris rectis expressimus, quae in codice leguntur, inclinatis, quae suppleta vel mutata sunt. Stellulae totidem significant litteras, lineae, si breviores sunt, syllabas trium fere litterarum, longiores interposito v. totos versus, qui nec legi nec tuto suppleri potuerunt. In margine exteriore paginas tantum primitivi codicis, quae supersunt, numeravimus; quibus additum 't. s.' spectat ad ter scriptas (Goescheno: bis rescriptas). Etiam versus codicis distinguere, nisi ubi intererat, id est, ubi nova quaedam ad schedarum ductus supplevimus, ut otiosum non placuit. In critica adnotatione ipsos schedarum ductus repraesentare initio constitueram; sed mox consilium difficultatis plenum abieci maxime postquam animadverti, quam male id Boeckingio quamvis diligentissimo cesserit. Itaque hac parte Lachmanni editio adeunda est. Denique

a notis criticis inferiore adnotatione maxime locorum, quibus cuiusque §i sententia illustratur, indicationem separare placuit, quia ea ratione in hoc scriptore spatio consuli videbatur.

Gaium ut hac altera editione retractarem, maxime novae Boeckingii curae in causa fuerunt, qui et ipsas Gaianas Institutiones quintum edidit et apographum codicis Veronensis ad Goescheni, Hollwegii, Bluhmii schedas confectum publi-
[100] cavit (utrumque Lips. 1866.). Quod posterius opus quanquam peritis magis pulcrum et nitidum, quam necessarium magnaeve utilitatis esse videbitur, fateor tamen me ipsum hoc nitore allectum esse, ut fere omnes locos difficiliores ad codicis scripturam, sicut enotata est, iterum exigerem. Idem vero et plus etiam ut facerem, nova Boeckingii editio coegit. Quod enim tam peritus Gaii editor in praefatione operis iudicat, meam editionem et vitiis et virtutibus excellere, eius pars prior iudicii, quam potissimum boni consulendam et in rem meam convertendam esse intellexi, incitamento mihi fuit, ut vitia illa quantum possem ipse cognoscerem et corrigerem. Itaque factum est, ut rursus pertractato toto opere haec nova editio multis partibus tam in praevia dissertatione et utraque adnotatione quam in ipso contextu auctior et meo quidem iudicio etiam emendatior prodeat. De quo ut etiam lector facile iudicare possit, exempla locorum emendatorum haec graviora indicare iuvat: I. 2. 6. 111. 182. 184. II. 16. 24. 27. 124. 151. 155. 213. 274. 287. III. 43. 44. 49. 56. 81. 83. 84. 116. 118. 140. 153. 168. 189. 196. IV. 16. 34. 37. 42. 46. 51. 52[a]. 84. 95. 139. 153. 175. 177. 183. Caeterum neque haec fere neque permulta omnino fuere, quae a Boeckingio mutuari licuit. Plus ei monitori quam largitori debeo et (quod doleo) non raro sive impugnationibus eius sive noviter repertis et suppletis (in qua non sua provincia minus excellit vir celeb.) palam obloquendum fuit. Et vereor, ne in universum magis ingeniorum et in critica arte exercenda consilii et rationum diversitati tribuendam sit, quod is de 'libidine' mea, et mea tantum, in supplendis reformandisve his commentariis queritur. Qua tamen in re tantum abest, ut mea tantum mihi placeant, ut et optem et fore sperem, ut Boeckingii editio cum omnino tum praesertim iis, quorum textus harum Institutionum historiam accurate nosse interest, in pretio et in usu sit.

Iam in ea praefatione, quam tertiae totius huius syllogae editioni praemisi, de adversa eius fortuna questus sum, quod in ea tempora incidit, ubi gravissimum et fructuosissimum adornandae Gaii Institutionum editionis subsidium, Studemundi dico apographum codicis Veronensis eiusdemque Gaii

editionem, propediem quidem in publicum proditurum sperabatur, nec tamen prodierat, nec quando proditurum esset, certo resciri poterat. Quod subsidium ut ab omnibus, quibus haec studia cordi sunt, quo diutius exspectatur, eo ardentius desideratur, ita ei, qui Gaii Institutiones editurus est, prorsus necessarium videri debet. Ex his enim, quae viri in investigandis recognoscendisque scripturis deleticiis exercitatissimi ingenium, fides atque doctrina spondent quaeque quibusdam ipsius apographi Veronensis speciminibus passim publicatis confirmata sunt, dubitari non licet, non solum haud pauca, quae priores codicis scrutatores omnino latuerant, ab eo lecta esse, sed etiam plura oculorum acie ita certius cognita ac definita, ut quos illi in schedas suas retulerant litterarum ductus quibusque ei, qui coniectura lacunas replere conabatur, adhuc utendum erat, inexspectatum in modum corrigantur, et nunc demum, quid quoque loco scriptum esse potuerit vel non, tuto statuere liceat. Itaque hoc adiumento destitutus nonnisi necessitate coactus invitus atque ingratiis ad iterandam hanc editionem adgressus sum, animo scilicet prospiciens, mox fore, ut quaedam in ea desiderentur aliunde petenda, alia, ex prioribus editionibus retenta, certioribus et melioribus cedere debeant. Ceterum hac fortuna adduci me passus non sum, ut interim omnino tantum priora repeterem. Saltem quae potui, supplevi et emendavi maximeque, quae ex Studemundi apographo vel ipso (maxime in 'Mittheilungen antiqu. Inhalts a. d. Palimpsesten d. Gaius' Lips. 1869) vel aliis fide dignis publice privatimve communicantibus in notitiam meam pervenerant, in rem meam converti. Qua ratione certe quibusdam locis haec editio vel locupletior vel emendatior reperietur velut I. 32[b]—35. 78. 95. 112. II. 120. 151. III. 43. 44. 47. IV. 15. 17[a]. 95. 152. 166. In adnotatione vero codicem Veronensem a Studemundo inspectum hac nota *V*[st] significavi et distinxi.

Tandem Gaium ex ipso apographo Studemundiano edere posse contigit: quod opus admirabilis sane tam prudentiae et vel in minimis diligentiae ac fidei, quam studii ac laboris prodiit, a bibliopola quoque digne adornatum, Lipsiae apud Hirzelium a. MDCCCLXXIV. hoc sub titulo: *Gaii Institutionum commentarii quattuor. Codicis Veronensis denuo collati apographum confecit et iussu academiae regiae scientiarum Berolinensis edidit Guilelmus Studemund.* Praemissum est prooemium omnia, quae ad codicem eiusque fata pertinent, accurate enarrans, adiectus praeter alia 'Index notarum', codicis scripturam tractantibus perutilis. Hoc igitur novo subsidio vulgato, cum iam in Batavia fructus inde percipiendi

publici iuris fieri coepti essent, etiam ipse quod primum mihi otium datum est, ad recognoscendum ex eo Gaii editionem contuli. Postea ubi nuntiatum est, quartam Iurisprudentiae anteiustinianae editionem desiderari, etiam hunc ipsum meum laborem iam fere absolutum recognovi, nunc et novis, quae interea innotuerant ab aliis Gaio impensae curae, adhibitis. Omnino vero haece in notitiam meam pervenerunt: *J. E. Goudsmit Krit. Aanteck.* etc., quas Germanice vertit *S. Sutro* sub titulo: *Studemunds Vergleichung d. Veron. Handschr.* sive *Kritische Bemerk. zu Gaius.* Utrai. 1875. *B. J. Polenaar syntagma Institutionum Gaii. Instit. secundum Studem. apogr.* etc. Lugd. Bat. MDCCCLXXVI. denique ipsius Studemundi, socio adsumpto Paulo Krueger, ad hoc apographum curata editio, quae nuper prodiit Berol. a. MDCCCLXXVII, quamque brevitatis causa sigla *Stud. ed.* significavi. Ad eandem editionem spectant ei ipsi iam inserta Theodori Mommsen tam adnotatio quam epistola critica et Henrici Fitting publica eius commendatio in Jen.-Litt. Zeit. 1877 p. 687 seq., in quibus et ipsis de compluribus Gaianis locis critice disputatur. Eorum virorum omnium coniecturas et commenta religiose perpendi; sed, ne librum onerarem, graviorum tantum et maxime earum mentionem feci, quae novi aliquid a meis inventis discrepans et sive adprobatione, sive alia de causa commemoratione dignum afferunt. Quae igitur silentio transmisi, non neglecta sed improbata a me censeto.

Ad me ipsum quod attinet, hanc quartam sed re ipsa potius novam editionem presse ad Studemundi apographum ita retuli, ut omnia, quae in superioribus ab imperfecta priore codicis lectione penderent, tam in textu quam in adnotatione plerumque simpliciter omitterem, nec de novis tanquam novis, si modo certa et sana erant, monerem. In significanda dubia codicis scriptura quae in apographo litteris pallidis id est obscure tantum apparentes in C. reddentibus expressa sunt, ubi interesse videbatur, punctis suppositis distinxi. Ceterum a priorum editionum tota ratione, cum reliquis partibus syllogae iurisprudentiae anteiustinianae communi recedere nec volui nec, opinor, debui. Itaque, ut aliqua specialiter ponam, ne nunc quidem id egi, quod Studemundi editio maxime spectavit, ut omnia apographi ceterorumque subsidiorum, quibus harum Institutionum editiones nituntur, sive menda sive variantes lectiones notarem. Hac parte ut plurimum· sicut antea tantum litteris inclinatis in textu indicavi, quae a corrigenda codicis scriptura deflectunt, hoc modo eos, qui de lectione aliqua dubitent, satis monitos arbitratus, ut ipsum apographum vel ceteros fontes omnibus patentes adeant. Vocum vero vel litterarum, quae in codice perperam abundare vel (quod frequentissimum est vitiorum

genus) locum mutasse videntur, delectum tantum graviorum dedi. Bonus paterfamilias etiam deserta loca vel ruinosa fructuosa reddere cupit. Itaque supplendis iis, quae ab amanuensibus omissa sunt quaeve omnino aut certo legi non potuerunt, nunc quoque peculiarem operam navavi, sed eam maxime tum, ubi de supplementis in textum admittendis quaereretur, cum iam certo fundamento insistamus, ad criticae artis regulam strictius revocatam. Ad sensum suppleta sive deleticia sive omissa et tunc huiusmodi uncis ( ) saepta quamquam in illis spatii semper et ubi licebat etiam vestigiorum scripturae rationem habui, ne tamen ita ea accipiantur ac si aliis verbis suppleri non possint, vix est ut iterum moneam.

Ceterum et eas codicis partes, quibus ex apographo nova lux non affulsit, denuo recensui et in iis quoque non paucorum locorum saniorem lectionem invenisse mihi videor.

Haec de consilio et ratione novae editionis praemonita sufficere ratus benevolentiae eam eorum, qui ea usuri sunt, commendo.

Pauca sunt, quae huic quintae et, ut ipse spero, postremae meae editioni praefanda videantur.

Si quis forte opinetur, nunc etiam aliunde praeterquam ex Codice Veronensi Gaium edituro novum subsidium se obtulisse, ex opinione dico E. C. Ferrini nuper vulgata, Theophili paraphrasin Institutionum Graecam quam denuo emendatius edere coepit (a. 1884), primitus non Iustiniani, ut adhuc creditum, sed Gaii institutionum translationem *κατὰ πόδα* fuisse, is, me quidem iudice, fallitur, etiamsi plus haec opinio quam re perpensa habet, haberet verisimilitudinis: cuius tamen iudicii rationes reddere et longum nec huius loci est.

Sed ipse codex Veronensis ut rursus aliquibus locis inspectus nova nobis aperiat, indefesso et nunquam satis laudando studio Studemundi debemus, quae in Krügeri et ipsius editione altera (1884) sub titulo 'Supplementa ad Cod. Ver. apographum Studemundianum' in fronte p. XVII—XXXIX praemissa sunt (nobis insignita 'Suppl. St.'). Eaque maxime, licet iam ab aliis in illa altera editione (nobis 'Kr. ed. 2') adhibita, mihi quoque, ut rursus his Gaii commentariis recensendis et edendis meas quoque curas inpenderem, in causa fuerunt.

Quae quidem curae quin plane infructuosae non fuerint, sed Gaio non paucis nec iis tantum in locis, quae Supplementa illa spectant, plenius et rectius sive legendo sive intellegendo profuerint, ita non dubito, ut alios quoque, qui, ut Tullius ait, non vulgi more ex opinione sed ex veritate res aestimant, iudicaturos esse, sperem, maxime si contro-

versis in locis, ubi non modo de verbis sed de re et sensu dissentitur vel dubitatur, veluti (nec enim omnia hic allegare opus est) 1, 27. 32. 35. 71. 74. 78. 145. 2, 14. 82. 126. 149[a]. 155. 3, 33[a]. 43. 44. 56. 67. 95[a]. 96. 121. 154[a]. 193. 4, 37. 52[a]. 62. 63. 66. 131. 175. Krügeranam alteram editionem, quae propter Supplementa Studemundiana, si contextus fidem spectas, nunc sine dubio caeteras omnes vincit, cum hac mea contulerint.

Itaque iam ad ultimos vitae humanae limites provectus dimitto Gaium meum et non sine magna animi mei commotione, vale ei dico, tanquam tot per annos[1] ut vegetae ita nunc deficientis aetatis fido amico et comiti, qui nunquam non plus beneficii utilia docendo et delectando in me contulit, quam ei ab iniuriis librariorum aliorumque defendendo retribuere potui. Scrib. Vratisl. mense Aprili 1885.

---

[1]) Iam enim Göschenus in corrigendis plagulis alterius suae editionis a. 1824 iuvenili mea opera uti dignatus est, quae praeter lectiones de Gaio tum magno cum ardore docentis et audientium habitas 'notitiam primosque gradus fecit'.

GAII [101]

INSTITVTIONVM IVRIS CIVILIS

COMMENTARII QVATTVOR.

(*COMMENTARIVS PRIMVS.*)

Pag. 1. I. De iure ciuili et nat*urali.*[1] 1. *Omnes populi, qui le-*
C. Ver. *gibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur: nam quod quis*[2]-que populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium[3] est uocaturque ius ciuile, quasi ius proprium [4]ciuitatis; quod uero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur uocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur. '(*et*)[5] populus itaque

---

[1]) I de iure ciuili et nat *correctoris manu V*st*; ne ex mente quidem Gaii.* [2]) *Suppl. ex L.* 9. *D. cit.* [3]) civitatis *add. Iust. Inst. et Dig.* [4]) ipsius, *quod h. l. priores addebant edd. ex Inst.,* abest a *V*st. [5]) *Supplevi ex Inst.*

---

§. 1. = §. 1. *I. de iure nat.* (1, 2), *L.* 9. *D. de iustit. et iure* (1, 1). *Cf. Fr. Dosith.* 1. *L.* 1 *pr. D. de acq. rer. dom.* (41, 1).

Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utitur. quae singula qualia sint, suis locis proponemus.

2. Constat autem ius *civile* populi Romani[1] ex legibus, plebiscitis, senatus consultis, constitutionibus principum, edictis eorum, qui ius edicendi habent, responsis prudentium. **3.** Lex est, quod populus iubet atque constituit. plebiscitum est, quod plebs iubet atque constituit. plebs autem a populo eo distat, quod populi appellatione uniuersi ciues significantur, connumeratis et*iam* patriciis; plebis autem appellatione sine patriciis ceteri ciues significantur; unde olim patricii dicebant, plebiscitis se non teneri, quia sine auctoritate eorum facta
essent; sed postea | lex Hortensia lata est, qua cautum est, ut 2.
[102] plebiscita uniuersum populum tenerent: itaque eo modo legibus exaequata sunt. **4.** Senatus consultum est, quod senatus iubet atque constituit; idque legis uicem optinet, quamuis fuerit quaesitum. **5.** Constitutio principis est, quod imperator decreto uel edicto uel epistula constituit. nec umquam dubitatum est, quin id legis uicem optineat, cum ipse imperator per legem imperium accipiat. **6.** '(*Edicta sunt praecepta eorum, qui ius edicendi habent.*)[2] ius autem edicendi habent

---

[1]) *Retinui ex ed.* 3., *cum* iuri ciuili *h. l. aperte opponatur* omne ius quo utimur §. 8. *et cf. Isidor. or.* 5, 9, 2. constant at (autem) iura pr V^{st} *edd.* iura *facto, ut puto, ex* ius c̄; *nam* iura p. R. *partim etiam iuris gentium sunt, cui hic locus non est.* constant autem iura (*propria*) *ed. mea* 1. constat autem ius *Romanum ed. Bg.* 5. constant . . iura nostra *cj. Bremer* (*de Ulp. instit. p.* 46).
[2]) *Supplevi ad sententiam. Hanc enim edictorum definitionem*

---

§. 11. *I. tit. cit.* quae singula] *i. e. quae singula praecepta an sive iuris gentium sive iuris civilis sint etc. Cf.* 1, 52. 55. 78. 82. 83. 84. 86. 89. 108. 119. 189. 193. 198. 2, 65 *seq.* 79. 3, 93. 132. 154ª. **§. 2.** *Cf.* §. 3. *I. tit. cit. L.* 7. *pr. D. tit. cit. Cic. Top.* 5, 28. **§. 3.** *Cf.* §. 4. *I. de iure nat.* (1, 2) *ibiq. Schrader.* **§. 4.** *Cf.* §. 5. *I. eod. L.* 9. *D. de leg. SC.* (1, 3). **§. 5.** *Cf.* §. 6. *I. de iure nat.* (1, 2). **§. 6.** *Cf.* §. 7. *I. eod. Cic. ad Attic.* 6, 1. §. 15. quaestores] *De eorum iurisdictione cf. Cic. divin.* 17. §. 55. *Schol. ad Cic. divin.* 15. §. 48. *quam delegatam aedilibus Cirtensibus in provincia Numidia, quam quaestor proconsulis Africae non facile adibat, nunc cognovimus ex Renier I. A.* 2196. (= *Orelli-Henzen* 6965.) 1869. 1880. 2172. 2173. 2325.

magistratus populi Romani. sed amplissimum ius est in edictis duorum praetorum, urbani et peregrini, quorum in prouinciis iurisdictionem praesides earum habent; item in edict*o*[1] aedilium curulium, quorum iurisdictionem in prouinci*is* populi Romani quaestores habent; nam in prouincias Caesaris omnino quaestores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his prouinciis non proponitur. **7.** Responsa prudentium sunt sententiae et opiniones eorum, quibus permissum est iura condere. quorum omnium si in unum sententiae concurr*u*nt, id, quod ita sentiunt, legis uicem optinet; si uero dissentiunt, iudici licet quam uelit sententiam sequi; *i*dque rescripto diui Hadriani significatur.

II, De iuris diuisione. **8.** Omne autem[2] ius, quo utimur, [103]
3. uel ad personas pertinet, uel | ad res, uel ad actiones. 'et[3] prius uideamus de personis.

II. De condicione hominum. **9.** Et quidem summa diuisio de iure personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt aut serui. **10.** Rursus liberorum hominum alii ingenui sunt, alii libertini. **11.** Ingenui sunt, qui liberi nati sunt; libertini, qui ex iusta servitute manumissi sunt. **12.** Rursus libertinorum (*tria sunt genera: nam aut ciues Romani, aut Latini aut dediticiorum*) numero sunt. de quibus singulis dispiciamus; ac prius *de* dediticiis.

IIII. De dediticiis uel lege Aelia Sentia. **13.** Lege itaque Aelia Sentia cauetur, ut qui serui a dominis poenae nomine uincti s*i*nt, quibusve stigmata inscripta s*i*nt, deue quibus ob

---

excidisse, quod ob repetita postrema verba facile fieri potuit, et sequens prodit autem, *praemissam definitionem similemve generalem sententiam indicans, et quod alioqui sola edicta sua definitione carerent. Praecepta accipe eodem generali sensu, quo dicuntur L.* 10. §. 1. *D. de iustit.* (1, 1) *L.* 1. *D. de legib.* (1, 3).
[1]) *Correxi cum Goesch. ed.* 1. edictis *C. edd. Sed postea recte tantum* edictum *appellatur. Librarius male imitatus est quod ante legerat de edictis duorum praetorum.* [2]) *Non tantum civile cf.* §. 2.
[3]) *ex cj. Th. Mommseni* sed *C. edd.* ac *Inst. cf.* §. 12.

---

§. 7. *Cf.* §. 8. *I. eod. cum Theoph. L.* 2. §. 47. *D. de orig. iur.* (1, 2). *Senec. ep.* 94. §. 8. = *L.* 1. *D. de statu hom.* (1, 5). §. 12. *I. de iure nat.* (1, 2). §. 9. = *L.* 3. *D. statu hom.* (1, 5). *pr. I. de iur. pers.* (1, 3). §. 10. *Cf.* §. 5 *fin. I. eod. Fr. Dosith.* 4. §. 11. *Cf. L.* 5. §. 2. *D. de statu hom.* (1, 5). §. 12. *Cf. Ulp.* 1, 5. *Fr. Dosith.* §§. 4 *seq.* §. 13. *Cf. Ulp.* 1, 11. *Paul.* 4, 12. §§. 5 *seq.*

noxam quaestio tormentis habita sit, et in ea noxa fuisse conuic*ti* s*i*nt, 'quiue (*ut*) aut[1] ferro aut cum bestiis depugnarent, traditi sint, inue ludum custodiamue con*i*ecti fuerint, et postea uel *ab* eo*dem* domino uel ab alio manumissi, eiusdem condicionis liberi fi*a*nt, cuius condicionis sunt peregrini[2] dediticii.

V. De peregrinis ded*i*ticiis. **14.** Vocantur autem peregrini dediticii hi, qui quondam aduersus populum Romanum armis susceptis pugnauerunt 'et deinde uicti[3] se dediderunt. **15.** Huius ergo turpitudinis seruos quocumque modo et cuiuscumque aetatis manumissos, etsi pleno iure dominorum fuerint, numquam aut ciues Romanos aut Latinos fieri dicemus, sed omnimodo dediticiorum numero constitui intellegemus.

[104] **16.** Si uero in nulla tali turpitudine sit seruus, manumissum modo ciuem Romanum, modo Latinum fieri dice|mus. 4.
17. Nam in cuius persona tria haec concurrunt, ut maior sit annorum triginta, et ex iure Quiritium domini, et iusta ac legitima manumissione liberetur, id est uindicta aut censu aut testamento, is ciuis Romanus fit; sin uero aliquid eorum deerit, Latinus erit.

V. De manumissione[4] uel causae probatione. **18.** Quod autem de aetate serui requiritur, lege Aelia Sentia introductum est. nam ea lex minores XXX annorum seruos non aliter uoluit manumissos ciues Romanos fieri, quam si uindicta, apud consilium iusta causa manumissionis adprobata, liberati fuerint. **19.** Iusta autem causa manumissionis est ueluti si quis filium filiamue aut fratrem sororemue naturalem, aut

---

[1]) quique aut *C.* quique ut *edd.* quiue *ut ex Goesch. cj. ed. Stud.*
[2]) *Erant enim etiam quidam cives dediticii, velut olim Campani.*
[3]) *Sic Goeschen et V*st, *quamquam* et *errore perducto.* deinde *ut* uicti sunt *de Lachm. cj. ed. Bg.* deinde *autem* (*pro* et deinde) *ed. Bg.* 5.
[4]) *Haec inscriptio fortasse prodit cum particula* autem (§. 18 *init.*), *hoc loco in C. excidisse, quae de manumissione vindicta, censu, testamento Gaius ut Ulp. 1, 7—9 sine dubio circa initium materiae exposuit. Cf. 1, 126.*

---

§. 14. *Cf. E. Huschke Census u. Steuerverf. p.* 162 *seq.* §. 15. *Cf.* §§. 17. 26. §. 16. *Cf. Fr. Dosith.* 5. 13. §. 17. *Cf. Ulp.* 1, 6. 10. 12. 16. *L.* 11. *C. de act. empti* (4, 49). §. 18. *Cf. Ulp.* 1, 12. *Fr. Dosith.* 13. *Cic. pro Balbo* 8. *L.* 16 *pr. D. de manum. vind.* (40, 2). *L.* 27. *D. de manum. test.* (40, 4). lege Aelia Sentia] *a.* 3. §. 19. *Cf.* §. 39.

alumnum, aut p*ae*d*a*gogum,[1] aut seruum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii causa apu*d* consilium manumittat.

VII. De consilio ad*h*ibendo. **20.** Consilium autem adhibetur in urbe Roma quidem quinque senatorum et quinque *e*quitum Romanorum puberum: in prouinciis autem uiginti recuperatorum ciuium Romanorum. idque fit ultimo die conuentus; sed Romae (*serui*)[2] certis diebus apud consilium manumittuntur. Maiores uero triginta annorum serui semper manumitti solent, adeo ut uel in transitu manumittantur, ueluti cum praetor aut pro consule in balneum uel in t*h*eatrum eat. **21**. Praeterea minor triginta annorum seruus 'manumissus[3] [105] potest ciuis Romanus fieri, si ab eo domino, qui soluendo non erat, testamento eum liberum et heredem relictu*m* [4] * * * *
5. 6. | ——— vv. 24 nunc legi non possunt ——— |[5] [22] homines Latini

1) *paedagogum intellige liberorum manumissoris* (*L.* 35. *D. de fideic. lib.* 40, 5). *Infra* §. 39. *intelligitur is, qui ipsum manumissorem instituit* (*L.* 13. *D. de manum. vind.* 40, 2). *Nihil igitur mutandum.* 2) *Omissum ob simile sequens* certi-s. 3) m̄m̄ *C.* manumissione *edd.* (*praeter Stud.*). *Neque vero manumissionem et alios ad civitatem perveniendi modos Gaius comparat. Cf.* 1, 15. 16. 4) *Haec a me cum Lachm. et Boeck. ex V. retenta firmat etiam V*st. *quibus cur meo more vim intulisse dicar a Goudsm. non intellego. ipse nulla eorum quae sequi poterant ratione habita intrudit* cum liber tum et heres relictus sit *etiam per se non ferenda.* 5) *In ed.* 3. *ad perficiendam huius* §. 21. *sententiam in ipso contextu, schedis Bluhmianis nisus, ex* §. 2. *I. quib. manum.* (1, 6) *collatis* §. 1. *I. qui test. tut.* (1, 14) *L.* 5. *C. de test. tut.* (5, 28) *haec formaveram:* 'relictu*m* seru*us si*|*militer cum libertate heres scrip*tus testamen*to non praecedat*, e*t nemo alius* | *ex eo testamento heres sit. idque eadem lege Aelia Sentia cautum est.* | *idem fauore libertatis de eo seruo Pr*oculus *existimat*, | *qui sine libertate heres scriptus sit*'. — *Sed etiam reliquam partem paginae, ex qua Gösch.* 2. *eamque secutae edd. singulas tantum voces* (spurios —

§. 20. *Cf. Ulp.* 1, 13 *a.* §. 2. *I. de libert.* (1, 5). *Theophil.* 1, 5. §§. 2. 4. 1, 6. §. 4. *L.* 16 *pr. D. de manum. vind.* (40, 2). *L.* 1. *C. eod.* (7, 1). *Lex Flav. Salpens.* 28. *L.* 3 *pr. Th. C. de tutor. et cur.* (3, 17). ultimo die conv.] *qui cum toto conventu edicebatur. Cf. Suet. Galb.* 10. *Plut. Galb.* 5. §. 21. *Cf.* §. 1. *I. quib. ex caus. man.* (1, 6): *infra* 2, 154. 276. *Ulp.* 1, 14. *Fr. Dos.* 16. *L.* 27. *D. de manum. test.* (40, 4). *L.* 60. *D. de her. inst.* (28, 5).

Iuniani appellantur[1]; Latini ideo, quia adsimulati sunt Latinis coloniariis; Iuniani ideo, quia per legem Iuniam libertatem

---

creditor — sex — debitoris — legis — pecunia — ea traditione — mancipationibus — Latinam — is quia) *praestant, ad earundem Sched. ductus et sententiae probabilitatem resarcire conatus eram, in ed.* 3. *paucis in* §. 22. *mutatis, in hunc modum:* '§. 21ᵃ. *Cum uero lege* Aelia *Sentia* testamento | *primus scriptus solus ciuis Romanus fiat, placuit,* s*i quis forte* | ex *'ancilla* sua natos spurios' [*de hoc vulgari v. spuriorum usu cf. Forcellin. v. spurius in f.*] '*liberos et heredes scripse*|rit, o*mnes seruos manere, quia quis primus sit, ex* ea ora|*tione non intellegitur, nec in fraudem* creditor*um plures* ex | pa*trimonio debent decedere; denique senatus consulto ad legem* Fu*fiam* Can|*iniam facto* prouis*um est, ne in pote*state debitoris *esset eius* | legis *auctorit*atem per *hanc* ar*tem euertere*'. 21ᵇ. [*cf.* §. 17.] *'Ex iure Quiritium* | f*it* seruus *noster non per hoc solum, quod* pecunia nostra con*paratur*', [*cf. L.* 38. §. 2. *D. de lib. causa* 40, 12] | '*sed* ul*terius requiritur iusta serui acquisitio* prop|*terea* quod quaedam *etiam* non iusta*e* sunt *acquisitiones; nam* | ea, quae traditione alien*antur,* quam*uis mancipi sint, nec uel* | mancipatione *uel in iure* cess*ione uel* us*ucapio*|*ne acquiruntur, tantum in bonis fiunt*'. 22. [*cf.* §. 17.] '*Latinus fit ex* | le*ge Aelia Sentia seruus minor XXX annorum, qui testamento uel inter amicos causa probata libe*|ratur: quan*quam* Latinum ip*sa lex Aelia Sentia nondum fecit; item qui ea aetate* | *maio*r a do*mino, cuius est in bon*is, quamui*s* ius*ta manumissione* | *manumittitur, uel qui inter* am*icos liberatur*', [*Epit.* 1, 1, 2. *addidit* per epistolam et conuiuii adhibitione; *non ex Gaio. Cf.* 1, 41, 44.] '*si modo alia* | *causa libertatem non impediat*'. [*cf.* §. 44.] '*hi omnes tamen olim qui*|dem *in* for*ma libertatis seruabantur, cum praetor eos, licet* | *serui ex iure Quiritium essent, in libertate tueretur. nunc uero hi*'. *Haec omnia supplementa nunc ex textu eiciendi illa causa fuit, quod Stud.us apogr. p. XIII. et ad h. l., ut nunc comparatus est codex, Bluhmianis illis omnem fidem detrahit, adiecto in ed. praef. p. V. not.* 1 (*et ed.* 2.*Suppl.p. XX*) *etiam ipsius Bluhmii, senis tamen et se excusantis, de iis, quod fertur, iudicio* (*haec* '*olim a se obiter inspecto codice descripta esse*' *etc.*)*: verum tamen in adn. retinui, Hollwegii de eo tempore, quo Bluhmius ante quinquaginta annos codicem inspexerat suaque enotaverat, iudicio in Zeitschr. f. Rechtsgesch. V. p.* 366. *nonnihil tribuens.* [1]) *Sic Vˢᵗ, ad quem etiam in supplementis antecedentibus quaedam accommodavi.*

---

§. 21ᵃ *Cf. Epit.* 1, 2. §. 2. *infra ad* §. 45. §. 21ᵇ. *Cf.* §. 17. *cuius ordinem praescriptum Gaius etiam post in Latino accurate sequitur. Ulp.* 1, 16. *Fr. Dos.* 9. *infra* §. 35. 2, 41. 204. §. 22. *Cf. infra* 3, 56. *Ulp.* 1. 10. 12. *Fr. Dosith.* 5. 6. *Epit.* 1, 1. §. 2. inter

acceperunt, cum olim serui uiderentur esse. **23.** Non tamen illis *per*mittit lex Iunia uel ipsis testamentum facere, uel ex testamento alieno capere, uel tutores testamento dari. **24.** Quod autem diximus, ex testamento eos capere non posse, i*ta* intellegemus, '*ut* ne quid directo[1] hereditatis legatorumue nomine eos posse capere dicamus; alioquin per fideicommissum capere possunt.

25. Hi uero, qui dediticiorum numero sunt, nullo modo ex testamento capere possunt, non magis quam quilibet peregrinus; 'qui*n*[2] nec ipsi testamentum facere possunt secundum 'id quod magis[3] placuit. **26.** Pessima itaque libertas eorum est, qui dediticiorum numero sunt; nec ulla lege aut senatus consulto aut constitutione principali aditus illis ad ciuitatem Romanam datur. **27.** Quin et in urbe Roma uel intra cente- [107]
simum urbis Romae miliarium morari prohibentur; et 'si *qui* contra ea fecerint,[4] ipsi bonaque eorum publice uenire iubentur ea condicione, ut ne in urbe Roma uel intra centesimum urbis Romae miliarium seruiant, neue umquam manumittantur, et si manumissi fuerint, serui populi Romani esse iubentur. et haec ita lege Aelia Sentia conprehensa sunt.

7. *Quibus modis* Latini ad ciuitatem Romanam perveniant | **28.** Latini uero multis modis ad ciuitatem Romanam perueniunt. **29.** Statim enim ex lege Aelia Sentia[5] minores triginta annorum manumissi et Latini facti si uxores duxerint uel ciues

---

1) ne quid in directo *V*st, *puta transposito* ut *et mutato in* in — ne quid in*de* directo *cj. Goudsmit ed. Polenaar.* ne quid directo *ed. Stud.* 2) *V*st, *ut tamen* quia *notatum Stud.do visum sit, pro* quin, *ut puto, quod et cj. Goudsm. litera* n *ex inferiore versu, ubi abundat, huc tracta.* 3) *V*st *addita tamen litera* n — quod plerisque *edd. prior.* 4) *scilicet domicilio ibi collato, ut accuratius* 1, 160 *habet, quod quidam parum intellexerunt.* 5) *Quod addit h. l. C.* cautum est ut *nunc apparet glossema esse. om. etiam Polen. et Stud. edd.*

---

amicos] *Cf. Petron.* 41. §§. 23. 24. *Cf. infra* 2, 110. 275. *Ulp.* 20, 14. 22, 3. 8. *Fr. Vat.* 172. *Isidor. Or.* 9, 4. §. 51. *L.* 29. *D. de reb. dub.* (34, 5.). §. 25. *Cf.* 3, 75. 2, 285. *Ulp.* 22, 2. 20, 14. §. 26. *Cf.* §. 3. *I. de libert.* (1, 5). *Gaii epit.* 1, 1. §. 4. *infra* 1, 67. 3, 75. *Collat.* 4, 3. §. 3. §. 27. *Cf. Isidor. Or.* 9, 4. §. 52. §. 28. *Cf. Ulp.* 3, 1. *Epit.* 1, 1. §. 4. *L. un. C. de Lat. libert. toll.* (7, 6). §. 29. *Cf. Ulp.* 3, 3.

Romanas uel Latinas coloniarias uel eiusdem condicionis, cuius et ipsi essent, idque testati fuerint adhibitis non minus quam septem testibus ciuibus Romanis puberibus, et filium procreauerint, cum is filius anniculus esse coeperit, datur eis potestas per eam legem, adire praetorem uel in prouinciis praesidem prouinciae et adprobare, se ex lege Aelia Sentia uxorem duxisse et ex ea filium anniculum habere: et si is, apud quem causa probata est, id ita esse pronuntiauerit, tunc et ipse Latinus[1] et uxor eius, si et ipsa eiusdem (*condicionis sit, et ipsorum filius, si et ipse eiusdem*) condicionis sit, ciues Romani esse iubentur. **30.** Ideo autem 'in ips*orum filio*[2] adiecimus 'si et ipse e*ius*dem condicionis sit', q*uia* si uxor Latini ciuis Romana est, qui ex ea nascitur, ex nouo senatus consulto, quod auctore diuo Hadriano factum est, ciuis Romanus nascitur. **31.** Hoc tamen ius adipiscendae ciuitatis Romanae etiamsi so*li*
[108] minores triginta annorum manumissi et Latini facti ex lege Aelia Sentia habuerunt, tamen postea senatus consulto, quod Pegaso et Pusione consulibus factum est, et maioribus triginta annorum manumissis Latinis factis concessum est. **32.** Ceterum etiamsi ante decesserit Latinus, quam anniculi filii causam probarit, potest mater eius causam probare, et sic et ipsa fiet | ciuis Romana, *s*i Latina[3] fuerit, et filius, cuius *cau*s*am pro*- 8.
ba|rit.[4] permissum *praeterea est filio Latino etiam* so*li*, *ut ciuis Romanus fi*|at, *ex q*uibusdam *causis causam probare, et quanquam* | ipse filius ciuis Romanus sit, quia ex ciue Romana matre natus est, tamen debet causam probare, ut suus heres patri fiat. **32ᵃ.** (*Quae*) uero di|ximus de filio anniculo,

---

1) *Post h. v. in Vˢᵗ correctoris manu supra lineam additum* [iuni]anus *insipida magis glossa quam correctio videtur.* 2) *Possis etiam legere* in persona filii (*sic ed. Polen.*) *vel* in huius persona (*sic ed. Kr.* 2.). 3) *Abhinc hanc §. nunc, reiectis prioribus, ex Suppl. St. p. XX ed.* 2. *refeci, partim tantum sententiae in eodem spatio significandae gratia. Kr. ed.* 2 *tantum habet* fuerit, permissum, quibusdam *et* ipse filius *cum seq.* 4) *In C. videtur fuisse* fuit et filius cui causam p̄barit. *Scilicet etiam alios filios habere potest.*

---

§. 30. *Cf.* §§. 66. 80. *Ulp.* 3, 3. §. 31. *Cf. Ulp.* 3, 4. Peg. et Pus.] *cf.* 2, 254. §. 5. *I. de fideic. hered.* (2, 23) '*Vespasiani Aug. temporibus*'. §. 32. *Cf. Collat.* 16, 3. §§. 7. 15. *infra* 3. 5. §. 32ᵃ. *Cf. infra* 1, 72.

(*et de* | *filia annicula*)[1] dicta intellegemus. **32**b. *Praeterea ex lege Visellia tam maiores quam minores XXX annorum manumissi et Latini facti ius Quiritium adipiscuntur*,[2] id est fiunt ciues Romani, si Romae inter uigiles sex annis militauerint. postea dicitur factum esse senatus consultum, quo data est illis ciuitas Romana, si triennium militiae expleuerint. [109]
32c. Item edicto (*diui*)[3] Claudi*i* Latini ius Quiritium consecuntur, si nauem marinam *a*edificauerint, quae non minus quam decem milia modior*um frumen*ti capi*a*t, eaque nauis uel quae in eius locum substituta *sit*, *sex* annis frumentum Romam portauerit. **33.** Praeterea *a Nero*|ne *constitutum est edicto*[4], ut, si Latinus, qui patrimonium sestertium cc milium plurisue habebit, in urbe Roma dom*um* aedificauerit, in qu*am*[5] non minus quam partem dimidia*m* patrimoni*i* sui impenderit, ius Quiritium consequatur. **34.** Denique (*diuus*)[3] Traianus con-

---

1) *Ex Suppl. St. ed.* 2. *p. XXI. Ceterum in v.* 1—5. *iam edd. prior. sententiam perfeceram.* ciuis Rom*ana* — ipse filius c*u*ius — debet causam probare, ut *edd.* — *Quae sequuntur* §§. 32b. 32c. 33. 34. *ad usque finem p.* 9 *V. magnum ex V*st *augmentum sensere, quod abiectis iis, quae in edd.* 1. 2. *commentus eram, etiam cum emendationibus Stud.di, paucis tantum, quae indicavi, exceptis vel mutatis, huic ed.* [4.] *inserui.* 2) *Haec ad sententiam ipse supplevi.* 3) *Addidi.* 4) *In V*st *notatum fuisse puto* con, tum *et* est. *Göschenus quidem initium huius* §.*i ita restituendum censuit: ʻlege Iulia cautum est, ut Latinus, si in perficiendo* aedificio *Romae* non minus' *etc. ex L.* 139. *D. de verb. signif.* (*Ulp. lib.* 7. *ad l. Iul. et Pap.*). *Cetera tunc egregie; sed de lege Iulia nec apparet, qua ratione ea de hoc Latinorum beneficio, qui tum nondum erant, quicquam cautum esse potuerit, et L.* 64. *D. sol. matr.* (24, 3) *maxime* §. 7. *ostendit, quid in causa fuerit, ut Ulpianus hoc libro de libertis dotalibus Latinis vel facto mariti vel suo iure civitatem adeptis exponeret. Praeterea cum Gaius ordinem temporis secutus esse videatur, non dubito, ex Tacit. A.* 15, 43. *ad a.* 65. *ʻaddidit praemia pro cuiusque ordine et rei familiaris copiis' Neronis edicto hoc beneficium adscribere. Nam Vespasianus alia sanxit. Suet. Vesp.* 8. *Lex Flav. Mal.* 62. *Sed et senatus nec Tacitus meminit nec eius partes in re lege non constituta solebant esse.* 5) quo *V*st qua *cj. Stud. Sed Gaius dicere solet impendere in aliquid. Kr. ed.* 2. *ut nos.*

---

§. 32b. *Cf. Ulp.* 3, 5. — *Orelli-Henzen Inscr. III.* 6752. §. 32c. *Cf. Ulp.* 3, 6. *Suet. Claud.* 18. *Scaevola L* 3. *D. de vacat.* (50, 5). *Nov.* 8. *Theodos. II.* §. 33. *Cf. Ulp.* 3, 1. *L.* 139. *D. de verb. sign.* (50, 16). — *Tacit. A.* 15, 43. *Suet. Vesp.* 8. §. 34. *Cf. Ulp.* 3, 1. *Fr. Vat.* 233. 235.

stituit, ut si *Latinus* in urbe tri*en*nio pistrinum exercuerit, *quod in*[1] dies singulos non minus quam centenos m*odios* frumenti pinseret,[2] ad ius Quiritium peruen*iret* | [3] ——— 9.
vv. 1—3 ——— | **35.** . .[4] maiores triginta annorum manumissi et Latini facti *eo modo pos*|*sunt* ius Quiritium consequi, quo*d ut serui tri*|ginta annorum manumittant*ur iusta ac legitima manumissione ab eo, cuius ex iure Quiritium sint. itaque Latinus* | manumissus uindicta aut censu aut testamento *et ci*uis Romanus | *et eius* libertus fit, qui *e*um it*er*auerit.[5] ergo

---

1) '*in quo in*' *cj. Stud. sed ipsum pistrinum est centenarium* (*Fr. Vat.* 233) *et cf. antea* eaque nauis . . . portauerit. 2) *Quod antecedit h. v. signum fuitne* p *omisso* r (= populi Rom. *cf. Fr. Vat.* 236.) *an errore positum? Suppl. St. ed. Kr.* 2. *p. XXI. secutus nunc omisi.* 3) *Tres primos huius pag. v. nec Stud. legere potuit* (*excepta v:* (con?)sequi *in v.* 3. *med. in Suppl.*). *Quae vero ex sequentibus v.* 4 . . . 18 *passim expiscatus est, postremo etiam continuo legit, probant, haec omnia, ut etiam Krügerus* (*Krit. Beitr. p.* 114) *iudicat, ad iterationem pertinuisse, unde nunc coniicere licet, Gaium in v.* 1 . . . 3 *fere dixisse, Latinam solam etiam ter enixam ex SCto, omnem Latinum beneficio principali ius Qu.* consequi *posse, a quo ad iterationem, qua ipse patronus hoc beneficium tribuit, facilis erat transitus, velut his verbis initio* §. 35: '*Ab ipso patrono*'. 4) *Restitutio huius* §.*i, cuius ubique spatii et litterarum V*st *ratione habita in ed.* 4. *periculum feceram, multum discrepabat ab ea, quam Krügerus l. c. excogitavit, ut alia taceam, iam eo improbabilem, quod contra rationem iuris et Ulpiani auctoritatem novum ac mirum ius legis Aeliae Sentiae inducit, et circa finem ab hoc loco plane aliena de patronatus iure Gaio obtrudit. Sed nunc, ubi Suppl. St. p. XXI meliora dederunt, et ipse in multis ab illa discedere cogor, et maxime quidem iam in eo, quod* §.*i initio, deceptus falsa, uti nunc apparet, priore St.di lectione* (*velut bis* 'Latinorum' *pro* 'annorum', 'consilium' *pro* 'consequi' *etc.*), *Gaium etiam minorum XXX ann. manumissorum rationem habuisse posueram: quod omnino credibile quidem,* (*cf. Fr. Dosith.* 14. *et supra* §. 22 *in nota*), *sed an factum sit, nunc maxime coll. Ulp.* 3, 4. *in dubio relinquendum. at potius negandum est. Quae nunc propono, in omnibus fere peritis satisfactura esse confido, etiam prae ed. Kr.* 2., *quae sine causa partim aliena intrudit, partim hiatus inexpletos relinquit, partim recte tradita attentat vel omittit.* 5) *Hic usus loquendi contra Cod. auctoritatem iam post Fr. Vat.* 221 *in*

---

§. 35. *Cf. Ulp.* 3, 4. 1, 12. *Fr. Vat.* 221. *Epit.* 1, 1, 4. *Fr. Dos.* 14. *Plin. ep.* 7, 16. *Tacit. A.* 13, 27. bonorum possessio] *Cf.* 2, 88 *ibiq. cit.*

si seruus in | bonis tuis, ex iure Quiritium meus erit, Latinus quidem | a te solo fieri potest, iterari autem a me, non etiam a te potest et eo modo meus libertus fit. set et ceteris modis | ius Quiritium consecutus meus libertus fit. bono|rum autem, quae nunc aut[1] cum is morietur, reliquerit, tibi possessio | datur, quocunque modo ius Quiritium fuerit consecu|tus. quodsi cuius et in bonis et ex iure Quiritium sit manumissus, ab eodem scilicet et Latinus fieri potest et ius Quiritium consequi.

36. *Non tamen cuicumque uolenti manumittere licet.* [110]
37. *Nam is*, *qui* in fraudem creditorum uel in fraudem patroni manumitt*i*t, nihil agit, quia lex Aelia Sentia inpedit libertatem.
38. Item eadem lege minori xx annorum domino non aliter manumittere permittitur, quam si uindicta apu*d* con|silium iusta causa manumissionis adpro*b*ata '*manumis*erit.[2] **39**. Iustae autem causae manumissionis sunt ueluti si quis patrem aut matrem aut paedagogum aut conlactaneum manumittat. sed et illae causae, quas superius in seruo minore xxx annorum exposuimus, ad hunc quoque casum, de quo loquimur, adferri possunt. item ex diuerso hae causae, quas in minore xx annorum domino rettulimus, porrigi possunt et ad seruum

---

dubium vocandus non erat. 1) *Per claras litteras singulares C. Omisit Kr. ed.* 2. *in contextu quo facto v.* is *alieno loco posita ferri non potest, et miramur, quod civis Rom. liberti bonorum possessionis, non hereditatis mentio fit. Intellege:* nunc, *cum Latinus civitate mutata maiorem (immo maximam, quod nova Romana civitas ex servitute ortam libertatem ei assignat) capitis deminutionem passus etiam bona sua amittit, quae ad manumissorem non nisi Data b. p. ne pertinere possunt; et deinde* cum is (*iam civis Rom. factus*) moritur, *nec quae tum amittit bona hereditatis iure ex XII tabulis ad eum, qui cum non ex i. Q. iuste manumiserat, pervenire poterunt. Sane huic non favet ea, quae nunc dominatur falsa de cap. deminutione doctrina. Sed longa disputatio rationem etiam habens Gaii* 3, 72 *huius loci non est. Vid. autem praeter* 1, 160 *ad* 2, 157 *notata et* 3, 153. 2) fuerit *C. V*^st^ *edd. Cf. Inst.* [si] [fuerit] *ed. Kr.* 2.

---

§§. 36. 37. = *pr. I. quib. ex caus. manum.* (1, 6). *Cf. Ulp.* 1, 15. §. 38. = §. 4. *I. eod. Cf. Ulp.* 1, 13. *Fr. Dosith.* 13. *Lex Flav. Salp.* 28. *L.* 4. *C. de test. mil.* (6, 21). §. 39. *Cf.* 1, 19. §. 5. *I. quib. ex c. manum.* (1, 6). *L.* 9. 11—16. 19. 20. 25. *D. de manum. vind.* (40, 2). *L.* 21. *D. qui et a quib. manum.* (40, 9).

minorem xxx annorum. **40.** Cum ergo certus modus manumittendi minoribus xx annorum dominis per legem Aeliam
[111] Sentiam constitutus sit, euenit, ut qui XIIII annos aetatis expleuerit, licet testamentum facere[1] et in eo heredem sibi instituere legataque relinquere possit, tamen si adhuc minor sit annorum xx, libertatem seruo dare non pos*sit*. **41.** Et quamuis Latinum facere uelit minor xx annorum dominus, 'tamen nihilo minus[2] debet apu*d* consilium causam probare, et ita postea inter amicos manumittere.

42. Praeterea lege Fufia[3] Caninia certus modus constitutus est in seruis testamento manumittendis. **43.** Nam ei, qui plures quam duos neque plures quam decem seruos habebit, usque ad partem dimidiam eius numeri manumittere permittitur; ei uero, qui plures | quam x neque plures quam xxx 11r. t. s.
seruos habebit, usque ad tertiam partem eius numeri manumittere permittitur. at ei, qui plures quam xxx neque plures quam centum habebit, usque ad partem quartam potestas manumittendi datur. nouissime ei, qui plures quam C habebit nec plures quam D, 'non plures manumittere permittitur quam quintam partem;[4] neque plures '(*quam D habentis ratio habetur, ut ex eo numero pars defini*)atur,[5] sed praescribit lex, ne cui plures manumittere liceat quam C. quod[6] si quis unum
[112] seruum omnino[7] aut duos habet, ad hanc legem non pertinet,

[1]) possit, *quod hic ex C. praebent edd. multique habent Inst. codices, ex inferiore versu omissum quondam et in margine suppletum irrepsisse videtur.* [2]) *Edd. non invito C.* (*firmante* V^{st}) nihilo minus tamen *ed. Bg.* 5. *invito Gaio* (*cf.* 1, 118. 2, 170). [3]) Fufia *pro* Furia *ubique nunc ex* V^{st} *scripsi. Cf. Act. philol. Wirzeb.* 1868. *p.* 127. [4]) *Sic* V^{st} *nisi quod ante* manumittere ei, *et* ut *ante* quintam *videtur addere.* [5]) *Apparet, librarium integrum versum praetermisisse, quem, ut sensus flagitabat, aptius nunc quam olim restituisse mihi videor.* [6]) *Secundum* V^{st} *librarius* c(entum) *per errorem duplicato* q(uod) *scripsisse videtur. Sic etiam ed. Stud.* [7]) *idem fere quod tantummodo, ut saepe* (*velut Caes. b. G.* 1, 6): *itaque non transponendum.*

§. 40. *Cf.* §. 7. *I. quib. ex c. manum.* (1, 6); *infra* 2, 113. §. 41. *Cf. Fr. Dosith.* 13. §. 42. L. Fufia C.] *a.* 8. *Cf.* 2, 228. *Paul.* 4, 14. *Tit. I. de l. Fuf. Can.* (1, 7). *C.* 7, 3. §. 43. *Cf. Ulp.* 1, 24. *Paul.* 4, 14. §. 4. *L.* 22. §. 1. *D. de fideic. lib.* (40, 5).

et ideo liberam habet potestatem manumittendi. **44.** Ac nec ad eos quidem omnino haec lex pertinet, qui sine testam*ento* manumittunt.[1] itaque licet iis, qui uindicta aut censu aut inter amicos manumittunt, totam familiam 'suam[2] liberare, scilicet si alia causa non inpediat libertatem. **45.** Sed quod de numero seruorum testamento manumittendorum diximus, ita intellegemus, ne unquam ex eo numero, ex quo dimidia aut tertia aut quarta aut quinta pars liberari potest, pauciores manu*mittere* liceat quam[3] ex antecedenti numero licuit. et hoc ipsa '*lege*[4] *pr*ouisum est: erat enim sane absurdum, ut x seruorum domino quinque liberare liceret, quia usque ad dimidiam partem eius numeri manumittere ei conceditur, u*lt*erius au*tem*[5] xii seruos habenti non plures liceret manum*it*tere quam iiii; 'at
12. eis,[6] qui plures quam x neque | '*plures quam XXX habent, eadem ratione utique etiam quinque, quot X habenti licuit, manumittere licet.*[7]

---

1) *manumittuntur V*st. 2) *Kr. ed.* 2 *ut glossema eiecit.* suos 1, 53 *retinuit etiam contra Inst. codd. vid. etiam* 1, 55 *aliique loci.* 3) *Sic nunc Gösch. schedae interpretandae sunt.* 4) '*ratione*' *ed. Polen. fortasse recte cf. Paul.* 2, 1, 1. 5) *Ex Lachm. cj.* (*Mihi tamen is, qui supra voc.* concedit(ur) *tantum* terius at *scripsit, legisse videtur* concedit'ul) '*contra uero*' *ed. Bg.* '*domino uero*' *ed. Stud.* 6) *item* eis *ed. Stud. Malim* ei *pro* eis. 7) *Sententiam aliquo modo perfeci. — Ex tota p.* 12. *Bluhmius tantum isque pauca enotauit, in v.* 12. 13. 18. 19., *unde voces* liberari (*v.* 18.) *et* concedat (*v.* 19.) *in edd. receptae sunt. Conferenda autem est ad ea, quae perierunt, Gaii epit.* 1, 2. §§. 2—4. '*Nam si aliquis testamento plures manumittere uoluerit, quam quot continet numerus supra scriptus, ordo seruandus est: ut illis tantum libertas ualeat, qui prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa: qui uero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, in seruitute eos certum est permanere. Quodsi non nominatim serui uel ancillae in testamento manumittantur, sed confuse omnes seruos suos uel ancillas is qui testamentum facit, liberos facere uoluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in seruili condicione qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. nam etsi ita in testamento seruorum manumissio adscripta fuerit, id est in circulo, ut qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit agnosci, nulli ex his libertatem ualere manifestum est, si agnosci non potest, qui prior, qui posterior fuerit manumissus.* 3. *Nam si aliquis in aegritudine constitutus in fraudem huius legis facere*

---

§. 44. *Cf. Dionys.* 4, 24.

[113] —— vv. 2—24. —— | 13.

46. nam et si testamento scriptis in orbem seruis libertas data sit, quia nullus ordo manumissionis inuenitur, nulli liberi erunt; quia lex Fufia Caninia, quae in fraudem eius facta sint, rescindit. sunt etiam specialia senatusconsulta, quibus rescissa sunt ea, quae in fraudem eius legis excogitata sunt.

47. In summa sciendum est, *(quod)*[1] lege Aelia Sentia cautum '*est, ut*[2] *(patroni)* aut creditorum fraudandorum causa manumissi liberi non fiant, etiam hoc ad peregrinos pertinere, (*(nam)* senatus[3] ita censuit ex auctoritate '*(diui)*[4] Hadriani) cetera uero iura eius legis ad peregrinos non pertinere.[5]

48. Sequitur de iure personarum alia diuisio. nam quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri sunt subiectae. **49.** Sed rursus earum personarum, quae alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate, ali*ae* in manu, ali*ae* in mancipio sunt. **50.** Videamus nunc de iis, quae alieno iuri subiect*ae* sint: '*(nam)*[6] si cognouerimus, quae istae personae s*i*nt, simul intellegemus, quae sui iuris sint. **51.** Ac prius dispiciamus de iis, qui in aliena potestate sunt.

---

noluerit testamentum, sed epistolis aut quibuscumque aliis rebus seruis suis pluribus quam per testamentum licet, conferre uoluerit libertates et sub tempore mortis hoc fecerit, hi, qui prius manumissi fuerint, usque ad numerum superius constitutum liberi erunt, qui uero post statutum numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt. 4. *Nam si incolumis quoscumque diuerso tempore manumisit, inter eos, qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur'. Ex his tamen Epitomator ea, quae* §§. 3. 4. *continentur, aliunde quam ex Gaio sumsisse videtur.* [1]) '*(cum)*' *ed. Bg.* [2]) sit aut *Sched. etiam* V^{st}, *corruptum, ut puto, ex* ē ut: *sed acceptum pro* si ut *effecit, ut corrector postea super* manumissi *suppleret* sint. *idem quod secundum* V^{st} *inter* aut *et* creditorum, *alieno sane loco, signum superposuit* 11, *eo significare mihi videtur voluisse, omissum aliquid esse (puta v.* patroni *coll.* §. 37) *quod in margine sub eodem signo supplere oblitus est. certe non dubitandum, etiam apud peregrinos, etiamsi non omnes, patronis aliquod ius in bonis libertorum fuisse.* [3]) senatus *C. edd. Bg. Stud. cf.* 1, 54. [4]) *Addidi ex perpetuo Gaii more.* [5]) *Sequitur linea vacua.* [6]) *Ex Dig. et Inst. supplevi.*

---

§. 46. *Cf. supra* §. 21ᵃ. *L.* 37. *D. de condit. et dem.* (35, 1). §. 47. *Cf.* §. 37. §§. 46—51. = *L.* 1 *pr. D. de his qui sui* (1, 6). *pr. I. eod.* (1, 8). §. 49. *Cf. Fr. Vat.* 298. 300. *Lex Flav. Salp.* 22.

52. In potestate itaque sunt serui dominorum. quae qui-
dem potestas iuris gentium est: nam apu*d* omnes peraeque [114]
gentes animaduertere possumus, dominis in seruos uitae necis-
que potestatem esse, et quodcumque per seruum adquiritur,
14. id domino 'adquiri.[1] **53.** Sed hoc tempore neque ciuibus |
Romanis, nec ullis aliis hominibus, qui sub imperio populi
Romani sunt, licet supra modum et sine causa in seruos suos
saeuire: nam ex 'constitutione sacratissimi[2] imperatoris An-
tonini qui sine causa seruum suum occiderit, non minus teneri
iubetur, quam qui alienum seruum occiderit. sed et maior quo-
que asperitas dominorum per eiusdem principis constitutionem
coercetur: nam consultus a quibusdam praesidibus prouincia-
rum de his seruis, qui ad fana deorum uel ad statuas principum
confugiunt, praecepit, ut si intolerabilis uideatur dominorum
saeuitia, cogantur seruos suos uendere. et utrumque recte fit:
*m*ale enim nostro iure uti non debemus; qua ratione et pro-
digis interdicitur bonorum suorum administratio. **54.** Cete-
rum cum apu*d* ciues Romanos duplex sit dominium (nam uel
in bonis uel ex iure Quiritium uel ex utroque iure cuiusque
seruus esse intelleg*i*tur), ita demum seruum in potestate do-
mini esse dicemus, si in bonis eius sit, etiamsi simul ex iure
Quiritium eiusdem non sit: nam qui nudum ius Quiritium in
seruo habet, is potestatem habere non intellegitur.

55. Item in potestate nostra sunt liberi nostri, quos iustis
nuptiis procreauimus. quod ius proprium ciuium Romanorum
est: fere enim nulli alii sunt homines, qui talem in filios suos
15. habent potestatem, qualem nos habemus. idque diu*us* Ha|dria-

---

1) adquiritur *C. edd. Sed sententia et res ipsa* (*cf.* 1, 54. 2, 88.) *exigunt, ut cum Haloandro* (*ad Dig. l. c.*) *legamus* adquiri. 2) constitutiones *C. in quo Stud.us apogr. p.* 300. *literam* s *mero calami lapsui tribuit. Sed collata L.* 9. *D. ad SC. Tertull.* (38, 17) *etiam h. l., ubi Gaius sui imperatoris primum mentionem facit*, sacratissimi *cum prior. edd. retinere malui.*

---

§. 52. = *L.* 1. §. 1. *D. de his q. sui* (1, 6). §. 1. *I. eod.* (1, 8). §. 53. = *L.* 1. §. 2. *D.* §. 2. *I. eod. Cf. Collat.* 3, 2. 3. prodigis] *Cf. Paul.* 3, 4ª. §. 7. §. 54. *Cf.* §§. 21ᵇ. 35. *infra* 2, 40. 88. 3, 166. *Ulp.* 1, 16. *Theophil.* 1, 5. §. 4. §. 55. = *L.* 3. *D. de his q. sui v. al. iur.* (1, 6). *pr.* §. 2. *I. de patr. pot.* (1, 9). *infra* §. 93. *Dionys.* 2, 26. Galatarum] *cf. Caes. de b. Gall.* 6, 19.

nus edicto, quod proposuit de his, qui sibi liberisque suis ab
eo ciuitatem Romanam petebant, significauit. 'nec me prae-
terit', *ait*, 'Galatarum gentem credere, in potestate parentum
liberos esse'.[1] **56.** *'Iustas autem nuptias contraxisse*
[115] *liberosque iis procreatos in potestate habere ciues Romani*
ita intelleguntur,[2] si ciues Romanas uxores duxerint, uel etiam
Latinas peregrinasue, cum quibus conubium habeant: cum
enim conubium id efficiat, ut liberi patris condicionem sequan-
tur, euenit, ut non (*solum*) ciues Romani fiant set (*et*) in pote-
state patris sint. **57.** Unde *et* ueteranis quibusdam concedi
solet principalibus constitutionibus conubium cum his Latinis
peregrinisue, quas primas post missionem uxores duxerint; et
qui ex eo matrimonio nascuntur, et ciues Romani et in pote-
statem parentum fiunt. **57^{a}.** *'Cum seruilibus uero personis*
ne nuptiae quidem sunt. **58.** *Sed nec liberas omnes nobis*
uxores ducere licet:[3] nam a quarundam nuptiis abstinere
debemus. **59.** Inter eas enim personas, quae parentum libe-
rorumue locum inter se optinent, nuptiae contrahi non pos-
sunt,[4] nec inter eas conubium est, uelut inter patrem et filiam
uel inter matrem et filium uel inter auum et neptem; et si
tales personae inter se coierint, nefarias | et incestas nuptias 16.

---

1) *Cum in C (et V^{st}) sit diui* Hadriani *et superscripta* c *super ultimam litteram v.* significauit, *illud retinens Polenar ed.:* significa*tur sic:* „nec me praeterit, Galatarum....esse". *sed cum etiam post* praeterit *littera* a *a librario posita sit, mox male expuncta, cum potius* it *post eam repetendum esset, malim:* significauit. 'nec me praeterit', ait 'Galatarum' *etc. quae quidem corrector perperam vocula* c(um) *addita cum* significauit *coniungere voluit, veram labem, quae erat in* a(it), *tollere oblitus.* 2) *Restitui. Ipse librarius lacunam videtur significasse duos versus vacuos relinquens.* 3) *Rursus duorum versuum lacunam a librario relictam, ut sententiam significarem, replevi. In his Gaius primo loco servilium personarum mentionem non habere non potuit. Cf. praeter* §§. 1. 10. *I. de nupt.* (1, 10) *Ulp.* 5, 4. 5., *cuius auctoritati plus tribuendum fuit, quam Bgii in ed.* 5., *aliena haec a Gaiana commentatione esse statuentis. Post spatium 'Sciendum autem est non omnes nobis uxores ducere licere' ed. Bg.* 4) *Exciderit h. l.* quia.

---

§. 56. *Cf. Ulp.* 5, 2 *seq.* §. 57. *Cf. tabulas honestae missionis, quae adhuc exstant.* §§. 58. 59 = §. 1. *I. de nupt.* (1, 10). *Cf. Ulp.* 5, 6. *Paul.* 2, 19. §. 6. *Collat.* 6, 3. §. 1.

contraxisse dicuntur. et haec adeo ita sunt, ut quamuis per adoptionem parentum liberorumue loco sibi esse coeperint, non possint inter se matrimonio coniungi, in tantum, ut etiam dissoluta adoptione idem iuris maneat; itaque eam, quae mihi per adoptionem filiae aut neptis loco esse coeperit, non potero[1] uxorem ducere, quamuis eam emancipauerim.[2] **60.** Inter eas quoque personas, quae ex transuerso gradu cognatione iunguntur, est quaedam similis obseruatio, sed non tanta.
61. Sane '(*enim*)[3] inter fratrem et sororem prohibitae sunt [116]
nuptiae, siue eodem patre eademque matre nati fuerint, siue alterutro eorum: sed si qua per adoptionem soror mihi esse coeperit, quam diu quidem constat adoptio, sane inter me et eam nuptiae non possunt consistere; cum uero per emancipationem adoptio dissoluta sit, potero eam uxorem ducere; sed et si ego emancipatus fuero, nihil impedimento erit nuptiis. **62.** Fratris filiam uxorem ducere licet: idque primum in usum uenit, cum diuus Claudius Agrippinam, fratris sui filiam, uxorem duxisset: sororis uero filiam uxorem ducere non licet. et haec
17. ita principalibus constitutionibus significantur. | Item amitam et materteram uxorem ducere non licet. **63.** item eam, quae mihi quondam socrus aut nurus aut priuigna aut nouerca fuit. ideo autem diximus 'quondam', quia si adhuc constant eae nuptiae, per quas talis adfinitas quaesita est, alia ratione mihi nupta esse non potest, quia neque eadem duobus nupta esse potest, neque idem duas uxores habere. **64.** Ergo si quis nefarias atque incestas nuptias contraxerit, neque uxorem habere uidetur, neque liberos: itaque hi, qui ex eo coitu nascuntur, matrem quidem habere uidentur, patrem uero non utique, nec ob id in potestate eius sunt, (*sed*) sunt, quales ii[4], quos mater uulgo concepit: nam et hi patrem habere non intelleguntur, cum is

---

1) potero eam V^{st}. 2) emancipauerimus V^{st}. 3) *Ex Inst. supplevi.* 4) quales sunt *C. edd. Cf.* §. 12. *I. de nupt.* (1, 10). *Inde fortasse rectius:* (*sunt, sed tales*) sunt, quales sunt hi *ed. Kr.* 2.

---

§§. 60. 61. = §. 2. *I. de nupt.* (1, 10). *Cf. Ulp.* 5, 6. §. 62. *Cf.* §§. 3. 5. *I. eod. Ulp.* 5, 6. *Collat.* 6, 4. §. 5. *Tacit. A.* 12, 5 *seq.* 13, 2. *Suet. Claud.* 26. 39. 43. *Dio* 68, 2. §. 63. *Cf.* §§. 6. 7. *I. eod. Ulp.* 5, 6. *Collat.* 6, 3. §. 3. §. 64. *Cf.* §. 12. *I. eod. cum Schrad.*

etiam incertus sit; unde solent spurii filii appellari, uel a Graeca uoce quasi σποράδην concepti, uel quasi sine patre filii.[1]

65. *Aliquando autem euenit, ut liberi, qui statim quidem ut na*ti[2] sunt, parentum in potestate non fiant, ii postea
[117] tamen redigantur in potestatem. **66.** *Uelut si Lati*nus ex lege Aelia Sentia uxore ducta filium procreauerit, aut Latinum ex Latina aut ciuem Romanum ex ciue Romana, non habebit eum in potestate; '*sed si poste*a causa *probata ciuitatem Romanam* | conse*cutus fuerit*, '*ciuem* Romanum eum simul[3] in potestate | sua 18.
habere incipit. **67.** Item si ciuis Romanus Latinam aut peregrinam uxorem duxerit per ignorantiam, cum eam ciuem Romanam esse crederet, et filium procreauerit, hic non est in potestate eius, quia ne quidem ciuis Romanus est, sed aut Latinus aut peregrinus, id est eius condicionis, cuius et mater fuerit, quia non aliter quisque ad patris condicionem accedit, quam si inter patrem et matrem eius conubium sit: sed ex senatusconsulto permittitur causam erroris pro*b*are, et ita uxor quoque et filius a*d* ciuitatem Romanam perueniunt, et ex eo tempore incipit filius in potestate patris esse. idem iuris est, si eam per ignorantiam uxorem duxerit, quae dedi*ti*ciorum numero est, nisi quod uxor non fit ciuis Romana. **68.** Item si ciuis Romana per errorem nupta sit peregrino tamquam ciui Romano, permittitur ei causam erroris probare, et ita filius quoque eius et maritus a*d* ciuitatem Romanam perueniunt, et aeque simul incipit filius in potestate patris esse. idem iuris est, si peregrino tamquam Latino ex lege Aelia Sentia nupta sit; nam et de hoc specialiter senatusconsulto cauetur. idem iuris est aliquatenus, si ei, qui dedi*ti*ciorum numero est, tamquam ciui Romano aut Latino 'e lege Aelia

---

1) *Sequitur linea vacua.* 2) *Ex Inst. Sed sequentium causa addidi* 'quidem'. *ut et Theophilus legisse videtur.* 3) simul ergo eum *Sched. Gösch. quod antea in edd. retentum cum vix huius loci sit, in C. vel archetypo potius fuerit* c̄rom. *transposita v.* simul; *nam etiam filium civem Rom. factum, si non erat, tacere Gaius non poterat* (*cf.* 1, 67); *hoc vero recepto etiam in interpretandis iis, quae praecedunt in Gösch. et Bluhm. Sched., aliquid mutandum erat.*

---

§. 65. = §. 13. *I. eod.* §. 66. *Cf. Ulp.* 7, 4. *supra* §. 29. §. 67. *Cf. Ulp.* 7, 4. 5, 9. *infra* 2, 142. 3, 5. 73. *Collat.* 16, 2. §. 5. 16, 3. §§. 7. 15. *supra* §. 26. *Hoc senatusconsultum antiquius fuisse alio sub Hadriano facto, apparet ex* 2, 142. 143. §. 68. *Cf. Ulp.* 7, 4.

Sentia[1] nupta sit; nisi quod scilicet qui dediticiorum numero est, in sua condicione permanet, et ideo filius, quamuis fiat ciuis Romanus, in potestatem patris non redigitur. **69.** Item
19. t. s. si Latina peregrino, quem Latinum esse cre|deret, '(*e lege*) Aelia Sentia[2] nupserit, potest ex senatusconsulto filio nato causam erroris probare: *et ita*[3] omnes fiunt ciues Romani, et [118.]
filius in potestate patris esse incipit. **70.** Idem 'constitutum est *et*[4] si Latinus per errorem peregrinam quasi Latinam aut ciuem Romanam e lege Aelia Sentia uxorem duxerit. **71.** Praeterea si ciuis Romanus, qui se credidisse*t* Latinum 'esse, ob id Latinam tamquam modo e lege Aelia Sentia uxorem dux*eri*t,[5] permittitur *ei* filio nato erroris causam probare: item 'hi*s*, qui cum[6] ciues Romani essent, peregrinos se esse cred*i*disse*nt* et peregrinas uxores duxissent, permittitur ex senatusconsulto filio nato causam erroris pro*b*are. quo facto fiet uxor ciuis Romana et filius 'quo*que ex e*a[7] non solum *ad ciu*itatem Romanam peruenit, sed etiam in potestatem patris redigitur. **72.** Quaecumque de filio esse diximus, eadem et de filia dicta intellegemus. **73.** Et quantum ad erroris causam probandam attinet, nihil interest,

---

1) a. se lege a. s. *V*st. ut secundum legem Aeliam Sentiam *ed. Polen. Cf. sequentem notam.* 2) *Sensu exigente addidi. Puto vero primum litteris* e l(ege) *ob vicinas litteras* creder-et *olim omissis, ceteras* a. s. *ad marginem aliquando (h. e. in antiquiore codice, Veronensi priore, quod mirum videri Bgio ed.* 5. *non debebat) suppletas pervenisse in* §. 69., *ubi nunc v.* 20. *ante* e lege A. S. *in C. leguntur, ab edd. recte omissae sunt. vid. ibi not.* 3.
3) '*et ita*' *edd. prior. Suppl. St. favent.* 4) *Ex V*st, *nisi quod* ut *pro* et *scriptum fuisse visum est.* 5) *V*st, *sed addito* et *post* esse *et verbis h. l. necessariis* tamquam . . . duxissent (*hoc facto ex* duxerit) *in fine periodi post* causam probare *transpositis, ubi ulterius corrupta et in edd. leguntur. Nunc* (*in ed.* 5) *tamen etiam* m̊ = modo *retinui, quod C. habet post* tanq(uam), *eo, ut puto, sensu, ut non quasi naturaliter Latinus Latinam uxorem duceret, sed ut ex lege A. S.* (§. 29) *causa probata aliquando cum uxore et filio civitatem Rom. consequeretur. Secus sc. in eo, qui peregrinum se errore credidit esse. Kr. ed.* 2 *ante* Latinam ob id *delendum suspicans, post illam v.* (*uxorem duxerit*) *et postea post* tanquam (*si*) *de suo addit. Non probo.* 6) *In V*st *est:* hi qui c'; h*is qui licet edd.* hiis *qui* cum *ed. Bg.* 5. 7) *Sic nunc Bluhmiana interpretor.*

---

§. 72. *Cf. supra* §. 32a. *Ulp.* 3, 3. §. 73. *Cf. supra* §. 29.

cuius aetatis filius sit filia*ue*[1], ’*cum senatusconsulto nihil de ea re caueatur: nisi forte*[2] | Latinus ’*uel Latina proponatur*,[3] qui*a etiam ex ipsa lege Aelia Sentia Lati*|ni, si[4] minor anniculo s*i*t filius filiaue, causa probari non potest. nec me praeterit, in aliquo rescripto diui Hadriani ita esse constitutum, tamquam quod ad erroris quo*que* | *causam* pro*b*andam ’*anni*cu*lu*m *filium* fac*tum* nec*esse* s*it*;[5] | ’*sed non semper uideri debet genera*l*e i*us *in*du|ctum. cu*m*[6] imperator ’*e*pis*tulam ad*
[119] *q*uendam[7] dedit. | **74.** ’Si peregrinus (*cum ciuem Romanam* 20. t. s.
se crederet)[8] ciuem Romanam uxorem d*u*xerit, an e*x* senatus consulto *causam* pro|bare *possit*, qu*ae*situm *est*.[9] *nec tamen potest*, *quia id peregrino senatus consulto non da*|*tur*, quamuis i*p*se decep*tus* mal*e* ciuem Roman*am duxerit*, *nisi*[10] | hoc ei specialiter concessum est. sed cum peregrinus ciuem Romanam uxorem duxisset et filio nato alias ciuitatem Romanam consecutus esset, deinde cum qu*ae*reretur, an causam probare posset, rescripsit imperator Antoninus, perinde posse eum causam pro*b*are, atque si peregrinus mansisset. ex quo colligimus, etiam peregrinum causam pro*b*are posse. **75.** Ex iis, quae dixi-

[1]) *Ex V*st *et Gösch. Sched.* [2]) *Sensus explicandi causa restitui, notis scriptum arbitratus* ‘*cum*’, ‘*consulto*’, ‘*nihil*’ *et* ‘*caueatur*’. [3]) *Item restitui notis adhibitis in* ‘*uel*’ *et* ‘*proponatur*’. [4]) *Sic nunc quae desunt restituere malui*, *cum* ni si *initio v.* 19. *certum esse videatur.* [5]) *Probabilem sensum restitui pro spatii modo et partim secundum ductus Sched., quos interpretor:* anniculum filiū fact. necesse sit. *Igitur v.* ‘*attinet*’ *omissa est, ut fieri solet* (1, 136. 4. 80). [6]) *Ductus Sched. servans tanquam notas non continentes restitui.* [7]) *Similiter restitui* (*erat;* epistulā). tuendam *ex Bluhm. Sched. edd. Sed Goescheno prima littera incerta visa est. Ad rem cf. Schulting pro rescriptis imp.* §. 4. *Puchta Inst. I.* §. 111. [8]) *Nunc* (*in ed.* 5) *addidi. Cf.* §. 75. [9]) *Haec quidem in V*st (*et similiter in Suppl. St. p. XXIII.*) *quamvis C. hic difficillimo lectu, etiam inde a verbis* duxerit an *aliquatenus certa videntur: sed tamen* b *lectum putavi pro* c̄ (causam). *Quae vero Kr. ed.* 2 *deinde proxime post lacunam quasi in C. lecta et tantum initio suppleto habet:* ‘*probare* | causam non potest’, *ea etiam Suppl. St. p. XXIII ignorata unde sumpta sint et quid sibi velint, non video.* [10]) *Huiusmodi quid certe sensus flagitat, et cum a St.do relata concinere viderentur, haec quoque, quanquam minus certa, in textum recipere conatus sum.*

§. 74. *Cf. supra* §. 68. §. 75. *Cf.* §. 68.

mus, apparet, 'siue ciuis Romanus peregrinam siue peregrinus ciuem Romanam uxorem duxerit, eum qui nascitur peregrinum *esse; sed* si quidem p*er* error*em* tale matrimonium contractum fuerit, emendari (*potest eius*) uitium *secundum*[1] ea, quae superius diximus; si uero nullus error intervenerit, (*set*) scientes suam condicionem ita coierint, nullo cas*u* emendatur uitium eius matrimonii.

76. Loquimur autem de his scilicet, (*inter*) quos conubium non sit; nam alioquin si ciuis Romanus peregrinam, cum qua ei conubium est, uxorem duxerit, sicut supra quoque diximus, iustum matrimonium contrahi*t* et tunc ex iis qui nascit*ur*, ciuis Romanus est et in potestate patris erit. **77.** 'It*em*que[2] si ciuis Romana peregrino, cum qu*o* ei conubium est, nupserit[3], peregrinu*s* sane procreatur et is iustus patris filius est, tamquam
21. si ex peregrina eum procreasset. | hoc tamen tempore *e* senatus- [120]
consulto, quod auctore diuo sanctissimo Hadriano[4] factum est, etiam si non fuerit conubium inter ciuem Romanam et peregrinum, qui nascitur, iustus patris filius est. | **78.** Quod autem diximus, inter ciuem Romanam peregrinumque *nisi* conu*bium sit*,[5] *qui* | nascitur, peregrinum esse, 'e *lege Minicia uenit*,[6] *qua cautum* | 'est, ut is quidem[7] *deterioris* parentis condi-

[1]) *Ex* V^{st}. *Sed* p(otest) e(ius) *post* emenda-ri *supplevi et initio v.* 14. *quae retulit St.* e' ex. cl, *interpretor fuisse* secd., *fortasse a librario corrupta.* emendari uitiu*m* eius ex *senatus consulto* l*icet* (*secundum*) *ed. Stud.* [2]) *Ex Lachm. cj.* itaque *Sched.* V^{st} (*pro* itēque). [3]) nupserit | erit V^{st} *et deinde* peregrinum. [4]) hadriano s̄ V^{st}. *sed cum de interpretatione* sanctissimi (*L.* 3. *D. de natal. rest.* 40, 11. *L.* 87. §. 4. *D. de leg.* 2. *C. I. L.* V. 1. *num.* 875[b]. 1874. 3329), *quod in nota* s̄ *accipio, an* sacratissimi (*cf. ad* 1, 53) *dubitare liceat, certe haec vox ex perpetua etiam in inscriptionibus consuetudine nomini imperatoris praeponenda est. Cf. etiam* 1, 74. 2, 285. *Addidit puto Gaius hoc elogium vel non addidit, prout in ipso senatusconsulto invenerat; nam ex actis Hadriani in senatu tantum refertur.* [5]) *Sic, quod in ed.* 4. *suppleveram, secundum Suppl. St. p. XXIV mutavi.* [6]) *vel* '*lege Minicia efficit*(*ur*)', *cum* uenit *in C. fuisse negetur.* [7]) e ut si is qdem V^{st} *litteris maximam partem pallidis, e quibus* si *vitio librarii tribuo. Quae sequuntur in h.* §., *ex* V^{st}, *postquam plene innotuit, et quae legi non potuerunt, ad sensum et spatii rationem restitui. Pro*

§. 76. *Cf.* §. 56. §. 77. *Cf. Liv.* 23, 2. §. 6. 31, 31. §. 11. 38, 36. §. 6. §. 78. *Cf. Ulp.* 5, 8.

cionem *sequatur.* | eadem lege e*x d*iuerso cau*tum est, ut etiam* si peregrinam, *cum* | qua ei conubium non sit, uxorem *duxerit ciuis Romanus* peregri|nus ex eo coitu nascatur. sed ’(*non*) hoc maxime casu neces|saria lex Minicia (*fuit*); nam (*in priore*)[1] remota ea lege ’qui *nascebatur*[2] condicionem sequi deb*ebat matris ciui*s *Romanae, quia* ’ex iis, inter quos non[3] | est conubium, qui nascitur iure gentium matris con|dicion*i* accedit. qua parte autem iubet lex, ex ciue Romano et pe|regrina peregrinum nasci, superuacua uidetur; | nam etiam remota ea lege hoc utique iure gentium | futurum erat. **79.** Adeo autem hoc ita est, ut ’si ciui Romano *Latina nupta sit, qui nascitur, matris condicioni accedat; nam in lege Minicia quidem peregrinorum nomine comprehenduntur non*[4] | solum exter*ae* nationes et gentes, sed etiam qui La|tini nominantur; sed ad alios Latinos pertinet, qui proprios populos propriasque civitate*s* habebant et erant peregrinorum numero. **80.** Eadem ratione ex contrario ex Latino et ciue Romana, siue ex lege Aelia Sentia siue aliter | *contract*um fuerit matrimonium, ciuis
[121] Romanus nascitur. fuerunt | tamen, qui putauerunt, ex lege 22.
Aelia Sentia contracto matrimonio Latinum nasci, quia uidetur eo *c*asu per legem Aeliam Sentiam et Iuniam conubi*um* inter eos dari, et semper conubium eff*i*cit, ut qui nascitur, patris condicioni accedat; al*i*ter uero contracto matrimonio eum, qui nascitur, iure gentium matris condicionem sequi et ob id esse ciuem Romanum; sed hoc iure utimur, (*quod*) e*t*[5] senatus consulto, quod auctore diuo Hadriano (*factum est*) significatur,

‘*deterioris*’ *potest etiam fuisse* ‘peregrini’. [1]) *His demum verbis h. l. suppletis sensui, quo exigente iam in ed.* 4 *(non) et (fuit) addideram, plene satisfit; quem nihil supplens Kr. ed.* 2 *pervertit.* [2]) *Pro hoc ed. Kr.* 2 *habet* diuersam *et postea ut nos nunc* sequi ’deb*ebat* pro sequebatur *ex Suppl. St. p. XXIV. sed litteris partim maxime dubiis.* [3]) *Ex Suppl. St. p. XXIV.* [4]) *Haec quoque mea supplementa eorum, quae nunc V*st *praestat, ad sensum et spatii modum accommodavi. De initio notat Stud., post* ut *fortasse scriptum fuisse* sicr. *Nunc in Suppl. negat post* ut *exstitisse* si. *Ergo fortasse* ex cive Rom. et Latina. [5]) *Omisso v.* quod *in fine versus, librarium* ex *scripsisse et post etiam* f(actum) e(st) *omisisse puto. certe illud enunciatum* ut . . . nascatur *nonnisi a priore* hoc iure utimur *pendere potest.*

§. 79. *Cf.* §§. 29. 22. *Ulp.* 3, 3.

ut quo(*quo*)modo[1] ex Latino et ciue Romana natus ciuis Romanus nascatur. **81.** *H*is *con*uenient*er* et*iam* illud 'senatusconsulto diu*us* Hadrian*us* auctor significauit,[2] ut ex Latino et peregrina, item contra ex peregrino et Latina *(qui)* nascitur, matris condicionem sequatur. **82.** Illud quoque his consequens est, quod ex ancilla et libero iure gentium seruus nascitur, et contra ex libera et seruo liber nascitur. **83.** Animaduertere tamen debemus, ne iuris gentium regulam uel *l*ex aliqua uel quod leg*is* uicem optinet, aliquo casu commutauerit. **84.** Ecce enim ex senatusconsulto Claudiano poterat ciuis Romana, quae alieno seruo uolente domino eius coi*i*t, ipsa ex pactione libera permanere, sed seruum procreare; nam quod inter eam et dominum istius serui conuenerit, 'eo[3] senatusconsulto ratum esse iubetur. sed postea diuus Hadrianus, iniquitate rei et
23. inelegantia iuris motus, restituit iuris gen|tium regulam, ut
cum ipsa mulier libera permaneat, liberum pariat. **85.** '*(Item* [122]
e lege Latina)[4] ex a*n*cilla et libero poterant l*i*ber*i* nasci; nam ea lege cauetur, ut si quis cum aliena ancilla, quam credebat

1) qm *V*st *unde recte* quo(*quo*)modo *ed. Polen.* 2) diuo Hadrianos (*sed* s *expunctum*) auctor significauit *V*st, senatus consult*um* diuo Hadriano auctor*e* significauit *ed. Stud. aeque bene.* 3) ex *C. edd.* 4) *Restitui. Librarius hic spatium duarum litterarum reliquit, quod explevi* '*Item*'. *Deinde vero* '*e. l. latina*' *olim ob similitudinem cum sequenti* ex ancilla *facile omitti potuit. Legem enim hanc Romanam non fuisse, apparet tam ex fine quam ex initio §i* 86. *collato cum SC. Claudiano.* (*Quod non curans supplevit* '*Etiam lege Aelia Sentia*' *Bg. ed.* 5.) *Neque vero alius populi peregrini legem Vespasianus facile mutasset, qui contra in iure Latinorum tantum innovavit, ut qui ante eum Latii ius obtinuissent, Latini veteres dicerentur* (*Tacit. A.* 4. 5 *et infra not. ad* 1, 95). *Sed et simile quid in nuptiis Romanorum nobilium cum Latinis feminis et contra, bello contra spem exorto, cautum videmus SCto a. u.* 269. *Dionys.* 6, 1. *Denique* '*lege Latina*' *i. e. iure Latino aliquid obtinere Gaius perinde dicere poterat, atque Tryphoninus L.* 12. §. 9. *D. de captiv.* (45, 15) *dixit* '*lege nostra*' *i. e. iure Romano. Vid. etiam* 1, 193. 3, 96.

§. 82. *Cf. infra* §§. 88. 59. *Ulp.* 5, 9. *Paul.* 2, 24. §§. 1—3. *pr. I. de ingen.* (1, 4). §. 83. *Cf. L.* 24. *D. de statu hom.* (1, 5). §. 84. *Cf. Paul.* 2. 21. *Tac. A.* 4. 10. §. 2. *ibique not. L.* 3. *Th. C. ad SC. Claud.* (4, 9). *infra* §§. 91. 160. §. 85. *Cf. L.* 2 *pr. D. ne de statu def.* (40, 15). *L.* 3. *C. sol. matr.* (5, 18).

liberam esse, coierit, siquidem masculi nascantur, liberi sint, si uero feminae, ad e*u*m pertinea*n*t, cuius mater ancilla fuerit. sed et in hac specie diuus Vespasianus, in*e*legantia iuris motus, restituit iuris gentium regulam, ut omnimodo, etiamsi masculi nascantur, serui sint eius, cuius et mater fuerit. **86.** Sed illa pars eiusdem legis salua est, ut ex libera et seruo alieno, quem sciebat seruum esse, serui nascantur. itaque apud quos talis lex non est, qui nasc*it*u*r*, iure gentium matris condicionem sequitu*r* et ob id liber est.

87. Quibus autem casibus matris et non patris condicionem sequitur qui nascitur, *i*isdem casibus in potestate eum patris, etiamsi is ciuis Romanus sit, non esse plus quam manifestum est. et ideo superius rettulimus, quibusdam casibus per errorem non iusto contracto matrimonio senatum interuenire et emendare uitium matrimonii, eoque modo 'plerumque[1] efficere, ut in potestatem patris filius redigatur. **88.** Sed si ancilla ex ciue Romano conceperit, deinde manumissa ciuis Romana facta sit, et tunc pariat, licet ciu*i*s Romanus sit qui nascitur, | sicut pater eius, non tamen in potestate patris est, 24.
quia neque ex iusto coitu conceptus est, neque ex ullo senatusconsulto talis coitus quasi iustus constituitur.

89. Quod autem placuit, si ancilla ex ciue Romano conceperit, deinde manumissa peper*er*it, qui nascitur, liberum nasci, (*na*)turali ratione fit; nam hi, qui illegitime concipiuntur, statum sumunt ex eo tempore, quo nascuntur; itaque si ex libera nascuntur, liberi fiunt, nec interest, ex quo mater
[123] eos conceperit, cum ancilla fuerit: at hi, qui legitime concipiuntur, ex conceptionis tempore statum sumunt. **90.** Itaque si cu*i* mulieri ciui Romanae praegnanti aqua et igni interdictum fuerit, eoque modo peregrina '*fac*ta tunc[2] pariat, complures disting*u*unt et puta*n*t, si quidem ex iustis nuptiis conceperit, ciuem Romanum ex ea nasci, si uero uolgo conceperit, peregrinum ex ea nasci. **91.** Item si qua mulier ciuis Romana

1) *Cf.* §. 68. 2) *Ex V*st *sic facilius legitur.* fiat et tunc *edd. prior.*

§. 87. *Cf.* §§. 66 *seq.* §. 88. *Cf. L.* 46. *D. de adopt.* (1, 7). §. 89. *Cf. Ulp.* 5, 10. *L.* 18. 24. *D. de statu hom.* (1, 5). *Quintil. I. O.* 3, 6. §. 25. *L.* 1. §. 2. *L.* 9. *D. ad munic.* (50, 1). §. 90. *Cf.* §. 161. §. 91. *Cf.* §§. 64. 160. *Ulp.* 11, 11. *Paul.* 2, 24. §§. 2. 3.

praegnas ex senatusconsulto Claudiano ancilla facta sit ob id, quod alien*o* seruo inuito et denuntiante domino eius (*coiit*), conplures *distingu*unt et existimant, si quidem ex iustis nuptiis conceptus sit, ciuem Romanum ex ea nasci, si uero uolgo conceptus sit, *seruum* nasci eius, cuius mater facta esset ancilla. **92.** *Pere*grina quoque si *u*ulgo conceperit, deinde ciuis Romana '*fact*a nunc [1]pariat, ciuem Romanum parit; si uero ex
25. peregrino | secundum leges moresque peregrinorum concepit, ita uidetur ex senatusconsulto, quod auctore diuo Hadriano factum est, ciuem Romanum parere, si et patri *e*ius ciuitas Romana donet*ur*.[2]

93. Si peregrinus sibi liberisque suis ciuitatem Romanam petierit, non aliter filii in potestate eius fiunt, quam si imperator eos in potestatem redegerit: quod ita demum is facit, si causa cognita aestimauerit, hoc filiis expedire: diligentius autem exactiusque causam cognoscit de impuberibus absentibusque: et haec ita edicto diui Hadriani signific*an*tur. **94.** Item si quis cum uxore praegnante ciuitate Romana donatus sit, quamuis is, qui nascitur, ut supra dixi, ciu*i*s Romanus sit, tamen in potestate patris non fit: idque subscriptione diui 'sanctissimi[3] Hadriani significatur. qua de causa qui intellegit, uxorem suam esse pr*a*egnatem, dum ciuitatem sibi et uxori ab imperatore petit, simul ab eodem petere debet, ut eum, qui natus erit, in potestate sua habeat. **95.** Alia causa est eorum, [124]
qui 'Lati*i* iure[4] cum liberis suis ad ciuitatem Romanam perueniunt; nam horum in potestate fiunt liberi. **96.** [5]Quod ius

---

1) *V*st *post trium litterarum spatium*, tunc *habere videtur. Fuerit* facta n̄c. 2) *Ex V*st. *Rectius vero pro* donet *scriptum foret* donata sit. 3) s *V*st. *cf.* 1, 77. 4) *Sic nunc etiam V*st Latini sunt *et edd. Cf. de hoc et de tota re post Madvig. opusc. p.* 273. *lib. nostrum 'Gaius' p.* 3 *seq. et Rudorfii disp. crit. de maiore ac. min. Latio. Berol.* 1860. 5) *Num. §i edd.* 1. 2. *omissum hic ponere placuit.*

L. 5. §§. 2. 3. *L.* 18. *D. de statu hom.* (1, 4). *L.* 4. *C. de poen.* (9, 47). §. 92. *Cf.* §§. 77. 94. §. 93. *Cf.* 2, 135a. 3, 20. *Collat.* 16, 7. §. 2. *Plin. ep.* 10, 6. *Paneg.* 37. *supra* §. 55. §. 94. *Cf.* §. 92. §. 95. Quod ius] *Cf. Ascon. in Cic. Pison. p.* 3. *Bait. Cic. ad Attic.* 5, 11. §. 2. *Suet. Aug.* 47. *Strabo* 4, 1. §. 13. *p.* 186. *Plin. N. H.* 3, 3 (4). §§. 18. 20. 23. 24. 30. *c.* 20 (24). §. 133. *Tacit. A.* 15, 32. *H.* 3, 55. *Plin. paneg.* 37. 39. *Spartian. Hadr.* 20. *Orell.* 4040.

quibusdam peregrinis 'ciuitatibus datum est uel a populo Romano uel a senatu uel a Caesare — — — — aut maius est Latium aut minus; maius est Latium, cum et hi, qui decuriones leguntur, et ei, qui honorem aliquem aut[1] | magistratum gerunt,[2] ciuitatem 26.
Romanam censecuntur; minus Latium[3] est, cum hi tantum, qui uel magistratum uel honorem gerunt, ad ciuitatem Romanam perueniunt. idque conpluribus epistulis principum[4] significatur.

97. *Non solum tamen naturales liberi secundum ea, quae* diximus, in potestate nostra sunt, uerum et hi, quos adoptamus. **98.** Adoptio autem duobus modis fit, aut populi auctoritate, aut i*m*perio magistratus, uel*ut* praetoris. **99.** Populi auctoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt:
[125] qu*a*e species adoptionis dicitur adrogatio, quia et is, qui adoptat, rogatur, id est interrogatur, an uelit eum, quem adoptaturus sit, iustum filium esse: et is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur; et populus rogatur, an id fieri iubeat. imperio magistratus adoptamus eos, qui in potestate parentium

---

1) *Totum hoc supplementum debetur V*st. *In lacuna, quae restat, Stud.dus nihil praeter particulam aliquam perisse putat velut 'Set'. Cum vero librarius spatium hic, si omnino, certe non maius quam verbi gratia v.* 10. *reliquisse putandus sit, malim: 'aliq(uo) ceterum'. Polen. suppleri vult:* dicit(ur)q(ue) maius Latium. n(am). *Stud. in ed.:* huius autem iuris duae species sunt: nam. *De re notaveram edd.* 1. 2.: *Maius Latium dici coepit ius Latii inde a Vespasiano. primum Hispaniae, ita datum, ut hae civitates magis populi Rom. municipia, licet civium Latinorum, quam ut antiquitus hoc iure dato (Plin. N. H.* 3, 1. §. 3. 3, 3. §. 4. 3, 4. §. 4. 4, 22. §. 35.) *coloniae Latinae (supra* §. 22. *Suet. Caes.* 8. *Ascon. in Cic. Pison. init. Dio* 43, 39) *esse, ideoque (cf. 'Gaius' p.* 7—10) *qui magistratum ibi gererent, de ipso populo Rom. bene merere viderentur, ut iam quasi radicitus et tanquam iusti et legitimi cives Rom. (Leg. Acil. repet. c. de civitate danda; L.* 32. *D. de iure fisci* 49, 14), *qui tribus et iuris honorum Romae participes fierent, etiam cum parentibus et liberis et uxore in civitatem venirent. Cf. etiam Gell.* 16, 13. — *Sed iam totus hic de Latii iure locus novo indiget tractatu.* 2) *Veri simile est, librarium hic integrum versum omisisse huius sententiae:* nec ipsi solum sed etiam liberi et parentes. 3) *V*st latum *edd. praeter meas* 1. 2. 4) *ad praesides puta datis. — Sequens v.* 8. *rubricae tantum videtur destinatus fuisse.*

---

§. 97. = *pr. I. de adopt.* (1, 11). *Cf. Ulp.* 8, 1. §§. 98. 99. = *L.* 2 *pr. D. de adopt.* (1, 7). §. 1. *I. eod.* (1, 11). *Cf. Ulp.* 8, 2. 3. *Gell.* 5, 19. *Cic. pro domo* 29, 77.

sunt, siue primum gradum liberorum optineant, qualis est filius et filia, siue inferiorem, qualis est nepos neptis, pronepos proneptis. **100.** Et quidem illa adoptio, quae per populum fit, nusquam nisi Romae fit; a*t* haec etiam in prouinciis apu*d* praesides earum fieri solet. **101.** Item per populum feminae
27. non adoptantur, nam id magis placuit; apud | praetorem uero uel in prouinciis apu*d* proconsule*m* legatumue etiam feminae solent adoptari. **102.** Item inpuberem apu*d* populum adoptari aliquando prohibitum est, aliquando permissum est: nunc ex epistula optimi imperatoris Antonini, quam scripsit pontificibus, si iusta causa adoptionis esse uide*b*itur, cum quibusdam condicionibus permissum est. apud praetorem uero et in prouinciis apud proconsulem legatumue cuiuscumque '(*quemque*)[1] aetatis adoptare possumus. **103.** Ill*ud*[2] utriusque adoptionis commune est, quod[3] et hi, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt; **104.** femin*ae* uero nullo modo adoptare possunt, quia ne quidem naturales liberos in potestate habent. **105.** Item 'si(*ue*)[4] quis per populum siue apu*d* praetorem uel apu*d* praesidem prouinciae adoptauerit, potest eundem alii in adoptionem dare. **106.** 'Sed et ill*ud*, (*quod*) quaes*itum*[5] est, an minor natu maiorem natu adoptare possit, utriusque adoptionis commune est. **107.** '*Hoc uero*[6] proprium est eius adoptionis, quae [126]
per populum fit, quod is, qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subicitur, sed etiam liberi eius in eiusdem fiunt potestate *t*anquam nepotes. |

---

1) *Addidi.* 2) uero, *quod C. et edd. addunt, Digesta et Inst. ignorant, ex geminata* u *vocis* utriusque *enatum*, *omisi.* 3) *Ex Dig. et Inst.* quia *C. ed. Bg.* 4) si *C. edd.* 5) set illa quaestio *C.* Set illud (*quoque quod* quaesit*um*) *ed. Bg.* illa quaestio . . . (*omisso* est) *et in fine* communi*s* est *ed. Stud.* 6) *Ex Dig.* Illut (*factum sc. ex* h'.ů) *C. edd.*

---

§. 100. *Cf. Ulp.* 8, 4. §. 101. *Cf. Ulp.* 8, 5. *L.* 21. *D. de adopt.* (1, 7). *Gell.* 5, 19. *L.* 8. *C. de adopt.* (8, 48). §. 102. *Cf. Ulp.* 8, 5. §. 3. *I. de adopt.* (1, 11). *Gell. l. c.* §. 103. = *L.* 2. §. 1. *cit.* §. 9. *I. de adopt.* (1, 11). *Cf. Ulp.* 8, 6. §. 104. = §. 10. *I. eod. Cf. Ulp.* 8. 8[a]. §. 105. *Cf.* §. 8. *I. eod.* §. 106. *Cf.* §. 4. *I. eod. L.* 16. *L.* 40. §. 1. *D. eod.* (1, 7). *Cic. pro domo* 13. 14. §. 107. = *L.* 2. §. 2. *D. h. t.* §. 11. *I. eod. Cf. Ulp.* 8, 8. *L.* 15 *pr. L.* 40 *pr. D. h. t.*

108. [1]*Nunc de his personis uideamus, quae in manu* 28.
nostra sunt. quod et ipsum ius proprium ciuium Romanorum est. **109.** Sed in potestate quidem et masculi et feminae esse solent; in manum autem feminae tantum conueniunt. **110.** Olim itaque tribus modis in manum conueniebant, usu, farreo, coemptione. **111.** Usu in manum conueniebat, quae anno continuo nupta 'perseuerab*at*; *quia enim*[2] uelut annua possessione usu capiebatur, in familiam uiri transibat filiaeque locum optinebat. itaque lege duodecim tabularum cautum est, ut si qua nollet eo modo in manum mariti conuenire, ea quotannis trinoctio abesset atque eo modo cuiusque anni (*usum*)[3] interrumperet. sed hoc totum ius partim legibus sublatum est, partim ipsa desuetudine obliteratum est. **112.** Farreo in manu*m* conueniunt per quoddam genus sacrificii, quod Ioui[3] Farreo fit (*et*) in quo farreus panis adhibetur, unde etiam confarreatio dic*i*tur; complura praeterea huius iuris ordinandi gratia cum certis et sollemnibus uerbis, praesentibus decem testibus, aguntur et fiunt. quo*d* ius etiam nostris temporibus in usu est: nam flamines maiores, id est Diales, Martiales, Qui-
[127] rinales, item[4] | reges sacrorum, nisi '(*qui*) ex farreatis nati 29.

---

1) *Duos versus rubricae causa vacuos reliquisse librarius videtur, ex quibus unum Gösch. explevit.* 2) pseuerabantn *C sed litteras* nt *fortasse per correcturam in* tq *mutatas esse notat V*st. perseuerans, dum *ed. mea prior;* perseuerabat; quae enim *ed. Bg.* perseuerabat; nam *ed. Gösch.* 3) usum *h. l. videtur omissum, cum aliquando sequens vox* interrum-peret *priore parte notata esset.* 4) *Sic V*st. *Scripsi vero* Farreo *non* farreo, *ne dubitaretur, hunc ipsum Iovem farreum, ut alius dapalis* (*Cat.* 132), *Iuno a februis februlis, alii dii similiter appellatum esse; apparet enim, Gaium hoc velle, et a deo Farreo, cui sacrificium fieret, et a farreo pane, qui in eo sacrificio adhiberetur, confarreationem dictam esse, eaque sola de causa dei, cui hoc sacrificium fit, mentionem facere. Cf.* 1, 99. *Antea ex cj. edideram* '*a nupta* farreo' '*salso* farreo' *ed. Bg.* 5.

---

§. 108. *Cf.* §. 55. *Dionys.* 2, 25. §. 110. *Cf. Serv. ad Georg.* 1, 31. *Boeth. ad Cic. Top. c.* 3. *p.* 299 *Bait. Arnob.* 4, 20. §. 111. *Cf. Cic. pro Flacco* 34. *Serv. l. c. Boeth. l. c. Macrob. Sat.* 1, 3. *Gell.* 3, 2. *infra* §§. 115b. 118. legibus] *Cf. Tacit. A.* 4, 16. §. 112. *Cf. Ulp.* 9. *Serv. l. c. ad Aen.* 4, 104. 374. *Dionys.* 2, 25. *Plin. H. N.* 18, 3, 11. *Tacit. A.* 4, 16. 53. *Gell.* 1, 12. *Lamprid. Alex. Sev.* 22 *cum Madvig. advers. crit. II. p.* 638.

sunt, non leguntur:[1] ac ne ipsi quidem sine co*n*farreatione sacerdotium habere possunt. **113.** Coemptione uero in manum conueniunt per mancipatione*m*, *id est* per quandam imaginariam uenditionem: 'nam adhibitis non m*i*nu*s* quam v. testibus ciuibus Romanis puberibus, item 'libripend*e*, asse emit eum (*mulier et is*) mulierem,[2] cuius in manum conuenit. **114.** Po*t*est autem coemptionem facere mulier non solum cum marito suo, sed etiam cum extraneo; scilicet aut matrimonii causa facta coemptio dicitur, aut fiduciae; *quae* enim cum marito suo facit coe*m*ptionem, (*ut*) apu*d* eum filiae loco sit, dicitur matrimonii causa fecisse coemptionem; quae uero alterius rei causa facit coemptionem aut cum uiro suo aut cum extraneo, uelut tutelae euitandae causa, dicitur fiduciae causa fecisse coemptionem. **115.** Quod est tale: si qua uelit quos habet tutores '*d*eponere[3] et alium nancisci, illis tutoribus (*auctoribus*) coemptionem facit; deinde a coemptionatore remancipata ei, cui ipsa uelit, et ab eo uindicta | manumissa incipit eum habere tu*t*orem, (*a*)

[1]) exfarreatis nationle|gunt' *V*st; *littera* o *pro* s *scripta vel lecta videtur, itaque ante* qui *omissum.* [2]) *Sic formato supplemento omnimodo necessario significavi, librarium, cum v.* mulierem *errore bis scriptum putaret, secundum solum ut sine vitio exaratum descripsisse. Nec aliter locum vexatissimum recte constitui posse existimo, in quo tamen v.* asse, *quod praeterea* a *notatum in hoc cod. non invenitur, dubium est. Ceterum etiam maritum in coemtione a muliere quasi emtum esse, auctores sunt praeter ipsam coemtionem, quam mulier cum marito facere dicitur, Varro teste Nonio* 12, 50. *s. v. Nubentes, Serv. ad Aen.* 4, 103. 214. *ad Georg.* 1, 31. *Isidor. orig.* 5, 24, 26. *Neque obstat emtionis vox, quae (ab* ἐμοῦ *dicta) nihil aliud significat, quam iure aliquo suum facere id quod emitur, hic suum maritum et patrem familiae, qui iam et dote data uxori rei uxoriae actione obligabatur; nam et familiae emtor non tam res quam fictam ipsam testatoris personam rerum dominam et sua superiorem quasi suam facit sibique adiungit.* libripendaemit eum mulierem *V*st — libripend*e* emit *is* mulierem *ed. Stud.* [3]) *Sic ed. Stud.* reponere *C. edd. etiam meae.*

§. 113. *Cf. Cic. l. c. de orat.* 1, 56, 237. *Serv. ad Aen.* 4, 103. 214. *ad Georg.* 1, 31. *Non.* 12, 50. *Boeth. l. c. Isidor. Or.* 5, 24. §. 26. adhibitis . . . . libripende] = *Priscian.* 6, 96. *p.* 726 *Putsch. p.* 282 *Hertz.* §. 114. *Cf. Cic. pro Mur.* 12. *Boeth. et Serv. ll. cc. Dionys.* 2, 25. *infra* 1, 136. 2, 159. §. 115. *Cf. Fest. v. Remancipatam p.* 277; *infra* §. 166.

quo manumissa est; qui tutor fiduciarius dicitur, sicut (*ex*) inferioribus appare*b*it. **115ª**. 'Olim *quid*em[1] etiam testamenti faciendi gratia *f*iduciar*i*a fiebat coemptio: tunc enim non alit*er* feminae testamenti faciendi ius habebant, exceptis qui*bus*dam personis, quam si coemptionem fecissent remancipataeque et manumissae fuissent; set hanc nec*essitate*m coemptionis fa-cien*dae* ex auctoritate diui Hadriani senatus remisit; 'cens*entu*r enim i*pso iure* | feminae *capite deminutae.*[2] | **115ᵇ**. Si ta*men*
[128] *mulier*[3] fiduciae causa c*u*m *ui*ro *suo f*ecer*it* coemp*tio*n*em*, nihilominus filiae loco incipit esse: nam si omnino qualibet ex causa u*x*or in manu uiri sit, placuit eam filiae iura nancisci.[4]

116. Superest, ut exponamus, quae personae in mancipio sint. **117**. Omnes igitur liberorum personae, siue masculini siue femini*ni* sexus, quae in potestate parentis sunt, mancipari ab hoc eodem modo possunt, quo etiam serui mancipari possunt. **118.** Idem iuris est in earum personis, quae in manu sunt: nam feminae a coemptionatoribus eodem modo possunt (*mancipari, quo liberi a parente 'possunt, in tantum*)[5] quidem, *ut quam*uis *e*a s*ol*a apu*d* coemptionatorem f*i*liae loco sit, *quae ei* nupta sit, *tamen* nihilo minus etiam | quae ei nup*t*a 31.
non *si*t nec ob id filiae loco sit, ab eo mancipari possit. **118ª**. (*Set*)[6] plerumque solum et a parentibus et a coemptionatoribus mancipantur, cum uelint parentes coemptionatoresque (*e*) suo iure eas personas dimittere, sicut inferius euidentius apparebit. **119**. Est autem mancipatio, ut supra quoque diximus, imagi-

[1]) Olim olim *C.* olim *edd.* [2]) *Restitui nunc* (*ed.* 4) *propius ad Hollw. Sched. ductus sane incertos et sensum. Ed. prior. pro* ipso iure . . cap. min. *feceram* fecissent . . coemptionem. *Kr. ed.* 2 *hiatum indicat.* [3]) *Göschen. volebat* '*Si qua tamen*' *vel* '*licet autem mulier*'. [4]) *Sequitur linea vacua.* [5]) *Hoc si scriptum ponis* possintt, *ostendit, qua ratione librarius omnia haec omittere potuerit.* '*mancipatur; adeo*' *ed. Bg.* [6]) *Supplevi ex praecedente* possit.

§. 115ª. *Cf. Cic. Top.* 4. *Liv.* 39, 9. *Gell.* 1, 12. §. 115ᵇ. *Cf.* §§. 114. 118. 3, 14. §. 117. *Cf. Dionys.* 2, 27. *Plut. Num.* 17 *fin. infra* 1, 132. *L.* 10. *C. de patr. pot.* (8, 47). §. 118. *Cf.* §§. 114 *seq.* 123. 137. §. 118ª. *Cf.* §§. 132 *seq.* §. 119. = *Boeth. in Top.* 5. *p.* 322 *Bait. Cf. supra* §. 113. *Ulp.* 19, 3. 4. *Varro de L. L.* 5, 34. §. 163. 9, 49. §. 83. *Epit.* 1, 6. §. 3. *Theophil.* 1, 12. §. 6. *Fest. v. Rodus p.* 265. *C. Aelius apud Priscian.* 8, 4. *p.* 792 *P.* qui libram — libripens] = *Priscian.* 6 *fin. p.* 726 *P.*

naria quaedam uenditio: quod et ipsum ius proprium ciuium Romanorum est; eaque res ita agitur: adhibitis non minus qu*am* quinque testibus ciuibus Romanis puberibus et praeterea alio eiusdem condicionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens, is, qu*i* mancipio 'accipit, aes[1] tenens ita dicit: HVNC EGO HOMINEM EX IV*RE* QVIRITIVM MEVM ESSE AIO ISQVE MIHI EMPTVS ESTO HOC AER*E* AENEAQVE LIBRA; deinde *a*ere percutit libram idque aes dat ei, a quo mancipio accipit, quasi preti*i* loco. **120.** Eo modo et seruiles et liberae [129]
personae mancipantur; animalia quoque, quae mancipi sunt, quo in numero habentur boues, equi, muli, asini; item praedia tam urbana quam rustica, quae et ipsa mancipi sunt, quali*a* sunt Italica, eodem modo solent mancipari. **121.** In eo solo praediorum mancipatio a ceterorum mancipatione differt, quod personae serui*l*es et liberae, item animalia, quae mancipi sunt, nisi in praesentia sint, mancipari non possunt; adeo quidem, |
32. ut eum, (*qui*) mancipio acc*i*pit, adprehendere id ipsu*m*, quod e*i* mancipio dat*ur*, necesse sit; unde etiam mancipatio dicit*ur*, quia manu res capitur: praedia uero 'in[2] absentia solent mancipari. **122.** Ideo autem aes et libra adhibetur, quia olim aereis tantum nummis utebantur; et erant asses, d*u*pondii, semisses, quadrantes, nec ullus aureus uel argenteus nummus in usu erat, sicut ex lege XII tabularum intellegere possumus; eorumque nummorum uis et potes*t*as non in numero erat, sed in pondere; n*amque*[3] *uel*uti asses librales erant,[4] et d*u*pondi*i*

[1]) *Ita rectius Bg. ex Boethio.* accipit rem *C.* accipit rem aes *et mea prior ed. ex 'Gaius' p.* 27. [2]) *Hic in fine versus addidi, quod in C. secundo v. superiore ante* mancipio *abundat.* [3]) *Scripsi, cum in V*st *prima littera sit* n. '*aliquo aeris*' *ed.* 3. '*nummorum*' *ex Lachm. cj. ed. Bg.* [4]) '*tum* erant *bilibres; unde*' *ed. Bg. Quod ex C. Bluhm. refert* fuerant, *id ed.* 3 *interpretatus eram p.* II erant. '*Nam sic et notare et praeponere* '*pondo*' *et accusativum adhibere solebant. Vid. I. F. Gronov. de pec. vet.* 1, 6, *p.* 27.' *Sed post V*st *Gaianum potius videtur quod nunc edidi.*

§. 120. *Cf. Ulp.* 19, 1. *supra* 1, 113. 117. *infra* 2, 19. 21. 27. 35. §. 121. *Cf. Ulp.* 19, 6. *Isidor. Or.* 5, 25. §. 31. *Varro de L. L.* 6, 8. §. 85. §. 122. *Cf. Plin. N. H.* 33, 3, 13. *Dionys.* 9, 27. *Gell.* 20, 1. *Isidor. Or.* 10, 67. 16, 18. §. 5. *et* 25. §. 3. *Priscian. p.* 708. 1347 *P. Fest. v. Pendere. Grave aes. Dispensatores p.* 208. 98. 72. *Schol. Pers.* 2, 59.

*du*ar*um librarum*, unde etiam dupondius dictus *est*, *qua*si duo pondo: quod nomen adhuc in usu retinetur. semiss*es quo*que et quadrante*s* pro rata scilicet portione ad pondus examinati erant. *t*unc *igitur et* qui daba*t alicui*[1] pecuniam, non adnumerabat eam, sed appendebat; unde serui, quibus permittitur *ad*minis*t*ratio pecuniae, *d*ispen*s*atores appellati sunt et '*a*d *h*unc *diem dicun*|tur.[2] **123.** [3]Si tamen quaerat ali*quis*,
[130] *qu*a re si *qu*a coemptio|*nem fecit*, *differat a mancipatis*, illa quidem, quae coemptionem fac*it*, *non* de*ducitur in* seruilem condici|onem, a*t a parentibus et a coemptionatori*|*bus* mancipa*ti* mancipataeue seruorum loco constituuntur, adeo quidem, ut ab eo, cuius in mancipio | sunt, neque hereditate*m* 33.
neque legata aliter capere poss*i*nt, quam si *si*mul eodem testamento liberi esse iubeantur, sicuti iuris est in persona seruorum. sed differentiae ratio manifest*a* e*st*, cum a parentibus et a coemptionatoribus *i*isdem uerbis mancipio 'accipi*a*ntur,[4] quibus serui; quod non similiter *f*it in *coemptione*.[5]

124. Videamus nunc, quo modo *ii*, qui alieno iuri *sub*i*e*cti sunt, eo iure li*b*erentur.

125. Ac prius de his dispiciamus, qui in potestate sunt. **126.** Et quidem seru*i que*madmodum potestate liberentur, ex his intell*eg*e*r*e possumus, quae de seruis manumittend*is superius* exposuimus. **127.** [6]Hi uero, qui *in potestate parentis sunt, mortuo eo sui iuris fiunt. sed hoc di*stinctionem recipit; nam *mortuo pat*re san*e* omnimodo filii filiaeue sui iuris efficiunt*ur*; mortuo uero auo *non omni*modo *nepotes neptes*|ue sui *i*uris *fiunt*, *sed ita si post mortem aui* in patris sui potestatem recasuri non s*unt*. *ita*que si moriente auo *pater eorum et uiuat et in potesta*te patris fuerit, tunc post

---

1) *Haec maxime respondere Sched. videntur. possis tamen etiam facere*: convenienter qui dabat olim. 2) *Ex Hollw. et mea cj. restitui.* 3) *In restituenda hac* §. *post V*st *paululum deflexi ab his, quae ed.* 3. *proposueram.* 4) accipiuntur *C. ed. Bg.* 5) *Ex Gösch. ed.* 2. *restitui.* 6) *Supplementa debentur Inst.*

§. 123. *Cf.* §§. 113. (*cum ibi citt.*) 138. 2, 160. 3, 114. *et Gell.* 18, 6. *unde apparet, quosdam uxorem, quae coemptionem fecerat, in manu et mancipio viri esse dixisse.* §. 124. = *pr. I. quib. mod. i. pot. solv.* (1, 12). §. 125. *Cf.* §§. 13 *seq.* §. 126. = *pr. I. cit.* superius] *cf. ante* §. 18. *not.* §. 127. = *pr. I. cit. Cf. Ulp.* 10, 2.

ob*itum aui* in pat*ris* sui potestate fiunt; si uero is, quo tempore au*us* moritur, aut iam mor*tuus est aut* exiit de potestate (*patris, tunc hi, quia in potestatem*) eius cadere non possunt, [131]
34. sui iuris fiunt. **128.** Cum | autem is, cui ob aliquod maleficium 'ex lege (*aliqua uelut ex lege*) Cornelia[1] aqua et igni interdicitur, ciuitatem Romanam amitt*at*, sequitur, ut qui*a* eo modo ex numero ciuium Romanorum tollitur, proinde ac mortuo eo desinant liberi in potestate eius esse: nec enim ratio patitur, ut peregrinae condicionis homo ciuem Romanum in potestate habeat. pari ratione et si ei, qui in potestate parentis sit, aqua et igni interdictum fuerit, desinit in potestate parentis esse, quia aeque ratio non patitur, ut peregrin*ae* condicionis homo in potestate sit ciuis Romani parentis. **129.** Quodsi ab hostibus captus fuerit parens, quamuis seruus hostium fiat, tamen pendet ius liberorum propter ius postlimini*i*, 'qu*o*[2] hi, qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omn*ia* pristina iura recipiunt; itaque reuers*us* habebit liberos in potestate: si uero illic mortu*us* sit, erunt quidem liberi sui iuris; sed utrum ex hoc tempore, quo mortu*us* est apud hostes parens, an ex illo, quo ab ho*st*ibus captus est, dubitari potest. ipse quoque filius neposue si ab hostibus captus fuerit, similiter dicemus, propter ius postlimini*i* potestatem quoque parentis in suspenso esse. **130.** Praeterea exeunt liberi uiriles sexus
35. de parentis potestate, si flamines Diales inaugurentur, et | feminini sexus, si uirgines Vestales capiantur. **131.** Olim 'qui*dem*,[3] quo tempore populus Romanus in Latinas regiones colonias deducebat, (*et*) qui iu*s*su parentis in coloniam Latinam nomen dedissent,[4] desinebant in potestate *pa*rentis esse, quia effice-

---

1) *Ex V*st*, sed necessario suppletum.* ex lege poenali *edd. prior. secundum Gösch. Schedas correctas.* 2) quia *Inst.* quod *V*st*, sed ut puto nota erronea.* 3) qq. *C. V*st (*sed pro* qd, *ut puto; cf.* 1, 157). quoque *edd., quod non est huius loci.* 4) *Ex V*st *partim cj. sed certa secundum Suppl. St. p. XXV.*

---

§. 128. = §. 1. *I. ib. Cf. Ulp.* 10, 3. §. 129. = §. 5. *I. ib. Cf. Ulp.* 10, 4. dubitari potest] *C. Paul.* 2, 24. §. 1. *L.* 12. §. 1. *L.* 18. *L.* 22. §. 2. *D. de captiv.* (49, 15). §. 130. *Cf. Ulp.* 10, 5. *infra* §. 145. 3, 114. *Tacit. A.* 4, 16. *Gell.* 1, 12. *Plutarch. Num.* 10. §. 131. *Cf. Cic. pro Caec.* 33. 34. *pro Balbo* 11—13. *pro domo* 30. *Boeth. in Top.* 4. *p.* 302 *Bait.*

[132] rentur[1] alterius ciuitatis ciues.[2] **132.** '*Praeterea*[3] emancipatione desinunt liberi in potestate parent*iu*m esse. set filius quidem tribus mancipationibus, ceteri uero li*b*eri, siue masculini sexus siue feminini, una mancipatione exeun*t* de parentium potestate: lex enim XII tabularum tantum in persona fili*i* de tribus mancipationibus loquitur *h*is uerbis: 'si pater (*ter*) filium uenum du*it*, filius (*a*) patre liber esto'.[4] *eaque* res ita agitu*r*: mancipat pater filium alicui; is *e*um uindicta manumittit: eo fact*o* reuertitur in potestatem patris; is eum iterum mancipat uel eidem uel alii (set in usu est, eidem mancipari) isque eum postea similiter uindicta manumittit; eo facto (*cum*) rursus in potestatem patris fueri*t* reuer*sūs*,[5] tertio pater eum mancipat uel eidem uel alii (set hoc in usu est, ut eidem manci*petur*) *eaque* mancipatione *de*sini*t* *in* *potest*ate *p*atris ess*e*, *et*iamsi nondum manumissus sit, set adhuc in causa mancipii |[6] ————————

1) *Ex V*[st]*; quae legi non potuerunt, ad sensum et spatium supplevi.* 2) *Sequitur linea vacua.* 3) *Ex Inst. et Bg. ed.* 5. *addidi.* 4) *Ex V*[st]*; v.* ter *post* pater *verisimilius excidit quam post* filium; *quanquam Ulp.* 10, 1. *accuratius verba legis retulisse videtur.* 5) *Ex V*[st] *ita locus hic et paulo post reficiendus videbatur. Confirmarunt Suppl. St. p. XXV.* 6) *Nihil fere in hac pagina legi potuit, nisi a Stud., praesertim in Suppl. fere haec: v.* 6. patrono in bonis lib(*erti?*), *v.* 11 *initio* mancipatione exeunt de patris pote — *v.* 12 *medio* m(anu)m(issae) fuerint; *ut Gaius hic de iure patris emancipatoris in bonis emancipati eodem fere ac quod manumissori in bonis liberti competit, egisse videatur, postea vero de eodem emancipationis ceterarum praeter filium personarum iure, ubi una mancipatio et manumissio sufficiebat. quod firmat Gaii epit. Itaque in priore paginae parte initio sequebatur fere 'sit apud eum, cui mancipatus est. a quo si rursus manumittatur, sui iuris fit'. Rursus haec quae exceperint, cognosci iam certo potest ex Gaii epit.* 1, 6. §. 3 *med.: 'Tamen cum tertio mancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei a fiduciario patre remancipetur, et a naturali patre manumittatur, ut si filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate naturalis pater, non fiduciarius, succedat. Feminae uel nepotes masculi ex filio una emancipatione de patris uel aui exeunt potestate et sui iuris efficiuntur. Et hi ipsi quamlibet una mancipatione de patris uel aui potestate exeant, nisi a patre fiduciario*

§. 132. *Cf. Gai. epit.* 1, 6. §. 3. *Ulp.* 10, 1. §. 6. *I. quib. mod. i. pot. solv.* (1, 12); *infra* §. 135. 2, 141. 3, 6. 4, 79. *Dionys.* 2, 27.

36. t. 8. **133.** [1]*Admonendi autem sumus, liberum arbitrium esse ei, qui filium et ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem* [133] *potestate dimittere, nepotem uero in potestate retinere: uel ex diuerso filium quidem in potestate retinere, nepotem uero manumittere, uel omnes sui iuris efficere. eadem et de pronepote dicta esse intellegemus.*

134. [2]*Praeterea parentes etiam liberos in adoptionem datos in potestate habere desinunt. et in filio quidem, si in*
37. *adoptionem datur, tres mancipationes* | et duae intercedentes manumissiones proinde fiunt, ac fieri solent, cum ita eum pater de potestate dimittit, ut sui iuris efficiatur. deinde aut patri remancipatur, et ab eo is, qui adoptat, uindicat apu*d* praetorem, filium suum esse, et illo contra non uin*di*cante 'a[3] praetore uindicanti filius addicitur, aut 'non remancipatur[4] patri, '*sed* | *a*b *e*o uindic*a*t is qui adop*tat*, *apud* que*m in tertia*[5] mancipatione est: set sane commodius est patri remancipari.[6] in ceteris uero liberorum personis, seu masculini seu feminini sexus, una scilicet mancipatio sufficit, et aut remancipa*n*tur parenti aut non remancipa*n*tur. eadem et in prouinciis apu*d*

---

remancipati fuerint et a naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, nisi fiduciarius, a quo manumissi sunt. Nam si remancipatum eum sibi naturalis pater uel auus manumiserit, ipse eius in hereditate succedit'. Cf. §. 6. *I. quib. mod. ius pot. solv., verb. 'Et tunc ex edicto Praetoris etc.'* [1]) *Est* §. 7. *I. h. t. L.* 28. *D. de adopt.* (1, 7) *a Gösch. recte h. l. posita, quamquam Stud. nihil eorum conspexit. Mihi tamen verisimilius visum est, initium §i in Iustiniani Inst. fidelius quam in Dig. ex Gaio transumptum esse; unde ex illis restitui. 'Liberum arbitrium est ei' ed. Bg. Nec quicquam, si sententiam spectas, inter haec et ea, quae not. anteced. significavi, interiisse videtur.* [2]) *Initium hoc deperditum ex Göscheni fere restitutione ad sensum demonstrandum supplevi. Nihil enim inter hanc* §. *et* 133. *intercidisse, ex* §§. 7. 8. *I. quib. mod. i. pot. solv.* (1, 12) *apparet.* [3]) *Hoc* a *fugitivum in C. inter* uindicat *et* apud *positum huc revocandum erat.* [4]) *Ex Scheurlii cj. firmata V*st. iure mancipatur *C. edd.* [5]) *Ex V*st *et partim ex Scheurlii cj.* [6]) *sc. ab eo, cui in adoptionem daturus est, ne aliam personam, cui mancipetur, adhibere necesse sit. Scheurl.*

---

§. 134. *Cf. maxime Plin. ep.* 8, 18. §. 4. *praeterea Gell.* 5, 19. *Suet. Oct.* 64. *Cic. de fin.* 1, 7. *Tertull. apol.* 9. *L. ult. C. de adopt.* (8, 48). §. 8. *I. t. c.* (1, 12).

praesidem prouinciae solent fieri. **135.** Qui ex filio semel iterumue mancipato conceptus est, licet post tertiam mancipationem patris sui nascatur, tamen in aui potestate est, et ideo ab eo et *e*mancipari et in adoptionem dari potest. a*t* is, qui ex eo filio conceptus est, qui in tertia mancipatione est, non
[134] nascitur in aui potestate: set eum Labeo quidem existimat in eiusdem mancipio esse, cuius et pater sit: utimur autem hoc iure, ut quamdiu pater eius in mancipio sit, pendeat ius eius; et si quidem pater eius ex mancipatione manumissus erit, 'cad*a*t[1] in e*i*us potestatem; si uero is, dum in mancipio sit, de|cesserit, sui iuris fiat. **135**[a]. Eadem scilicet' intel*legemus* 38.
in nepote, cum semel is manc*i*|*pa*tus f*uerit*, *ac in filio*, *qui in tertia ma*ncip*atio*ne *est.* nam[2] ut supra diximus, quod in filio faciunt tres mancipationes, hoc facit una mancipatio in nepote. **136.** '*Mulier* | *eo*, *quod in* m*anum conuenit*, *non sem*per, *nisi coemptionem* fecer*it*, *parent*|*is potestate hodie liberatur; nam de flaminica Diali le*|*ge* A*sinia* Ant*is*t*i*a *ex auctoritate Cornelii* Maximi et | Tuberonis cautum est,[3] u*t* haec quod ad sacra tantum uideatur in manu esse, quod uero ad ceteras causas perinde habeatur, a*t*que si in manum non conuenisset. '*eae* | *uero mulieres*, *quae in manum conueniunt per coemp*|*tione*m,[4] potestate parentis liberantur; nec interest, an in uiri sui manu si*n*t *an* extranei, quamuis ha*e* solae loco filiarum habeantur, quae in uiri ma|nu *sunt.*

[1]) *Ex Bg. ed.* 5. cadit *ed. mea prior.* [2]) *Supplementum nunc ad Sched. accuratius accommodavi.* [3]) *Ex his edd. tantum praestant* fecer*it et* Maximi et Tuberonis. *In restitutione ad sensum licet etiam ad ductus Sched. facta maxime rationem habui Tacit. A.* 4, 16. *ad a.* 24, *cuius coss. fuerunt C. Asinius Pollio et C. Antistius Vetus. De re, an ita salvis religionibus lege caveri posset, iam Augusti aetate videtur tractatum esse (cf. Tacit. l. c. Suet. Oct.* 31. *Dio* 54, *ult.) et tum ICtis Cornelio Maximo et Tuberoni (L.* 2. §§. 45. 46. *D. de orig. iur.* 1, 2. *L.* 16. §. 1. *D. de instr. leg.* 33, 7) *ea sententia placuisse, ex qua Tiberii demum aetate lex lata est. Lachmanno de SCto ex auctoritate coss. a.* 743. *Pauli Fabii Maximi et Q. Aelii Tuberonis facto cogitanti multa adversantur, in quibus praeter Taciti auctoritatem etiam hoc, quod illi consules inverso ordine fuerunt.* [4]) *Similiter restitui.*

§. 135. *Cf.* §. 9. *I. ib. supra* §§. 132. 89. §. 135[a]. *Cf.* §§. 132. 134. §. 136. quamuis] *Cf.* §§. 111. 114. 115[b].

137. *'Feminae, quae in manu sunt, similiter eo iure liberantur atque filiae, quae in potestate sunt, uelut morte eius, cuius in ma|nu sunt, siue ei* aqua *et igni* int*erdictum fue*|rit. **137**[a]. *Sed et*[1] *remancipatio*ne desinunt in manu esse, [135]
et si ex | ea mancipatione manumissa*e* fuerint, su*i iuris* ef|fi-ci*untur*. [2]*et ea quidem*, quae *fiduciae causa cum extraneo coemp|tionem fecerit*, cogere coempti|onatorem *potest*, ut s*e* rem*ancip*et, cui ipsa uelit; a*t uirum, cuius in manu* est,
39. nihil*o* magis potest *c*ogere, | quam et filia patrem. se*d* filia quidem nullo modo patrem potest cogere, etiam si adoptiua sit: haec autem (*uirum*) repudio misso proinde compellere potest, atque si ei nunquum nupta fuisset.

138. I*i*, qui in causa 'mancipii[3] sunt, quia seruorum loco habentur, uindicta, censu, testamento manumissi sui iuris fiunt. **139.** Nec tamen in hoc casu lex Aelia Sentia locum habet: itaque nihil requirimus, cuius aetatis sit is, qui manumittit et qui manumittitur; ac ne illu*d* quidem, an patronum creditoremue manumissor habeat; ac ne numerus quidem leg*e* Fufia Caninia[4] finitus in his personis locum habet. **140.** Quin etiam inuito quoque eo, cuius in mancipio sunt, censu libertatem consequi possunt, excepto eo, quem pater ea lege mancipio dedit, ut sibi remancipetur; nam quodammodo tunc pater potestatem propriam reseruare si*b*i uidetur eo ipso, quo*d* mancipio recipit. ac ne is quidem dicitur inuito eo, cuius in mancipio est, censu libertatem consequi, quem pater ex noxali causa

---

[1]) *Sententiam probabilem deperditorum vv.* 16—18. *restitui pro spatii modo et in v.* 18. *ad Sched. ductus* (aq *scriptum fuisse posui*). *Item novum §i signum* (137[a]) *feci.* [2]) *Similiter v.* 21—23. *partemque v.* 24. *restitui, sed nunc ex V*[st]. [3]) *Sic geminata littera* i *haec vox h. l., ubi res non spectat, in C. legitur, ut interdum aliae multae similes* (*velut* spurii filii 1, 64. 2, 159. bestiis 1, 13. 14. peculii 4, 74[a]. iudicii 4, 133. uadimonii 4, 185) *non* mancipi, *dum in* rebus mancipi *vel* nec mancipi *ubique tantum haec forma, quamvis et ipsa a* mancipium *oriunda invenitur. Quare etiam in edendo hoc discrimen retinendum putavi.* [4]) legis Fuf. Can. *etiam V*[st].

---

§. 137. *Cf.* §§. 127. 128. §. 137[a]. *Cf. Fest. v. Remancipatam p.* 277. *supra* §§. 118. 118[a]. §. 9. *I. quibus mod. ius pot. solv.* (1, 12). §. 138. *Cf.* 1, 123. 2, 160. 3, 114. §. 139. *Cf.* §§. 38. 18. 42. 47. §. 140. *Cf.* 4, 75. 79. *Collat.* 2, 3. *L.* 3. §. 4. *D. de hom. lib. exh.* (43, 24).

mancipio dedit, uelut quod furti eius nomine damnatus est, et *e*um mancipio actori dedit: nam hunc actor pro pecunia habet. **141.** In summa admonendi sumus, aduersus eos, quos in mancipio habemus, nihil nobis | contumeliose facere licere; alioquin 40.
[136] 'iniuriarum *actione*[1] te*neb*imur. ac ne diu quidem in eo iure detinentur homines, set plerumque hoc fit dicis gratia 'modo[2] uno *m*omento; nisi sc*i*licet ex noxali causa 'mancip*io d*entur.[3]

142. Transeamus nunc ad aliam diuisionem. nam ex his personis, quae neque in potestate neque in manu neque in mancipio sunt, quaedam uel in tutela sunt uel in curatione, quaedam neutro iure tenentur. uideamus igitur, quae in tutela, 'quae[4] in curatione sint: ita enim intelleg*e*mus ceter*a*s personas, quae neutro iure tenentur. **143.** Ac prius dispiciamus de his, quae in tutela sunt.

144. Permissum est itaque parentibus, liberis, quos in potestate sua habent, testamen(*to tu*)tores dare: masculini quidem sexus 'inpuberibus, (*feminini uero inpuberibus puberibus*)que, ue*l* cum nu*p*tae sint.[5] ueteres enim uoluerunt feminas, etiamsi perfectae aetatis sint, propter animi leuitatem in tutela esse. **145.** Itaque si quis filio filiaeque testamento tutorem dederit, et ambo ad pubertatem peruenerint, filius quidem desinit habere tutorem, filia uero nihilominus in tutela permanet: tantum enim ex lege Iulia et Papia Pop*pa*ea iure liberorum a tutela liberantur feminae. loquimur autem | ex- 41.
ceptis uirginibus Vestalibus, quas etiam ('*tutela*)[6] ueteres in

---

1) iniuria|rumc V^{st}. *sed cum insolite dicatur* iniuriarum causa teneri, *suspicor in archetypo fuisse* iniuriar' aone. 2) *Addidi.* m V^{st}. 3) *Sic nunc ed.* 5. *ex perpetuo Gaii more scripsi; nec hic* mancipio dare *et* mancipare *plane idem est.* manciparentur *C.* mancipentur *Kr. ed.* 2. 4) *Sic* V^{st} uel *edd. prior.* 5) inpuberib.que c' nubtae sint V^{st}. *Itaque praeter supplementum, de quo dubitari vix possit, unam litterulam* l *addidi.* 6) *Hoc post* sacerdotii *supplent ceterae edd. sed tum pro* etiam, *quod aperte respicit* §. 130, iam *dixisset Gaius.* liberas *simpliciter i. e. non servas, ut in Kr. ed.* 2. *nullo modo ferri potest. Cf.* 2, 112. *Omittit Kr. ed.* 2.

---

§. 141. *Cf.* §§. 115. 118[a]. 132. 134. 137. **§§. 142. 143.** = *pr. I. de tutelis* (1, 13). **§. 144.** *Cf. Ulp.* 11, 1. 15. *Fr. Vat.* 229. §. 3. *I. tit. cit.* (1, 13); — *infra* §. 190. 2, 240. 289. *Liv.* 34, 2. *Cic. pro Mur.* 12. *Boeth. in Cic. Top.* 4. 11. *p.* 302. 335. 342 *Bait. Isidor. Or.* 9, 7. §. 30. **§. 145.** *Cf.* §. 194. 3, 44. *Ulp.* 11, 14. 15. — *Plutarch. Num.* 10. *Dio* 56, 10.

honore*m* s*a*cerdoti*i* liberas esse uoluerunt: itaque etiam leg*e* XII tabularum cautum est. **146.** Nepotibus autem neptibusque ita demum possumus test*amento* tutores dare, si post mortem nostram in patris sui potestatem[1] recasuri non sint. itaque si filius meus mortis meae tempore in potestate mea sit, nepotes, quos ex eo (*habeo*), non 'pote*ru*nt[2] ex testamento meo habere tutorem, quamuis in potestate mea fuerint; scilicet quia mortuo me in patris sui potestate futuri s*u*nt. **147.** Cum [137]
tamen in compluribus aliis causis postumi pro iam natis habeantur, et in hac causa placuit, non minus postumis quam iam natis testamento tutores dari posse, si modo in ea causa sint, ut si *u*iuis nobis nasc*a*ntur, in potestate nostra fiant. hos '(*enim*)[3] etiam heredes instituere possumus, cum extraneos postumos heredes instituere permissum non 'sit. **148.** (*Vxori*), quae[4] in manu est, proinde ac filiae, item nurui, quae in fili*i* manu est, proinde ac nepti tutor dari potest. **149.** Rectissime autem tutor sic dari potest: LVCIVM TITIVM LIBERIS MEIS TVTOREM 'DO (*uel*) *VXORI* (*MEAE*) TVTOREM DO.[5] sed et si ita scriptum sit: LIBERIS MEIS uel VXORI M*E*AE TITIVS TVTOR ESTO, recte datus intellegitur. **150.** In persona
42. tamen | uxoris, quae in manu est, rece*p*ta est etiam tutoris optio, id est, ut liceat ei permittere, quem uelit ipsa, tutorem sibi optare, hoc modo: TITIAE VXORI MEAE TVTORIS OPTIONEM DO. quo casu licet uxori '(*tutorem optare*)[6] uel in

---

1) iure *inserunt C. edd. Vid.* '*Gaius*' *p.* 28. 2) potesint *C.* poterint *ed. Bg.* 3) *Addidi.* 4) sint quae *etiam V*st. *An ex* sit uc quae? *vid. sequ. not.* 5) dolic.tut do *V*st. *errore puta inde nato, quod nota antiquior* uc = uxor (*cf. Putsch. p.* 1538), *cuius vestigia in* 1, 148. *et aliquoties in Ulpiani fragmentis* (*cf. Fleckeisen N. Jahrb. f. Philol. LXXV p.* 373) *comparent quaeque in archetypo adhibita fuisse videtur, librario incognita erat.* DO LEGO aut DO *ed. mea* 3. DO *ed. Stud.* 6) *Ita Lachm. ed.* (*Fefellit librarium similitudo litterarum* -t ux-ori *et* tut. opt-are.) (*eligere tutorem*) *ed. Bg.* (*ita testari, ut tutorem optare liceat*) *auctore Mommseno ed. Stud.; perperam quantum video, et contra Gaii mentem, ex qua non testatoris est, sed mulieris, data optione* (*sive*

---

§. 146. = §. 3. *I. tit. cit.* **§. 147.** = §. 4. *I. ib.* — *Cf.* 2, 130. 242. **§. 148.** *Cf.* §. 114. 2, 159. **§. 149.** *Cf.* 2, 280. 193. *Fr. Vat.* 229. **§§. 150—153.** *Cf. Liv.* 39, 19. *Plaut. Truc.* 4, 4. *v.* 6. *Lex Flav. Salp.* 22.

omnes res uel in unam forte aut duas. **151.** Ceterum aut plena optio datur aut angusta. **152.** Plena ita dari solet, ut proxime supra diximus. angusta ita dari solet: TITIAE VXORI MEAE 'TVTOR*IS* OPTIONEM DVMTAXAT[1] SEMEL DO, aut DVMTAXAT BIS DO. **153.** Quae optiones plurimum inter se differ*u*nt; nam quae plenam optionem habet, potest semel et bis et ter et saepius tutorem optare: quae uero angus*tam* habet optionem, si dumtaxat semel data est optio, amplius quam semel optare non potest; si tantum bis, amplius quam bis optandi facultatem non habet. **154.** Vocantur autem hi, qui nominatim testamento tutores dantur, datiui, qui ex optione sumuntur, optiui.

155. Quibus testamento quidem tutor datus non sit, iis ex
[138] lege XII '(*tabularum*)[2] agnati sunt tutores, qui uocantur legitimi. **156.** Sunt autem agnati per uirilis sexus personas cognatione iuncti, quasi a patre cognati, ueluti frater eodem patre natus, fratris filius neposue ex eo, item patru*us* et patrui | filius et nepos ex eo. at hi, qui per feminini sexus per- 43.
sonas cognatione coniunguntur, non sunt agnati, sed alias t. s.
naturali iure cognati. itaque inter auunculum et sororis filium non agnatio est, sed cognatio. item amitae, materterae filius non est mihi agnatus, set cognatus, et inuicem 'scilicet[3] ego illi eodem iure coniungor, quia qui nascuntur, patris non matris familiam se*qu*untur. **157.** Sed olim quidem, quantum ad legem XII tabularum attinet, etiam feminae agnatos habebant tutores. se*d* postea lex Claud*i*a lata est, quae quod ad feminas attinet, tutelas (*illas*) sustulit: itaque masculus quidem in-

---

plena sive angusta, quod discrimen Gaius hic nondum spectat) statuere, utrum tutorem generalem an in singulas quasdam res sive plures optare velit. Ut nos, ed. Kr. 2. [1]) dumtaxat tutoris optionem *C. et Bg. ed.* 5. *divellendo v.* duntaxat *a suo verbo ita ut poetis tantum licet; nec aliud docet Hand. ad Tursellin.* II. *p.* 339. [2]) *Monente Pöschm. supplevi. Cf.* 1, 132. [3]) scilicet si *C.* (*pro* si *potius* sic *V*[st], *ut manifestius appareat, notatum verbum* scilicet *librario fraudi fuisse*) *unde Pöschm. cj.:* et inuicem. scilicet etsi ego illi (*agnatus sum, non tamen filio illius*) eodem iure *etc. collato Theoph.* I. 15. §. 1.

---

§. 154. *Cf. Ulp.* 11, 14. §. 155. = *pr. I. de leg. agn. tut.* (1, 15). *Cf. Ulp.* 11, 3. §. 156. = §. 1. *I. ib. L.* 7. *D. de leg. tut.* (26, 4). *Cf. Ulp.* 11, 4. *Isidor. Or.* 9, 6. §§. 1. 2. §. 157. *Cf.* §. 171. *Ulp.* 11, 8. *L.* 2. *Th. C. de tut. et cur. cr.* (3, 17). *L.* 3. *C. de leg. tut.* (5, 30).

pubes fratrem pu*b*erem aut patru*u*m habet tutorem; femina uero talem habere tutorem non potest. **158.** Set agnationis quidem ius capitis diminutione perimitur cognationis uero ius eo modo non commutatur; quia ciuilis ratio ciuilia qu*i*dem iura corrumpere potest, naturalia uero non potest. **159.** Est autem *c*apitis diminutio prioris '*status*[1] permutatio: eaque tribus modis accidit: nam aut maxima est *c*apitis dim*inutio*, aut minor, quam quidam mediam uocant, aut minima. **160.** Maxima est capitis diminutio, cum aliquis simul et ciuitatem et libertatem amittit;
44. 'quae accidit incensis, qui ex forma censua|li uenir*e* iu*b*entur: [139]
t. s. quod ius pr*idem desuetudine abo*|lit*um est. eandem patiuntur dediticii* ex lege *Aeli*|*a Sentia*, qui contra eam legem in urbe Roma domicilium habuerint; item feminae, quae ex senatus consulto[2] | Claudiano ancillae fiunt eorum dominorum, quibus inuitis et denuntiantibus '*nihil*o min*us*[3] cum seruis eorum coierint. **161.** Minor siue media est *c*apitis dim*inutio*, cum ciuitas amittitur, libertas retinetur; quod accidit ei, cui aqua et igni interdictum

[1]) capitis *C. dubitari potest, num per errorem; sed cf. infra loc. parall.* [2]) *Haec omnia fere debentur V*st, *nisi quod oblitteratorum probabilem sensum supplementis significavi. nec dubitavi, alterum exemplum similiter ac tertium ad ius lectori ex superioribus iam cognitum ideoque minus accurate hic descriptum spectare, puta ad dediticios ex lege Aelia Sentia vendendos* (1, 27), *quos quamquam cives nullius civitatis sint* (*Ulp.* 20, 15), *verumtamen iuri civili Rom. subiecti* (3, 74), *maximam capitis deminutionem pati negari non potest. Nam de lege Iunia vel Papia* (*Cic. de off.* 3, 47) *vel de aerariis vel de his, qui in Caeritum tabulas referebantur, cogitari non posse, non est quod disputemus. Ceterum apparet, Gaium praeter ius antiquum iam abolitum, cui unum exemplum sufficiebat* (*cf.* 1, 131), *ex eo iure, quod in usu est, duo exempla referre voluisse, unum, quo, ut antea, publici, alterum, quo novo iure privati commodi causa maxima cap. deminutio accidebat. De lege Aelia Sentia h. l. agi recte etiam Momms. contra Krüg. censuit, quanquam in resarcienda oratione nec cautus nec felix. Cf. ad* 1, 27 *notata.* [3]) dominis *C. ut glossema omittit ed. Stud. sed sigla fraudi fuit.*

§. 158. = §. 3. *I. de leg. agn. tut.* (1, 15). *Cf. infra* 3, 27. 51. *Ulp.* 11, 9. — *L.* 8. *D. de cap. min.* (4, 5). *L.* 8. *D. de reg. iur.* (50, 17). §. 159. = *pr. I. de cap. dimin.* (1, 16). *Cf. L.* 1. *D. eod.* (4, 5). *Boeth. ad Cic. Top.* 4, 18. *p.* 302. *Bait. Ulp.* 11, 16. §. 160. *Cf.* §. 1. *I. eod. Ulp.* 11, 11. *supra* §§. 27. 84. 91. §. 161. = §. 2. *I. eod. Cf. Ulp.* 11, 12. *supra* §. 128.

fuerit. **162.** Minima est *c*apitis diminutio, cum et ciuitas et libertas retinetur, sed status hominis commutatur; quod accidit in his, qui adoptantur, item in his, quae coemptionem faciunt, et in his, qu*i* mancipio dantur quique ex mancipatione manumittuntur; adeo quidem, ut quotiens quisque mancipetur, '(*aut ut remancipetur*) aut ut[1] manumittatur, totiens capite diminuatur. **163.** Nec solum maior*ibus* (*capitis*)[2] diminutionibus ius adgn*a*tionis corrumpitur, set etiam minima; et ideo si ex duobu*s* liberis alterum pater emancipauerit, post obitu*m* eius neuter alteri agnationis iure tutor esse poterit. **164.** Cum autem ad agnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, set ad eos tantum, qui proximo gradu sunt.[3] |
[140]

[4] ——— vv. 16. ——— 45. t. s.

165. Ex eadem lege duodecim tabularum libertarum et inpuberum libertorum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet; quae et ipsa tutela legitima uocatur, no*n quia nominatim* ea lege de hac tutela ca*uetur*, *sed* quia proinde accepta

---

1) aut (*ut tamen media littera etiam* e *vel* d *potuerit esse*) V^{st}. at*que ex Lachm. cj. ed. mea* 3. *Alii:* ac. *Cave vero legas:* aut; *nam ut servus et qui in servili condicione est, caput in familia non habet* (§. 4. *I. h. t.*); *quare quod nunc supplevi, ipsa iuris ratio postulat.* 2) maiore *C.* maior*ibus edd.* 3) *Reliquus versus litteris vacuus est, ut quae in Instit. sequuntur: 'vel si* (*plures*) *eiusdem gradus sint, ad omnes' Gaiana non esse statuendum sit. Idque eo confirmatur, quod in nullo tutorum genere Gaius animadvertit, etiam plures personas tutelam nancisci posse.* 4) *In hac pagina, ex qua usque ad v.* 17. *etiam Studemundo pauca tantum verba vel litteras, velut v.* 5. urbe *v.* 6. serenim *v.* 8. in urbe Roma *v.* 9. itaque ut seru . . . . est *expiscari licuit, recte Hollw. statuit, primum locum tenuisse de legitima gentilium tutela disputationem et curiosam quidem, ad quam lector remittitur* 3, 17. *Ex ipsis vero illis reliquiis conicere licet, initiis imperii lege aliqua fortasse Iulia Augusti ius gentilitium quoad legitimas hereditates et tutelas cum ad quasdam nobilium familias fortasse ex urbe Roma oriundas, tum ad manumissos ab iis in urbe servos eorumque progeniem restrictum esse: quod et ipsum ius mox aboleverit.*

---

§. 162. = §. 3. *I. eod. Ulp.* 11, 13. *L.* 3. §. 1. *D. de cap. min.* (4, 5). *Boeth. ad Cic. Top.* 4, 18. *p.* 302 *Bait.* §. 163. *Cf. Ulp.* 11, 9. §. 3. *I. de leg. agn. tut.* (1, 15). §. 164. = §. 7. *I. de cap. dem.* (1, 16). *L.* 9. *D. de leg. tut.* (26, 4). §. 165. = *Tit. I. de legit. patr. tut.* (1, 17). *Cf. Ulp.* 11, 3.

est per interpretationem, atque si uerbis legis '*introducta*[1] esset: eo enim ipso, *quod hereditat*es libertorum libertarumque, si | intestati decessissent, iusserat lex ad patronos liberosue eorum pertinere, crediderunt ueteres, uoluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere, quia et agnatos, quos ad hereditatem uocauit, eosdem et tutores esse iusserat.

46.
t. s.

[De fiduciaria *tutela.*] **166.** Exemplo patronorum recepta est[2] *et alia tutela, quae et ipsa legitima uocatur. nam si quis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio et deinceps inpuberes, filiamue vel neptem ex filio et deinceps et iam puberes alteri ea lege mancipio dedit, ut sibi remanciparentur, remancipatosque manumisit, legitimus eorum tutor erit.* **166a.** (*Sed*) sunt et aliae tutelae, quae fiduciar*i*ae uocantur, id est, quae ideo nobis competunt, quia liberum caput mancipatum nobis uel a parente uel a coemptionatore manumiserimus.[3] **167.** Set Latinarum et Latin*orum* impube- [141] r*um tut*ela non omnimodo ad manumissores libertorum eorum[4] pertinet, sed ad eos, quorum ante manumissionem ex iure Quiritium (*fuerunt: unde si ancilla ex iure Quiritium*) tua sit, in bonis mea, a me quidem solo, non etiam a te manumissa

---

1) *Sic Inst.* accepta *V*st. 2) rectae *C., cuius scriptor gravissime h. l. peccavit et dupliciter quidem: primum quod v.* Exemplo patronorum *ad ea quae antecedunt, tanquam finem facientia* §. 165. *applicavit, deinde quod v.* rec(ep)tae (= recepta est) *pluralem suspicans, cum initio* §. 166a sunt et aliae *etc. coniunxit, omissis intermediis, ex quibus Dorotheus tit. I. de legit. par. tut.* 1, 18. *finxit, et hic iam praefixa rubrica* de fiduciaria tutela = *tit. Iust. I.* 1, 19. *Recte igitur novissimi editores, a quibus primum hoc animadversum est, ea quae insunt tit. I.* 1, 18. *in ed. Stud. Gaio h. l. restituerunt: quorum supplementum tamen, ut Gaio conveniret, ad* 1, 172. *formatum, in quibusdam necessario correxi.* 3) *Cum Gaius de tutelis fiduciariis plurativo numero loquatur, dubitari potest, num eam quoque, quae in Inst.* 1, 19. *sola remansit, commemoraverit. Nec tamen hoc loco iniuria ei a librario facta esse videtur. Cf.* 1, 175. 4) *Ex V*st*, in quo tamen est* liberti|ineorum *sed fuerit in C.* liberto|reorum.

---

§. 166. *Cf. Tit. I. de leg. parent. tut.* (1, 18). *infra* 1, 172. 175. §. 166a. = *Tit. I. de fiduc. tutela* (1, 18); *cf.* §§. 115. 172. 175. 195a. *Ulp.* 11, 5. §. 167. *Cf. Ulp.* 11, 19. *supra* §. 35. 3, 56. — *L. Flav. Salp.* 23.

La*tin*a fieri potest, et bona eius ad me pertine*nt*, sed eius *tu*tela tibi competit: nam ita lege Iunia cauetur: itaque si ab eo, cuius et in bonis et ex iure Quiritium ancilla fuerit, facta sit Latina, ad eundem et bona et tutela 'pertine*n*t.[1]

168. Agnatis et patronis et liberorum capitum manumissoribus permissum est feminarum tutelam alii in iure cedere; pupillorum autem tutelam non est permissum cedere, quia non uidetur 'one|rosa,[2] cum tempore pubertatis finiatur. **169.** 47.
Is autem, cui ceditur tutela, cessicius *tu*tor uocatur. **170.** Quo mortuo aut *c*apite diminuto reuertitur ad eum tutorem tutela, qui cessit; ipse quoque, qui cessit, si mortu*u*s aut *c*apite diminutus sit, a cessi*ci*o tutela discedit et reuertitur ad eum, qui post eum, qui cesserat, secundum gradum in ea tutela habueri*t*. **171.** Set quantum ad agnatos pertinet, nihil hoc tempore de cessicia tutela qu*a*eritur, cum agnatorum tutelae in feminis lege Claudia sublatae sint. **172.** Sed fiduciarios quoque (*tutores*) quidam putauerunt cedendae tutelae ius non habere, cum ipsi se oneri subiecerint. quod etsi placeat, in parente tamen, qui filiam neptemue aut proneptem alteri ea lege mancipio dedit, ut sibi remanciparetur, remancipatamque manumisit, idem dici non debet, cum is et legitimus tutor habeatur, et non minus huic quam patronis honor praestandus '*sit*.[3]

173. Praeterea senatus consulto mulieribus permissum est
[142] in absentis tutoris locum alium petere; quo petito prior desinit; nec interest, quam longe aberit[4] is tutor. **174.** Set excipitur, ne in absentis patroni locum liceat libert*a*e tutorem petere. **175.** Patroni | autem loco habemus etiam parentem, 48.

---

1) pertinet *V*^st^ *edd. praeter Stud.* 2) *Ex Hollw. cj. iam V*^st^ *firmata.* annosa *ed. Bg. Sed annosum est, quod iam habet, non quod duraturum est multos annos. De onere vero cf.* §. 172. 3) est *C. edd.* 4) *Mutatione non opus, si* longe *ad tempus refertur. Cf.* 2, 244.

---

§. 168. *Cf. Ulp.* 11, 6. 8. 17. *Boeth. ad Cic. Top.* 11. *p.* 342 *Bait. infra* §. 196. §§. 169. 170. *Cf. Ulp.* 11, 7. §. 171. *Cf. Ulp.* 11, 8. *supra* §. 157. §. 172. *Cf.* §§. 166. 175. *Tit. I. de legit. par. tut.* (1, 18). §§. 173. 174. *Cf. Ulp.* 11, 22. §. 175. *Cf.* §§. 166. 172. *Tit. I. de fiduc. tut.* (1, 19) *cum Theophilo. L.* 3. §. 10. *L.* 4. *D. de legit. tut.* (26, 4).

qui ex eo, quod ipse sibi remancipatam filiam neptemue aut proneptem manumisit, legitimam tutelam nanctus est. *c*uius quidem liberi fiduciarii tutoris loco numerantur; patroni autem liberi ea*n*dem tutelam adipiscuntur, quam et pater eorum habuit. **176**. S*ed* aliquando etiam in patroni absentis locum per*mittit*ur tutorem petere, ueluti ad hereditatem adeundam. **177**. Idem senatus censuit et in persona pupilli patroni filii. **178**. 'Nam *et*[1] lege Iulia de maritandis ordinibus ei, quae in legitima tutela pupilli sit, permittitur dotis constituendae gratia a praetore urbano tutorem petere. **179**. Sane patroni filius, etiamsi inpubes 'sit, ta(*men*)[2] liber*tae* efficietur tutor, *quamquam* in nulla re auctor fieri potest, cum ipsi nihil permissum sit sine tutoris auctoritate agere. **180**. Item si qua in tutela legitima furiosi aut[3] muti sit, permittitur ei senatus consulto dotis constituendae gratia tutorem petere. **181**. Quibus casibus sal*u*am manere tutelam patrono patronique filio manifestum est. **182**. Praeterea senatus censuit, ut si tutor pupilli pu*pill*a*e*ue suspectus a tutela remotus sit, siue ex iusta causa fuerit excusatus, in locum eius alius tutor detur, quo facto prior tutor amitt*it*[4] tutelam.
49. **183**. Haec omnia similiter et Romae et in pro|uinciis obseruantur, [143]
scilicet ut[5] in prouinciis a praeside prouinciae tutor pe*ti debeat*.

184. Olim cum legis actiones in usu erant, etiam ex illa causa tutor dabatur, si inter tutorem et mulierem 'pupillum*u*e lege[6] agendum erat: nam quia ipse tutor[7] in re sua auctor esse

---

[1]) *Ex Hollw. cj.* '*Itemque*' *edd.* name V^{st}. *Scilicet hoc exemplum senatus* §. 177. *ante oculos habuit. Nec iustam causam video opinandi,* § 178 *post* §. 180 *collocandam esse.* [2]) *Scripsi; in C. fuerit* sitt *omisso* m (*i. e.* sit tm̄); sit *edd.* [3]) *Ex Lachm. cj.* '*at*' *ed. Bg.* (sed *ed.* 5). [4]) amittet V^{st}. [5]) et V^{st}. *Ceterum supplemento ut in ed. Stud. h. l. non opus, cum Romae a praetore urbano tutorem peti Gaius ipse iam ante dixerit.* [6]) pupillumqe legem V^{st}. [7]) *Desiderantur in fine v.* 5. V^{st} *quattuor*

---

§. 176. *Cf. Ulp.* 11, 22. §. 177. *Cf. Ulp.* 11, 22. §. 178. *Cf. Ulp.* 11, 20. *L.* 61 *pr. D. de i. dot.* (23, 3). *L.* 7. *D. de tut. dat.* (26, 5). §. 179. *Cf.* §. 13. *I. de excus. tut.* (1, 25). §. 180. *Cf. Ulp.* 11, 21. *L.* 17. *D. de tutel.* (26, 1). *L.* 7. *D. cit.* §. 181. *Cf. L. Flav. Salp.* 29 *fin.* §. 182. *Cf. Ulp.* 11, 23. *L.* 11. §§. 1—3. *D. de test. tut.* (26, 2). *L* 41. §. 2. *D. fideic. lib.* (40, 5). *L.* 2. 4. *C. in quib. cas. tut.* (5, 36). §. 183. *Cf. Ulp.* 11, 20. §. 184. *Cf. Ulp.* 11, 24. *pr. I. de iis, per quos agere* (4, 10) §. 3. *I. de auct.*

non poterat, alius dabatur, quo auctore legis actio peragere-tur: qui dicebatur praetoriu*s* 'tut*or*,[1] quia a praetore urbano da(*ba*)tur. set post sublatas legis actiones quidam putant, hanc speciem dandi tutoris in usu esse desisse; ali*is autem*[2] placet; 'et nunc in u*s*u esse, si legitimo iudicio agatur.[3]

185. Si cui nullus omnino tutor sit, ei datur in urbe Roma ex lege Atilia a praetore u*r*bano et maiore parte tribunorum plebis, qui Atilianus tutor uocatur; in prouinciis uero a prae-sidibus prouinciarum (*ex*) lege Iulia et Titia. **186.** Et ideo si cui testamento tutor sub condicione aut ex die certo datus sit, quamdiu condicio aut dies pendet, tutor dari potest; item si pure datus fuerit, quamdiu nemo heres existat, tamdiu ex *i*is
[144] legibus tutor petendus est; qui desinit *t*utor esse, posteaquam aliquis ex testamento tutor esse coeperit. **187.** Ab hostibus quoque tutore capto ex *h*is legibus tutor peti debet, qui de-sinit tutor esse, si is, qui captus est, in ciuitatem reuersus fuerit: nam reuersus recipit tutelam iure postlimini*i*. |

188. Ex *h*is apparet, quo*t* sint species[4] tutelarum. si uero 50.
qu*a*eramus, in quo*t* genera hae species deducantur, longa erit disputatio: nam de ea re ualde ueteres dubita*u*erunt. Nos 'quia[5] diligentius hunc tractatum exsecuti sumus et in edicti interpretatione, et in his libris, quos ex Quinto Mucio fecimus, hoc 's*ol*um[6] tantisper sufficit admonuisse, quod quidam quinque genera esse dixerunt, ut Quintus Mucius; ali*i* tria, ut Seruius

fere litterae, quae cum St.do elae *esse potuisse visae sint* (*male sc. ut alias explicata nota* tut), *supplere nolui* -or qd = tutor quidem. 1) tutelae *V*st *male explicata nota* tut. *ut paulo post pro* a *scriptum est* aut. 2) *Ex V*st; *pro* autem *etiam* uero *suppleri potest.* 3) *Ex V*st *etiam legi potest* athunc *corr.* adhuc. 4) *Ex V*st *statuere licet, librarium v.* sint *etiam post* species *scribere voluisse.* 5) qui *C.* 6) totum *C. omittit contra Gaii morem ed. Kr.* 2.

tut. (1, 21). legit. iudicio] *cf.* 4, 103 *seq.* §. 185. = *pr. I. de Atiliano tut.* (1, 20). *Cf. Ulp.* 11, 18 *infra* §. 195. — *Lex Flav. Salp.* 29. l. Atilia] *lata ante a.* 566. *cf. Liv.* 39, 9. l. Iulia et Titia] *incerti anni, sed duae leges fuere* (*Theoph.* 1, 20 *pr.*) *fortasse a.* 722. *Cf.* '*Gaius*' *p.* 31. 32. *Iam medio tamen septimo seculo in provinciis non habentibus tutores a praesidibus datos esse, apparet ex Diodor. fr. lib. XXXVI. Tom. X. p.* 178. *ed. Eyr.* §. 186. = §. 1. *I. ib.* §. 187. = §. 2. *I. ib.* §. 188. *Cf. Ulp.* 11, 2. *Boeth. ad Cic. Top.* §. 33. *p.* 334. 335. *Bait.*

Sulpicius; ali*i* duo, ut Labeo; ali*i* tot genera esse crediderunt, quo*t* etiam species essent.

189. Sed inpu*b*eres quidem in tutela esse, omnium ciuitatium iure contingit; quia id naturali ration*i* conueniens est, ut is, qui perfect*ae* aetatis non sit, alterius tutela regatur. nec fere ulla ci*ui*tas est, in qua non licet parentibus liberis suis inpuberibus *te*stamento tutorem dare; quamuis, ut supra diximus, soli ciues Romani uideantur tantum liberos in potestate habere. **190.** Feminas uero perfectae aetatis in tutela esse, fere nulla pretiosa ratio suasisse uidetur: nam qu*ae* uulgo creditur, quia leuitate animi plerumque decipiunt*ur* et ae*qu*um erat, eas tutorum auctoritate regi, magis speciosa uidetur quam uera; mulieres enim, qu*ae* perfectae aetatis sunt, ips*ae* sibi
51. negotia tractant, et in quibusdam | causis dici*s* gratia tut*or* interponit auctoritatem suam; s*ae*pe etiam inuitus auctor fieri a praetore cogitur. **191**. Unde cum tutore nullum ex tutel*a* iudicium mulieri datur: a*t* ubi pupillorum pupillarumue negotia tutores tractan*t*, *eis* post pubertatem tutel*ae* iudici*o* rationem reddunt. **192**. Sane patronorum et parentum legitimae tutelae uim aliquam habere intelleguntur eo, quod hi neque a*d* [145]
testamentum faciendum, neque ad res mancipi alienandas, neque ad obligationes suscipiendas auctores fieri coguntur, praeterquam si magna causa alienandarum rerum mancipi obligationisue[1] suscipiendae interueniat. eaque omnia ipsorum causa constituta sunt, ut quia ad eos intesta*ta*rum mortuarum hereditates pertine*n*t, neque per testamentum excludantur ab hereditate, neque alienatis pretiosioribus rebus susceptou*e*[2] aere alieno minus loc*u*ples ad eos hereditas *per*ueniat. **193**. Apu*d* peregrinos non similiter, ut apu*d* nos, in tutela sunt

[1]) quae *C.* que *edd.* [2]) qu *C.* que *edd.*

§. 189. = §. 6. *I. de Atil. tut.* (1, 20). supra] §. 55. §. 190. *Cf.* 2, 122. 1, 144 *ibiq. cit. L.* 26. *D. de tut. et cur.* (26, 5). §. 191. = §. 7. *I. de Atil. tut.* (1, 20). §. 192. *Cf. Ulp.* 11, 27. *Cic. pro Flacco* 34. §. 84. ad testam. fac.] *Cf.* 2, 112. 118. 122. 3, 43. *Ulp.* 20, 15. 29, 3. *Cic. Top.* 4. *Boeth. ib. p.* 302 *Bait.* ad res manc. al.] *Cf.* 2, 80. 47. *Fr. Vat.* 1, 45. oblig. susc.] *Cf.* 3, 108. 91. 176. 1, 176. 178. 180. *Cic. pro Caec.* 25. §. 72. *pro Flacco* 35. §. 86. *Fr. Vat.* 110. *L.* 60 *pr. D. de i. dot.* (23, 3). §. 193. *Cf. Cic. pro Flacco* 30. §. 74. *ubi legendum* '*mulierculae*'. *Terent. Andr.* 1, 5, 60. *Demosth.*

feminae; set tamen plerumque quasi in tutela sunt: ut ecce lex Bithynorum, si quid mulier contrahat, maritum auctorem esse iubet aut filium eius puberem.

194. Tutela autem liberantur ingenuae quidem trium (*liberorum iure*, *libertinae* '*uero quattuor*, *si*[1] *in patroni*) liberorumue eius legitima 'tut*ela* sint;[2] nam[3] ceterae, quae alterius generis tutores habent, uelut Atilianos aut fiduciarios, etiam trium liberorum | iure tutela liberantur. **195.** Potest 52. autem pluribus modis '*liberta tutorem*[4] alterius generis habere, ueluti si a femina manumissa sit; tunc enim e lege Atilia petere debet tutorem, uel in prouincia *e lege* (*Iulia et*) Titia: nam in patronae tutela esse non potest. **195ª.** Item si (*sit a*) masculo manumissa, et auctore eo coemptionem fecerit, deinde remancipata et manumissa sit, patronum quidem habere [146] tutorem desinit, incipit autem habere eum tutorem, a quo manumissa est, 'qui fiduciarius dicitur[5]. **195ᵇ.** Item si patron*us* *eiusue filius* in adoptionem se dedit, debet liberta *e lege Atilia uel Iulia et* Titia tutorem s(*ibi*)[6] petere. **195ᶜ.** Similiter ex *i*isdem legibus petere debet tutorem *li*ber*ta*, si patronus decesserit nec ullum uirilis sexus liberorum in familia re*liquer*it.[7] **196.** Masculi '*autem cum*[8] puberes esse coeperint, tutela libe-

---

1) *Sic nunc Hollw. auctore scribere malui.* 2) tutum sint *V*st. 3) nam et *C; et quidem* etiam *perscribendum, sed et in C. hic alieno loco positum tanquam fugitivum ante* trium *restituendum erat; deinde vero verba* uelut Atilianos aut fiduciarios *ut pro glossemate habeantur, nulla iusta causa esse videtur.* 4) libertina *V*st *pro* liberta tut, *ut puto; nam et* §. 195ᵇᶜ. *et alias ubi de privato iure manumissarum quaeritur, est* liberta. 5) *Ne haec quidem verba, quamvis maiore iure suspecta videri possint, pro glossemate habeam.* 6) *Librarius V*st *antea* e lege Titia et Titia *scripsisse et postea* sibi *scribere coepisse videtur.* 7) recipit *Sched.* relinquit *edd.* 8) *Hoc verisimile Stud.do visum est.*

---

in Steph. 2. *p.* 984. *Wachsmuth Hellen. Alt. II.* 1. §. 97. §. 194. *Cf.* 1, 145. 3, 43. *Ulp.* 29, 3. *Fr. Dosith.* 17. *Plutarch. Num.* 10. *Gruter p.* 1081. *Orelli-Henzen* 6198. §. 195. *Cf.* §. 185. §. 195ª. *Cf.* §§. 115. 166. §. 195ᵇ. *Cf.* §. 4. *I. quib. mod. tut. fin.* (1, 22). *Ulp.* 11, 9. §. 195ᶜ. *Cf. Liv.* 39, 9. *supra* §. 179. §. 196. *Cf.* §§. 168. 103. 189. *Ulp.* 11, 28. *pr. I. quib. mod. tut. fin.* (1, 22) *ibiq. Schrader.*

rantur: *puberem autem Sabinus* quidem, Cassius ceterique nostri praeceptores eum esse 'putant,[1] qui habitu corporis pubertatem ostendit, id est eum, qui generare potest; sed in his, qui pubescere non possunt, quales sunt spadones, eam aetatem esse spectandam, cuius aetatis puberes fiunt; sed diuersae sc*h*olae auctores annis putant pubertatem aestimandam,
53. t. s. id est, eum puberem esse existimant, *qui* | *XIIII annos expleuit.*[2] * — — — — — — — ————————
54. t. s. vv. 2—24. ———————— **197.** [3] . . . . | aetatem peruenerit, in qua res suas tueri possit, sicuti apu*d* pere- [147]
grinas gentes custodiri, superius indicauimus. **198.** Ex i*i*sdem causis et in prouinciis a praesi*di*bus earum curatores dari 'uolu*i*t.[4]

---

1) *Librarius alteram syllabam errore bis scripsisse videtur.* 2) *In p.* 53. *Gaius primum de pubertate Neratii Prisci sententiam* (*Ulp.* 11, 28) *addidisse, deinde ad eas personas, quae in curatione sunt* (*cf.* 1, 142. 143), *transiisse videtur, de quibus haec habet Epit.* 1, 8.: '*Peractis pupillaribus annis, quibus tutores absoluuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores aetate, maiores euersores, insani. Hi, qui minores sunt, usque ad uiginti et quinque annos impletos sub curatore sunt. Qui uero euersores aut insani sunt, omni tempore uitae suae sub curatore esse iubentur, qui substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.*' 3) *Gaius primum ut Ulp.* 12, 1—4. *de curatoribus, qui ex lege XII tab. vel ab ipso praetore vel ex lege Plaetoria dantur, disputasse et deinde suo more addidisse videtur, quid in hoc iure naturali ratione constitutum* (*velut furiosos curatore regi*), *quid iuris civilis sit. Civium Rom. proprium esse, quod lex Plaetoria curatores ex iustis causis minoribus XXV ann. a praetore urbano dari iussit, cum alioquin naturali rationi conveniat, ut is tantum aliorum arbitrio regatur, qui nondum ad* eam aetatem pervener*it*' *etc. De curatoribus adultis testamento datis et a praetore confirmatis Gaium egisse, ut vult ed. Stud., credibile non est. Cf.* §. 189. *Et de non iure datis sed confirmatis Gaius, si volebat, potius in tutoribus agere debuisset.* 4) uolunt *V*st, *quod nullo modo videtur ferri posse.* solent *Lachm. cj., ut eaedem causae spectant ad furiosos, prodigos, minores XXV ann., fortasse recte. Ut nos locum intelleximus,* voluit *pertinet ad legem Plaetoriam, quam eo tempore latam esse, quo iam provinciae in dicione Romana erant, etiam alias probabile est. Nec refragatur hic*

---

§. 197. *Cf.* §. 189. §. 198. *Cf. L.* 8. §. 3. *D. de tut. et cur. dat.* (26, 5).

199. Ne tamen et pupillorum et eorum, qui in curatione sunt, negotia a tutoribus curatoribusque consumantur aut diminuantur, curat praetor, ut et tutores (*et*) curatores eo nomine satisdent. **200.** Set hoc non est perpetuum; nam et tutores testamento dati satisdare non coguntur, qui*a* fides eorum et diligentia ab ipso testatore probata est; et curatores, *ad* quos non e lege curat*i*o pertinet, se*d* (*qui*) uel a consule uel a praetore uel a praeside prouinciae *dan*tur, plerumque non coguntur satisdare, scil*i*cet quia satis 'hon*esti*[1] *electi* *s*unt.[2]

---

locus, sed confirmat, Gaium haec Antonino Pio imperante scripsisse. Marcus enim demum constituit, ut etiam non redditis causis minores curatores acciperent. Capitol. Marc. 16. [1]) *Ex V*st. [2]) *Reliqua paginae pars a scriptura vacua est.*

---

§. 199. 200. = *pr. I. de tut.* (1, 24). a consule] *Cf. Suet. Clau.* 23. *Plin. ep.* 9, 13. *Capitol. Marc.* 10. §. 3. *I. de Atil. tut.* (1, 20).

---

55. s. t. 1. *Superiore commentario de iure personarum* exposuimus; modo uideamus de rebus: qu*a*e uel in nostro patrimonio sunt, uel extra nostrum patrimonium ha*b*entur.

2. Summa itaque rerum diuisio in duos articulos diducitur: nam aliae sunt diuini iuris, aliae humani. **3**. Diuini iuris sunt ueluti res sacrae et religiosae. **4**. Sacr*a*e sunt, qu*a*e Diis superis consecratae sunt; religiosae, quae Diis Manibus relictae sunt. **5**. Sed sacrum quidem hoc solum existimatur, quod *ex* auctoritate populi Romani consecratum est, ueluti lege de ea re lata aut senatus consulto facto. **6**. Religiosum uero nostra uoluntate facimus mortuum inferentes in locum nostrum, si modo eius mortui funus a*d* nos pertineat. **7**. Set in prouinciali solo placet plerisque solum religiosum non fieri, quia in eo 'solo dominium populi Romani est uel Caesaris, nos autem possessionem tantum uel usumfructum habere uidemur; utique tamen, etiamsi non sit religiosus, pro rel*ig*ioso ha*b*etur: item quod in prouinci*i*s non ex auctoritate populi Romani consecratum est, proprie sacrum non 'est, *a*t [149] tamen[1] pro sacro habetur. **8**. Sanctae quoque res, uelut

---

[1]) esttm *Bluhm. Malui nunc statuere, in his litteram* s *pro* a *scriptam vel lectam esse. Ceterum* in prouinciis *noli cum Momms. et ed. Stud. pro glossemate habere novamque hic* §. 7ª. *ponere. Cf.* §. 8. *I. de rer. div.* (2, 1) *ibique Schrader.*

---

§. 1. = *pr. I. de rer. divis.* (2, 1). §. 2. 3. = *L.* 1. *pr. D. de rer. divis.* (1, 8). §. 4. *Cf.* §. 7. *I. de rer. div.* (2, 1). §. 5. *Cf.* §. 8. *I. ib. L.* 9 *pr.* §§. 1. 2. *D. eod.* (1, 8). *L. ult. D. ut in poss. leg.* (36, 4). *Cic. de harusp. resp.* 6. *ad Attic.* 4, 2. §. 3. *Fest. v. Sacratae leges. Sacer mons p.* 318. §. 6. *Cf.* §. 9. *I. de rer. div.* (2, 1). §. 7. *Cf.* 1, 6. 2, 21. 46. *Frontin. de controv. agr. p.* 36. 63. *Lachm. Plin. ep.* 10, 62 (59). *Theophil.* 2, 1. §. 40. §. 8. = *L.* 1 *pr. D. de rer. div.* (1, 8). §. 10. *I. eod.* (2, 1).

muri et portae, quodammodo diuini iuris *sunt*. **9.** Quod autem *di*uin*i* iuri*s* est, id nullius in bonis est: id uero, quod humani | [1]*iuris est*, *plerumque alicuius in bonis est*; *potest* 56.
autem et nullius in bonis esse: nam res hereditariae, *ante-* t. s.
quam aliquis heres existat, *nullius in bonis sunt.* ——— vv. fere 8 ——— *n*e domino. **10.** Hae autem (*res*), quae humani iuris sunt, *aut pu*blic*ae* sunt aut priuatae. **11.** Quae publicae sunt, null*ius u*identur in bonis esse; ipsius enim uniuersitatis *e*ss*e c*re*d*untur. priuatae sunt, quae singuloru*m* 'hominum[2] *sunt*.

12. Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales. **13.** (*Corporales*) hae (*sunt*), quae tangi possunt, uelut fundus, homo, uestis, aurum, argentum et denique aliae res in*nu*mera*b*iles. **14.** Incorporal*es sunt*, qu*ae* tangi non possunt, qualia sunt ea, quae '(*in*)[3] iure consistunt, sicut hereditas, ususfructus, obligationes quoquo modo contractae. nec ad rem per(*tinet*, *quod in hereditate res corporales con*)-

[1]) *Abhinc* §§. 9—14. *restitutae sunt ex L.* 1. *D. de rer. div.* (1, 8) *et tit. I. de reb. corp.* (2, 2). *Apparet vero idque ex* V^{st}. *apertius factum est, ea quae initio p.* 56. *restituta sunt ex Inst. et Dig., non sufficere ad explendos undecim priores versus huius pag.* (*nam a v.* 12, *cuius initium est* ne domino, *incipiunt supplementa Studemundiana*). *Itaque Iustiniani prudentes versus fere octo reciderunt, idque, ut verba illa* ne domino *argumento sunt eo, quem indicavi loco. Quod confirmatur Epit.* 2, 1. 1. *his quae distinxi verbis: 'Sed et res hereditariae, antequam aliquis heres existat, id est* (*aut?*) *quando dubitatur, utrum scriptus an legitimus heres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur'. Ea enim quamvis inepte adhibita nonnisi ex Gaio sumta esse possunt. Itaque suspicor, hanc fere eius sententiam periisse: 'Sed etiam exstante suo et necessario herede, uelut filio, qui alioquin statim cum moritur pater, heres ac dominus est, si tamen incertum sit, utrum ex testamento scriptus an intestato legitimus heres sit, uelut quod postumus suus heres testamento praeteritus exspectatur, quo nato scilicet testamentum rumpitur, res hereditariae interea sunt si*ne domino'. *Cf. L.* 84. *D. de acquir. hered.* (29, 2). [2]) *Ex Suppl. St. p. XXVII.* [3]) *Ex Inst. addidi. Omittit ed. Kr.* 2.

§. 9. *Cf.* §. 7. *I. eod.* §§. 10. 11. *Cf. L.* 1 *pr. L.* 2. §. 1. *D. de interd.* (43, 1). *L.* 15. *D. de verb. sign.* (50, 16). *L.* 6. §. 1. *D. de rer. div.* (1, 8). §§. 12—14. = *Tit. I. de reb. corp.* (2, 2).

tinentur,[1] et fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales
57. *sunt*, et (*id*) quod ex aliqua obligatione no*bis debetur*, | ple-
t. s. rumque corpor*ale est*, *ueluti* fundus, homo, pecunia: nam
ipsum ius successionis et ipsum iu*s* u*tend*ifruendi et ipsum
ius obligationis incorporale est. eodem numero sunt iura
praediorum urbanorum et rusticorum, *quae etiam seruitutes*
uocantur.[2] '*urbanorum*, *uelut* altius tollend*i*, *ut officiant* |
iu*re* luminibus uicini aedes, *aut* non extollen|di, ne lumi- [150]
nibus uicini officiatur: | item fluminum et sti*l*licidiorum idem
ius ut *sit*[3] | ——— vv. 10—14 ——— | . . .

14ᵃ. Res *praeterea aut mancipi sunt aut* nec mancipi. | **14ᵇ.** Mancipi sunt *serui*, *boues*, *equi*, *muli*, *asini et fundi*, | item aedes, in Italico solo[4] — — v. 17. dim. | ——— vv. 18. 19 ——— *seruitu|tes* praediorum urbanorum nec mancipi *sunt*. | item stipendiaria praedia et tributaria nec mancipi sunt. **15.** Sed quod diximus, *boues*, *equos*, *mulos et asinos*

---

1) nam, *quod addunt Inst., melius abest.* 2) *Ex Inst. supplevi. In vv.* 7—24. *huius paginae Gaium primum exposuisse, quae essent iura pr. urb. et rust., apparebat iam ex Epit.* 2, 1. §. 3.: '*Incorporalia etiam sunt iura praediorum urbanorum uel rusticorum. Praediorum urbanorum iura sunt stillicidia, fenestrae, cloacae, altius erigendae domus aut non erigendae, et luminum, ut ita quis fabricet, ut vicinae domui lumen non tollat. Praediorum uero rusticorum iura sunt uia uel iter, per quod pecus aut animalia debeant ambulare uel ad aquam duci, et aquae ductus: quae similiter incorporalia sunt. Haec iura tam rusticorum, quam urbanorum praediorum servitutes appellantur*'. 3) *Ex Vˢᵗ, ubi sunt vv.* 6. 7. 8. 9., *repletis tamen a me his, quorum dubia vel nulla lectio fuit; et initio quidem nunc* (*ed.* 5) *pressius ad Vˢᵗ et rectius quam antea. Cf.* §. 31. *Sequebatur fortasse: uti* [*vel* '*ut ea*'] *nunc sunt* [*cf. L.* 17. §. 3. *D. de serv. pr. urb.* (8, 2) *L.* 33 *D. de contr. empt.* 18, 1], *et praeterea* alia multa' (*cf.* 2, 238). *Itaque inde a v.* 10 *fin. usque ad v.* 15 *initium Gaius egit de iuribus praediorum rusticorum, ubi quae praeter singulas litteras in Vˢᵗ v.* 13 *med. supersunt* N u (enim uero) ius aq(uae) ducendae *sequebatur fortasse:* '*etiam numero praediorum urbanorum* ser(ui)-*t*utum esse pote|rit'. Res *etc.* 4) §§. 14ᵃᵇ. *ex Vˢᵗ effeci, suppletis quae legi non potuerunt, ut sensus et spatium flagitabant;* sunt *post* mancipi *notatum esse posui. v.* 17. 18. 19. *sequebatur fere:* '*itemque iter, actus uia a|quaeductus praediorum in hoc solo; nam si quae aliae sunt numero servitutum praediorum rusticorum et om|nes*'.

res | mancipi esse, n— — — | — — v. 24. — — |[1] statim ut nata sunt, mancipi esse putant; Nerua uero et Proculus et ceteri diuersae sc*h*olae auctores non aliter ea mancipi esse putant, quam si domita sunt; et si propter nimiam feritatem domari non possunt, tunc uideri mancipi esse incipere, cum ad eam aetatem peruenerint, 'qua[2] domari solent. **16.** At ferae bestiae nec mancipi sunt, uelut ursi, leones; item ea animalia, quae fere[3] bestiarum numero sunt, uelut elefanti et cameli, et ideo ad rem non pertinet, quod haec animalia etiam collo dorsoue domari so*lent*; nam 'nec (*notitia*)[4] quidem eorum animalium illo tempore fuit, quo constituebatur, quasdam res mancipi esse, quasdam n*ec*[5] mancipi. **17.** Sed item fere omnia, quae incorporalia sunt, nec mancipi sunt, exceptis seruitutibus praediorum rusticorum; nam eas mancipi esse constat, quamuis sint ex numero rerum incorporalium. 58. t. s. [151]

18. Magna autem differentia est mancipi rerum et nec mancipi. **19.** Nam res nec mancipi ipsa traditione pleno iure alterius fiunt, si modo corporales sunt et ob id recipiunt traditionem. **20.** Itaque si tibi uestem uel aurum uel argentum tradidero siue ex uenditionis causa siue ex donationis siue quauis alia ex causa, statim tua fit ea res, si modo ego eius dominus sim. **21.** 'Iure 59. t. s.

1) *Suppleri pro spatii modo potest:* 'nostri quidem praeceptores, omnia haec animalia, quae collo dorsoue domantur'. 2) quia *V*st. 3) *Sic V*st, *quod iam mutare nolim, cum Gaii sententiae in L.* 2. §. 2. *D. ad l. Aquil.* (9, 2) *et iis quae in V*st *sequuntur conveniat. Bestiae enim natura quasi plus quam ferae sunt, quae cum in camelis et elefantis dometur, quodammodo ii mixti fiunt vel fere bestiarum numero sunt.* 4) *Posterius v. addidi* n . . . | qd *V*st*;* neque *vel* nec quidem *Gaius posuit, quod dicere vult, illo tempore haec animalia non modo nondum ut nunc collo dorsove domari solita esse, sed omnino nondum nota in civitate eorum, qui hoc discrimen statuebant, ideoque tantum natura fera fuisse.* 5) non *Vst.* — *Ceteras res mobiles* (§§. 20. 81) *praeter animalia Gaius omittit etiam* §. 32.

§§. 15. 16. *Cf.* 1, 120. *Ulp.* 19, 1. *Fr. Vat.* 259. *Boeth. ad Top.* 5. *p.* 321 *seq. Bait. Isidor. Or.* 9, 4. §. 55. *De asinis emendis cf. Varro de r. r.* 2, 6. §. 3. *de canibus idem* 2, 9. §. 7. §. 17. *Cf.* 1, 120. 2, 27. 29. *Ulp.* 19, 1. *Fr. Vat.* 45. §§. 18. 20. *Cf. Boeth. l. c. Ulp.* 19, 7. §. 30. *I. de rer. div.* (2, 1) *cum Theophilo; infra* §. 28. §. 21. *Cf.* 1, 6. 2, 7. *Fr. Vat.* 259. 283. 285. 289. 293. 315. 316. *Theophil.* 2, 1. §. 40.

ciuili[1] in eadem | causa sunt prouincialia praedia, quorum alia stipendiaria, alia tributaria uocamus: stipendiaria sunt ea, quae in his prouinciis sunt, quae propriae populi Romani esse intelleguntur; tributaria sunt ea, quae in his prouinciis sunt, quae propriae Caesaris esse creduntur. **22.** Mancipi uero 'res[2] per mancipationem ad alium transferuntur; unde etiam mancipi res sunt dictae. quod autem ualet manci(*patio, idem ualet et in iure cessio.*[3] **23.** *Et manci*)patio quidem quemadmodum fiat, superiore commentario tradidimus. **24.** In iure cessio autem hoc [152.] modo fit: apud magistratum populi Romani uel(*ut*) praetorem,[4] is, cui res in iure ceditur, rem tenens ita 'dicit:[5] HVNC EGO HO-

1) *Sic interpretor litteras duas incertas V*st io *vel* ic *vel unam* m, *quamquam, si* m *fuit, mero errori librarii tribui possit, postremam litteram v.* sim *repetentis. Sed hoc Gaius et rectissime quidem dicere potest voluisse, tantummodo iure civili et iam haec praedia, quae iure gentium, cum aut populi Rom. aut Caesaris sint, privatorum omnino esse non possint, traditione ab eo, cuius sint, perinde alienari iuberi, atque aurum vel vestem, quae naturaliter privatorum dominium et traditionem recipiunt. In Suppl. p. XXVII St. nunc negare videtur nisi de* m *cogitari posse. Quaeritur igitur, utro tempore rectius viderit vel iudicarit.* 2) rsquae *V*st res sunt quae *edd.* res aeque *edd. meae. nunc verba* sunt quae *somnolento librario malim tribuere ex antecedentibus hanc quasi formulam cantare assuefacto quam transponere:* Res uero quae m. sunt; *iam enim non quaeritur, quae res mancipi sint. Cf.* §. 19. 3) *Bg. ed.* 5. *male supplevit:* manci(*patio in mancipi rebus, idem in omnibus rebus valet in iure cessio*). *Nam ut taceam, non omnes res in iure cedi posse, in his, quae possunt, ita demum, si mancipi sunt, idem valet in iure cessio quod mancipatio, velut de auctoritate obligando eum, qui in iure cedit.* 4) *Quod in C. sequitur* uapr p̄sidem puiniciae (*unde* uel apud praesidem prouinciae *iam Boethius et edd. etiam meae*) *natum esse ex glossemate et notis male intellectis, iam ex V*st *manifestius apparet, ubi est in fine* §. 1: hoc (*non* quae *edd.*) fieri potest *etc. nam plane idem Gaius certe bis non dixit.* 5) *Ita C. edd. Ex Boeth. et quia sequitur* postquam hic uindicauerit *in ed.* 1. *scripseram:* (*uin*)dicat. *Postquam vero verba vindicationis rectius intellegere contigit* (*cf. ad* 4, 16), *intellexi etiam h. l. C. Ver.* dicit *recte habere et quod sequitur* uindicauerit *spectare verba illis dictis adiecta* SICVTI DIXI, ECCE TIBI VINDICTAM IMPOSVI.

§. 22. *Cf.* 1, 119. 120. *Ulp.* 19, 3. *Cic. Top.* 5. *ibiq. Boeth. p.* 322. *Bait. Fr. Vat.* 311. 313. *Varro de r. r.* 2, 10. §. 4. §. 23. *Cf.* 1, 119. §. 24. In iure cessio . . . legis àctio uocàtur] = *Boeth. l. c. Cf. Ulp.* 19, 9. 10. *supra* 1, 134.

MINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO; deinde postquam hic uindicau*erit*, *praetor inter*rogat eum, qui *c*edit, an contra uindicet; quo negante aut tacente tunc ei, qui uindicauerit, eam rem addicit; *id*que legis actio uocatur. hoc fieri potest etiam in prouinciis a*pud praes*id*es* e*a*r*um*. **25.** Pleru*m*que tamen et fere semper mancipationibus utimur: quod enim ipsi per nos praesentibus amicis agere possumus, hoc non interest (*nec*) necesse[1] cum maiore difficultate apu*d* praetorem aut apu*d* praesidem prouinciae agere. **26.** Quod si neque mancipata, neque in iure cessa sit res mancipi[2] | ———— 60. t. s.

———— | ———— vv. 1—5 med. ———— | 61. t. s.

[153] **26[a]**. . . '*in prouinciis uero non modo* | praedium nu*llum possessorum proprium*, s*e*d *ne qui*|dem ulla libera ciuitas *est*.

[1]) nec *duplicavi*. [2]) *Puta secutum esse 'sed tantum tradita'. Ceterum etiam V^st ex hac pag. pauca tantum continet verba initio quorundam versuum, velut v.* 7. m(*odo?*) plena possessio concessa *v.* 8. ex formula quamquam (*pro hoc sed dubie* qua hi qui *Suppl.*) *v.* 11. fructus na *v.* 12. Item adhuc in *v.* 17. non fuissent. *Suspicari licet, Gaium in hac pag. primum dixisse, rem mancipi traditam tantum, si quidem a cive Rom., non effici accipientis ex iure Quir. donec usucapiatur* (*in bonis fieri, postea demum dicit* §. 41.); *si vero a peregrino, cum quo ius commercii non sit, perinde esse ac si nec mancipi res tradita esset* (*cf. ad Fr. Vat.* 47 *not.*); *totum enim hoc rerum discrimen iuris civilis esse: sed nec traditione praedia provincialia, quamvis nec mancipi sint, accipientis pleno iure fieri, quoniam privatis eorum tantum* plena possessio concessa *sit; verumtamen eum quoque* ex formula, quanquam *non ea, quae domino iure civili competit, vindicare posse set et fructus, ut nostrae scholae auctores putant, eos quos opera sua acquisierit* (*L.* 45. *D. de usur.* 22, 1), *secundum* Proculeianorum *autem sententiam etiam alios omnes* fructus na*turali ratione eius perinde ac domini fieri;* item adhuc in *possessione eorum praediorum ad obtinenda ea non usucapione quidem, si venditoris* | non fuissent, *sed per longi temporis praescriptionem tueri se posse. Deinde in fine huius pag. et prima parte sequentis, ubi St.dus tantum quaedam certa verba initio versuum, velut v.* 2. (com)|municatione (?) non (?) *v.* 3. e(st) quo nomine *v.* 5. praedium *legere potuit, Gaius videtur exposuisse de iure commercii,* | quo nomine *emendi uendendique invicto ius significatur, et plenius quidem quam Ulp.* 19, 14. 15. *Mancipationem vero, si ab eo, quicum ius commercii sit, res mancipi mancipio accipiatur, etiam nexum continere, i. e. ut venditor evicta re*

§. 26. *Cf.* 1, 21[b]. §. 26[a]. *Cf. supra* §. 7.

27. *Praeterea hoc loco*[1] *admo*|nendi sumus, '*etiam dumtaxat Italici soli nexum*[2] | esse, prouincialis soli nexum non '*esse; nam recipit nexus*[2] | significationem solum non aliter '*quam si*[2] mancipi '*est*[2]; *at* pro|uinciale nec mancipi *est*. aliter enim ueteri lingua 'a | — — — [3]de *rebus* mancip*atis*. |

28. Incorporales (*res*) traditionem non recipere manifestum est. **29.** Sed iura praediorum urbanorum in iure (*tantum*) cedi possunt; rusticorum uero etiam mancipari possunt. **30.** Ususfructus in iure cessionem tantum recipit: na*m* dominus proprietatis ali*i* usumfructum in iure cedere potest, ut ille usumfructum habeat et ipse nudam proprietatem *retineat*. ipse usufructuarius in iure cedendo domino proprietatis usumfructum *effic*it, ut a se discedat et conuertatur in proprietatem; ali*i* uero in iure cedendo nihilominus ius suu*m* retinet: creditur enim ea cessione nihil agi. **31.** Sed haec scilicet in Italicis praediis ita sunt, quia et ipsa
62. praedia mancipationem | et in iure cessionem recipiunt. alioquin [154]
in prouincialibus praedi*i*s siue qu*i*s usumfructum siue ius eundi, agendi aquamue ducendi uel altius tollendi aedes aut non tollendi, ne luminibus uicini officiatur, ceteraque similia iura constituere

auctoritatis nomine ad duplum pretium solvendum obligetur. Invicem iuris commercii com|munica*tione effici, ut si civis Rom. a peregrino liberae civitatis secundum mores legesque peregrinorum rem emat, quae ex his legibus per traditionem acquiri non possit, quo in numero praedia esse soleant, iustus dominus eius rei efficiatur. 'In provinciis uero non modo* praedium nu*llum' etc.* [1]) *Ad sensum restitui. In edd. tantum est* praedium *et postea* ulla libera. [2]) *Haec omnia Gösch. supplementa ad sensum magis quam ad verbum certa a me in contextum sunt recepta, sed nunc ex V*st *paullo immutata; pro* nexus *etiam scribi potest* eius uocis. [3]) *Suspicor in C. fuisse:* ā(uc)|*toris euic*ta re p̀(*rae*)stat(*io*) *sic n*(*on*) *dicit*(*ur*) *ac*.

§. 27. *Cf. Frontin. de controv. agr. p.* 36. *Aggen. urb. p.* 62. *Lachm. Cic. pro Flacco* 32. §. 80. '*Illud quaero, sintne ista praedia censui censendo: habeant ius civile: sint, necne sint mancipi*'. *Notae iurid. L. I. Q. = Locus Iuris Quiritium; L. I. I. Q. = Locus Italicus Iuris Quiritium. Cf. Zeitschr. f. gesch. RW. X. p.* 59. solum uero] *Cf. Sozom. hist. eccl.* 7, 9. §. 28. *Cf. L.* 43. §. 1. *D. acq. rer. dom.* (41, 1). *supra* §. 19. §. 29. *Cf.* §. 17. *L.* 39. *D. de serv. pr. urb.* (8, 2). §. 30. *Cf. Fr. Vat.* 45. 48. 54. 75 (3). *Ulp.* 19, 11. *infra* §. 33. §. 3. *I. de usufr.* (2, 4). *Paul.* 3, 6. §. 32. §. 31. *Cf.* §. 1. *I. de usufr.* (2, 4). §. 4. *I. de servit.* (2, 4). *L.* 3 *pr. D. de usufr.* (7, 1).

uelit, pactionibus et stipulationibus id efficere potest; quia ne ipsa quidem praedia mancipationem aut (*in*) iure cessionem 'recipiunt. **32.** *S*et[1] cum ususfructus et hominum et ceterorum animalium constitui possit, intellegere debemus, horum usumfructum etiam in prouinciis per in iure cessionem constitui posse. **33.** Quod autem diximus, usumfructum in iure cessionem tantum recipere, non est temere dictum, quamuis etiam per mancipationem constitui possit eo, quod in mancipanda proprietate detrahi potest; non enim ipse ususfructus mancipatur, sed cum in mancipanda proprietate deducatur, eo fit, ut apu*d* alium ususfructus, apu*d* alium proprietas sit.[2]

34. Hereditas quoque in iure cessionem tantum recipit. **35.** Nam si is, ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas, in iure eam ali*i* ante aditionem cedat, id est antequam *h*eres extiterit, proinde fit heres is, cui in iure cesserit, ac si ipse per legem ad hereditatem uocatus esset: post obligationem uero si ce*ss*erit, nihilominus ips*e* | heres permanet, 63.
et ob id creditoribus tenebitur, debita uero pereunt, eoque modo de*b*itores hereditari*i* lucrum faciunt; corpora uero eius hereditatis perinde* transeunt ad eum, cui cessa est hereditas, ac si ei singula in iure cessa fuissent. **36.** Testamento autem scriptus heres ante aditam quidem hereditatem in iure cedendo eam ali*i* nihil agi*t*; postea uero quam adierit si cedat, ea acci-
[155] dunt, quae proxime diximus de eo, ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas, si post obligationem (*in*) iure cedat. **37.** Idem et de necessari*i*s heredibus diuersae sc*h*olae auctores existimant, quod nihil uidetur interesse, utrum (*aliquis*) adeundo hereditatem fiat heres an inuitus 'stat*i*m[3] existat.

---

1) recipiunt' et *C.* recipiunt. Et *ed. Bg.* 2) *Sequitur linea vacua.* 3) statem *habet C. paulo ante inter* htatem *et* fiat; *huc transposui.*

---

§. 33. *Cf.* §. 30. *Fr. Vat.* 47. 50. *L.* 32. *D. de usufr.* (7, 1.) §. 34. *Cf. Ulp.* 19, 11. *Serv. ad Aen.* 3, 297. §. 35. *Cf.* 3, 85. *Ulp.* 19, 12—14. *L.* 1. *C. de revoc. his q. in fraud.* (7, 75). *Senec. de benef.* 6, 5. §. 3. cesserit] *sive ipse heres, sive is, cuius is iuri postea subiectus est, velut si sua heres filia in manum eius convenerit* (3, 84). *Varr. de r. r.* 3, 16. §. 2. *ubi legendum* '*cessa mi hereditate*'. §. 36. *Cf.* 3, 86. *Ulp.* 19, 13. 14. *Plin. ep.* 5, 1. §. 3. §. 37. *Cf.* 3, 87. suo loco] §. 152 *seq.*

quod quale sit, suo loco appare*b*it: sed nostri praeceptores putant, nihil agere necessarium heredem, cum in iure cedat hereditatem.

38. Obligationes quoquo modo contractae nihil eorum[1] recipiunt: nam quod mihi ab aliquo debetur, id si uelim tibi deberi, nullo eorum modo, quibus res corporales ad alium transferuntur, id efficere possum;[2] sed opus est, ut iu*b*ente me tu ab eo stipuleris; quae res efficit, ut a me liberetur et incipiat tibi teneri. quae dicitur nouatio obligationis. **39**. Sine hac uero nouatione non poteris tuo nomine agere, sed
64. debes ex persona mea quasi cognitor | aut procurator meus experiri.

40. Sequitur, ut admoneamus, apu*d* peregrinos quidem unum esse dominium; nam aut dominus quisque est, aut dominus non intellegitur. quo iure etiam populus Romanus olim utebatur: aut enim ex iure Quiritium unusquisque dominus erat, aut non intellegebatur dominus. set postea diuisionem accepit dominium, ut alius possit esse ex iure Quiritium dominus, alius in bonis habere. **41**. Nam si tibi rem mancipi neque mancipauero neque in iure cessero; set tantum tradidero, in bonis quidem tuis ea res efficitur, ex iure Quiritium uero mea permanebit, donec tu eam possidendo usucapias: semel enim impleta usucapione proinde pleno iure incipit, id est et in bonis et ex iure Quiritium tua res esse, ac si ea mancipata uel in iure cessa '(*esset*. **42**. *Usucapio autem*)[3] [156] mobilium quidem rerum anno completur, fundi uero et aedium biennio; et ita lege XII tabularum cautum est.

43. Ceterum etiam earum rerum usucapio nobis conpetit,

---

[1]) *Excidisse videtur* '*quibus quid diximus fieri aliorum*'.
[2]) *Ex Gösch. et Lachm. edd.* p'sum' *C.* possumus *ed. Bg.*
[3]) *Haec a Lachm. suppleta ut omitterentur, scriptura antiquioris codicis* esset ucat *post similem vocem* cessa *videtur effecisse.*

---

§. 38. *Cf.* §§. 14. 19. 22. 3, 176. §. 39. *Cf.* 4, 82. 86. §. 40. *Cf.* 1, 54. 35. 157. 2, 88. 3, 166. *Theoph.* 1, 5. §. 4. §. 41. *Cf.* 1, 21[b]. 2, 26. 204. 3, 80. *Ulp.* 1, 16. *L.* 38. §. 2. *D. de lib. causa* (40, 12). §. 42. *Cf. Ulp.* 19, 8. *pr. I. de usuc.* (2, 6) *cum Theoph. Cic. Top.* 4. §. 23. *pro Caec.* 19. *infra* §§. 54. 204. §§. 43. 44. *Cf. pr. I. cit. Ulp. ib. infra* §. 49. *L.* 1. *D. de usurp.* (41, 3).

quae non a domino nobis traditae fuerint, siue mancipi sint *e*ae res siue nec mancipi, si modo 'ea*s*[1] bona fide acceperimus, cum crederemus, eum, qui 'traderet,[2] dominum esse. **44.** quod ideo receptum uidetur, ne rerum dominia diutius in incerto essent, cum sufficeret[3] domino ad inquirendam rem suam *an*ni aut | bienni*i* spatium, quod tempus ad usucapionem pos- 65.
sessori tributum est.

45. Set aliquando etiamsi maxime quis bona fide alienam rem possideat, non tamen ill*i* usucapio procedit, uelut si qui rem furtiuam aut ui possessam possideat; nam furtiuam lex XII tabularum usucapi prohibet, ui possessam lex Iulia et Plautia. **46.** Item prouincialia praedia usucapionem (*non*) recipiunt. **47.** '(*Item olim*)[4] mulieris, quae in agnatorum tutela erat, res mancipi usucapi non poterant, praeterquam si ab ipsa tutore (*auctore*) traditae *e*ssent: '*quod*[5] *it*a lege XII tabularum 'cautum *erat*.[6] **48.** Item liberos homines et res sacras et religiosas usucapi non posse manifestum est. **49.** Quod ergo uulgo dicitur, furtiuarum rerum et ui possessarum usu-
[157] capionem per 'legem[7] prohibitam esse, non eo pertinet, ut *ne ipse fur quiue per* uim *possidet*, usucapere *pos*sit (nam huic ali*a* ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possidet); sed nec ullus alius, quamquam ab eo bona fide emerit,

---

1) *Ex Gösch. ed.* ea *C. ed. Bg. ex Lachm. auctoritate, qui exemplis partim incertis partim dissimilibus id defendit. Ceterum puto, hanc vocem aliquando post* bona fide *ob viciniam omissam huc male translatam esse.* 2) tra*di*derit *edd. Sed litterae* '*di*' *in fine versus secundum V*st *non sunt, nec, cum tradidit, sed cum tradebat, hoc nos credidisse necesse est; denique alias scribendum esset* tradidisset. 3) *Fortasse excidit* et(iam). 4) res *C.* '*item*' *ed. Bg. Sed* it. olim, *quibus vv. quis* res *addiderat, ob similitudinem v.* m-ulie-ris *excidisse videtur, male retenta v.* res. 5) id (*pro* qd) *V*st *et Suppl.* '*et*' *ed. Bg.* 6) m (*vel* ca) *V*st. *Fuerit* c. erit (it *ex sequente v.*) 7) *Ex Inst. et ipsa re* (*neque enim XII tab. ad res vi possessas pertinebant*) *apparet,* XII tab., *quod C. addit, glossema esse. Iisdem debentur supplementa in* §§. 49. 50.

---

§. 45. *Cf.* §§. 1. 2. *I. de usuc.* (2, 6). *Gell.* 17, 7. §. 46. *Cf. pr. I. ib. L. un. C. eod.* (7, 31). *supra* §§. 7. 21. §. 47. *Cf.* 1, 192. *Cic. ad Attic.* 1, 5. §. 6. *pro Flacco* 34. *et vid. ad Fr. Vat.* 259. *notata.* §. 48. *Cf.* §. 1. *I. de usuc.* (2, 6). §. 49. = §. 3. *I. ib.*

usucapiendi ius habeat. **50.** Unde in rebus mo*b*ilibus non
facile p*rocedit*, *ut bonae fidei possessori usucapio co*mpetat,
quia qui alienam rem uendidit et tradidit, furtum committit;
idemque accidit etiam si ex ali*a* causa tradatur. set tamen
hoc aliquando aliter se habet; nam si heres rem defuncto
commodatam aut locatam uel apu*d* eu*m* depositam existimans
66. eam esse here|ditariam, uendiderit aut donauerit, furtum non
committit; item si is, a*d* quem ancillae ususfructus pertinet,
partum 'etiam[1] suum esse credens uendiderit aut donauerit,
furtum non committit; *f*urtum enim sine affectu furandi non
committitur. aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine
uitio furti rem alienam ad aliquem transferat et efficiat, ut a
possessore usucapiatur. **51.** Fundi quoque alieni potest aliquis
*s*ine ui possessionem na*n*cisci, 'cu*m ea*[2] uel ex neglegentia
domini uacet, uel quia dominus sine successore decesserit
uel longo tempore afuerit: '*quam*[3] si ad alium bona fide
accipientem transtulerit, poterit usucapere possessor; et quamuis
ipse, qui uacantem possessionem nactus est, intellegat,
alienum esse fun*d*um, *tamen* nihil *hoc bonae fidei p*ossessori
ad *us*ucapionem nocet, (*cum*) inpro*b*ata sit eorum se*nt*entia,
qui putauerint, furt*iuum* fundum fieri po*s*se.

52. Ru*r*sus ex contrario accidit, ut qui sciat, alienam rem
se possidere, usucapiat, uelut si rem hereditariam, cuius possessionem
heres nondum nactus est, aliquis pos*s*iderit;[4] nam
ei concessum (*est usu*)capere, si modo ea res est, quae recipit
usucapionem, quae species possessionis et usucapionis pro
herede u*o*catur. **53.** Et in tantum haec usucapio concessa [158]
67. est, | ut et res, quae solo continentur, anno usucapiantur.

---

1) et *Sched. unde fuerit* ei' = eius. 2) quae *C. Dig. edd. sc. pro* cū ea. 3) *Ex Gösch. cj.* n *C.* nam *edd.* 4) *Ex Sched. etiam* V^{st} *et Bg. ed.* 5. possederit *ed. mea prima et Stud.*

---

§. 50. = §. 3 *med.* — §. 6. *I. ib. Cf. L.* 36. *D. de usurp.* (41, 3). furtum non comm. — committitur] = *L.* 37 *pr. D. eod.* §. 51. Fundi — afuerit] = *L.* 37. §. 1. *D. ib. Cf.* §. 7. *I. de usuc.* (2, 6). *L.* 38. *D. eod.* furtiuum f.] *Cf. Gell.* 11, 18. §. 52. *Cf.* 3, 201. *L.* 29. *D. de usurp.* (41, 3). *Plin. ep.* 5, 1. §. 10. §§. 53. 54. *Cf. Cic. pro Flacco* 34. *ad Attic.* 1, 5. §. 6. *Senec. de benef.* 6, 5. §. 3. — *supra ad* §. 42. *cit.*

54. Quare autem 'hoc casu etiam[1] soli rerum annua constituta sit usucapio, illa ratio est, quod olim rerum hereditariarum possessione '*uel*ut[2] ipsae hereditates usucapi credebantur, scilicet anno: lex enim XII tabularum soli quidem res biennio usucapi iussit, ceteras uero anno: ergo hereditas in ceteris rebus uidebatur esse, quia soli non est 'neque corporalis qui*dem* est:[3] (*et*) quamuis postea creditum sit, ipsas hereditates usucapi non posse, tamen in omnibus rebus hereditariis, etiam quae solo tenentur, annua usucapio remansit. **55.** Quare autem omnino tam inproba possessio et usucapio concessa sit, illa ratio est, quod uoluerunt ueteres maturius hereditates adiri, ut essent, qui sacra facerent, quorum illis temporibus summa obseruatio fuit, '*et ut*[4] creditores haberent, a quo suum consequerentur. **56.** Haec autem species possessionis et usucapionis etiam lucratiua uocatur: nam sciens quisque rem alienam lucrifacit. **57.** Sed hoc tempore 'iam[5] non est lucratiua: nam ex 'auctoritate *diui*[6] Hadriani senatus consultum factum est, ut tales usucapione*s* reuocarentur; et ideo potest heres ab eo, qui rem usucepit, hereditatem petendo perinde eam rem consequi, atque si usucapta non esset. **58.** (*Suo*) et | neces- 68.
sario tamen herede extante 'nihil[7] ipso iure pro herede usucapi potest. **59.** A*d*huc etiam ex aliis causis sciens quisque rem

[1]) etiam hoc casu *C.* [2]) sut *C. pro* ūūt. [3]) quia neque corporalis est *C. scilicet nota* qd *corrupta et transposita. nec me movet exemplum L.* 25. §. 9. *D. fam. erc.* (10, 2)*; Gaius eiusmodi repetitionem v.* quia *vitat. cf.* 2, 105. [4]) ut est *C.* [5]) *etiam C. edd. Cf. Zeitschr. f. gesch. RW. XIV. p.* 216. [6]) hauctoritatem *C.* (m *expuncta V*[st]) auctoritate *edd. Cf. Zeitschr. l. c. p.* 215. [7]) *Ex V*[st]. *Quare iam statuendum videbatur, initio §i, h. e. in fine p.* 67. *ubi sola vox* et *post* eet *nunc ferri non potest (etiam omiserunt edd. Polen. et Stud.), ante hanc vocem excidisse et supplendum esse* suo, *quod etiam iuris ratio admittit, imo potius flagitat. Cf. Zeitschr. f. gesch. RW. XIV. p.* 167 *seq. Excidisse autem puto non forte sed consilio ex* 3, 201. *interpolantis, de quo loco vide ibi notata.*

§. 55. *Cf. Cic. de legib.* 2, 19 *seq. pro Mur.* 12. *Fest. v. Religiosum. Sacer. p.* 289. 318. *Paul.* 4, 3. §. 3. §. 56. *Cf. L.* 71. §. 1. *D. de furt.* (47, 2). *L.* 2. §. 1. *D. pro herede* (41, 5). *L.* 33. §. 1. *D. de usurp.* (41, 3). §. 57. *Cf. L.* 1 *pr. D. quor. bon.* (43, 2). *L.* 17 *pr. D. ex quib. caus. mai.* (4, 6). §. 58. *Cf.* 3, 201. *L.* 2. *C. pro her.* (7, 29). §§. 59. 60. *Cf. Boeth. in Top.* 10. *p.* 340 *Bait. Isidor. Or.* 5. 25. §§. 23. 30. *Cic. pro Flacco* 21. §. 51.

alienam usucapit: nam qui rem alicui fiduciae causa mancipio dederit uel in iure cesserit, si eandem ipse possederit, potest usucapere anno scilicet, (*etiam*) soli si sit. quae species usucapionis dicitur usureceptio, quia id, quod aliquando habui- [159] mus, recipimus per usucapionem. **60.** Sed cum fiducia 'contrah*a*tur[1] aut cum creditore pignoris iure, aut cum amico, quo[2] tutius nostr*ae* res apu*d* eum s*i*nt, si quidem cum amico contracta sit fiducia, sane omnimodo conpetit 'ususreceptio;[3] si uero cum creditore, soluta quidem pecunia omnimodo conpetit, nondum uero soluta ita demum competit, si neque conduxerit eam rem a creditore de*b*itor, neque precario rogauerit, ut eam rem possidere liceret; quo casu lucratiua 'ususcapio[4] conpetit. **61.** Item si rem obligatam sibi populus uendiderit, eamque dominus possiderit, concessa est 'ususreceptio:[3] sed hoc casu praedium *b*iennio usurecipitur: et hoc est, quod uolgo dicitur, ex praediatura possessionem usurecipi: nam qui mercatur a populo, praediator appellatur.

[5][§§. 62.—64. infra suo loco quaere post §. 79.]

---

1) contrahitur *C. ed. Bg. et Kr.* 2, *quae initio omittit* cum, *postea ante* si quidem *intrudit* et *contra C. et Gaii stylum.* 2) *Iam in ipsa oratione posui* quo *pro* quod *C. et postea* sint *pro* essent *C; nam alioqui sensus esset: quod putabamus, tutius nostras res apud eum fore: non satis aptus.* 3) *Sic C.* usureceptio *edd.* 1. 2. 4) *Sic C.* usucapio *edd.* 1. 2. 5) *Recte Heimbachius statuit, huc pertinere* §§. 65—79. *Scilicet per transpositionem fortasse unius folii* §§. 62—64. *continentis in antiquiore codice, ex quo Veronensis fluxit (folii puta non iustae formae, sed minutae, quippe in quo tantum quae exciderant, erant suppleta), factum est, ut eum, quo in Veron. leguntur, locum obtinerent sane ineptum, quidquid Mommsenus commendandi vel excusandi eius gratia in ed. Kr.* 2 *contra dicat. Cf. tit. I.* 2, 8. *qui, ut res flagitat, rerum acquisitionibus etiam naturalibus absolutis, de his, quibus alienare licet vel non, nulla aliena re interiecta agit. Et ut longe aptius quae* §§. 80 *seq. legimus,* §*um* 64. *quam* §*um* 79. *sequuntur, ita Gaius* §*o* 65. *eo, quem in C. Veron. obtinet locum, dicere non poterat* quae diximus, *sed more suo* quae supra diximus, *dicere eum oportebat. — Itaque iam* §§. 62—64. *suo loco restituere placuit, lectore tamen admonito nec mutatis* §§. *numeris: quod ipsum Bg. errore suo cognito, fecit ed.* 5.

Paul. 2, 13. cum amico] *Cf. Valer. Max.* 4, 2. §. 7. §. 61. *Cf. L.* 9. *D. de resc. vend.* (18, 5).

65. Ergo ex his, quae diximus, adparet, quaedam naturali iure alienari, qualia sunt ea, quae traditione alienantur, quaedam ciuili; nam mancipationis et in iure cessionis et usucapionis ius proprium est ciuium Romanorum.

[160] **66.** Nec tamen ea tantum, qu*a*e traditione nostra fiunt, naturali nobis ratione adquiruntur, sed etiam *cum*[1] occupando ideo 'r*e*s comparauerimus,[2] qui*a* antea nullius essent, qualia sunt omnia, quae terra, mari,[3] coelo capiuntur. **67.** Itaque si *f*era*m* *b*estiam aut uolucrem aut piscem 'cep*erimus*, *simul atque* captum *f*u*erit h*oc *animal*, | *statim*[4] *nostrum fit*, *et eous*que nostrum esse intellegitur, | donec nostra custodia coerceatur; 70.
cum uero custodiam nostram euaserit et in naturalem libertatem se *re*ceperit, rursus occupantis fit, quia nostr*um* esse 'desi*u*it:[5] naturalem autem libertatem recipere uidetur, cum aut oculos nostros euaserit, aut licet *i*n conspectu sit nostro, difficilis tamen in re eius persecutio[6] sit. **68.** In *i*is autem animalibus, quae ex consuetudine abire et redire solent, ueluti columbis et apibus, item ceruis, qui in siluas ire et redire solent, talem habemus regulam traditam, ut si reuertendi animum habere desierint, etiam nostra esse desinant et fiant occupantium: reuertendi autem animum uidentur desinere habere, cum reuertendi consuetudinem des*e*ruerint. **69.** Ea quoque, quae ex hostibus capiuntur, naturali ratione nostra fiunt.

70. Sed et id, quod per alluuionem nobis adicitur, eodem iure nostrum fit: per alluuionem autem i*d* uidetur adici, quod

---

1) ū *Sched. Bluhm. fuerit* cū. 2) *Sic nunc* (*ed.* 5) *pro* res adquisierimus *scripsi fere ex V*st. *In C. fuerit* res c'pauerimus. 3) que *addit V*st *pallidis litteris, ut legi possit* quaeue. 4) *Ex V*st *priorem restitutionem paullo immutavi, postquam constitit, primam litteram ultimi v. esse* s. 5) desinit *C. edd. etiam mea* 1. 6) rei psecutio *C.* in|rei (*pro* ree') persecutio *V*st. rei persecutio *edd.*, *ubi* rei *est intolerabile, unde ed.* 3. *ex Inst. scripseram* eius (*et sic ed. Stud.*). *Sed Gaius hoc dicit, difficilem esse oportere persecutionem non nobis tantum, sed in ipsa re. cf. ex. gr. L.* 7. §. 1. *D. de except.* (44, 1).

---

§. 65. *Cf.* §. 11. *I. de rer. div.* (2, 1). *L.* 1 *pr. D. de acq. rer. dom.* (41, 1). *Cic. de offic.* 1, 12. §§. 66—68. *Cf. L.* 1. §. 1. *L.* 3 *pr.* §. 2. *L.* 5. *pr.* §. 5. *D. de acq. rer. dom.* (41, 1). §§. 12. 15. *I. de rer. div.* (2, 1). §. 69. *Cf. L.* 5. §. 7. *D. eod.* §. 17. *I. tit. cit.* §. 70. *Cf. L.* 7. §. 1. *D. tit. cit.* §. 20. *I. tit. cit.*

ita paulatim flumen agro nostro *a*dicit, ut aestimare non possimus, quantum quoque momento temporis adiciatur: (*et*)[1] hoc est, quod uolgo dicitur, per alluuionem id adici uideri, quod [161]
ita paulatim adicitur, ut oculos nostros fallat. **71.** Itaque si flumen partem aliquam ex tuo praedio resciderit[2] et ad meum
71. praedium pertulerit, haec pars tua ma|net **72.** A*t* si in medio flumine insula nata sit, haec eorum omnium commun*is* es*t*, qui ab utraque parte fluminis prope ripam praedia possident; si uero non sit in medio flumine, ad eos pertinet, qui ab ea parte, quae prox*i*ma est, iuxta ripam praedia habent. **73.** Praeterea id, quod in solo nostro ab aliquo aedificatum est, quamuis ille suo nomine aedifica*u*erit, iure naturali nostrum fit, quia superficies solo cedit. **74.** Multoque magis id accidit et in planta, quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit. **75.** Idem contingit et in *fru*mento, quod in solo nostro ab aliquo satum fuerit. **76.** Sed si ab eo petamus f*und*um uel aedificium, et inpensas in aedificium uel in seminaria uel in sementem factas ei soluere nolimus, poterit nos per exceptionem doli mali repellere, utique si bonae fidei possessor fuerit. **77.** Eadem ratione probatum est, quod in c*h*artulis siue membranis meis aliquis scripserit, licet aureis litteris, meum esse, quia litterae c*h*artulis siue membranis cedunt: 'itaque (*et*)[3] si ego eos libr*o*s easque membranas petam, nec inpensam scripturae soluam, per exceptionem doli mali summoueri potero. **78.** Sed si in tabula mea aliquis pinxerit
72. ueluti imaginem, contra pro*b*atur: | magis enim dicitur, tabulam picturae cedere; cuius diuersitatis uix idonea ratio redditur: ce*r*te secundum hanc regulam si me possidente petas, imaginem

1) *Addidi.* 2) V^{st}, *non* reciderit *vid. apogr. Studem. p.* 298.
3) *Sic nunc malui scribere quam antea:* at *aeque.*

§. 71. *Cf. L.* 7. §. 2. *D. tit. cit.* §. 21. *I. tit. cit.* §. 72. *Cf. L.* 7. §. 3. *D. tit. cit.* §. 22. *I. tit. cit.* §. 73. *Cf. L.* 7. §. 12. *D. tit. cit.* §. 30. *I. tit. cit. Epit.* 2, 1. §. 4. §. 74. *Cf. L.* 7. §. 13. *D. tit. cit.* §§. 13. 31. *I. tit. cit. Epit.* 2, 1. §. 4. §. 75. *Cf. L.* 9 *pr. D. tit. cit.* §. 32. *I. tit. cit. Epit. l. c.* §. 76. *Cf. Epit.* 2, 1. §. 6. *L.* 7. §. 12. *L.* 9 *pr. D. tit. cit.* §§. 30. 32. *I. tit. cit.* §. 77. *Cf. Epit.* 2, 1. §§. 4. 6. *L.* 9. §. 1. *D. tit. cit.* §. 33. *I. tit. cit.* §. 78. furti actio] *cf.* 3, 203.

tuam esse, nec soluas pretium tabulae, poteris per exceptionem doli mali summoueri; at si tu possideas, consequens est, ut utilis mihi actio aduersum te dari debe*at*; quo casu nisi soluam
[162] inpensam picturae, poteris me per exceptionem doli mali repellere, utique si bona fide possessor fueris. illu*d* palam est, quod siue tu subripuisse*s* tabulam siue aliu*s*, conpetit mihi furti actio.

79. In aliis quoque speciebus naturalis ratio requiritur: proinde si ex uuis (*aut oliuis aut spicis*) meis uinum aut oleum aut frumentum feceris, qu*a*eritur, utrum meum sit id uinum aut oleum aut frumentum, an tu*um*. item si ex auro aut argento meo uas aliquod feceris, uel ex tabulis meis nauem aut armarium aut subsellium fabricaueris, item si ex lana mea uestimentum feceris, uel si ex uino et melle meo mulsum feceris, siue ex medicamentis meis emplastrum aut coll*y*rium feceris, (*quaeritur, utrum tuum sit id, quod ex meo effeceris,*) an meum. Quidam materiam et substan*t*iam spectandam esse putant, id est, ut cuius materia sit, illius et res, quae facta sit, uideatur esse, idque maxime placuit Sabino et Cassio; alii uero *eius* r*em* esse putant, qui fecerit, idque maxime diuersae
scholae auctoribus uisum est: | sed eum quoque, cuius materia 73.
et substantia fu*er*it, furti aduersus eum, qui subripuerit, habere actionem; nec minus aduersus eundem condictionem ei competere, qui*a* extincta*e* res, licet uindicari non possi*nt*, condici tamen furibus et quibusdam aliis possessoribus possunt.

62. [1]Accidit aliquando, ut qui dominus sit, alienand*a*e rei
potestatem non habeat, et qui dominus non sit, | *ali*enare 69.
possit. **63.** Nam dotale praedium maritus inuita mulie*re* per legem Iuliam prohibetur alienare, quamuis ipsius *si*t uel mancipatum ei dotis causa uel in iure cessum uel usucaptum. quod quidem ius utrum ad Italica tantum praedia, an etiam ad prouincialia pertineat, dubitatur. **64.** Ex diuerso agnatus

---

[1]) *De hoc* §§. 62—64. *vero loco cf. not. ante* §. 65. *et ad* §§. 80—85. §. 2. *I. quib. alien. lic.* (2, 8).

---

§. 79. *Cf. L.* 7. §. 7. *D. tit. cit.* §. 25. *I. tit. cit. Epit.* 2, 1. §. 5. §. 62. = *pr. I. quib. alien. lic.* (2, 8). §. 63. *pr. I. cit. Cf. Paul.* 2, 21 *B.* §. 2. §. 64. *Cf. Cic. de invent.* 2, 50. *ad Herenn.* 1, 13. *Ulp.* 12, 2. *L.* 56. §. 4. *D. de furt.* 47, 2. — §. 1. *I. quib.*

furiosi curator rem furiosi alienare potest ex lege XII tabularum; item procurator 'iure ciuili, | *cuius* persona *officio muneris eadem* est;[1] item creditor pignus ex pactione,[2] quamuis eius ea res non sit. sed hoc forsitan ideo uideatur fieri, quod uoluntate debitoris intellegitur pignus alienari, qui olim pactus est, ut liceret creditori pignus uendere, si pecunia non soluatur. [163]

V. De pupillis an aliquid a se alienare possunt. **80.** Nunc admonendi sumus, neque feminam neque pupillam sine tutoris auctoritate rem mancipi alienare posse; nec mancipi uero feminam quidem posse, pupillum non posse. **81.** Ideoque si quando mulier mutuam pecuniam alicui sine tutoris auctoritate dederit, quia facit eam accipientis, cum scilicet 'pecunia[3] res nec mancipi sit, contrahit obligationem. **82.** At si pupillus idem fecerit, quia 'non *facit accipien*tis *suam pecuniam*,[4] null*am* cont*ra*hit obligationem: unde pupillus uindicare qu*id*em nummos suos potest, sicubi extent, id est e*os p*etere[5] *s*uos ex iure Quiritium *esse*; 'm*u*lier *uero per mutui* | *actionem* a *reo pecuniam* repetere potest, sed *non*

---

[1]) *Reiectis prioribus coniecturis tam mea quam aliorum* (*Bg. ed.* 5. *Dernburg Pfandrecht II. p.* 169, *quibus nunc accedunt Krüg.ana. et Momms.ana*), *quarum nullam cum codicis ductibus consociari posse St.dus testatur, nunc in hac acquievi, ductus V*st *in plerisque anxie subsequente. Exaratum fuisse puta:* ic|cui psoffo muneris eadē ē. *Gaius addit* iure ciuili, *ut in curatore furiosi ex lege XII tab., in creditore pactum, non addit rem, quia officium procuratoris* (*de quo cf. Gaii L.* 27. §. 2. *D. mandati* 17, 1) *ad quamcunque rem spectare potest. De ipsa sententia cf. Cic. pro Caec.* 20, 57. *et Gaius L.* 9. §. 4. *D. de acq. rer. dom.* (41, 1). *munus vero etiam dicitur velut arbitri ex conventione recepti L.* 15. *D. de recept.* (4, 8). [2]) *i. e. pignus conventione ei datum, non captum.* [3]) *ea* pecunia *edd. cf. 'Gaius' p.* 35. [4]) *Sic nunc* (*ed.* 5) *favente, ut spero, Suppl. St. p. XXVIII. supplevi.* [5]) *Ex V*st.

---

alien. (2, 8). *L.* 29. *D. fam erc.* (10, 2). *L.* 6. §. 8. *D. comm. div.* (10, 3). *L.* 4. *D. de pign. act.* (13, 7). *L.* 14. §. 5. *D. de div. temp.* (44, 3). §. 80. *Cf.* 1, 192. 2, 47. 85. *Ulp.* 11, 27. *Fr. Vat.* 1, 45. *L.* 9. *D. de auct. tut.* (26, 8). §. 82. *Cf.* §. 2. *I. quib. alien. lic.* (2, 8).

*suam esse pe*tere.[1] *un*de de pupillo quidem quaeritur, an 'numm*is iis*, quo*s* mutuos dedit, ab eo, qui acc*e*pit, *consumtis*, | *aliq*ua actione eos persequi possit, quoniam *ni*|*si a possidente uindicari* non potest.[2] **83.** '*A*t ex contrario | *omnes res tam mancipi quam*[3] nec mancipi mulier*ibus* | et 74.
pupillis *sine* tutoris auctoritate sol*u*i possunt, quoniam me-
[164] liorem condicionem suam facere iis etiam sine tutoris auctoritate concessum est. **84.** Itaque si debitor pecuniam pupillo soluat, facit quidem pecuniam pupilli, sed ipse non liberatur, quia nullam obligationem pupillus sine tutoris auctoritate dissoluere potest, '*c*ui n*ec* ullius[4] rei alienatio sine tutoris auctoritate concessa est; set tamen si ex ea pecunia locupletior factus sit, et adhuc petat, per exceptionem doli mali summoueri potest. **85.** Mulieri uero etiam sine tutoris auctoritate recte solui potest: nam qui soluit, liberatur obligatione, quia res nec mancipi, ut proxime diximus, a se dimittere mulier etiam sine tutoris auctoritate po*test*: quamquam hoc ita est, si accipiat pecuniam; a*t* si non accipiat, *s*et 'habere[5] se dicat et per acceptilationem uelit de*b*itorem sine tutoris auctoritate liberare, non potest.

1) *Priore restitutione in ed.* 3. *haec ad nummos pupilli mala fide consumptos retuleram. Sed ex V*st*, cum St.us testetur, et Göscheni lectiones h. l. incertissimas esse nec videri ibi de mala fide actum fuisse, iam alia cj. verum sensum mihi videor assecutus esse. Scriptum fuisse posui:* mul. uero p mutui | actionem a reo pec. repetere potest s'n̄ suā ee pe|tere. *Minus placet Krüg. etiam audacius suppl.:* '*mulier uero minime hoc modo* repetere potest, *set ita: dari sibi opor*tere'; *nullo modo admittendum Mommseni:* '*neque tamen stricto iu*re petere potest sibi *eos dari opor*tere'.
2) *Etiam haec sententia ex V*st *aliter atque ed.* 3. *restituenda fuit. Notas fuisse posui in* s̄(unt), nisi *et* possidente. *Vestigia v.* possidente *et* uindicari *apparent in Sched. Bluhmianis. Alia suppl. Krüg. alia Momms.* 3) *Gösch. secutus restitui.* 4) *Correxi. cf.* 2, 54. quia nullius *deinde post* alienatio *addita voce* ei *C. edd. etiam meae priores.* 5) *i. e. acceptam habere, et fortasse excidit* '*acceptam*'. *Cf.* 1. *I. quib. mod. obl. toll.* (3, 29). *L.* 7. *D. de acceptil.* (46, 4) *et infra* 3, 169.

§. 83. *Cf.* §. 2. *I. cit. pr. I. de auct. tut.* (1, 21). §. 84. *Cf.* §. 2. *I. cit. ibiq. Theophil. Cic. Top.* 11 *init.* §. 85. *Cf.* 3, 171. *Cic. l. c.* proxime] §. 80.

86. Adquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eos, quos in potestate, manu mancipioue habemus; item per eos seruos, in quibus usu*m*(*fructum*) habemus; item per homines liberos et seruos alienos, quos bona fide possidemus: de quibus singulis diligenter dispiciamus. **87.** Igitur (*quod*) liberi nostri, quos in potestate habemus, item quod serui (*nostr*)i mancipio accipiunt uel ex traditione nanciscuntur, siue quid stipulentur, uel ex aliqualibet causa 'ad-
75. quir*a*nt,[1] id nobis adquiritur: ipse 'enim,[2] | qui in potestate nostra est, nihil suum habere potest; et ideo si heres institutus sit, nisi nostro iussu hereditatem adire non potest; et si *iube*ntibus nobis adierit, hereditate*m* nobis adquirit proinde atque si nos ipsi heredes instituti essemus; et conuenienter scilicet legatum per eos nobis adquiritur. **88.** Dum tamen sciamus, si alterius in bonis sit seruus, alterius ex iure Quiritium, ex omnibus causis ei soli p*er* eum adquiri, cuius in boni*s* est. **89.** Non solum autem proprietas per eos, quos in [165]
potestate habemus, adquiritur nobis, sed etiam possessio; cuius enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere uidemur; unde etiam per eos usucapio procedit.[3] **90.** Per eas uero personas, quas in manu mancipioue habemus, proprietas quidem adquiritur nobis ex omnibus causis sicut per eos, qui in potestate nostra sunt; an autem possessio adquiratur, qu*a*eri solet, quia ipsa*s* non possidemus. **91.** De his autem seruis, in quibus tantum usumfructum habemus, ita placuit, ut qui*d*quid ex re nostra uel ex operis suis 'adquir*a*nt,[4] id nobis adquiratur; quod uero extra eas causas, id ad dominum proprietatis pertineat: itaque si iste seruus heres institutus sit

1) adquirunt *C. edd.* 2) . . enim *V*st*; fortasse* etenim. 3) *In C. sequitur spatium vacuum.* 4) acquirunt *C. ed. Bg.*

§. 86. 87. = *L.* 10 *pr. D. de acq. rer. dom.* (41, 1). *pr. I. per quas pers. nob. acq.* (2, 9). *Cf. Ulp.* 19, 18. 19. *Epit.* 2, 1. §. 7. *Infra* §. 96. 3, 167a. *Fr. Vat.* 51. 71 (2). *Fr. Dosith.* 5. *Paul.* 5, 8. §. 88. *Cf. Ulp.* 19, 20. *supra* 1, 54. 3, 166. §. 89. = *L.* 10. §. 2. *D. de acq. rer. dom.* (41, 1). §. 3. *I. per quas pers. nob. acq.* (2, 9). §. 90. *Cf. Fr. Vat.* 298. *Plaut. Cas.* 2, 2. *v.* 26—29. §. 91—93. = *L.* 10. §§. 3—5. *D. tit. cit.* §§. 4. 5. *I. tit. cit. Cf.* 3, 164. 165. *Ulp.* 19, 21.

legatumue quod ei datum fuerit, non mihi, sed domino proprietatis adquiritur. **92.** Idem placet de eo, qui a nobis bona fide possidetur, | siue liber sit siue alienus ser*u*us: quod enim 76.
placuit de usufructuario, idem probatur etiam de bonae fidei possessore: itaque quod extra duas istas causas adquiritur, id uel ad ipsum pertinet, si liber est, uel ad dominum, si seruus *es*t. **93.** Sed si bonae fidei possessor usucep*er*it seruum,[1] quia eo modo dominus fit, ex omni causa per eum sibi adquirere potest. usufructuarius uero usucapere non potest; primum quia non possidet, set habet ius 'utendifruendi;[2] deinde quia scit, alienum seruum esse. **94.** De illo qu*a*eritur, an per eum seruum, in quo usumfructum ha*b*emus, possidere aliqu*am* rem et usucapere 'poss*i*mus,[3] quia ipsum non possidemus. per eum uero, quem bona fide possidemus, sine dubio et possidere et usucapere possumus. loquimur autem in utriusque person*a* secundum definitionem, quam prox*i*me exposuimus, id est, si qui*d* ex re nostra uel ex operis suis adquirant, 'id nobis
[166] adquiri.[4] **95.** Ex *h*is apparet, per liberos homines, quos neque iuri nostro subiectos habemus, neque bona fide possidemus, 'item per alienos seruos, in quibus neque usumfructum habemus neque iustam possessionem,[5] nulla ex causa nobis adquiri posse. et hoc est, quod uulgo dicitur, per extraneam personam nobis adquiri non posse; tantum de possessione qu*a*eritur, an 'per *personam liberam*[6] nobis adquiratur.
96. In summa sciendum est, his, qui in | potestate, manu 77.

---

1) *Ex* V^{st}, *in quo quod ante* usucepit *legitur* cum, *errori librarii prius* si *obliti, quam* eum *corrigere malui.* 2) *Ex Dig. et Inst.* utendi et fruendi *C. edd.* 3) possumus *C. ed. Bg.* 4) *Ferri possunt haec verba, maxime cum* V^{st} definitionem *non* distinctionem *praestet. Edd.* 1. 2. *initio suppleveram* '*an*' *ex vicino simili* -ant *et post pro* adquiritur (*sic C. edd.*) *scripseram* adquiratur. *Pro* acquiritur *tamen nunc malui* acquiri. *Vitium codd. vetus effecisse videtur, ut Iust. Inst. haec omitterent. Uncis ut glossema inclusit Bg. ed.* 5. 5) *Haec errore dupliciter scribere librarius coepit.* 6) *Cum in* V^{st} *tantum sit* pp—— *dubitari potest, an scriptum fuerit vel potius notatum* per personam liberam *an* per procuratorem. *Sed illud, quod etiam tutorem et curatorem comprehendit, rectius est.*

---

§. 94. *Cf.* §. 4. *I. cit.* §. 95. = §. 5. *I cit. Cf. Paul.* 5, 2. §. 2. §. 96. *Cf.* §. 87.

mancipioue sunt, nihil in iure cedi posse; cum enim *is*tarum personarum nihil suum esse possit, conueniens est scilicet, ut nihil *s*uum esse 'posse[1] in iure uindicare possint.[2]

97. *Hactenus* tantisper admonuisse sufficit, quemadmodum singulae res nobis adquirantur: nam legatorum ius, quo et ipso singula*s* res adquirimus, opportunius alio loco referemus. uideamus itaque nunc, quibu*s* modis per uniuersitatem res nobis adquira*n*tur. **98.** Si cui heredes facti s*i*mus, siue cuius bonorum possessione*m* petierimus, siue cuius bona emerimus, siue quem adoptauerimus,[3] siue 'qu*a*m[4] in manum ut uxorem receperimus, eius res ad nos transeunt. **99.** Ac primu*m*[5] de heredita*t*ibus dispiciamus, quarum duplex condicio est: nam uel ex testamento, uel ab intestato ad nos pertine*n*t. **100.** Et prius est, ut de his dispiciamus, quae nobis ex testamento obueniunt.

101. Testamentorum autem genera initio duo fuerunt: nam aut calatis comit*i*is 'testamentum[6] faciebant, quae comitia bis in anno testamentis faciendis destinata erant, aut in procinctu, [167]
id est, cum belli causa arma 'sumebant[7]; procinctus est enim expeditus et armatus exercitus. alterum itaque in pace et in otio

---

[1]) p'se *C.* = posse *antea a me mutatum in* per se, *a plerisque* (*a Mommseno cum antecedentibus verbis* suum esse) *ut glossema expulsum iam, licet deesse possit, tamen cum scriptum sit nec glossae causa appareat, ob verba* in iure, *addita attentare non audeo. Scilicet in iure vindicatio i. e. quae fit, cum quod nostrum non est in iure nobis cedi volumus, a vulgari, qua quod nostrum est persequimur, ea re differt, quod illa eo tantum nititur, quod id quod vindicamus nostrum tamen esse et censeri possit, si in iure cessio ab altera parte sequatur; in personam alieni iuris vero nec hoc posse quidem suum esse cadit. et hoc Gaius videtur significare voluisse. Nos hoc diceremus 'das potentiale nostrum esse der in iure cessio vindicieren'.* [2]) *Sequitur in C. linea vacua.* [3]) *Sic V*st. *cf.* 3, 82. *nec opus est emendatione, cum sequatur* eius res. [4]) quem *C. ed. Bg.* [5]) primus *etiam V*st. prius *edd.* [6]) t *superscripta* m *V*st. [7]) *Malim* sumserant.

---

§§. 97—100. = §. 6. *I. tit. cit.* §§. 101—103. *Cf.* §. 1. *I. de testam. ord.* (2, 10) *cum Theoph. Ulp.* 20, 2. *Gell.* 15, 27. *Plutarch. Coriol.* 9. *de sera num. vind. p.* 550. (*VIII. p.* 174. *Reisk.*) *Cic. de orat.* 1, 53. §. 228. *de nat. deor.* 2, 3. *Vellei. Pat.* 2, 5. §. 3. *Fest. v. Procincta p.* 225. 249. *Endo procinctu p.* 77. *Serv. ad Aen.* 7, 612. *item lib. meum 'das Röm. Jahr' p.* 179.

faciebant, alterum in proelium exituri. **102.** Accessit deinde
tertium | genus testamenti, quod per *a*es et libram agitur: qui 78.
'(*enim*)[1] neque calatis comit*i*is neque in procinctu testamentum
fecerat, is si subita morte urguebatur, 'amico[2] familiam suam,
'id est patrimonium suum,[3] mancipio dabat, eumque[4] rogabat,
quid cuique post mortem suam dar*i* uellet. quod testamentum
dicitur per *a*es et libram, scilicet quia per mancipationem per-
agitur. **103.** Sed ill*a* quidem duo genera testamentorum in
desuetudinem abierunt; hoc uero solum, quod per *a*es et
libram fit, in usu retentum est. sane nunc al*i*ter ordinatur
quam olim solebat; namque olim familiae emptor, id est, qui a
testatore familiam accipiebat mancipio, heredis locum optinebat,
et ob id ei mandabat testator, quid cuique post mortem suam
dari uellet; nunc uero alius heres testamento instituitur, a quo
etiam legat*a* relinqu*u*ntur, alius dicis gratia propter ueteris
iuris *i*mitationem familiae emptor a*d*hibetur. **104.** Eaque res
ita agitur: qui facit (*testamentum*), a*d*hibitis, sicut in ceteris
*m*ancipationibus, v testibus ciuibus Romanis pu*b*eribus et libri-
pende, postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui
dicis gratia familiam suam; in q*u*a re his uerbis familiae emptor
utitur: FAMILIAM PECVNIAMQVE TVAM ENDO 'MANDATELA,
TV*TEL*A CVSTODELAQVE MEA (*EX IVRE QVIRITIVM ESSE*
AIO, EAQVE),[5] QVO TV IVRE TESTAMENTVM | FACERE POSSIS 79.

---

1) *Addidi. Excidit eius nota ob sequens* n. 2) *Noli corrigere* alicui; *nam cui suus heres erat, omnino testamentum initio non faciebat.* 3) *Bg. haec verba Institutionibus aptissima tanquam glossema uncinis inclusit: cuius iusta suspicio nulla.* 4) *Vix excidit 'lege' (sc. mancipii); verum rogatio simili sensu h. l. dicitur atque cum mandatur* (§. 103. *L.* 1. §. 2. *D. mand.* 17, 1) *vel lex contractui dicitur.* 5) mandatela tu|am *C.* MANDATELA*M* TVT*EL*AM CVSTODELA*M*QVE MEA*M* (*ESSE AIO EAQVE*) *ed. Bg.* FAMILI*A* PECVNI*A*QVE TV*A* ENDO MANDATELA*M* TVTELA*M* CVSTODELA*MQVE* MEA*M* QVO TV IVRE *etc. ed. Stud. Sane de verbis* EX IVRE QVIRITIVM *dubitari potest. Cf. lib. meum 'Studien d. R. R.' p.* 245 *seq. et 'Recht d. Nexum' p.* 23. *Librarius, cuius in codice* QVE *ante* QVO *periisse videtur, ut illa* exiq. ēē aio ea *post* mea *omitteret, eo quod litterae*

---

§. 104 *Cf. Ulp.* 20, 2. 9. *Isidor. Orig.* 5, 24. §. 12. in ceteris manc.] *cf.* 1, 119. mandatela] *cf. Sallust. Jug.* 14. sec. leg. publ.] *cf.* 3, 184. *Liv.* 1, 26.

SECVNDVM LEGEM PVPLICAM, HOC *A*ERE, et ut quidam [168]
adiciunt, AENEAQVE LIBRA, ESTO MIHI EMPTA; deinde aere percutit libram, idque *a*es dat testatori uelut pretii loco; deinde testator tabulas 'testamenti man*u*[1] tenens ita dicit: HAEC ITA VT IN HIS TABVLIS CERISQVE SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQVE VOS, QVIRITES, TESTIMONIVM MIHI 'PERHIB*E*TOTE;[2] et hoc dicitur nuncupatio: nuncupare est enim palam nominare, et sane quae testator specialiter in tabulis testamenti scripserit, ea uidetur generali sermone nominare atque confirmare. **105.** In testibus autem non debet is esse, qui in potestate est aut familiae emptoris aut ipsius testatoris, quia propter ueteris iuris imitationem totum hoc negotium, quod agitur testamenti or*di*nandi gratia, creditur inter familiae emptorem agi et testatorem, quippe olim, ut proxime diximus, is, qui familiam testatoris mancipio accipiebat, heredis loco erat; itaque repro*b*atum est in ea re domesticum testimonium. **106.** Unde et si is, qui in potestate patris est, familiae emptor adhibitus sit, pater eius testis esse non potest; ac ne is quidem, qui *i*n eadem potestate est, uelut frater eius. sed si filiusfamilias ex castrensi peculio post missionem
80. faciat testamentum, nec pater eius recte testis | adhibetur, nec is, qui in potestate patris '*e*st.[3] **107.** De libripende eadem, quae et de testibus, dicta esse intellegemus: nam et is testium numero est. **108.** Is uero, qui in potestate heredis aut legatar*i* est, cuiusue heres ipse aut legatarius in potestate est, quique in eiusdem potestate est, a*d*eo testis et libripens a*d*hiberi potest, ut ipse quoque heres *a*ut legatarius iure a*d*hibeantur. sed tamen quod ad heredem pertinet, quique in

---

ea *recurrebant, inductus esse credendus est. Ceterum sequens* QVO *intellige = ut.* [1]) test·manti *V*st testamenti *edd. cui sane favent* 1, 119. 4, 16. *sed archetypi scriptor id quod nos dedimus scripsisse videtur.* [2]) perhibitote *C. ed. Bg.* [3]) *Ex Inst.* sit *C. ed. Bg. Sed et malim:* in potestate e(*ius*) patris.

---

§. 105. *Cf. Ulp.* 20, 3. §§. 9. 10. *I. de test. ord.* (2, 10). §. 106. *Cf. Ulp.* 20, 4. 5. §. 9. *I. tit. cit. L.* 20. §. 2. *D. qui test. fac.* (28, 1). §. 107. *Cf. Ulp.* 20, 3. *C. Aelius apud Priscian.* 8. *p.* 792 *P.* §. 108. *Cf.* §§. 10. 11. *I. tit. cit.*

eius potestate est, cuiusue is in potestate 'est,[1] minime hoc iure uti debemus.

[169] De testamentis militum. **109.** Set haec diligens obseruatio in ordinandis testamentis militibus propter nimiam inperitiam *con*s*ti*tutionibus principum remissa est: nam quamuis neque legitimum numerum testium a*d*hibuerint, neque uendiderin*t* familiam, neque nuncupauerint testamentum, recte nihilo minus testantur. **110.** Praeterea permissum est iis et peregrinos et Latinos instituere heredes uel i*i*s legare; cum alioquin peregrini quidem ratione ciuili prohibeantur capere hereditatem legataque, Latini uero per legem Iuniam. **111.** Caelibes quoque, qui lege Iulia hereditatem legataque capere uetantur, item orbi, id est, qui liberos non habent, quos lex | '*Papia plus quam dimidias partes hereditatis legatorumque capere vetat, ex militis testamento solidum capiunt.*[2]

———————— [Fol. deperd.] ————————

| — — — — * * prohibentur hi[3] — — — — | ———— 81

vv. 2—21. ———————— | **112.** . . . *ex* 'aucto- t. s.

---

[1]) erit *C. edd.* [2]) *Sententiam probabilem perfeci. Folium enim (sexti quaternionis primum, cf. Göscheni praef. p. XXX.), in quo haec de militis testamento materia continuabatur, plane deperditum ideoque nec in margine numeratum est. Transiit in eo Gaius absoluta illa materia ad id, quod Ulp.* 20, 10—16, *Iustinianus tit. I. quibus non est permissum facere testamentum* (2, 12) *exponit, cuius tituli quaedam, velut ipsius initii partem, Gaiana esse, vix dubitandum est. Ex Epitoma haec huc pertinent* 2, 2. §. 1. '*Id quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum: sicut sunt hi, qui sui iuris non sunt, sed alieno iuri subiecti sunt, hoc est filii, tam ex nobis nati, quam adoptiui.* §. 2. *Item testamenta facere non possunt impuberes, id est minores quattuordecim annorum, aut puellae duodecim.* §. 3. *Item et hi qui furiosi, id est mente insani fuerint, non possunt facere testamenta, sed hi qui insani sunt, per interualla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta'.* [3]) *Ex V*st; *sequebatur fortasse* qd (quidem). *De iis sermonem esse, qui testamentum facere prohibeantur vel non prohibeantur, palam est, et miror Bgium eumque secutum Gneistium, qui immemores, integrum inter haec folium intercidisse, his*

---

§. 109. = *pr. I. de milit. test.* (2, 11). *Cf. Ulp.* 23, 10. *infra* §. 114. §. 110. *Cf.* 1, 23 *seq.* 2, 218. 275. *Ulp.* 17, 1. 22, 2. 3. *L.* 13. §. 2. *D. de testam. mil.* (29, 1). *L.* 5. *C. eod.* (6, 21). §. 111. *Cf.* 2, 144. 286. *Ulp.* 17, 1. 22, 3. §. 112. *Cf.* 1, 115a. *Paul.* 3. 4a. §. 1.

ritate diui Hadriani senatus consultum factum est, quo per- [170]
missum est *capite non minutis*[1] feminis etiam sine coemptione testamentum 'tutore auctore[2] facere, si modo non minores
82. essent | annis XII; scilicet ut quae tutela liberatae non essent, ita testari deberent. **113.** Videntur ergo melioris condicionis esse feminae quam masculi; nam masculus minor annis XIIII testamentum facere non potest, etiamsi tutore auctore [testamentum] facere uelit, femina uero potest; (*nam si est*)[3]

---

verbis sententiam §i 111. *perfici putaverunt (quem errorem iam tacite correxit Bg. ed.* 5). *Mihi vero Gaius absolutis his, qui sui iuris non sunt (pr. I. h. t. Ulp.* 20, 10. 11) *hoc loco, si recte interpretor in Schedis v.* 1. 2. *relata, de pupillo et de muliere disseruisse in hanc fere sententiam videtur: 'Etiam mulieres et pupilli facere test.* prohibentur, hi qd *etiam t(utore) a(uctore) illae tt (tantum s(ine) t(utore) a(uctore) et i(ure) c(ivili); n(am) secund(um) tab(ulas b(onorum)* posses*sionem* accipe|re *potest, qui s. t. a. testamento facto heres a muliere scriptus est.' Accuratius haec, ut solet, persequitur* §. 118. *Postea ad Latinos Iunianos spectant, quae V*[st] *in v.* 8 *et* 9. *servavit singula verba, fortasse eo sensu, ut obtinuerit quidem omnes eos prohibitos esse facere testamentum (cf.* 1, 23. *Ulp.* 20, 15), *sed cum habeant ius commercii parum certa ea, quae afferatur ratione, quod certae non sint civitatis, ut* eius more faciant te|st. n(ec) mg (magis) p(er) uer*ba legis Iuniae prohiberi, quae nominatim tantum minoribus* XXX anno*rum manumissis testamentifactionem ademerit; sed etc. (cf.* 3, 218). [1]) *Ex V*[st], *sed litteras novem, quae desiderantur, non* puberibus (*ut cj. Stud.us*) *fuisse puto, ne SC. idem bis dixisse deprehendatur, nec* sui iuris, *quod addere paene insipidum erat, sed* k̄n minutis *Cf.* 1, 115[a]. *Gaius igitur in fine huius materiae i. e. ut puto, finito de Latinis et dediticiis tractatu (Ulp.* 20, 14. 15) *suo more (cf.* 1, 131) *etiam casum nunc abolitum retulerat, quod olim mulieres capite non minutae familiae ratione testari prohibitae fuerant.* [2]) *In V*[st] *litterae* ta *adiecta* b. *post* XII *leguntur sede manifesto mutata. Itaque in archetypo omissas ad marginem suppletas librarius, cum* XII *legeret, ad* XII tab. *eas pertinere arbitratus, et inepto loco et male suppletas eas posuit. Aliter locus formatus est in ed. Stud.; ibi litteris* tab. *omnino eiectis postea pro* ita *legitur* ta = tutore auctore: *quod nec ipsum displicet.* [3]) *Haec verba a festinante librario post* potest *omissa supplere nunc malui, quam quod minus recte antea feci,* post XII. ann*um scribere.*

---

§. 113. *Cf.* §. 1. *I. quib. n. e. perm. fac. test.* (2, 12). *Epit.* 2, 2. §. 2. *Ulp.* 20, 12. 15. *Paul. l. c.*

XII annorum, testamenti 'faciundi *tutore auctore* ius nanciscitur.[1]

114. Igitur si qu*a*eramus, an ualeat testamentum, inprimis aduertere debemus, an is, qui id fecerit, habuerit testamenti factionem: deinde si habuerit, requiremus, an secundum iuris ciuilis regulam *te*status sit, exceptis militibus, qui*bus* propter nimiam *inpe*ritiam, ut diximus, quomodo uelint uel quomodo *pos*sint, permittitur testamentum facere.

115. Non tamen, ut iure ciuili *uale*at testamentum, sufficit ea obseruatio, quam supra expo*s*uimus de familiae uenditione et de testibus et de 'nuncupation*e*; [**116.**] *sed*[2] ante omnia requirendum est, an institutio heredis sollemni more facta sit; nam *a*liter facta institutione nihil proficit, familiam testatoris
[171] ita uenire 'testesque ita a*d*hibere *et* nuncupare (*ita*) testamentum[3], ut supra diximus. **117.** Sollemnis autem institutio h*a*ec est: TIT*I*VS HERES ESTO; sed et illa iam conprobata uidetur: TITIVM HEREDEM ESSE | IVBEO; at illa non est con- 83.
probata: TITIVM HEREDEM ESSE VOLO; set et illae a plerisque inprobatae sun*t*: HEREDEM INSTITVO, item: HEREDEM FACIO.

118. Obseruandum praeterea est, ut si mulier, quae in tutela est, faciat testamentum, 'tutore au*ctore*[4] facere debeat:

---

1) fa|ciuntdiis *V*st *pro* faciundi ta. *Sequitur linea vacua.*
2) nunccupa7nib (*pro* nuncupa7nes') *C.* nuncupationis uerbis *ex ed. mea* 1. *cj. ed. Bg.*, *deinceps 'sed' desiderans. Equidem post animadverti, 'nuncupationis verba' tunc dici, ubi 'loqui' additur. Cf.* 2, 119. 121. 149. *Ulp.* 20, 13. nuncupationibus [*set*] *Bg. ed.* 5.
3) testesq. ita athibere ā nuncupare testamentum *C.* testes*ue* ita adhibere aut nuncupare testamentum *ed. Bg. Sed cum omnia haec coniunctim adesse debeant, ut valeat testamentum, locus hic non est particulis alternativis.* 4) *Ex Hollw. cj.* tutores habet *V*st. (*male interpretando notam* tut. hauct.) tuto*r*is au*ctoritate invito loquendi usu ed. Bg., quem miror ed.* 5. *exemplo se defendere, ubi quis auctoritate eorum, quos consuluit, facere aliquid dicitur.*

---

§. 114. = *L.* 4. *D. qui test. fac. poss.* (28, 1). ut dix.] §. 109.
§. 115. = *pr. I. de exher. lib.* (2, 13); *cf. supra* §. 104. §. 116. *Cf. L.* 10. *D. de iure codic.* (29, 7). §. 34. *I. de leg.* (2, 20).
§. 117. *Cf. Ulp.* 21. *L.* 15. *C. de testam.* (6, 23). *Theoph.* 1, 14, 1.
§. 118. *Cf.* 1, 192. 2, 112. 3, 43. *Ulp.* 20, 15.

alioquin inutiliter iure ciuili testabitur. **119.** Praetor tamen si septem signis testium signatum sit testamentum, scriptis heredibus secundum tabulas testamenti bonorum *possessionem* pollicetur, ’(*et*)[1] si nemo sit, a*d* quem ab intestato iure legitimo pertineat hereditas, uelut frater eodem patre natus aut patru*us* aut fratris filius, ita poterunt scripti heredes retinere hereditatem: nam idem iuris est et si alia ex *causa* testamentum non ualeat, uelut quod familia non uenierit, aut nuncupationis uerba testator locutus non sit. **120.** Sed uideamus, an (*non*) etiam si frater aut patruus extent, potiores scripti *his*[2] heredibus habeantur: rescri*p*to enim imperatoris Antonini significatur, eos, qui secundum tabulas testamenti non iure factas bonorum possessionem petierint, posse aduersus eos, qui ab intestato uindicant hereditatem, defendere se per exceptionem doli mali. **121.** Quod sane quidem ad masculorum testamenta pertinere, certum est; item ad feminarum, quae ideo non utiliter testat*a*e sunt, quod uerbi gratia familiam non uendiderint,
84. aut nuncupationis uerba locutae non sint: | an autem et ad ea [172]
testamenta feminarum, qu*a*e sine tutoris auctoritate fecerint, haec constitutio pertineat, uide*b*imus. **122.** Loquimur autem ’non[3] de his scilicet feminis, quae in legitima parentium aut patronorum tutela sunt, sed de his, quae alterius generis tutores habent, qui etiam inuiti coguntur auctores fieri: alioquin parentem et patronum sine auctoritate eius facto testamento non summoueri, palam est.

123. Item qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum uel heredem instituat, uel nominatim exheredet; alioquin

---

1) *Revocavi, omissum olim, cum scriptum esset* pollicet. *om. ed. Bg. etiam* 5. 2) *Sic nunc sensu, ut puto, flagitante, geminationis ope scripsi.* scriptis *C. edd. etiam meae* 1. 2. *Sane quadamtenus etiam C. lectio hoc sensu intellegi potest.* 3) *Hoc v., quod est in C. et edd. post* feminis, quae *suo loco restitui. alioqui retenta C. lectione verba* sed de his quae *delenda erunt, quod durius est.*

---

§. 119. *Cf.* 2, 147 *seq. Cic. Top.* 4. *cum Boeth. Cic. Verr.* 2, 45. *Ulp.* 23, 6. 28, 6. §. 120. *Cf. Collat.* 16, 3. §. 1. *L.* 11. §. 2. *D. de b. p. s. t.* (37, 11) *L.* 15. *D. de b. p. c. t.* (37, 4). §. 121. *Cf.* 2, 104 *seq.* 115. 118. 119. §. 122. *Cf.* 1, 190. 192. §. 123. = *pr. I. de exher. lib.* (2, 13). *Cf. Ulp.* 22, 16.

si eum silentio praeterierit, inutiliter testabitur: adeo quidem,
ut nostri praeceptores existiment, etiamsi uiuo patre filius defunctus sit, neminem heredem ex eo testamento existere posse,
'scilicet [1] quia statim ab initio non constiterit institutio; sed
diuersae scholae auctores, si quidem fili*us* mortis patris tempore uiuat, sane impedimento eum esse scriptis heredibus et
'*su*um [2] ab intestato heredem fieri confitentur; si uero ante
mortem patris interceptus sit, posse ex testamento hereditatem
adiri putant, nullo iam filio impedimento; quia scilicet existimant, '(*non*) [3] statim ab initio inutiliter fieri testamentum filio
praeterito. **124.** Ceteras uero liberorum personas si praeterierit testator, ualet testamentum: '(*quo*) [4] praeteritae ist*a*e
personae scriptis heredibus in | partem adcrescunt, si sui 85.
heredes sint, in uirilem; si extranei, in dimidiam: id est, si quis t. s.
tres uerbi gratia fili*o*s heredes instituerit et filiam praeterierit,
filia adcrescendo pro quarta parte fit heres et ea ratione id
consequitur, quod ab intestato patre m*ortuo* habitura esset; *at*
[173] si extraneos ille heredes instituerit et filiam praeterierit, filia
adcrescendo ex dimidia parte fit 'heres. *s*et [5] quae de filia
diximus, eadem et d*e* n*e*pote deque omnibus liberorum personis *seu* masculini seu *fe*minini sexus dicta intellegemus.
125. Quid ergo est? licet *e*ae secundum ea, quae diximus,
scriptis 'heredibus [6] dimidiam partem modo detrahant, tamen
praetor eis contra tabulas bonorum possessionem promittit,
qua ratione extranei heredes a tota hereditate repelluntur
et efficiuntur sine re heredes. **126.** Et hoc iure uteb*amur*,
*qua*si nihil inter feminas et masculos interesset; set nuper
imperator Antoninus significauit 'rescri*p*to, su*as* [7] non plus
nanci*s*ci feminas per bonorum possessionem, quam quod iure
adcrescendi consequerentur. quod in 'emancipatarum quoque

---

1) q(*uod*) scilicet *C.* 2) illum *C.* 3) *Ex ed. Gösch. Bg. supplevit post* initio. 4) *Supplevi. Fortasse hic quoque illud* q *not.* 1. *fugitivum et huc revocandum est. Cf. Ulp.* 22, 17 *not.* 5) heret V^{st}. 6) V^{st} *habet post* m(odo). *Hoc* m(odo) *vero Kr. ed.* 2 *omittit, errore, ut puto.* 7) rescripto suo *C. edd. etiam Kr.* 2 *insipido additamento ad* rescripto, *dum suas sensu flagitante careri non possit.*

---

§. 124. *Cf. Ulp.* 22, 17. *Paul.* 3, 4^{a}. §. 8. *Epit.* 2, 3. §. 1. *pr. I. cit. Nov. Maior. tit. VI.* 1. §. 3. §. 126. *Cf. L.* 4. *C. de lib. praeter.* (6, 28).

persona obseruandum est, *ut nimirum hae quoque quod* adcrescendi iure habiturae essent, si in potestate[1] fuissent, id ipsum etiam per bonorum possessionem habeant. **127**. Sed si quidem filius a patre exheredetur, nominatim ex*here*dari '*deb*et; alioquin non pro*dest*[2] exheredari. nominatim autem exhere-
86. dari uidetur, siue ita exhere|detur: *TITI*VS FILIVS MEVS EX-
t. s. *HERES ESTO*, *siue ita*: *FILIVS MEVS* EXHERES ESTO, non adiecto proprio nomine: (*scilicet si alius filius non exstet*).[3] **128**. 'Cetera*e* uero liberorum personae uel feminini sexus uel masculini satis inter ceteros exheredantur, id est his *uerbis*: *CETERI* OMNES EXHEREDES SVNTO, quae *uerba statim post in*stitutionem heredum adici solent. sed hoc it*a* est *iure ciuili*.[4] **129**. Nam praetor omnes uirilis sexus lib*erorum personas*, id est nepotes quoque et pronepotes '*nominatim* | *exheredari iubet, feminini uero sexus liberos, id est filias et* [174]
neptes et | *proneptes exher*edari *aut nominatim aut inter ceteros satis habet*.[5] **130**. Postumi quoque liberi nominatim *heredes insti*|tui debent uel exheredari. **131**. Et 'i*n* eo[6] *par omnium condicio est, quod et in* filio p*ostumo et in quolibet ex ceteris li*|beris siue *feminini sexus siue ma*sculini prae-

---

1) *Ex V*st; *tantum* est ut *scripsi pro* esset *et quae sequuntur supplevi*. 2) *Ex V*st, *in quo tamen est* psiet *pro* prodest. *cf*. 2, 140. 141. 3) *Ex Inst. supplevi; deesse enim haec non possunt, et alia quoque librarius in hac pagina omisit.* 4) *Ex V*st, *suppletis, quae legi non potuerunt, ex cj. satis certa.* 5) *Ita ad sensum, sed nunc V*st *secutus, explevi v.* 9 *et* 10. *Cf*. §. 134. *Male Lachm. adstipulante licet Gneistio: 'nominatim exheredari iubet, feminini uero inter ceteros, qui nisi fuerint ita exheredati, promittit eis contra tabulas bonorum possessionem'. Nam nec verum hoc est (nisi addideris: 'qui si nec heredes instituti nec ita fuerint exher.'), nec haec promissio praetoris huius loci est, nec idem ter dixisse Gaio imputari debet* (*cf*. §§. 129. 135). 6) ideo *V*st — *Etiam quae sequuntur supplementa* §§. 131—134., *ex Inst. et L.* 13. *D. de iniusto rupto* (28, 3) *petita nunc ad V*st *exegi, ex quo tamen apparet, Iustinianum quaedam levicula mutasse, quaedam recidisse.*

---

§. 127. *Cf. pr. I. cit. Ulp.* 22, 20. *Cic. de orat.* 1, 38 *fin.* §. 128. *Cf. pr.* §. 1. *I. tit. cit.* (2, 13). *Ulp.* 22, 20. *L.* 4. *C. de lib. praet.* (6, 28). §. 129. *Cf.* §. 135. §§. 130—132. = §. 1. *I. de exhered. lib.* (2, 13). *Cf. Ulp.* 22, 15. 18—21. 23, 2. *Cic de orat.* 1, 57. *pro Caec.* 25. *De iure Etruscorum cf. Liv.* 1, 34. §. 3., *quo Romae postea milites utebantur.* §. 6. *I. tit. cit.*

te|rito ualet *quidem testamentum*, *sed postea adgnatione*
postumi si|ue postumae rumpitur, et ea ra*tione totum infir*|-
matur. *itaq*ue si mulier, ex qua *postumus aut postu*|ma spera-
batur, abor*tum fecerit*, *nihil impedimento est scrip*|*tis here*-
d*ibus ad hereditatem adeundam*. **132.** *Sed feminini* |
quidem sexus personae *uel nominatim uel in*|ter cetero*s ex*-
heredari solent, *dum tamen*, *si inter ceteros exheredentur*,
aliquid eis legetur, *ne uideantur per obliuio*|nem praeteritae
esse: masculini uero sexus liberorum perso|nas placuit non
aliter recte ex*heredari*, *nisi no*|*minatim exheredentur*, *hoc* 87.
scilicet modo QVICVMQVE MIHI FILIVS GENITVS FVERIT, *EX*|- t. s.
*H*ERES ESTO. ——— a v. 2 — fere ad 11. med. ———[1]
133. *Postumorum loco sunt et hi*, *qui in sui heredis locum*
succedendo quasi adgnascendo fiunt parenti|bus sui here-
des: ut ecce si filium et *ex eo nepotem ne*|ptem*ue in* po*testate*
habeam, *quia filius gradu praecedit*, *is solus iura sui here*-
dis habet, *quamuis nepos quo*|que et neptis e*x eo in eadem*
potestate sint; sed si filius meus me uiuo moriatur, *'aut*
qualibet ratione exeat de potestate mea[2], *incipit nepos ne*-
ptisue in eius locum succe|*dere*, *et* eo modo iura suorum
[175] h*eredum quasi adgnatio*|ne nanciscuntur. **134.** Ne ergo eo
modo rumpatur mihi te|sta*mentum*, *sicut ipsum filium uel*
*heredem in*stituere uel | exheredare debeo, ne no*n iure*
faciam testamentum, *ita et ne*|potem neptemue ex eo ne-
cesse est mihi uel[3] *heredem instituere uel exheredare*, *ne*
forte, *me uiuo filio mortuo*, *succedendo in locum eius nepos*

1) *In his versibus quae scripta erant, Iustinianum et in Inst. et in Dig. omisisse, ex V*st *apparet, ubi praeter singulas litteras tantum v.* 3. potē u, *v.* 8. agat *initio legi potuit. Pertinuisse ea videntur ad ceteras postumorum praeter filium filiamque personas in institutione vel exheredatione recte demonstrandas.* 2) *Suspicor haec in C., vitio tamen librarii, non fuisse, cum alioquin in eo scripta quae supersunt, non conveniant Dig. et Inst. Confirmat, quod et in seq.* §. (*licet ibi etiam in Dig. et Inst.*) *mortis tantum filii mentio habetur.* 3) uel *ex Suppl. Stud. p. XXIX. Notandum est, quae abhinc usque ad finem p.* 87. *ex Inst. et Dig. relata sunt, non sufficere ad explendos V*st *v.* 22—24. *Fortasse igitur librarius hic ut aliis locis errore quaedam bis vel in* §. 133. *omissa male h. l. scripsit.*

§§. 133. 134. = *L.* 13. *D. de iniusto rupto* (28, 3). §. 2. *I. tit. cit. Cf. Ulp.* 23, 3.

88. *neptisue* | quasi adgnatione rumpat testamentum: idque lege
t. s. 'Iunia Vellaea[1] prouisum est, in qua simul exheredationis modus notatur, ut uirilis sexus (*postumi*) nominatim, feminini uel nominatim uel inter ceteros exheredentur, dum tamen iis, qui inter ceteros exheredantur, aliquid legetur. **135.** *E*mancipatos liberos iure ciuili neque heredes instituere neque exheredare necesse est, quia non sunt sui heredes: sed praetor omnes tam feminini quam masculini sexus, si heredes non instituantur, exheredari iubet, uirilis sexus nominatim, feminini uero nominatim uel inter ceteros: quodsi neque heredes instituti fuerint, neque ita, ut supra diximus, exheredati, praetor promittit eis contra tabulas bonorum possessionem. **135a.** In potestate patris 'nec[2] sunt, qui cum eo ciuitate Romana donati *su*nt, 'nec[3] in accipienda ciuitate Romana pater '*p*etii*t* *st*atim[4] aut post, ut eos in potestate 'habere*t*,[5] aut si peti*it*, non impetrauit; nam 'qui in potestat*e*m[6] patris ab imperatore rediguntur, nihil differunt a '*sic natis*. **136.** Item[7] adoptiui fili*i*, quamdiu manent in adoptione, naturalium loco sunt; emancipati uero '(*a*) patre[8] adoptiuo neque iure ciuili, neque quod ad edictum praetoris pertinet, inter liberos numerantur. **137.** Qua ratione accidit, ut ex diuerso, quod ad naturalem parentem pertinet, quamdiu quidem sint in adoptiua familia, extraneorum numero habeantur; si uero emancipati fuerint ab [176]
89. adoptiuo patre, tunc incipiant | in ea causa esse, qua futuri essent, si ab ipso naturali patre (*emancipati*) fuissent.

138. Si quis post factum testamentum adoptauerit sibi filium aut per populum eum, qui sui iuris est, aut per prae-

---

[1]) *a.* 26. *Vid. ad Ulp.* 22, 19. [2]) n (*pro* n', *ut puto, ratione emancipatorum, de quibus proxime sermo fuerat*) *V*st, *cui tota haec* §. *debetur.* [3]) n' (= *nec*) *V*st. *sane constructio orationis melius servabitur, si legamus* si non. [4]) *Sic interpretor Bluhmiana non refragante nota St.di. Proxime sequitur in V*st a(ut) p(ost). [5]) habere *V*st. [6]) qui potum *V*st *litteris pallidis: puta pro* q(ui) in potem. [7]) '*Litteras incertissimas*' *ratione etiam habita Bluhm. lectionis et* §. *seq. fuisse puto* sic natis it'. [8]) *Sic Inst. Fortasse rectius legitur* patri.

---

§. 135. = §. 1. *I. tit. cit. Cf. Ulp.* 22, 23. 28, 2—4. *supra* §. 129. §. 135a. *Cf.* 1, 93. 94. 3, 20. *Collat.* 16, 7, 2. §§. 136. 137. = §. 4. *I. tit. cit.* (2, 13). §. 138. = §. 1. *I. quib. mod. test. infirm.* (2, 17). *Cf.* 1, 98 *seq.*

torem eum, qui in potestate parentis fuerit, omnimodo testamentum eius rumpitur quasi agnatione sui heredis. **139.** Idem iuris est, si cui post factum testamentum uxor in manu*m* conueniat, uel quae in manu fuit, nubat: nam eo mod*o* filiae loco esse incipit et quasi sua '(*heres*) *fit.*[1] **140.** Nec prodest, s*i*ue haec, s*i*ue ille, qui adoptatus est, in eo testamento sit (*heres*) institutus institutaue:[2] nam de exheredatione eius super*u*acu*um* uidetur qu*a*erere, cum testamenti faciundi tempore suorum heredum numero non fuerint. **141.** Filius quoque, qui ex prima secundaue mancipatione manumittitur, quia reuertitur in potestatem patriam, rumpit ante factum testamentum; nec prodest, (*si*) in eo testamento heres institutus uel exheredatus fuerit. **142.** Simile ius olim fuit in eius persona, cuius nomine ex senatus consulto erroris causa pro*b*atur, quia forte ex peregrina uel Latina, quae per errorem quasi ciuis Romana uxor ducta esset, natus esset: nam siue heres institutus esset a pare*n*te siue exheredatus, siue uiuo patre causa probat*a* siue post mortem eius, omnimodo quasi adgna|tione rumpebat testamentum. 90.
[177] **143.** Nunc uero ex nouo senatus consulto, quod auctore diuo Hadriano factum est, si quidem uiuo patre causa pro*b*atur, aeque ut olim omnimodo rumpit testamentum; si uero post mortem patris, praeteritus quidem rumpit testamentum, si uero heres in eo scriptus est uel exheredatus, non rumpit testamentum, ne scilicet diligenter facta testamenta rescinderentur eo tempore, quo renouari non possent. **144.** Posteriore quoque testamento, quod iure factu*m* est, superius

---

1) i *V*st. 2) *Puta hac formula: 'si quem adoptavero', 'si quae mihi in manum convenerit': nam si L. Titius (quem postea adoptavit) vel L. Titia (quae postea in manum convenit) heres institutu institutave fuerit, prodest institutio. L.* 18. *D. de iniusto* (28, 3). *L.* 23. §. 1. *D. de lib. et post.* (28, 2). *Attamen ea, quae sequuntur, docent, Gaium etiam de hac institutione sensisse eamque tum inutilem ad tuendum testamentum visam fuisse.*

---

§. 139. *Cf. Ulp.* 23, 3. *supra* 1, 114. §. 140. *Cf. L.* 23 *pr.* §. 1. *L.* 28. §. 1. *D. de lib. et post.* (28, 2). *L.* 18. *D. de iniusto* (28, 3). *L.* 8. §§. 7 *seq. D. de b. p. c. t.* (37, 4). *L.* 132 *pr. D. de verb. obl.* (45, 1). §. 141. *Cf. Ulp.* 23, 3. *L.* 28. §. 1. *cit. supra* 1, 132. 135. 3, 6. *Collat.* 16, 3. §. 7. §. 142. *Cf.* 1, (32). 67. 3, 5. §. 143. *Cf. supra* 1, 32. *ubi tamen de intestato patre agitur.* §. 144. = §. 2. *I. quib. mod. test. inf.* (2, 17). *Cf. Ulp.* 23, 2.

rumpitur; nec interest, an extiterit aliquis ex eo heres, an non extiterit: hoc enim solum spectatur, an existere potuerit: ideoque (*tum quoque*)[1] si quis ex posteriore testamento, quod iure factum est, aut noluerit heres esse, aut uiuo testatore, aut post mortem eius, antequam hereditatem adiret, decesserit, aut per *cre*tionem exclusus fuerit, aut condicione, sub qua heres institutus est, defectus sit, aut propter c*ae*libatum ex lege Iulia summotus fuerit ab hereditate: quibus casibus paterfamilias intestatus moritur: nam et prius testamentum non ualet, ruptum a posteriore, et posterius aeque nullas uires habet, cum ex eo nemo heres extiterit. **145.** Alio quoque modo testamenta iure facta infirma*n*tur, uelut '(*cum*)[2] is, qui fecerit testamentum, *c*apite diminutus 'sit;[3] quod quibus modis accidat, primo com-
91. mentario relatum est. **146.** Hoc autem casu in|rita fieri testamenta dicemus, cum alioquin et quae rumpuntur, inrita fiant, (*et quae statim ab initio non iure fiunt*, *inrita sint; sed et ea*, *quae iure facta sunt et postea propter capitis diminutionem inrita fiunt*,) possunt nihilominus rupta dici: sed quia sane commodius erat singulas causas singulis appellationibus distingui, ideo quaedam non iure fieri dicuntur, qu*ae*dam iure facta rumpi uel inrita fieri.

147. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, [178]
quae uel ab initio non iure facta sunt, uel iure facta postea inrita facta *aut* rupta sunt: nam si septem testium signis signata sint testamenta, potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere, si modo defunctus testator et ciuis Romanus et su*ae* potestatis mortis tempore fuerit: nam si ideo inritum 'factum *s*it[4] testamentum, quod puta ciuitatem

---

1) *Haec si contra Inst. supplere nolis, cum iis postea pro* quibus casibus *scribendum erit* in his casibus. 2) *Ex Inst.* '(*si*)' *ed. Bg.* 3) *fuerit ed. Bg. Quod in C. antea legitur* ā *fortasse est* c̄ (cum) *fugitivum, quod ante excidit.* 4) *Ex Gösch. cj.* fit *edd.*

Collat. 16, 3. §. 1. per cretionem] *cf.* 2, 166 *seq.* ex lege Iulia] *cf.* 2, 111. 286. §. 145. = §. 4. *I. tit. cit. Cf. Ulp.* 23, 4. *Epit.* 2, 3. §. 5. *Collat. l. c.* primo comm.] §§. 159 *seq.* §. 146. = §. 5 (4). *I. tit. cit. Cf. Collat.* 16, 3. §. 2. §. 147. = §. 6. *I. tit. cit. Cf.* §. 119. *Ulp.* 28, 6. 23, 6. *Cic. Top.* 4. §. 18. *Boeth. ad h. l. p.* 302 *Bait. Cic. Verr.* 2, 1. *c.* 45.

uel etiam libertatem testator amisit, 'aut *quod* is[1] in adoptionem se dedit (*et*) mortis tempore in adoptiui patris potestate fuit, non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem pet*ere*. **148**. '(*Sed qui*)[2] secundum tabulas testamenti, quae aut statim ab initio non iure factae 's*un*t,[3] aut iure factae postea *r*uptae uel inrit*ae* '*factae s*unt,[4] bonorum possessionem accipiunt, si modo possunt hereditatem optinere, habebunt bonorum possessionem cum re; si uero ab *i*is auocari hereditas potest, habebunt bonorum possessionem sine re. **149**. Nam si quis heres iure ciuili institutus sit uel ex primo uel ex posteriore testamento, uel ab intestato iure legitimo heres sit, is potest ab *i*is hereditatem a*u*ocare; si uero nemo | sit alius iure ciuili heres, ipsi retinere hereditatem 92.
possunt, 'nec *ul*|lum ius aduersus eos habent co*g*na*ti qui legi*|timo[5] iure deficiuntur. **149**ª.[6] 'Aliq*uando tamen*, *sicut su*pra | quoque notauimus, etiam legitim*i*s quoque *heredibus* |
[179] potio*res* scri*p*ti habentur,[7] u*eluti* si ideo n*on iure* | factum sit testamentum, quod familia non uenierit aut nuncupationis uerba testator locutus non sit; '*tum enim* | *si ag*nati[8] petant heredit*atem*, **150**. ——— a v. 8 med. ad v. 11 fin. ———[9] *e*|a lege bona caduca fiunt et ad populum deferri | iubentur, si defuncto nemo '*heres uel bonorum possessor sit*.[10]

---

1) uuthis *C.* (*pro* aut qis, *ut puto*) *a*ut is *ed. Bg.* aut quia *Inst.* 2) *Addidi, quod notatum ob sequens* secu-ndum *facile potuit excidere.* '(*Qui autem*)' *ed. Bg.* (*Itaque qui*) *ed. Kr.* 2. 3) sint *C. edd.* 4) erunt (*pro* f. sunt) *C. edd.* 5) *Ex* V^{st} *cum Suppl. St. p. XXIX et ed. Kr.* 2. 6) *Hunc numerum feci item cum ed. Kr.* 2. 7) *Correxi priora praeeunte cum Suppl. St. eadem ed.* 8) *In C. fuerit* tũ | si agnati. 9) *Horum vv. sententia nunc* (*ed.* 5) *secundum* V^{st} *sic, et in plerisque etiam quoad verba, satis tuto mihi refici videtur:* '*per exceptionem d*(*oli*) *m*(*ali*) | ex con*stitutione imperatoris Antonini summo*|ueri p(os)*sunt*, n(ec) *her*t (= hereditas) e le*ge* Iulia ca*duca fit, si pr*(*aetor*), *quos facit b*(*onorum*) | possessores *ed*(*icto*), p(er) exc*on* (= exceptionem) *q*(*uo*)*q*(*ue*) *tuet*(*ur*), *quia scilicet e'* | — *Cf.* §§. 120. 151 *et de ultimis verbis, ubi edictum et exceptio data componuntur similis cogitatio in* 4, 111. 10) *Sententiam perfeci.*

---

§. 148. *Cf. Ulp.* 23, 6. *Collat.* 16, 3. §. 1. §. 149ª. supra] §§. 120. 121. §. 150. *Cf. Ulp.* 28, 7. *L.* 96. §. 1. *D. de leg,* 1. *infra* 3, 78.

151.[1] Potest,[2] ut iure facta testamenta '*uoluntas contraria postea*[3] infirmet. uerum[4] apparet, non posse e*x* *eo so*lo i*nfirma*|ri tes*ta*mentum, *quod* postea testator id noluerit ualere, usque | adeo, ut si linum eius inciderit, nihilo minus | iure ciuili ualeat. quin etiam si dele*u*erit quoque aut 'combus*serit*[5] | tabulas testamenti, 'non ideo m*agis*[6] desinent ualere, | '*quae* ibi[7] fuerunt scrip*ta*, licet eorum probatio diffi*cilis* | sit. quid er*go* est? si quis ab intestato bonorum possessionem petieri*t et* is, | qui ex eo testamento heres *est*, petat h*ereditatem*, '*potest eum per ex*|*ceptionem* d*oli mali repell*ere, si m*odo ea mens testatoris* | *fuisse probetu*r, *ut ad eos, qui ab intestato* [180]
93. *uocantur*,[8] | perueniat hereditas: et hoc ita *re*scripto imperatoris Antonini significatur.[9]

---

1) *Hanc* §. *in edd.* 1. 2. *ex pauculis illis, quae tum in V. lecta erant, ad b. p. contra tabulas et deinceps* (§. 151[a].) *ad eam b. p., quam sequens gradus ideo quia antecedens eum iure civili contentus non petierat, agnovit, pertinere ratus eram et in hanc sententiam restitueram. Iam et hic pro opinatis vera licet dare ex V*[st] *referente Krügero* (*Krit. Versuche p.* 13), *quem etiam in his, quae corrigenda vel supplenda erant, nisi ubi quid monui, tacite sequor. Köppen in Jahrb. f. Dogm. XI. p.* 226 *nova non profert.* 2) *Particula aliqua deesse videtur*, *velut* Potest (*etiam*). *Relatis enim iis casibus, ubi testamentum ipso iure postea infirmatur* (§§. 138 *seq.*), *ita tamen, ut scripti heredes interdum b. p. petere possint* (§§. 147 *seq.*), *Gaius iam casum affert, in quo iure praetorio tantum infirmatur et ab intestato ad b. possessores hereditas pervenit. Eius in locum* §. 7. *I. quib. mod. test. infirm.* (2, 17) *pleraque alia substituit.* 3) *In V. fuerit* UOLUN. ЄRIA p'tea 'contraria uolunt'. *cj. Kr. interpretans* contraria uoluntate. 4) infirmetur (ur *pro* ūr' *ut puto*). infirme(*n*)t(*ur*). *Kr. post* apparet *addens* '*autem*'. 5) *Ex Suppl. St. p. XXIX.* 6) nideo minus *V*[st]. nihilo minus (*non*) *Kr. cf.* §. 173. 7) *In V. fuerit* q̄ibi '*que*' (*pro* quae) *Kr.* 8) *Pleraque ad sententiam supplevi, sed V*[st] *vestigiis insistens et constantem de hac re omnium ICtorum et imperatorum Rom. sententiam secutus, ex qua ei, quem testator quocunque supremo iudicio noluit postea heredem fieri, ut indigno ex SCto a fisco hereditas salvis legatis*

---

§. 151. *Cf. Collat.* 16, 3, 1. *L.* 1. §. 8. *D. si tab. test. nullae* (38, 6) *L.* 1. §. 3. *L.* 2. 3. 4. *D. de his, quae in test. del.* (28, 4) *L.* 36. §. 3. *D. de test. mil.* (29, 1). *L.* 12. *L.* 16. §. 2. *D. de his, q. ut ind.* (34, 9). *L.* 22. *D. de adim. leg.* (34, 4). *L.* 4. §. 10. *D. de d. m. exc.* (44, 4).

152. Heredes autem aut necessarii dicuntur aut sui et necessarii aut extranei. **153.** Necessarius heres est seruus cum libertate heres institutus; ideo sic appellatus, quia, siue uelit siue nolit, omnimodo post mortem testatoris protinus liber et heres est. **154.** Unde qui facultates suas suspectas habet, solet seruum primo aut secundo uel etiam ulteriore gradu liberum et heredem instituere, ut si creditoribus satis non fiat, potius huius heredis quam ipsius testatoris bona ueneant, id est, ut ignominia, quae accidit ex uenditione bonorum, hunc potius heredem quam ipsum testatorem contingat; quamquam apud Fufidium Sabino placeat, eximendum eum esse ignominia, quia non suo uitio, sed necessitate iuris bonorum uenditionem pateretur; sed alio iure utimur. **155.** Pro hoc tamen incommodo illud ei commodum praestatur, ut ea, quae post mortem patroni sibi adquisierit, siue ante bonorum uenditionem siue postea, ipsi reseruentur; et quamuis pro portione[1] bona uenierint, iterum ex hereditaria causa bona eius non uenient, nisi si quid ei ex hereditaria causa fuerit adquisitum, | uelut si 'Latini *bonis*, (*quem heres*) adqui- 94.
sierit,[2] locupletior factus sit; cum ceterorum hominum, quo-

---

aufertur ideoque etiam petenti heredi doli exceptio opponitur; sin vero testator tabulas testamenti inciderit (quo casu testamentaria b. p. deficit) idque aperte ea mente fecerit, ut intestato decederet, b. possessores ab intestato obtinent hereditatem etiam legatis concidentibus. '*vincat quidem necesse est in hereditatis petitione; sed fiscus ei quasi indigno auferet hereditatem, ne ullo modo ad eum, quem testator heredem habere noluit*', *Kr. cf.* §. 181 *fin. Alia nunc proponit Kr. ed.* 2. 9) *Sequitur linea vacua, rubricae destinata.* 1) propter contractione *C.* pro — — — — — * *ed. Bg. Cf.* '*Gaius*' *p.* 46. *et Sched. in v.* damnationem *infra in* §§. 205. 209. 2) latinus adquisierit *C. etiam* V^{st} *edd.* ('*aut*' *addito ed. Bg.* 5.) Latinus cum decesserit *ed. mea* 1. *Sed nec haec*

---

§. 152. = *pr. I. de her. qual. et diff.* (2, 19). §. 153. = §. 1. *I. ib.* §. 154. = §. 1. *I. cit.* ignominia *etc.*] *Cf. L.* 3. *Th. C. de inoff. test.* (2, 19). *infra* 3, 79. 4, 102. *Lex Iul. munic. v.* 117 *seq. L.* 23. *D. quae in fr. cred.* (42, 8). *Cic. pro Quint.* 15. §. 49 *seq. L.* 6. *C. qui bon. ced.* (7, 71). §. 155. = §. 1. *I. cit. Cf. L.* 1. §. 18. *D. de separat.* (42, 6). *L.* 7. §. 5. *D. de minor.* (4, 4). etiam saepius] *Cf. L.* 6. 7. *D. de cess. bon.* (42, 3). *L.* 3. *C. de bon. auct. iud.* (7, 72).

rum bona uenierint pro portione, si quid postea adquirant, [181] etiam saepius eorum bona uenir*e* solent. **156.** Sui autem *et* necessari*i* heredes sunt uelut filius filiaue, nepos neptisue ex filio (*et*) deinceps ce*te*ri, qui modo in potestate morientis fuerunt: sed uti nepos neptisue su*us* heres sit, non sufficit, eum in potestate aui mortis tempore fuisse, sed opus est, ut pater quoque eius uiuo patre suo desierit suus heres esse, aut morte interceptus aut qualibet ratione liberatus potestate; tum enim nepos neptisue in locum sui patris succedunt. **157.** Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt et uiuo quoque parente quod*am*modo domini existimantur, unde etiam si quis intestatus mortu*us* sit, prima causa est in successione liberorum: necessarii uero ideo dicuntur, quia omnimodo, (*siue*) uelint (*si*)ue (*nolint*, *tam*) ab intestato quam ex testamento heredes fiunt. **158.** Sed his praetor permittit abstinere se ab heredi*tate*, ut potius parentis bona ueneant. **159.** Idem iuris est et (*in*) uxoris persona, quae in manu est, quia filiae loco est, et in nuru*s*, quae in manu filii est, quia
95. neptis loco est. **160.** Quin etiam similiter abstinendi potest|atem facit praetor etiam 'ei, qui in causa mancipi*i* est, id est mancipato, (*qui*) cum libertate[1] heres institutus sit; '*quamuis*[2]

---

nunc mihi satisfaciunt, nec Sav. cj. (*ex eo quod*) Latinus *vel mea:* Latini (*bonis quae*) adquisierit *vel in ed.* 3. Latin*i bonis* qui decesserit; *demonstranda enim erat hereditaria causa acquisitionis et intellegenda est bonorum illa possessio* (1, 35) *non modo bonorum defuncti sed etiam civis Rom. facti Latini. Sed et nunc demum ex* 1, 35 *a nobis restituta intellegitur, quemadmodum Gaius hoc exemplum h. l.* (*ante* 3, 56 *seq.*) *ponere potuerit. In archetypo scriptum fuerit* Latiniū (*pro* b̄) q̄m h. [1]) ei qui in causa id ē mancipato mācipi e cum liber et *C.* (*et, verbis* id est mancipato *tantum uncinis inclusis ed. Bg.* 5) mancipato, id est ei, qui in causa mancipii est, cum liber et *ed. Bg. Cf.* '*Gaius*' *p.* 46. ei, qui in causa mancipii est, (*si*) cum libertate *ed. Stud.* [2]) *Correxi.* cum (*in archetypo puta* cū *pro* qū) *C. edd.*

---

§§. 156—158. = §. 2. *I. tit. cit.* (2, 19). *Cf. infra* 3, 2. *L.* 11. *D. de lib. et post.* (28, 2). *Ulp.* 22. 24. *Collat.* 16, 3. §. 6. §. 159. *Cf.* 3, 3. 2, 139. 1, 111. §. 160. *Cf.* 1, 123. 138. 3, 114. *Ulp.* 22, 24[a].

necessarius, non etiam suus heres sit, tamquam seruus. **161.**
Ceteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei heredes
appellantur: itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra
non sunt, heredes a nobis instituti 'sicut[1] extranei uidentur;
qua de causa et qui a matre heredes institu*u*ntur, eodem
[182] numero sunt, quia feminae liberos in potestate non habent.
serui quoque, qui cum liber*tat*e heredes instituti sunt et postea
a domino manumissi, eodem numero habentur. **162.** Extraneis
autem heredibus deliberandi potestas data est de adeunda here-
ditate uel non adeunda. **163.** Sed siue is, cui a*b*stinendi
potestas est, inmiscuerit se bonis hereditariis, siue is, *c*ui de
adeunda (*hereditate*) deliberare licet, adierit, postea relin-
quendae hereditatis facultatem non habet, nisi si minor sit
annorum XXV: nam huius aetatis hominibus, sicut in ceteris
omnibus causis deceptis, ita etiam si temere damnosa*m* here-
ditatem susceperint, praetor succurrit. scio quidem, diuum
Hadrianum etiam maiori XXV annorum ueniam dedisse, cum
post aditam hereditatem grande *a*es alienum, quod aditae
hereditatis tempore latebat, apparuisset. |

164. Extraneis heredibus solet cretio dari, id est finis de- 96.
liberandi, ut intra certum tempus uel adeant hereditatem, uel
si non adeant, temporis fine summoueantur: ideo autem cretio
appellata est, quia cernere est quasi decernere et constituere.
165. Cum ergo ita scri*p*tum sit: HERES TITIVS ESTO, adi-
cere de*b*emus: CERNITOQVE IN CENTVM DIEBVS PROX*I*MIS,
QVIBVS SCIES POTERISQVE. QVODNI ITA CREVERIS, EX-
HERES ESTO. **166.** Et qui ita heres institutus est, si uelit
heres esse, debebit intra diem cretionis cernere, id est haec
uerba dicere: QVOD ME PVBLIVS *MEV*IVS TESTAMENTO SVO
HEREDEM INSTITVIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQVE;

---

[1]) *Ut glossema Mommseni auctoritate omisit ed. Stud.*

---

§. 161. = §. 3. *I. tit. cit.* (2, 19). *Cf. Ulp.* 22, 25. 26, 7. quia feminae] *Cf.* 1, 104. *Ulp.* 26, 7. serui quoque] *Cf.* 2, 188. §§. 162. 163. = §. 5. *I. tit. cit. Cf. Paul.* 3, 4b. §. 11. §. 164. *Cf. Ulp.* 22, 27. *Varro de L. L.* 7, 5. §. 98. *Isidor. Orig.* 5, 24. §§. 15 *seq.* §. 165. *Cf.* §. 171. *Ulp. l. c. Varro de L. L.* 6, 8. §. 81. *Cic. de orat.* 1, 22. §. 101. §. 166. *Cf. Ulp.* 22, 25. 26. 28. *Fest. ep. v. Crevi p.* 53. *Consult.* 6, 19. §. 7. *I. de her. qual.* (2, 19).

quodsi ita non creuerit, finito tempore cretionis excluditur; nec quicquam proficit, si pro herede gerat, id est, si rebus hereditariis tamquam heres utatur. **167.** At is, qui sine cretione heres institu*tus* 'est,[1] aut qui ab intestato legitimo iure ad hereditatem uocatur, potest aut cernendo aut pro he- [183] rede gerendo uel etiam nuda uoluntate suscipiend*ae* hereditatis heres fieri: eique liberum est, quocumque tempore uoluerit, adire hereditatem; (*sed*) solet praetor postulantibus hereditari*is* creditoribus tempus constituere, intra quod, si uelit, adeat hereditatem, si minus, ut liceat creditoribus *b*ona defuncti uendere.

97. **168.** 'Sic*ut* autem (*qui*)[2] cum cretione | heres institutus est nisi creuerit hereditatem, non fit heres, ita non aliter excluditur quam si non creuerit intra id tempus, quo cretio finita si*t*; itaque licet ante diem cretionis constituerit hereditatem non adire, tamen p*ae*nitentia actus superante die cretionis cernendo heres esse potest. **169.** A*t* is, qui sine cretione heres institutus est, 'quiue[3] ab intestato per legem uocatur, sicut uoluntate nuda heres fit, ita et contraria destinatione statim ab hereditate repellitur. **170.** Omnis autem cretio certo tempore constringitur. in quam rem tolera*b*ile tempus uisum est centum dierum: potest tamen nihilo minus iure ciuili aut longius aut breuius tempus dari; longius tamen interdum praetor coartat. **171.** Et quamuis omnis cretio certis diebus constringatur, tamen alia cretio uulgaris uocatur, alia certorum dierum: uulgaris illa, quam supra exposuimus, id est, in qua *a*dic*i*untur haec uerba: QVIBVS S*C*IET POTERITQVE: certorum dierum, in qua detractis his uerbis cetera scribuntur.

---

1) sit *C. edd. Bg. Kr.* 2) si qui autem *C. cf.* §. 169. *Ulp.* 22, 20. 3) quique *C.*

---

§. 167. *Cf.* 3, 87. *Ulp.* 22, 25. §. 7. *I. cit. L.* 2. §. 4. *Th. C. de in int. rest.* (2, 16). *Tit. Th. C. de mat. bon.* (8, 18). *L.* 1. *Th. C. de cretione* (4, 1). *L.* 1. §§. 1. 2. *L.* 3. 5 *pr.* 8. *D. de i. delib.* (28, 8). *L.* 9. 10. *C. eod.* (6, 30). §. 168. *Cf.* §§. 144. 166. *Ulp.* 22, 30. §. 169. *Cf. Ulp.* 22, 29. §. 7. *I. cit.* §. 170. *Cf. Cic. ad Att.* 13, 46. §. 2. 15, 2 *fin.* (*'diem testamenti' i. e. cretionis spatium*). *L. un. Th. C. de cretione* (4, 1). §. 171. *Cf. Ulp.* 22, 31. *Cic. ad Attic.* 11, 12. §. 4. *de orat.* 1, 22. §. 101. *supra* §§. 164. 165. *Testam. Dasum. Zeitschr. f. gesch. RW. XII. p.* 314.

172. Quarum cretionum magna differentia est: nam uulgari cretione data nulli dies conputantur, nisi quibus scierit quisque, se heredem esse institutum, et possit cernere; certorum uero dierum cretio*ne* data etiam nescient*i*, se heredem institutum
esse, numerantur dies con|tinui; item ei quoque, qui aliqua 98.
ex causa cernere prohibetur, et eo amplius ei, qui sub condicione heres institutus est, tempus numeratur; unde melius
[184] et aptius est uulgari cretione uti. **173.** '(*Etiam tamen*)[1] continua haec cretio uocatur, quia continui dies numerantur; sed quia[2] dura est h*a*ec cretio, altera 'm*agi*s in us*u*[3] habetur; unde etiam uulgaris dicta est.

De substi*tu*tionibus. **174.** Interdum duos pluresue gradus heredum facimus, hoc modo: LVCIVS TITIVS HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS (*CENTVM*) PROXIMIS, QVIBVS SCIES POTERISQVE. QVODNI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. TVM MAEVIVS HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS CENTVM et reliqua; et deinceps in quantum uelimus, substituere possumus. **175.** Et licet nobis uel unum in unius locum substituere pluresue, et contra in plurium locum uel unum uel plures substituere. **176.** Primo itaque gradu scri*p*tus heres hereditatem cernendo fit heres et substitutus excluditur; non

---

1) *Supplevi (fortasse aberravit* et tm̄ *indeque factum infra molestum* tm̄) *et necessario quidem; nam supra* §. 171. *dixerat, hanc cretionem certorum dierum vocari.* 2) *Interserit* tm̄ *C. unde* tam *ex Gösch. cj. prior mea ed.* tamen *edd. sed uncinis circumdatum ed. Bg.* 5. 3) *Ex Gösch. ed.* minus (*pro* mginusu) *C.* in usu *edd. Bg. Stud.* — *Sed nunc toti loco ex omissionibus in margine repletis veteres luxationes passo remediis adhuc adhibitis nondum satisfactum esse iudico neque placet, quod Polenaar expulsis verbis* §. 172. melius et aptius est uulgari cretione uti *et postea* §. 173. quia continui dies numerantur *tanquam ex glossematis natis praeterea post* tempus *addit* continuum. *Modestius et rectius sic fere Gaii manus reparabitur:* ... tempus numeratur; unde (*etiam*) continua haec cretio uocatur, quia continui dies numerantur. [sed] quia tamen dura est haec cretio, melius et aptius est, uulgari cretione uti (*eaque magis quam*) altera in usu habetur, unde etiam uulgaris dicta est.

---

§. 172. *Cf. Ulp.* 22, 32. §. 174. *Cf. Ulp.* 22, 33. *pr. I. de vulg. subst.* (2, 15). *Cic. ad Attic.* 15, 2 *fin.* §. 176. *Cf.* §. 168.

cernendo summouetur, etiamsi pro herede gerat, et in locum eius substitutus succedit; et deinceps si plures gradus sint, in singulis simili ratione idem contingit. **177**. Set si cretio sine exheredatione sit data, id est *in* h*a*ec uerba: SI NON CRE*VE*RI*S*, TVM PVBLIVS MEVIVS HERES ESTO, illu*d* diuersum inuenitur, 'qu*od*[1] si prior omissa cretione pro herede gerat, substitutum
99. in partem admittit, et fiunt ambo *a*equis partibus | heredes; quodsi neque cernat neque pro herede gerat, tum sane in univer*sum* summouetur, et substitutus in totam hereditatem succedit. **178**. Sed Sabino quidem placuit, quamdiu cernere et eo modo heres fieri possit prior, etiamsi pro herede gesserit, non tamen admitti substitutum; cum uero cretio finita sit, tum pro herede 'gerent*em* admitt*ere*[2] *s*ubstitutum: ali*i*s uero placuit, etiam superante cretione posse eum pro herede gerendo in partem substitutum admittere et amplius ad cretionem reuerti non posse.

179. Liberis nostris inpuberibus, quos in potestate habe- [185]
mus, non solum ita, ut supra diximus, substituere poss*u*mus, id est, ut *si* heredes '(*nobis*)[3] non extiterint, alius nobis heres sit; sed eo amplius ut etiamsi heredes nobis extiterint et adhuc inpuberes mortui fuerint, *s*it iis aliquis heres, uelut hoc modo: TITIVS FILIVS MEVS MIHI HERES ESTO. SI FILIVS MEVS MIHI (*HERES NON ERIT, SIVE HERES MIHI*) ERIT ET '*S*IC PRIVS[4] MORIATVR QVAM IN SVAM TVTELAM VENERIT, 'TVNC[5] SEIVS HERES ESTO. **180**. Quo casu si quidem non extiterit heres filius, substitutus patri fit her*es; si uero* heres extiterit filius et ante pubertatem decesserit, ipsi filio fit heres substitutus. quamobrem duo quodammodo sunt testamenta |
100. a*l*iu*d* patris, aliu*d* fili*i*, tamquam si ipse filius sibi heredem instituisset; aut certe unum est testament*u*m duarum hereditatum. **181.** Ceterum ne post obitum parentis periculo insidiarum subiectus uide*a*tur pupillus, in usu est, uulgarem quidem sub-

[1]) *Malim* quod, *idque pro* quia *C. nunc scripsi.* [2]) gerente (*vel* o *pro* e *fuerit* ē) admittit *V*st. gerente admitt*i* *Kr. ed.* 2. *invito Gaii sensu et stylo, ut puto.* [3]) *Ex Inst., ubi est* 'ei'. [4]) hic prius *V*st *litteris pallidis.* [5]) tunc esto *V*st.

§§. 177. 178. *Cf. Ulp.* 22, 34. §. 179. = *pr. I. de pup. subst.* (2, 16). *Cf. Ulp.* 23, 7. §. 180. = *pr.* §. 2. *I. tit. cit.* §. 181. *Cf.* §. 3. *I. eod. cum Theoph. Gai. epit.* 2, 4. §. 2. *L.* 8. *D. testam. q. adm. aper.* (29, 3).

stitutionem palam facere, id est eo loco, quo pupillum heredem instituimus; (*nam*) uulgaris substitutio ita uocat ad hereditatem substitutum, si omnino pupillus heres non extiterit; quod accidit, cum uiuo parente moritur, quo casu nullum substituti maleficium suspicari possumus, cum scilicet uiuo testatore omnia, quae in testamento scri*p*ta sint, ignorentur: illam autem substitutionem, per quam, etiamsi heres extiterit pupillus, *s*et intra pubertatem decesserit, substitutum uocamus, separatim in inferioribus tabulis scribimus, easque tabulas proprio lino propriaque cera consignamus, et in prior*i*bus tabulis cauemus, ne inferiores tabulae uiuo filio et adhuc inpubere aperiantur. set longe *t*utius est, utrumque genus substitutionis 'separatim[1] in inferioribus tabulis consignari, quod, si *i*ta 'consignatae uel[1] separatae fuerint substitutione*s*, ut diximus, e*x* priore potest intellegi in 'altera[2] quoque idem esse substitutus. | **182**. Non solum autem heredibus institutis in- 101.
[186] puberibus liberis ita substituere poss*u*mus, ut si ante pubertatem mortui fuerint, sit is heres, quem nos uoluerimus, sed etiam exheredatis: itaque eo casu si quid pupillo ex hereditatibus legatisue aut donationibus propinquorum adquisitum fuerit, id omne a*d* substitutum pertinet. **183**. Qu*a*ecumque diximus de substitutione inpuberum libe*r*orum, uel heredum institutorum uel exheredatorum, eadem etiam de postumis intellegemus. **184**. Extraneo uero heredi instituto ita substituere non possumu*s*, ut si heres extiterit et intra aliquod tempus decesserit, alius ei heres sit; sed hoc solum no*b*is permissum est, ut eum per fideicommissum obligemus, ut hereditatem nostram uel totam uel (*pro*) parte restituat; quod ius quale sit, suo loco trademus.

185. Sicut autem liberi homines, ita et serui, tam nostri quam alieni, heredes scribi possunt. **186**. Sed noster seruus simul et liber et heres esse iuberi debet, id est hoc modo:

---

1) *Haec cum Mommseno delendi* (*quod facit Kr. ed.* 2) *causa nulla est.* 2) altera alter *C. ed. Bg.*

---

§. 182. = §. 4. *I. tit. cit. Cf. Ulp.* 23, 8. §. 183. = §. 4. *I. cit. Cf. Cic. de orat.* 1, 39. §. 180 2, 32 *fin. de inv.* 2, 21. §. 62. c. 42. §. 122. §. 184. = §. 9. *I. tit. cit.* (2, 16). suo loco] §. 277 *et seq.* §§. 185. 186. *Cf. pr. I. de her. inst.* (2, 14). *Ulp.* 22, 7. *Paul.* 3, 4 *B.* §. 7. *supra* §. 153. 1, 21.

STICHVS SERVVS MEVS LIBER HERESQVE ESTO, uel: HERES LIBERQVE ESTO. **187.** Nam si sine libertate heres institutus sit, etiamsi postea manumissus fuerit a domino, heres esse non potest, quia institutio in persona *eius* non consti*tit*; 'ideoque[1] licet alienatus sit, non potest iussu domini noui cernere here-
102. ditatem. **188.** Cum libertate uero heres | institutus si quidem in ea*dem* causa durauerit, fit ex testamento li*b*er et inde necessarius heres: si uero ab ipso testatore manumissus fuerit, suo arbitrio hereditatem adire potest; quodsi alienatus sit, iussu noui domin*i* adire hereditatem debet, qua ratione per eum dominus fit heres: nam ipse neque heres neque liber esse potest. **189.** Alienus quoque seruus heres institutus si in eadem causa durauerit, iussu domini hereditatem adire debet; si uero alienatus ab eo fuerit aut uiuo testatore aut post mortem eius, antequam cernat, debet iussu noui domini cernere: si uero manumissus est, suo arbitrio adire hereditatem potest. [187]
190. Si autem seruus alienus heres institutus est uulgari cretione data, ita i(*ntelle*)gitur dies cretionis cedere, si ipse seruus scierit, se heredem institutum esse, nec ullum impedimentum '*fuer*it,[2] quominus certiorem dominum faceret, ut illius iussu cernere 'poss*e*t.[3]

191. Post haec uideamus de legatis. quae pars iuris extra propositam quidem materiam uidetur: nam loquimur de his iuris figuris, quibus per uniuersitatem res no*b*is adquiruntur: sed cum omnimodo de testamentis deque heredibus, qui testamento instituuntur, locuti sumus, non sine causa sequenti
103. loco | poterit haec iuris materia tractari.

De legatis.

192. Legatorum itaque genera sunt quattuor: aut enim per uindicationem legamus, aut per damnationem, aut sinendi modo, aut per praeceptionem.

---

1) *Malim* adeoque. 2) sit *C. edd.* (*factum ex* impedimentū fūit). 3) possit *C. edd.*

---

§. 188. *Cf. Ulp.* 22, 11. 12. §. 1. *I. cit. supra* 2, 153. §. 189. *Cf. Ulp.* 22, 13. §. 1. *I. cit. infra* §. 245. §. 190. *Cf.* §. 172. *L.* 5. *D. quis ordo* (38, 15). §. 191. = *pr. I. de legatis* (2, 20). *Cf.* §. 97. §. 192. *Cf.* 2. *I. ib. Ulp.* 24, 3.

193. Per uindicationem hoc modo legamus: TITIO uerbi
gratia HOMINEM STICHVM DO LEGO; sed (*et*) si 'alteru*m modo*[1]
uerbum positum sit, uelut DO aut LEGO, aeque per uindica-
tionem legatum est: item, ut magis *uisum* est, *et si* ita lega-
tum fuerit: '(*TITIVS*)[2] SVMITO uel ita: SIBI HABETO, *uel* ita:
CAPITO, aeque per uindicationem legatum est. **194**. Ideo
*au*tem per uindicationem legatum appellatur, qui*a* pos*t* aditam
hereditatem statim ex iure Quiritium res legatari*i* fit; et si eam
rem legatarius uel ab herede uel ab alio quocumque, qui eam
possidet, petat, uindicare debet, id est intendere, suam rem
ex iure Quiritium esse. **195**. In eo solo dissentiunt prudentes,
[188] quod Sabinus quidem et Cassius ceterique nostri praeceptores
quod ita legatum sit, statim post aditam hereditatem putant
fieri legatari*i*, etiamsi ignoret, sibi legatum esse,[3] *s*et[4] postea-
quam scierit et '*s*pre(*ue*)rit legatum,[5] perinde esse atque si
legatum non esset; Nerua uero et Proculus ceterique illius
sc*h*olae auctores non alite*r* putant rem legatari*i* fieri, quam si
uoluerit eam ad se pertinere: sed hodie ex diui Pii Antonini |
constitutione hoc magis iure uti uidebimur, quod Proculo pla- 104.
cuit; nam cum legatus fuisset Latinus p*er* uindicationem colo-
niae, 'Deliberent', inqui*t*, 'decuriones, an ad se uelint pertinere,
proinde ac si uni legatus esset'. **196**. *Eae* autem sol*ae* res

---

1) alteru** V^{st}. a*lterut*rum *edd. Bg.* 5. *et Stud. In C. fuerit* alterum m̊ 2) *Ex* V^{st} *et St.di cj., qui asseverat,* magis in usu est et si *nullo modo scriptum fuisse.* 3) esse dimissum *C. edd. De hoc glossemate* (*a Bg. ed.* 5. *uncis incluso*) *vid. praef.* 4) et *C. ed. Bg.; fortasse demum factum* (*ex* essēt), *postquam* dimissum *irrepserat.* 5) *Ita nunc collata* 3, 62. *ex Bgii cj. scripsi, quia id proxime accedit ad* V^{st}. *repulerit* tum *ed.* 3. *magis ex loquendi usu; nam et* tum *sic habes post* cum §. 178. *post* si 2, 255. 3, 9. 205. 4, 150. *Vid. etiam Fitting Arch. f. civ. Prax. XLII. p.* 162.

---

§. 193. *Cf. Ulp.* 24, 3. *Epit.* 2, 5. §. 1. *Paul.* 3, 6. §. 6. *supra* 1, 149. *Fr. Vat.* 47. 57. 64. 83. 87. *L.* 65 *pr.* §. 1. *D. de leg.* 1. *Serv. ad Aen.* 5, 533. §. 194. *Cf. Theoph.* 2, 20. §. 2. *Epit.* 2, 5. §. 1. *L.* 69 *pr. D. de leg.* 1. intendere *etc.*] *Cf.* 4, 41. §. 195. *Cf. Paul.* 3, 6. §. 7. *L.* 81. §. 6. *L.* 86. §. 2 *D. de leg.* 1. Nerua *etc.*] *Cf. L.* 65. §. 1. *D. eod. L* 69. *D. de cond. et dem.* (35, 1). *L.* 64. *D. de furt.* (47, 2). *infra* §. 200. legat. — Lat.] *cf. Plin. ep.* 10, 105.
§. 196. *Cf.* §. 222. *Ulp.* 24, 7. *Epit.* 2, 5. §§. 1. 3.

per uindicationem legantur recte, quae ex iure Quiritium ipsius testatoris sunt; sed eas quidem res, quae pondere, numero, mensura constant, placuit sufficere, si mortis tempore sint ex iure Quiritium testatoris, ueluti uinum, oleum, frumentum, pecuniam numeratam; ceteras res uero placuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium esse debere, id est, et quo faceret *t*estamentum, et quo moreretur, alioquin 'inutile esse[1] legatum. **197.** Sed sane hoc ita est iure ciuili: postea uero auctore Nerone Caesare senatus consultum factum est, quo cautum est, ut si (*uel*)[2] eam rem quisque '(*DO LEGO*)[3] legauerit, quae eius numquam fuerit, perinde utile sit legatum, atque si optimo iure relictum esset: opt*i*mum autem ius est per damnationem 'legati;[4] quo genere etiam aliena res legari potest, sicut inferius apparebit. **198.** Sed si quis rem suam '(*DO LEGO*)[5] [189]
legauerit, deinde post testamentum factum eam alienauerit, plerique putant, non solum iure ciuili inutile esse legatum, sed nec ex senatu sconsulto confirmari. quod ideo dictum |
105. est, quia et si per damnationem aliquis rem suam legauerit eamque postea alienauerit, plerique putant, licet ipso iure debeatur legatum, tamen legatarium petentem per exceptionem doli mali repe*l*li, quasi contra uolu*n*tatem defuncti petat. **199.** Illu*d* constat, si duobus pluribusue per uindicationem eadem res legata sit, siue coniunctim siue disiunctim, et omnes ueniant ad legatum, partes ad singulos pertinere et deficientis portionem collegatario adcrescere. coniunctim autem ita legatur: '*LVCIO* TITIO[6] ET SEIO HOMINEM STICHVM DO LEGO; dis-

1) inutilee (*pro* inutileēē) *C.* inutile est *edd.* 2) *Addidi* ū, *quod in fine v. facile evanescere potuit.* 3) *Necessario addidi; nec sublevant quas obiicit Bg. ed.* 5. §§. 211. 218. *cum h. l. id quod SCto Neroniano cautum sit, referatur, nec id nisi recte referri poterat. Fortasse etiam legendum* quis DO LEGO. 4) *Ex Lachm. et Bg. cj. Cf. Ulp.* 24, 11ª. legatum *C.* 5) *Hic quoque sequens* legauerit *effecit, ut haec verba omitterentur; nam contra postea ponitur* et si per damnationem — legauerit. 6) ∗ titio *C.* (*fuerit* l. titio) TITIO *edd.* LVCIO TITIO *iam et Bg. ed.* 5.

§. 197. *Cf. Ulp.* 24, 11ª. *Fr. Vat.* 85. inferius] §. 202. §. 198. *Cf.* §. 12. *I. de legat.* (2, 20). *Paul.* 3, 6. §. 16. §. 199. *Cf. Ulp.* 24, 12. *infra* §. 206. *Epit.* 1, 5. §§: 1. 4. 5. §. 8. *I. de legat.* (2, 20). *Paul.* 3, 6. §. 26.

iunctim ita: LVCIO TITIO HOMINEM STICHVM DO LEGO. SEIO EVNDEM HOMINEM DO LEGO. **200.** Illu*d* qu*a*eritur, quod sub condicione per uindicationem legatum est, pendente condicione cuius 's*it*:[1] nostri praeceptores heredis esse putant exemplo statuliberi, id est eius serui, qui testamento sub aliqua condicione liber esse iussus est, quem constat intere*a* heredis seruum esse; sed diuers*ae* scholae auctores putant, nullius interim eam rem esse; quod multo magis dicunt de eo, quod sine condicione pure[2] legatum est, antequam legatarius a*d*mittat legatum.

201. Per damnationem hoc modo legamus: HERES MEVS STIC*H*VM SERVVM MEVM 'DARE *LVCIO TITIO*[3] DAMNAS ESTO;
[190] sed et si DATO | scriptum fuerit, per damnationem legatum est. 106.
202. Eo*que* genere legati etiam aliena res legari potest, ita ut heres '(*rem*)[4] redimere et praestare, aut *a*estimationem eius dare debeat. **203.** Ea quoque res, quae in rerum natura non est, si modo futura est, per damnationem legari potest, uelut fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit. **204.** Quod autem ita legatum est, post aditam hereditatem, etiamsi pure legatum est, non, ut per uindicationem legatum, continuo legatario adquiritur, sed nihilominus heredis est: et ideo legatarius in personam agere debet, id est intendere, 'heredem[5] sibi dare oportere, et tum heres '(*rem*),[6]

---

1) ēēt *C.* esset *edd.* 2) *Ferri hoc potest. Cf. Fr. Vat.* 52. 3) darem *C.* dare * *ed. Bg.* dare *LVCIO TITIO iam et Bg. ed.* 5. *Vid. lib. meum 'Nexum' p.* 218. *L.* 44. §. 1. *D. de leg.* 2. 4) *Addidi* (*idem fecit Bg. ed.* 5); *excidit ob vicinas vv.* 5) 'heredem (*rem*)' *ed. Bg. Sed cf.* 4, 4. 38. 45. 55. 87 *etc. Omisit 'rem' Bg. ed.* 5. 6) *Gösch. addidit.*

---

§. 200. *Cf. L.* 29. §. 1. *D. qui et a quib. manum.* (40, 9). *L.* 12. §. 2. *D. famil. erc.* (10, 2). *L.* 105. *D. de condit. et dem.* (35, 1). *L.* 11. §. 1. *D. serv. q. a. m. amitt.* (8, 6). *Ulp.* 2, 1. 2. *L.* 9 *pr. L.* 16. *D. de statu lib.* (40, 7). quod sine condic.] *Cf. L.* 44. §. 1. *D. de leg.* 1. *L.* 80. *D. de leg.* 2. §. 201. *Cf. Ulp.* 24, 4. *Epit.* 2, 5. §. 2. *Theoph.* 2, 20. §. 2. §. 202. *Cf. Epit.* 2, 5. §. 2. §. 4. *I. de leg.* (2, 20). *Ulp.* 24, 8. *supra* §. 197. *L.* 30. §. *ult. D. de leg.* 3. *L.* 71. §. 3. *D. de leg.* 1. *L.* 61. *D. ad leg. Falc.* (35, 2) (*cf. cum* 4, 9). §. 203. = §. 7. *I. eod.* §. 204. *Cf.* §§. 194. 213. 41. 42. 44. 54.

si mancipi sit, mancipio dare aut in iure cedere possessionemque tradere debet; si nec mancipi sit, sufficit, si tradiderit: nam si mancipi rem tantum tradiderit, nec mancipauerit, usucapione 'modo[1] pleno iure fit legatarii: completur autem usucapio, sicut alio quoque loco diximus, mo*b*ilium quidem rerum anno, earum uero, qu*a*e solo 'tenentur,[2] biennio. **205.** Est et illa differentia huius (*et*) per uindicationem legati, quod si eadem res duobus pluribusue per damn*a*tionem legata sit, siquidem coniunctim, plane singulis partes de*b*entur, 'sicut in illo uindica*ntur* legat*i* *nomine*;[3] *si ue*ro disiunctim, singulis
107. 'solida (*res*) de*b*etur; ita fit | scilicet, ut[4] heres alteri rem, alteri aestimationem eius praestare debeat; (*at*)[5] et in coniu*n*ctis deficientis portio non ad collegatarium pertinet, sed in hereditate remanet.

206. Quod autem diximus, deficientis portionem (*in*) per damnationem quidem legato in hereditate retiner*i*, in per uin- [191]
dicationem uero collegatario accrescere, admonendi sumus, ante legem Papiam '*hoc*[6] iure ciuili ita fuisse; post legem uero Papiam deficientis portio caduca fit et ad eos pertinet, qui in eo testamento liberos habent. **207.** Et quamuis prima causa sit in caducis uindicandis heredum liberos habentium, deinde si heredes li*b*eros non habeant, legatariorum liberos habentium, tamen ipsa lege Papia significatur, ut collegatarius coniunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus, etiamsi liberos habebunt. **208.** Set plerisque placuit, quantum ad hoc ius, quod lege Papia coniunctis constituitur, nihil interesse, utrum per uindicationem an per damnationem legatum sit.

---

1) m *V*st; *antea ed.:* 'demum' *ex Gösch. cj.* '*duntaxat*' *ed. Bg.* 2) teneantur *C. ed. Bg.* 3) sicut in illo uindicaii legat . . . . . *V*st. *quod ita ut feci videbatur sanandum. pro* n *erat ligatura* n *et* t'. *cf.* §. 213. *audacius* sicut in illo (*quod* per) uindicat*ionem* legat*um* *est Kr. ed.* 2. 4) *Ex V*st, *sed ibi* solidae deuent'. *praeterea transposui* ut *et* scilicet. 5) *Sensu exigente ex vicino supplevi.* 6) *Duae vel tres litterae in C. h. l. legi non potuerunt.*

---

§. 205. *Cf. Epit.* 2, 5. §§. 4. 5. *Ulp.* 24, 13. *supra* §. 199. *Fr. Vat.* §§. 85. 87. *L.* 16 *pr. D. de leg.* 1. *L.* 7. *L.* 13. §. 1. *L.* 88. §. 6. *D. de leg.* 2. §§. 206. 207. *Cf.* §§. 199. 205. 286. *Ulp.* 24, 12. 13. 17, 2. *tit.* 18. 19, 17. 1, 21. 25, 17. *Fr. de i. fisci* §. 3. *Fr. Vat.* 195. *Iuvenal.* 9, 87 *cum schol. Tacit. A.* 2, 28. *L.* 5. *D. de vulg. subst.* (28, 6). *L.* 89. *D. de leg.* 3.

209. Sinendi modo ita legamus: HERES MEVS 'DAMNAS[1] E*S*TO SINERE, LVCIVM TITIVM HOMINEM STIC*H*VM SVMERE SI*B*IQVE HABERE. **210.** Quod genus legati plus quidem habet (*quam*) p*er* uindicationem legatum, minus autem quam per damnationem: nam eo modo non solum suam rem | testator 108.
utiliter legere potest, sed etiam heredis sui, cum alioquin per uindicationem nisi suam rem legare non potest, per damnationem autem (*etiam*)[2] cuiuslibet extranei rem legare potest. **211.** Sed si quidem mortis testatoris tempore re*s* 'uel[3] ipsius testatoris sit uel heredis, plane utile legatum est, etiamsi testamenti faciendi tempore neutrius fuerit. **212.** Quodsi post mortem testatoris ea res heredis esse coeperit, qu*a*eritur, an utile sit legatum: et plerique putant, inutile esse. qui*d* ergo est? licet '(*inutiliter*)[4] aliquis eam rem legauerit, quae neque eius umquam fuerit, neque postea heredis eius umquam esse coeperit, ex senatus consulto Neroniano proinde uidetur, ac si per damnationem relicta esset. **213.** Sicut autem per damna*tio*nem legata res non statim post aditam hereditatem legatari*i* efficitur, sed manet heredis eousque, donec is 're*m*[5] tradendo
[192] uel mancipando uel in iure cedendo legatarii 'eam[6] fecerit, ita et in sinendi modo legato iuris est; et ideo huius quoque legati nomine in personam actio est QVIDQVID HEREDEM EX TESTAMENTO DARE FACERE OPORTET. **214.** Sunt tamen, qui putant, ex hoc legato non uideri obligatum heredem, ut mancipet aut in iure cedat | aut tradat, sed sufficere, ut legatarium 109.
rem sumere patiatur; quia nihil ultra ei testator imperauit, quam u*t* sinat, id est patiatur, legatarium rem si*b*i habere. **215.** Maior illa dissensio in hoc legato interuenit, '(*quod*)[7]

---

1) dare damnas *C.* 2) *Addidi. cf.* 2, 202. 3) *Ex C. addidi. Cf.* §. 212. . . . neque . . . neque. 4) *Sensu exigente supplevi.* 5) heres *C. edd. et mea* 1. *in contextu.* 6) esam *C.* eam *edd. et mea* 1, *recte, cum in V*st *littera* s *perducta sit.* 7) *Addidi.*

---

§. 209. *Cf. Ulp.* 24, 5. *Epit.* 2, 5. §. 6. *Theoph.* 2, 20. §. 2. §. 210. *Cf. Epit.* 2, 5. §. 6. *Ulp.* 24, 10. 8. *Paul.* 3, 6. §. 11. §§. 211. 212. *Cf. Epit. l. c. Fr. Vat.* 85. §. 213. *Cf.* §. 204. *Theoph. l. c.* QVIDQVID *etc.*] *Cf.* 4, 41. §. 214. *Cf. Epit. l. c. L.* 29. *D. locati* (19, 2). *L.* 16. *D. de lib. leg.* (34, 3). *Supra p.* 141. *not.* 9. §. 215. *Cf. L.* 14. *D. de usu et usufr. leg.* (33, 2). *L. un.* §. 11. *C. de caduc. toll.* (6, 51).

si 'eadem res[1] duobus pluribusue disiu*n*ctim 'lega*ta sit*,[2] quidam putant, utrisque solidam[3] deberi, sicut per *damn*ationem:[4] nonnulli occupantis esse meliorem condicionem aestimant, quia cum in eo genere legati damnetur heres patientiam praestare, ut legatarius rem habeat, sequitur, ut si priori patientiam praestiterit et is rem sumpserit, securus sit aduersus eum, qui postea legatum petierit, quia neque habe*t* rem, ut patiatur eam ab eo sumi, neque dolo malo fecit, quominus eam rem haberet.

216. Per praeceptionem hoc modo legamus: LVCIVS TITIVS HOMINEM STICHVM PRAECIPITO. **217**. Sed nostri quidem praeceptores nulli ali*i* eo modo legari posse putant, nisi ei, qui aliqua ex parte heres scri*p*tus '*sit*:[5] praecipere enim esse praecipuum sumere; quod tantum in eius persona procedit, qui aliqua ex parte heres institutus est, quod is extra portionem hereditatis praecipuum legatum ha*b*iturus sit. **218**.
ideoque si extraneo legatum fuerit, inutile 'es*se*[6] legatum, adeo
110. ut Sabinus | existimauerit, ne quidem ex (*senatus*) consulto
Neroniano posse conualescere: 'nam eo', inquit, 'senatus-
consulto ea tantum confirmantur, quae uerborum uitio iure [193]
ciuili non ualent, non quae propter ipsam personam legatari*i*
non 'debentur'.[7] sed Iuliano 'et Sexto[8] placuit, etiam hoc

---

[1]) eandem r. *C.* eandem rem *edd.* [2]) legasti *V*st elegasti *ed. Bg. Cf.* '*Gaius*' *p.* 49. legasti *edd. Bg.* 5. *Stud.* [3]) *V*st. *Cf.* §. 205. [4]) *Ex Gösch. cj.* uindicationem *C. praeterea addendum videtur* legatam. [5]) ēē *C.* esset *ed. Bg.* [6]) ē *C.* est *edd. et mea* 3. [7]) deberentur *C. edd.* [8]) ex Sexto *ed. mea* 3. *ubi notaveram: 'Deleri volunt post Buchholtz. de praeleg. p.* 37. *Th. Momms. et M. Hertz. (Jahrb. d. gem. deut. R. III. p.* 8. 395). *Sed sana est lectio, quae significat, Iulianum hanc (Digestorum libris) ex Sexto (Pomponio, cf. Zimmern hist. iur.* §. 92. *not.* 6. *Osann. ad Pompon. p. XVII.) relatam sententiam probasse. Simili brevitate Gaius utitur L.* 234. §. 2. *D. de verb. sign.* (50, 16), *et adhibita praepositione* apud (*ubi citatus ab alio ICtus celebrior erat*) 2, 154.' — *Sed cum in V*st *littera* x *superscripta a prima manu* t *correcta sit*, et *scribendum fuit, quod iam pridem Savinius cj., et intellegendus est Sextus Caecilius Africanus. cf. Mommsen in Zeitschr. f. RG. VII. p.* 479. *Schulin ad Pand. tit. de orig. iur.* 1876. *p.* 15.

---

§. 216. *Cf. Ulp.* 24, 6. *Theoph.* 2, 20. §. 2. *Magnonis Notae* P. S. T. Q. H. §. 218. *Cf. Ulp.* 24, 11a. *Plin. ep.* 5, 7. — *L.* 18. *D. de leg.* 1. *Fr. Vat.* 85.. peregrino] *Cf.* §. 285.

casu ex senatus consulto confirmari legatum; nam ex uerbis etiam hoc casu accidere, ut iure ciuili inutile sit legatum, *i*nde manifestam es*se*, quod eidem ali*i*s uerbis recte 'leg*e*tur,[1] uelut 'p*er* uindicatio*n*em, per damnationem, sinendi modo;[2] tunc autem uitio personae legatum non ualere, cum ei legatum sit, cui nullo modo legari possit, uelut peregrino, cum quo testamenti factio non sit. quo plane casu senatus consulto locus non est. **219.** Item nostri praeceptores quod ita legatum est, nulla '(*alia*)[3] ratione putant posse consequi *e*um, cui ita fuerit legatum, 'qu*am*[4] iudicio familiae erciscundae, quod inter heredes de hereditate erciscunda, id est diuidunda, accipi solet: officio enim iudicis id contineri, ut 'ei[5] quod per praeceptionem legatum est, adiudicetur. **220.** Unde intellegimus, nihil aliu*d* secundum nostrorum praeceptorum opinionem per praeceptionem legari posse, nisi quod testatoris sit: nulla enim alia res, quam hereditaria, deducitur in hoc iudicium: itaque si non suam rem eo modo testator legauerit, | iure quidem 111.
ciuili inutile erit legatum; sed ex senatus consulto confirma*b*itur. aliquo tamen casu etiam alienam rem (*per*) praeceptionem legari posse fatentur: ueluti si quis eam rem legauerit,
[194] quam creditori fiduciae causa mancipio dederit; nam officio iudicis coheredes cogi posse existimant 'soluta pecunia luere[6] eam rem, ut possit p*rae*cipere *is*, cui ita legatum sit.

---

[1]) legatur *C. edd.* [2]) *Ex Gösch. ed. In C. post* per uindicationem *additur* et. *Quamobrem Lachm. v.* per damnationem et per uindicationem *pro interpolatis habuerit* (*poterat enim loco illorum etiam* sinendi modo), *non intelligo.* et *uncis incl. Bg. ed.* 5. [3]) *Addidi, cum exciderit propter* n-ulla. [4]) quod *C.* (*factum ex* q., *postquam* alia *interierat*) '(*praeter*)quam' *ed. Bg.* nulla (*alia*) .... qu*am ed. Bg.* 5. [5]) *V*st *non* et *edd.* [6]) solutam pecuniam soluere *C., ut appareat, librarium* eam rem *ad sequentia trahentem pecuniam mutuam datam* (solutam) *reddi* (soluere) *intellexisse ideoque ex* luere *fecisse* soluere. *Nec me movet, quod praedes praediaque soluti solutaque dicuntur.* soluta pecunia soluere *edd.* [so]luere *ed. Bg.* 5.

---

§. 219. *Cf. Theoph. l. c. Paul.* 3, 6. §. 1. *Ulp.L.* 22. §. 1. *D. fam. erc.* (10, 2). *L.* 17. §. 2. *D. de leg.* 1. §. 220. *Cf. Ulp.* 24, 11. *supra* §. 197. *L.* 28. *D. fam. erc.* (10, 2). *Paul.* 3, 6. §. 8. *L.* 6. *C. de fideic.* (6, 42). fiduciae] *cf.* 2, 60.

221. *S*ed diuer*sa*e *sch*ol*a*e auctores putant, etiam extraneo per praeceptionem legari posse proinde, ac si ita scri*b*atur: TITIVS HOMINEM STICHVM CAPITO, superuacuo adiecta PRAE syllaba; ideoque per uindicationem ea*m rem* legatam uideri: quae sententia dicitur diui Hadriani constitutione confirmata esse. **222.** Secundum hanc igitur opinionem si ea res ex iure Quiritium defuncti fuerit, po*test* a legatario uindicari, siue is unus ex heredibus sit, siue extraneus; *s*et si in bonis tantum testatoris fuerit, extraneo quidem ex senatus consulto utile erit legatum, heredi uero familiae herciscundae iudicis officio praestabitur; quodsi nullo iure fuerit testatoris, tam heredi quam extraneo ex senatus consulto utile erit. **223.** Siue tamen heredibus, secundum nostrorum opinionem, siue etiam extraneis, secundum illorum opinionem, duobus pluribusue eadem res coniunctim aut disiunctim legata fuerit, singuli |
112. partes ha*b*ere debent.

Ad legem Falcidiam. **224.** Sed ol*i*m quidem licebat totum patrimonium legatis atque libertatibus erogare, nec quicquam heredi relinquere praeterquam inane nomen heredis; i*d*que lex XII tabularum permittere uidebatur, qua cauetur, ut quod quisque de re sua testatus esset, id ratum ha*b*eretur, his uerbis: 'uti legass*i*t suae re*i*, ita ius esto:' 'qua*r*e[1] qui scri*p*ti heredes erant, ab hereditate se abstinebant, et idcirco plerique intestati moriebantur. **225.** Itaque lata est lex Furia, qua, exceptis personis quibusdam, ceteris plus mile assibus lega- [195]
torum nomine mortisue causa capere permissum non est. sed et h*a*ec lex non perfecit, quod uoluit: qui enim uerbi gratia quinque milium *a*eris patrimonium habebat, poterat quinque hominibus singulis milenos asses legando totum patrimonium erogare. **226.** Ideo postea lata est lex Voconia, qua cautum

---

[1]) qae *superscripta* a *litterae* q *nec ullo notae signo litteris* ae *addito* V^{st}; *quamobrem nunc cum ceteris edd. emendavi* quare.

---

§. 222. *Cf.* §§. 40. 196. 197. §. 223. *Cf. Epit.* 2, 5. §. 7. *L. un.* §. 11. *C. de caduc.* (6, 51). §. 224. *Cf. pr. I. de lege Falc.* (2, 22) *cum Theoph.* uti legassit] *cf. Dirksen XII tabb.* 5, 3. *Schöll p.* 127. §. 225. *Cf. Inst. et Theoph. l. c. infra* 4, 23. *Ulp.* 1, 2. 28, 7. *Fr. Vat.* 301. *Varr. fragm. lib. III. de vit. pop. Rom. ed. Bip. p.* 247. §. 226. *Cf. Inst. et Theoph. l. c.* Lex Voconia]

est, ne cui plus legatorum nomine mortisue causa capere liceret, quam heredes caperent: ex qua lege plane quidem aliquid utique heredes habere uidebantur; set tamen fere uitium simile nascebatur: nam in multas legatariorum personas distributo patrimonio 'poterat (*testator*)[1] adeo heredi minimum relinquere, ut non expediret heredi, huius lucri gra|tia totius hereditatis onera sustinere. **227.** Lata est ita- 113.
que lex Falcidia, qua cautum est, ne plus 'ei legare[2] liceat quam dodra*n*tem: itaque necesse est, ut heres quartam partem hereditatis habeat: et hoc nunc iure utimur. **228.** In libertatibus quoque dandis nimiam licentiam conpescuit lex Fufia Caninia, sicut in primo co*m*mentario rettulimus.

De inutiliter relictis legatis. **229.** Ante heredis institutionem *in*utiliter legatur, scilicet quia testamenta uim ex institutione heredis accipiunt, et ob id uelut caput et fundamentum intellegitur totius testamenti heredis institutio. **230.** Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari potest.
[196] **231.** Nostri praeceptores nec tutorem eo loco dari posse existimant: set Labeo et Proculus tutorem posse dari (*putant*), quod nihil ex hereditate erogatur tutoris datione. **232.** Post mortem quoque heredis inutiliter legatur, id est hoc modo: CVM HERES MEVS MORTV*V*S ERIT, DO LEGO, aut DATO. ita autem recte legatur: CVM HERES (*MEVS*)[3] MORI*E*TVR, quia non post mortem heredis relinquitur, sed ultimo uitae eius tempore. rursum ita non potest legari: PRIDIE QVAM HERES MEVS MORIETVR; quod non pretiosa ratione

---

[1]) *Ex Bg.* (*Gösch.*) *cj. addidi* (*sed nota* t *facilius h. l. excidere poterat quam, quo Gösch. eam supplebat, ante v.* ut); poteran*t* *ed. Bg.* poterat a. h. m. relinqui re*i* *mea cj.* '*Gaius*' *p.* 50.
[2]) ei *C. et ed. mea* 1., *ubi notaveram; quod nunc* (*cum* '*testator*' *praecedat*) *ferri potest. ideoque hoc iam ubi ex V*st *constitit* ei, *non* cr *scriptum fuisse, revocavi.* [3]) *Supplevit Bg. ed.* 5.

---

a. u. 585. *Cf.* §. 274. §. 227. lex Falcidia] *a. u.* 714. *Cf. Inst. l. c. Ulp.* 24, 32. *Epit.* 2, 6. *Paul.* 3, 8. §. 1. *L.* 1 *pr. D. ad l. Falc.* (35, 2). §. 228. *Cf.* 1, 42 *seq.* §. 229. *Cf. Ulp.* 24, 15. §. 34. *I. de legat.* (2, 20). §. 230. = §. 34. *I. cit. Cf. Ulp.* 1, 20. §. 231. *Cf.* §. 3. *I. qui dari tut.* (1, 14). §. 232. *Cf. Ulp.* 24, 16. *Paul.* 3, 6. §§. 5. 6. 4, 1. §. 11. §. 35. *I. de legat.* (2, 20). *infra* 3, 100. *L.* 11. *C. de contrah. stip.* (8, 38).

114. receptum uidetur. | **233.** Eadem et de libertatibus dicta in-
tellegemus. **234.** Tutor uero an post mortem heredis dari
possit, qu*ae*rentibus eadem forsita*n* poterit esse quaestio,
quae de (*eo*) agitatur, qui ante heredum institutionem datur.
De poenae causa relictis legatis. **235.** Poenae quoque nomine
inutiliter legatur: poenae autem nomine legari uidetur, quod
coercendi heredis causa relinquitur, quo magis heres ali-
qui*d* faciat aut non faciat, uelut quod ita legatur: SI HERES
MEVS FILIAM SVAM TITIO IN MATRIMONIVM COLLOCAVERI*T*,
X (*MILIA*) SEIO DATO. uel ita: SI FILIAM TITIO IN MATRIMO-
NIVM NON COLLOCAVERIS, X MILIA TITIO DATO; sed et si
'heredem, (*si*)[1] uer*b*i gratia intra *b*iennium monumentum si*b*i
non fecerit, x milia Titio 'dar*e*[2] iusserit (*testator*), poen*ae*
nomine legatum *est*. et denique ex ipsa definitione multas
similes species '*cir*cumspicere[3] possumus. **236.** Nec libertas
quidem poen*ae* nomine dari potest, quamuis de ea re fuerit
quaesitum. **237.** De tutore uero nihil possumus quaerere,
quia non po*te*st datione tutoris heres conpelli quidquam facere [197]
aut non facere ideo 'q*uod* datur. (*si igitur*)[4] poenae n*omi*ne
tutor datus fuerit, magis sub condicione quam p*oe*nae nomine
datus uidebitur.

238. '(*Item*)[5] incertae personae legatum inutiliter relin-
quitur: incerta autem uidetur persona, quam per incertam
115. opinionem | animo suo testator subicit, ue*lut cum* ita legatum
sit: QVI PRIMVS AD FVNVS MEVM VEN*ER*IT, *EI HERES* MEVS
X (*MILIA*) DATO; idem iuris est, si generaliter omnibus lega-

---

1) h. (*quod et* heres *et* heredem *notat*) *C.* heres *edd. Subiectum t(estatoris), quod ex exemplis modo allatis aegre intelligitur, nunc in fine addidi.* 2) dari *C. edd.* 3) *Sic fere* V^{st}; *quod et defendi posse videtur eo sensu, quo v. g. Liv.* 1, 30, 6. '*circumspicere externa auxilia' dixit.* 4) *Sic nunc locum sanasse mihi videor, cum secundum* V^{st} *post* ideo *non* qnec *sed magis* quae *fuisse videatur. verba 'si igitur' propter antecedens* datur *omissa sunt.* 5) *Addidi, praecedens* uideb-it' *ex parte geminando.*

---

§. 233. *Cf. Ulp.* 1, 20. §. 234. *Cf.* §. 231. *L.* 7. *D. de testam. tut.* (26, 2). §. 235. *Cf. Ulp.* 24, 17. 25, 13. §. 36. *I. de legat.* (2, 20). §. 236. *Cf.* §. 36. *I. cit.* §. 237. *Cf. L.* 2. *D. de his quae poenae c.* (34, 6). §. 238. *Cf. Ulp.* 24, 18. *Paul.* 3, 6. §. 13. §. 25. *I. de legat.* (2, 20).

uerit, QVICVMQVE AD FVNVS MEVM VENERIT; *in* eadem causa est, quod ita relinquitur: QVICVMQVE FILIO MEO IN MATRIMONIVM FILIAM SVAM CONLOCAVERIT, EI HERES MEVS X MILIA DATO; 'illu*d* quoque,[1] quod ita relinquitur: QVI POS*T* TESTAMENTVM '(*SCRIPTVM PRIMI*)[2] CONSVLES DESIGNATI ERVNT, aeque incertis personis legari uidetur; et denique aliae multae huiusmodi species sunt. sub certa uero demonstratione incertae personae recte legatur, uelut: EX COGNATIS MEIS, QVI NVNC SVNT, QVI PRIMVS AD FVNVS MEVM VENERIT, EI X MILIA HERES MEVS DATO. **239.** Libertas quoque non uidetur incertae person*a*e dari posse, quia lex Fufia Caninia iubet, nominat*i*m seruos liberari. **240.** Tutor quoque certus dari debet. **241.** Postumo quoque alieno inutiliter legatur. (*est*) *autem* alienus postumus, qui natus inter suos heredes testatori futurus non est: ideoque ex *e*mancipato *quo*que filio conceptus nepos extraneus post*umus est auo; item qui* in utero est eius, qu*a*e 'iure ciuili non intellegitur[3] uxor, extraneus postumus
[198] patris intelle|gitur. **242.** Ac ne heres quidem potest institui 116.
postumus alienus: est enim incerta persona. **243.** Cetera uero, quae supra diximus, ad legata proprie pertinent; quamquam non inmerito quibusdam placeat, poen*a*e nomine heredem institui non posse: nihil enim interest, utrum legatum dare iubeatur heres, si fecerit aliquid aut non fecerit, an coheres ei adiciatur; quia tam coheredis adiectione quam legati

---

1) *Addunt C. et edd.:* in eadem causa est. *Sed librarium haec ex superioribus, quo oculi eius aberrauerant, perperam repetiisse, arguunt Iust. Instit., in quibus est: 'Illud quoque, quod ita relinquebatur QVI POST TEST. SCRIPTVM PRIMI CONSVLES DESIGNATI ERVNT, aeque incertae personae legari uidebatur'. (Itaque nunc uncis incl. ed. Bg.* 5.) *Alii postea ante* aeque *addiderunt* nam.
2) *Ex Inst. addidi: quanquam pro* SCRIPTVM *Gaius aliud verbum posuerit velut* nuncupatum. 3) *Ex V*st*, nisi quod is habet* in iure ciuili.

---

§. 239. *Cf.* §. 25. *I. cit. supra* 1, 45 *seq. Ulp.* 1, 25. *L.* 24. *D. de mmiss. test.* (40, 4). §. 240. *Cf. L.* 20 *pr. D. de testam. tut.* (26, 2). §. 27 *fin. I. de legat.* (2, 20). *Ulp.* 11, 14. §. 241. = §. 26. *I. ibid. Cf. infra* §. 287. §. 242. *Cf.* 1, 147. 2, 287. §. 28. *I. de legat.* (2, 20). §. 243. *Cf.* §. 36. *I. tit. cit.*

datione compellitur, ut aliquid contra propositum suum faciat aut non faciat.

244. An ei, qui in potestate sit eius, quem heredem instituimus, recte legemus, qu*a*eritur. Seruius recte legari putat, sed euanescere legatum, si quo tempore dies legatorum cedere solet, adhuc in potestate sit; ideoque siue pure legatum sit et uiuo testatore in potestate heredis esse desierit, siue sub condicione et ante condicionem id acciderit, deberi legatum. Sabinus et Cassius sub condicione recte legari, pure non recte, putant; licet enim uiuo testatore possit desinere in potestate heredis esse, ideo tamen inutile legatum intellegi oportere, quia quod nullas uires ha*b*iturum foret, si statim post testamentum factum decessisset testator, hoc ideo ualere, quia [199]
117. uitam longius traxerit, absurdum esse*t*. *sed* | diuersae schol*a*e auctores nec sub condicione recte legari (*ei putant*)[1], quia quos in potestate habemus, eis non magis sub condicione quam pure debere possumus. **245.** Ex diuerso constat, ab eo, qui in potestate (*tua*) est, herede instituto recte tibi legari; sed si tu per eum heres extiteris, euanescere legatum, quia ipse tibi legatum debere non possis; si uero filius emancipatus aut seruus manumissus erit uel in alium translatus, et ipse heres extiterit aut alium fecerit, deberi legatum.

246. *Nu*nc[2] transeamus ad fideicommissa.

247. Et prius de hereditatibus uideamus. **248.** Inprimis igitur sciendum est opus esse, ut aliquis heres recto iure instituatur eiusque fidei committatur, ut eam hereditatem alii restituat; alioquin inutile est testamentum, in quo nemo recto iure heres instituitur. **249.** Verba autem utilia fideicommissorum haec '*fere*[3] maxime in usu esse uidentur: PETO, ROGO,

---

1) *Etiam 'ei' nunc supplevi (ed.* 5). 2) *De Gösch. cj. ex Inst. Cf.* 1, 124. 2, 80. 97. 3, 39. 182. 4, 88. Hinc *C. et V*st *edd.* (*praeter Bg.* 5.) 3) *Ex Ulp. l. c.* recte *C.* [recte] *Bg. et Stud. edd.*

---

§. 244. *Cf.* §. 32. *I. ibid. Ulp.* 24, 23. *L.* 1 *pr. L.* 4. *D. de reg. Cat.* (34, 7). §. 245. *Cf.* §. 33. *I. tit. cit. Ulp.* 24, 24. *supra* §. 189. §§. 246. 247. = *pr. I. de fdcss. hered.* (2, 23). §. 248. = §. 2. *init. I. eod. Cf. Epit.* 2, 7 *pr.* §. 249. = §. 3. *I. de sing. reb. p. fdcss.* (2, 24). *Cf. Ulp.* 25, 2. 2, 7. *Paul.* 4, 1. §§. 5. 6.

VOLO, FIDEICOMMITTO, quae proinde firma singula sunt, atque si omnia in unum congesta sint. **250.** Cum igitur scri*p*serimus: (*LVCIVS*) TITIVS HERES ESTO, possumus adicere: ROGO TE, LVCI TITI, PETOQVE A TE, VT, CVM PRIMVM POSSIS HEREDITATEM MEAM ADIRE, GAIO SEIO REDDAS, RES*TI*TVAS. possumus autem et de parte restituenda rogare; et liberum est, uel sub condicione uel pure relinquere | fidei- 118.
commissa, uel ex die certa. **251.** Restituta autem hereditate is, qui restituit, nihilominus heres permanet; is uero, qui recipit hereditatem, aliquando heredis loco est, aliquando legatari*i*. **252.** Olim autem ne*c* heredis loco erat nec legatari*i*, sed potius
[200] emptoris: tunc enim in *u*su erat, ei, cui restituebatur hereditas, nummo uno eam hereditatem dicis causa uenire; et quae stipulationes inter (*uenditorem hereditatis et emptorem interponi solent*, *eaedem interponebantur inter*) heredem et eum, cui restituebatur hereditas, id est hoc modo: heres quidem stipulabatur ab eo, cui restituebatur hereditas, ut quicquid hereditario nomine condemnatus 'fuisset,[1] siue quid alias bona fide dedisse*t*, eo nomine inde*m*nis *es*set, et omnino si quis cum eo hereditario nomine ageret, 'ut[2] recte defenderetur; ille uero, qui recipiebat hereditatem, inuicem stipulabatur, ut si qui*d* ex hereditate ad heredem peruenisset, id sibi restitueretur, '(*et*)[3] ut etiam pateretur, eum hereditarias actiones procuratorio aut cognitorio nomine exequi. **253.** Sed posterioribus temporibus Tre*b*ellio Maximo et Ann*a*eo Seneca consulibus senatus consultum factum est, quo cautum est, ut *s*i cui hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, actiones, qu*a*e iure ciuili heredi et in heredem conpeterent, (*ei*) et in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas; post[4] quod senatus consultum desierunt ill*a*e cautiones in usu haberi: | 119.
praetor enim utiles actiones ei et in eum, qui recepit heredi-

---

[1]) *sol*uisset *Krüger. non opus et vid. L.* 2. §§. 10. 20. *D. de her. v. act. vend.* (18, 4). [2]) *Omisit ed. Bg.* 5. u *superposito* t *V*[st]. [3]) *Addidi ex vicino olim* restitueret. [4]) *Sic Instit.* per *V*[st]. *Kr. ed.* 2.

---

§. 250. = §. 2. *med. I. de fdcm. hered.* (2, 23). *Epit.* 2, 7 *pr.* §. 251. = §. 3. *I. eod. infra* §. 255. §. 252. *Cf. Theoph.* 2, 23. §. 3. *L.* 95. *D. de leg.* 3. §. 253. = §. 4. *I. h. t.* (2, 23). temporibus] *Neronis a.* 54—68. *Cf. Paul.* 4, 2. *Ulp.* 24, 14.

tatem, quasi heredi et in heredem dare coepit, *ea*eque in edicto proponuntur. **254.** Sed rursus quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem aut paene totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum aut minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa, 'post*ea* Pegaso[1] et Pusione (*consulibus*) senatus censuit, ut ei, qui rogatus es*se*t hereditatem restituere, proinde liceret quartam partem retinere, atque e lege Falcidia in legatis 'retinendi *ius*[2] conceditur: ex singulis quoque rebus, quae per fideicommissum relin*qu*untur, eadem retentio permissa est. per quod [201]
senatus consultum ipse (*heres*) onera hereditaria sustinet; ille autem, qui ex fideicommisso reliquam partem hereditatis recipit, legatari*i* partiari*i* loco est, id est eius legatari*i*, cui pars bonorum legatur; quae species legati partitio uocatur, quia cum herede legatarius partitur hereditatem: unde effectum est, ut quae solent stipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi, ea*e*dem interponantur inter eum, qui ex fideicommissi causa recipi*t* hereditatem, et heredem, id est, ut et lucrum et damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune sit. **255.** Ergo siquidem non plus qua*m* dodrantem |
120. hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tum ex Tre*b*elliano senatus consulto restituitur hereditas, et in utrumque actiones hereditariae pro rata parte dantur, in heredem quidem iure ciuili, in eum uero, qui recipit hereditatem, ex senatus consulto Trebelliano; quamquam heres etiam pro ea parte, quam restituit, heres permanet, eique et in eum solid*ae* actiones competunt; sed non ulterius oneratur, nec ulterius illi dantur actiones, quam apu*d* eum commodum hereditatis remanet. **256.** At si quis plus quam dodrantem uel etiam

---

1) *In V*st *praecedit* p̄, *quod alioqui significat* potest, potestate Publius; *sed consulis praenomen ignoratur, cumque etiam alias notae* p' *et* p̄ *permutentur, cum St.do* (*p.* 285) *ex Instit. edidi* postea.
2) retinendis *V*st. retiner*e ed. Stud. Cf.* 1, 31. 3, 75.

---

§. 254. = §. 5. *I. h. t.* (2, 23). *Epit.* 2, 7 *pr. Ulp.* 25, 14. 15. *Paul.* 4, 3. P. et P. consulibus] *Vespasiani temporibus a.* 70—80. partitio] *cf. Ulp.* 24, 25. *Theoph.* 2, 23. §. 5. §. 255. = §. 6. *I. h. t.* (2, 23). *Cf. Ulp.* 25, 14. *L.* 93. *D. ad l. Falc.* (35, 2).
§. 256. §§. 6. (7.) *I. h. t. Cf. Ulp. l. c.*

totam hereditatem restituere rogatus sit, locus est Pegasiano senatus consulto. **257.** Set is, qui *se*mel adierit hereditatem, si modo sua uoluntate adierit, siue retinuerit quartam partem, siue noluerit retinere, ipse uniuersa onera hereditaria sustinet: set quarta quidem retenta quasi partis et pro parte stipulationes interponi debent tamquam inter partiar*i*um legatarium et heredem; si uero totam hereditatem restituerit, ad exemplum emt*ae* et uendit*ae* hereditatis stipulationes interponend*ae* sunt. **258.** Set si recuset scriptus heres adire hereditatem ob id, quod dicat, eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cauetur *Peg*asiano senatus consulto, ut desiderante eo, cui restituere rogatus est, iussu | praetoris adeat et restituat, 121.
proindeque ei et in eum, qui receperit, actiones dentur, ac
[202] iuris est ex senatus consulto Trebelliano: quo casu nullis stipulationibus opus est, quia simul et huic, qui restituit, securitas datur, et actiones hereditariae ei et in eum transferuntur, qui receperit hereditatem. **259.** Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse heres 'institu*tus*[1] aut totam hereditatem aut pro parte restituere rogetur, an ex parte heres institutus aut totam eam partem aut partis partem restituere rogetur. nam et hoc casu de quarta parte eius partis ratio ex Pegasi*a*no senatus consulto haberi solet.

260. Potest autem quisque etiam res singulas per fideicommissum relinquere, uelut fundum, hominem, ueste*m*, argentum, pecuniam; et uel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, uel legatarium, quamuis a legatario legari non possit. **261.** Item potest non solum propria testatoris res per fideicommissum relinqui, sed etiam heredis aut legatari*i* aut cuiuslibet alterius: itaque et legatarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quae ei legata sit, sed etiam

1) instituatur *V*st.

§. 257. = §. 6. *I. cit. Cf. L.* 21. 45. *D. ad SC. Treb.* (36, 1). *Ulp.* 25, 15. *Paul.* 4, 3. §. 2. *supra* §. 254. §. 258. *Cf. Ulp.* 25, 16. *Paul.* 4, 4. §§. 2—4. §. 259. = §. 8. *I. h. t.* (2, 23). §. 260. = *pr. I. de sing. reb. p. fdcss.* (2, 24). uel legatarium] *cf.* §. 271. *Ulp.* 24, 20. §. 261. = §. 1. *I. eod. Ulp.* 25, 5. *Paul.* 4, 1. §§. 7. 8.

de alia, siue ipsius legatari*i* siue aliena sit. hoc[1] solum ob*s*eruandum est, ne plus quisquam rogetur aliis restituere, quam
122. ipse ex testamento ceperit; nam | quod amplius est, inutiliter relinquitur. **262.** Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei, qui rogatus est, aut ips*a*m redimere et praestare, aut *a*estimationem *eius* soluere, *sicut iuris est et si* per damnationem aliena res legata sit: sunt tamen, qui putant, si rem per fideicommissum relictam dominus non uendat, extingui fideicommissum; sed aliam esse causam per damnationem legati.

263. Li*b*ertas quoque seruo per fideicommissum dari potest, ut uel heres rogetur manumittere, uel legatarius. **264.** '*Nec interest, utrum de suo proprio*[2] seruo testator roget, [203] an de eo, qui ipsius heredis aut legatari*i* uel etiam extranei sit. **265.** Itaque et alienus ser*u*us redimi et manumitti debet: quodsi dominus eum non uendat, sane extinguitur fideicommissa libertas, quia hoc *casu* pretii[3] computatio nulla interuenit. **266.** Qui autem ex fideicommisso manumittitur, non testatoris fit libertus, etiamsi testatoris seruus *fuerit*, se*d* eius, qui man*u*-*mit*tit. **267.** A*t* qui directo testamento liber esse iubetur, uelut hoc modo: STICHVS SERVVS (*MEVS*) LIBER ESTO, uel hoc: STICHVM SERVVM MEVM LIBERVM ESSE IVBEO, i*s* ipsius testatoris fit li*b*ertus. nec alius ullus directo ex testamento libertatem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris ex iur*e Quiritium fuerit, et quo f*ac*eret* testamentum, et quo moreretur. |

123. [4]**268.** Multum autem dif*ferunt ea*, quae per fideicommissum

---

[1]) *Ex Inst.* sed hoc *C. edd. verum* sed *ex praecedente* sit *natum videtur. Errore Bg. ed.* 5. *me prius* sed (*ante* etiam) *omittere ait.* [2]) *Ex Inst. Gösch. supplevit.* [3]) *Ex V*[st] *et St.di cj.; similiter quaedam, quae sequuntur* §. 267, *ex Inst.* [4]) *Praecedunt duae lineae fere vacuae, rubricae destinatae.*

---

§. 262. = §. 1. *I. cit. Ulp.* 25, 5. *Paul.* 4, 1. §. 7. *L.* 14. §. 2. *L.* 30. §. *ult. D. de leg.* 3. §§. 263—267. *Cf. de ordine supra* §§. 185—190; *de re* = §. 2. *I. eod.* (2, 24). *Theoph.* 1, 14, 1. §. 263. *Cf. Epit.* 2, 7. §. 7. *Ulp.* 25, 18. 2, 7. *Paul.* 4, 12. §. 4. 4, 13. §. 264. *Cf.* 2, 261. 272. *Epit. l. c. Ulp.* 2, 10. §. 265. *Epit. l. c. Ulp.* 2, 11. *L.* 6. *C. h. t.* (7, 4). §. 2. *I. cit.* §. 266. *Cf. Ulp.* 2, 8. *Epit. l. c.* §. 267. *Cf. Ulp.* 2, 7. 8. 1, 23. §. 268. *Cf. Epit.* 2, 7. §. 8. *infra* §. 284.

rel*inquu*ntur, ab his, qu*ae* directo iure legantur. **269.** Nam ecce per fideicommissum '*etiam* a*n*|*te* heredis (*institutionem*)[1] relinqui potest: cum alioquin legatum '*testamenti* i*ni*|*tio da-tum*[2] inutile sit. † † †[3] **270.** Item intestat*us* moriturus
[204] potest ab eo, ad quem bona eius pertinent, fidei*commissum* alicui relinquere; cum alioquin ab eo legari non possit. **270[a].** *Item legatum codicillis* relictum non aliter ualet, quam si a testatore confirmati fuerint, id est, nisi in testamento caue*rit ante aut post*[4] testator, ut quidquid in codicillis scripserit, id ratum sit; fideicommissum uero etiam non confirmatis codi-

---

[1]) *Scripsi; hanc enim differentiam a Gaio omitti non potuisse eamque primam fuisse, quam referret, ex* §. 229. *efficitur; cf. Ulp.* 25, 8. '*institutionem' vero ob archetypi siglam* H19, *quae est 'heredis institutio'* (*Putsch. Gramm. vet. p.* 1674), *tantum pro 'heredis' acceptam excidisse puto.* et*ia*m nutu heredi(*ta*)s *ed. Bg. contra quod vid. 'Gaius' p.* 51. et*ia*m *non institu*to hered*e ed. Bg.* 5.
[2]) *In his Bluhmianis* t'ini|tio datum, *scriptum fuisse putavi. Bg. ed.* (*etiam* 5): nisi | testamento facto. *Nec ait, quo hanc primam differentiam spectare velit* (*infra enim ab eo citati loci ad nutu relictum fdcssum pertinent*), *utrum, repugnante verborum sensu, ad fdcmissa ante h. institutionem an ab intestato data* (*ut Gaius idem hic et* §. 270. *dixisse cogatur*). [3]) *Aut librarius insolite* (*quippe statim initio novae materiae*) *reliquam versus partem vacuam relinquens ipse lacunam codicis, unde describebat, significavit aut statim ad secundum* Item *oculis delapsus primum cum his quae sequebantur omisit. Certe hic alteram differentiam excidisse, quam Epit.* 2, 7. §. 8. *hoc ipso loco refert his verbis: 'Fideicommissum ad eum, cui aliquid dimissum est herede mortuo, poterit pervenire, si talis fuerit condicio testamenti: nam legatum ita relinqui non potest', praeter hunc Epitomae locum etiam* 2, 232, *ubi haec proprietas legatorum et ipsa sequitur eam, quam Gaius* §. 269. *rursus commemoravit, et infra verba* §. 277. et quia post mortem quoque heredis fideicommissum dari potest *ostendunt; more enim suo Gaius hanc causam afferre non poterat, nisi iam rem retulisset.* [4]) *Cum litterae* rit *non sufficiant ad explendum versum, ubi 'septem vel plures' litterae legi non potuerunt, addendum erat* ante a(ut) p(ost) *cf.* §. 135[a]. *Omittit Kr. ed.* 2, *nisi fuerit fortasse ibi additum* ipse.

---

§. 269. *Cf.* 2, 229. *Ulp.* 25, 8. §. 270. *Cf. Epit. l. c. Ulp.* 25, 4. §. 10. *I. de fdcss. hered.* (2, 23). §. 270[a]. *Cf. Epit. l. c. Ulp.* 25, 8. *Paul.* 4, 1. §. 10. §. 1. *I. de codic.* (2, 25). *C. de finib.* 2, 17.

cillis relinqui potest. **271.** Item a legatario legari non potest, sed fideicommissum relinqui potest. quin etiam ab eo quoque, cui per fideicommissum relinquimus, rursus ali*i* per fideicommissum relinquere possumus. **272.** Item seruo alieno directo li*b*ertas dari non potest, sed per fideicommissum potest. **273.** Item codicillis nemo heres institui potest neque exheredari, quamuis testamento confirmati sint; at is, qui testamento heres institutus est, potest codicillis rogari, ut eam hereditatem alii totam uel ex parte restituat, quamuis testa-
124. mento codicilli confirmati non sint. | **274.** Item mulier, qu*a*e ab eo, qui centum milia aeris census est, per legem Voconiam 'he*r*es institut*a* *capere*[1] non potest, tamen fidei- [205]
commisso relictam sibi hereditatem capere potest. **275.** Latini quoque, qui hereditates legataqu*e* directo iure lege Iunia capere prohibentur, ex fideicommisso capere possunt. **276.** Item cum senatus consulto prohibitum sit proprium seruum minorem annis xxx liberum et heredem instituere, plerisque placet, posse nos iubere liberum esse, cum annorum xxx erit, et rogare, ut tunc illi restituatur hereditas. **277.** Item quamuis non (*possimus*) post mortem eius, qui nobis heres

---

[1]) hdes institutio *Sched.* (o *in* V^{st} *expuncta*) heres institui *edd.*, *quomodo sane oratores de capacibus dicunt Quintil. I. O.* 9, 2. § 74. *Vid.* '*Gaius*' *p.* 52. heredi*s* institutio*ne* (*capere*) *ed. mea* 1.: *quod satis Latine dici recte negavit Bg. ed.* 5. *Iam puto, librarium cum notam* c̄ (= capere) *libri, unde describebat, non intellegeret* (*plerumque enim tantum* uc *valet* usucapere) *fecisse* o *indeque etiam antea* a *mutasse in* i, r *in* d.

---

§. 271. *Cf.* §§. 260. 161. *Ulp.* 24, 20. *Epit. l. c.* §. 1. *I. de sing. reb.* (2, 24). §. 272. *Cf. Epit. l. c.* §§. 264. 267. §. 2. *I. de sing. reb.* (2, 24). §. 273. *Cf. Ulp.* 25, 11. *Epit. l. c.* §. 2. *I. de codic.* (2, 25). §. 10. *I. de fess. hered.* (2, 23). §. 274. *Cf. Cic. Verr.* 2, 1. c. 42. *cum Schol. ed. Bait. p.* 189. *de senect.* 5. §. 14. *de leg.* 2, 20 *seq. de rep.* 3, 10. *de fin.* 2, 17. §. 55. *Dio Cass.* 56, 10. *Quintil. decl.* 264. *Plin. paneg.* 42. *Liv. ep.* 41. *Gell.* 7, 13. 17, 6. 20, 1. *Augustin. de civ. D.* 3, 21. *Plutarch. Cic.* 41. *Polyb.* 32, 14. §. 275. *Cf. Ulp.* 25, 7. 22, 3. *supra* 1, 23 *seq. L.* 13 *pr. D. de tut. cur.* (26, 5). § 276. *Cf. Ulp.* 22, 8. *L.* 29. *D. de reb. dub.* (34, 5). *L.* 38. 46. *D. de man. test.* (40, 4). *L.* 13. §. 5. *D. de statu lib.* (40, 7). *L.* 39. §. 2. *D. fam. erc.* (10, 2) *et lib. meum* '*Gaius*' *p.* 53. §. 277. *Cf. Epit.* 2, 7. §. 8. *supra* §. 184. *et p.* 279. *not.* 3.

extiterit, alium in locum eius heredem instituere, tamen possumus eum rogare, ut, cum morietur, alii eam hereditatem totam uel ex parte restituat; et quia post mortem quoque heredis fideicommissum dari potest, idem efficere possumus et si ita scripserimus: CVM TITIVS HERES MEVS MORTV*V*S ERIT, VOLO HEREDITATEM MEAM AD PVBLIVM MAEVIVM PERTINERE: utroque autem modo, tam hoc quam illo, Titium heredem suum obligatum relinquit de fideicommisso restituendo. **278.** Praeterea legata (*per*) formulam petim*us*: fideicommissa uero Romae quidem apu*d* consulem uel apu*d* eum praetorem, qui praecipue de fideicommissis ius dicit, persequimur; in prouinciis uero apu*d* praesidem prouinciae.
279. Item de fideicommissis semper | in urbe ius dicitur; de 125.
legatis uero, cum res agun*tur*. **280.** Item fideicommissorum usurae et fructus debentur, si modo moram solutionis fecerit,
[206] qui fideicommissum debebit; legatorum uero usurae non debentur: idque rescripto diui Hadriani significatur: scio tamen, Iuliano plac*u*isse, in eo legato, quod sine*n*di modo relinquitur, idem iuris esse, quod in fideicommissis; quam sententiam et his temporibus magis optinere uideo. **281.** Item legata Grae*c*e scripta non ualent; fideicommissa uero ualent. **282.** Item si legatum per damnationem relictum heres infi*ti*etur, in duplum cum eo agitur; fideicommissi uero nomine semper in simplum persecutio est. **283.** Item (*quod*) quisque ex fideicommisso plus debito per errorem soluerit, repetere potest; a*t* id, quod ex causa falsa per damnationem legati plus de*b*ito solutum

---

§. 278. *Cf. Ulp.* 25, 12. *Paul.* 4, 1. §. 18. *L.* 178. §. 2. *D. de verb. sign.* (50, 16). *L.* 2. §. 32 *fin. D. de orig. iur.* (1, 2). *Suet. Claud.* 23. *Quintil. I. O.* 3, 6. §. 69. §. 1. *I. de fcss. her.* (2, 23) *ibique Schrader.* §. 279. *Cf. Zimmern Civilproc.* §. 128. §. 280. *Cf. Epit.* 2, 7. §. 8. *Paul.* 3, 8. §. 4. *L.* 17. §. 3. *L.* 34. *D. de usur.* (22, 1). *L.* 87. §. 1. *D. de leg.* 2. *L.* 92 *fin. D. de condic. et dem.* (35, 1). *L.* 39. §. 1. *D. de leg.* 1. *L.* 5 *pr. D. de oper. publ.* (50, 10). *L.* 1. §. 13. *D. ut legat. v. fdcss. serv.* (36, 3). *Tit. C. de usur. et fr. leg.* (6, 47). §. 281. *Cf. Ulp.* 25, 9. *L.* 11 *pr. D. de leg.* 3. *L.* 34. §. *ult. D. de leg.* 2. *L.* 37. §. 5. *L.* 101 *pr. D. de leg.* 3. §. 282. *Cf. Epit.* 2, 7. §. 8. *infra* 4, 9. 171. *Paul.* 1, 19. §. 1. §. 7. *I. de obl. quae q. ex contr.* (3, 27). §. 283. *Cf. Ulp.* 24, 33. §. 7. *I. cit.* §. 25. *I. de legat.* (2, 20). *Paul.* 3, 6. §. 92. *Gai. L.* 23. *D. de dolo* (4, 3) *scripserat* per damnationem legatum est.

sit, repeti non potest. idem scilicet iur*is* est de 'sol*id*o,[1] quod non debitum uel ex hac uel ex illa causa per errorem solutum fuerit.

284. Erant etiam aliae differentiae, qu*a*e nunc non sunt. **285.** Ut ecce peregrini poterant fide*i*commissa *ca*pere, et fere ha*e*c fuit origo fide*i*commiss*orum*: sed postea id prohibitum est,[2] et nunc ex oratione diui 's*acratissimi*[3] Hadriani senatus consultu*m* factum est, ut ea fide*i*commissa fisco uindicarentur.[4]

126. **286.** Caeli*b*es | quoque, qui per legem Iulia*m* '*testamentari*as[5] hereditates legataque capere prohibentur, olim fideicommissa [207] uidebantur capere posse; [**286**ª.] item orbi, qui per legem Papiam 'ob id, quod liberos non habent,[6] dimidias partes heredita*t*ium legatorumque perdunt, olim solida fideicommissa uidebantur capere posse. sed postea senatus consulto Pe*g*asiano perinde fide*i*commissa quoque, ac legat*a* hereditatesque capere 'posse[7] prohibiti sunt; eaque translata sunt ad eos, qui (*in eo*)[8] testamento liberos habent,[9] aut si null*us*

---

[1]) *Scripsi;* eo legato *C. edd.* sol*id*o *nunc etiam Bg. ed.* 5. *Alii deleri v.* legato *voluerunt.* [2]) *Primum puta, ne exsules hoc modo iuvarentur.* [3]) sunt *C. male scilicet explicata nota* s̄. *Cf. adnotata ad* 1, 77. [4]) *Excepit postea D. Pius, ut Graeci cives Romani facti liberis, qui peregrini mansissent, hereditatem* (*fdcmisso*) *relinquere possent, quod a Pausan.* 8, 43, 3. *relatum Gaius ut nimis speciale omisit, non omissurus, si Graecus 'ICtus provincialis' fuisset.* [5]) testamento *scripseram antea* (*item deinde Bg. ed.* 5) *sed nunc* nas *quod praestat* V^{st}, *fuisse puto* ttas, *antecedente* iuliā. [6]) *Polen. haec verba ut glossema eiicit, Stud. uncis includit; sed orbi varie accipiebantur.* habebant *C. pro* habent. [7]) *Suspecta vox*, *cum* capere prohiberi *sufficiat et rectum sit.* (*Cf.* 2, 110. 111. 286. *Ulp.* 22, 3.) p'sem *C. an* = pro semisse? *ut aliquid exciderit; nam et certum subiectum desideratur. Et sane commode ita orationem supplebimus:* capere (*caelibes omnino, orbi*) pro semisse. [8]) *Addidit* ex 2, 206. *ed. Polen. item Stud.* [9]) *Primo tamen ad eum patrem, cuius fides electa erat. L.* 60. *D. de leg.* 2.

---

§. 284. *Cf.* §. 268. §. 285. *Cf. Theoph.* 2, 23. §. 1. *Cic. Verr. II.* 1, 47. §. 123. *Plin. ep.* 10, 80 (79).; *hic de peregrina civitate. Valer. Max.* 4, 2. §. 7. *huc non pertinet. Vid. ad* 2, 60. §. 286. *Cf.* §§. 111. 144. 150. 206. 207. *Ulp.* 17, 1. 22, 3. *L.* 1. *Th. C. de infirm. poen. coel.* (8, 16). *Sozom.h. eccl.* 1, 9. §. 286ª. SC. Pegas.] *cf.* §. 254.

liberos habebit, ad populum, sicuti iuris est in legatis et in 'hereditatibus. **287**. (*Cum*)que eadem aut simil*i* ex causa *i*tem [1] olim incertae personae uel postumo alieno per fideicommissum relinqui poterat, quamuis neque heres institui neque legari ei 'poss*e*t,[2] senatus consulto, quod auctore di*uo* Hadriano factum est, idem in fideicommissis, quod in legatis hereditatibusque constitutum est.[3] **288**. Item poen*a*e nomine iam non dubitatur nec per fideicommissum quidem relinqui posse.

289. Set quamuis *in* mult*i*s iuris partibus longe latior
[208] causa sit fideicommissorum quam eorum, quae directo relin-*qu*untur, in quibusdam tantumdem uale*a*nt, tamen tutor non aliter testamento dari potest, quam directo, ueluti hoc modo: LIBERIS MEIS *TI*TIVS TVTOR ESTO, uel ita: LI*B*ERIS MEIS TITIVM TVTOREM DO; per fideicommissum uero dari non potest.

---

[1]) hereditatibusque eadem aut simileexcautem *C. V*st hereditatibus. 287. Eadem aut simili ex causa autem *edd.* hereditatibus. 287. Eadem a. s. e. causa *cum ed. mea prior. Quod nunc dedi et Codici et sensui magis accommodatum est. Ante* que *excidit similis nota* c', *ex* caitem *factum*:‾autem *Aeque tamen bene et fortasse melius ita nunc locus in edd. Polen. et Stud. sanatus est:* hereditatibus, qu*a*e eadem aut simil*i* cau(*sa caduca fiunt.* 287. *I*)tem *postea retento* posset. set [2]) possit; set *C. edd.* possit *ed. mea* 1. *facta v.* set *ex praecedente* pos-sit, *ut supra* §. 261. *not.* [3]) *Sed nota, incertam personam vel postumum alienum, cui cum alio per fideicommissum vel legatum per damnationem relictum erat, partem huic detraxisse, ut non perinde esset, ac si nulli personae relictum esset. Cf. L.* 4. 7. §. 1. *D. de reb. dub.* (34, 5). *L.* 7. *D. de leg.* 2. *item* 3, 103.

---

§. 287. *Cf. Ulp.* 25, 13. neq. her. inst.] *cf. Ulp.* 22, 4. §. 12. *I. de hered. inst.* 2, 14. neq. legari] *cf. supra* §§. 238. 241. *L.* 3. 4. 5 *pr. D. de reb. dub.* (34, 5). *Interpolata est L.* 5. §. 1. *eod.*
§. 288. *Cf. Ulp. l. c. supra* §§. 235 *seq.* 243. §. 289. *Cf.* 1, 149. *L.* 7. 33. *D. de testam. tut.* (26, 2). *L.* 1. §. 1. *D. de confirm. tut.* (26, 3).

(*COMMENTARIVS TERTIVS.*)

Fol. deperd.

1. [1]*Intestatorum hereditates (ex) lege* XII *tabularum primum ad suos heredes pertinent.* **2.** *Sui autem heredes existimantur liberi, qui in potestate morientis fuerunt, ueluti filius filiaue, nepos neptisue ex filio, pronepos proneptisue ex nepote filio nato prognatus prognataue: nec interest, utrum naturales sint liberi an adoptiui: ita demum tamen nepos neptisue et pronepos proneptisue suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit in potestate parentis esse, siue morte id acciderit siue alia ratione, ueluti emancipatione; nam si per id tempus, quo quis moritur, filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. idem et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intellegemus.* **3.** *Vxor quoque, quae in manu eius (qui moritur,) est, ei sua heres est, quia filiae loco est: item nurus, quae in filii manu est, nam et haec neptis loco est; sed ita demum* [209]

---

1) *Primum huius commentarii folium deperditum ex Collat.* 16, 2. §§. 1—5. *et Inst. aliquatenus tantum sarciri potuit: nam suppleta uni fere tantum sufficiunt Codicis Veron. paginae et dubium non est, quin primum aliqua praecesserint transitus faciendi gratia. Cf.* 2, 99. 100. *Deinde pr. I. h. t. ex Gaio videtur petitum esse et postremo is more suo praemonuisse putandus est, interesse, utrum ingenuus an libertus decesserit. Cf.* §§. 18. 39. *Prius se de ingenuorum hereditatibus acturum. 'Ingenuorum intestatorum' etc. Ceterum de lectionibus vid. ad Collat. notata.*

---

§. 1. = §. 1. *I. de hered. q. ab int.* (3, 1). *Cf. Epit.* 2, 8 *pr. Ulp.* 26, 1. *Collat.* 16, 3. §. 3. lege XII tab.] *cf. Dirksen* 5, 4. *Schöll p.* 128. §. 2. = §. 2. *I. eod. Cf. Epit. Ulp. ll. cc. Collat.* 16, 3. §§. 4. 8. §. 3. *Cf.* 1, 114. 115b. 118. 2, 139. 159. *Ulp.* 22, 14. 23, 3. 29, 1. *Gell.* 18, 6. *Serv. ad Aen.* 7, 424. *Dionys.* 2, 25.

erit sua heres, si filius, cuius in manu est, cum pater
[210] *moritur, in potestate eius non sit. idemque dicemus et de ea, quae in nepotis manu matrimonii causa sit, quia proneptis loco est.* **4.** *Postumi quoque, qui, si uiuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt.* **5.** *Idem iuris est de his, quorum nomine ex lege Aelia Sentia uel ex senatus consulto post* | mortem patris causa pro- 127. t. s.
batur: nam et hi uiuo patre causa probata in potestate eius futuri essent. **6.** Quod etiam de eo filio, qui ex prima secundaue mancipatione post mortem patris manumittitur, intellegemus. **7.** Igitur cum filius filiaue et ex altero filio nepotes neptesue extant, pariter ad hereditatem uocantur; nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit: ae*qu*um enim uidebatur, nepotes neptesue in patris sui locum portionemque succed*ere*. pari ratione et si nepos neptisue sit ex filio et ex nepote pronepos *pro*neptisue, simul omnes uocantur ad hereditatem. **8.** Et quia placebat, nepotes neptesue, item pronepotes proneptesue in parentis sui locum succedere, conueniens esse uisum est, non in capita, sed (*in*) stirpes 'heredit*atem*[1] diuidi, ita ut filius partem dimidiam hereditatis ferat et ex altero filio duo pluresue nepotes alteram dimidiam; item si ex duobus filiis nepotes extent et ex altero filio unus forte uel duo, ex altero tres aut quattuor, ad unum aut ad duos dimidia pars pertineat et ad tres aut quattuor altera dimidia.

9. Si nullus sit suorum heredum, tunc hereditas pe*r*tinet |
ex eadem lege XII tabularum ad agnatos. **10.** Vocantur 128. t. s.
autem adgnati, qui legitima cognatione iuncti sunt: legitima autem cognatio est ea, quae p*er* u*i*rilis sexus persona*s con-*
[211] *iungitur: itaque eodem p*atre nati fratres agna*ti sibi sunt,*

---

1) *Inst.* hereditates *C. edd. praeter Kr.*

---

§. 4. = §. 2 *fin. I. cit. Cf. Epit.* 2, 8 *pr. Ulp.* 22, 15. §. 5. *Cf. Collat.* 16, 3. §§. 7. 15. *supra* 1, 32. 2, 142 *seq.* 1, 66. 95. *Ulp.* 7, 4. §. 6. = *Collat.* 16, 2. §. 6. *Cf. Collat.* 16, 3. §. 7. *Ulp.* 23, 3. *supra* 1, 132. 2, 141. §§. 7. 8. = *Collat.* 16, 2. §§. 7. 8. §. 6. *I. h. t.* (3, 1). *Cf. Epit.* 2, 8. §. 2. *Ulp.* 26, 2. §. 9. = *Collat.* 16, 2. §. 9. *Cf. Epit.* 2, 8. §. 3. *Ulp.* 26, 1. *Collat.* 16, 3. §. 13. *pr. I. de leg. agn. succ.* (3, 2). §. 10. = *Collat.* 16, 2. §. 10. *Cf. supra* 1, 156. §. 1. *I. eod. Epit. l. c. Ulp.* 26. 1. *Collat.* 16, 3. §§. 13. 15.

qui etiam consanguinei uocantur, nec requiritur, an etiam matrem eandem habuerint; item patru*u*s fratris filio et inuicem is illi agnatus est: eodem numero sunt fratres patrueles inter se, id est qui ex duobus fratribus progenerati sunt, quos plerique etiam consobrinos uocant; qua ratione scilicet etiam ad plures gradus agnationis peruenire poterimus. **11.** Non tamen omnibus simul agnatis dat lex XII tabularum hereditatem, sed his, qui tum, cum certum est aliquem intestatum decessisse, proximo gradu sunt. **12.** Nec in eo iure successio est: ideoque si agnatus proximus hereditatem omiserit, uel antequam adierit, decesserit, sequentibus nihil iuris ex lege competit. **13.** Ideo autem non mortis tempore quis *pro*-*xi*mus (*fu*)erit, requirimus, sed eo tempore, quo certum fuerit, aliquem intestatum decessisse, quia si quis *testamento fa*cto decesserit, melius esse uisum est, 'e*x* iis, (*qui*) tunc (*sunt*)[1], requiri proximum, cum certum esse coeperit, neminem ex eo testamento fore heredem. **14.** Quod ad feminas tamen attinet, in
129. hoc iure aliu*d* in | ipsarum hereditatibus capiendis placuit, aliu*d* 'in ceterorum[2] ab his capiendis: nam feminarum *here*-*dit*ates perinde a*d* nos agnationis iure redeunt atque masculorum, nostr*a*e uero hereditates ad feminas ultra consanguineorum gradum non pertinent: itaque soror fratri sororiue legitima heres est, amita uero et fratris filia legitima heres esse (*non potest; sororis autem nobis loco est*) etiam mater aut nouerca, quae per in manum conuentionem apu*d* patrem nostrum iura filiae 'con*secu*ta[3] est. **15.** Si ei, qui defunctus erit, si*t* frater et alterius fratris filius, sicut ex superioribus [212]

---

[1]) tunc et iis V^{st}. ex iis *om. Collatio et edd. in archetypo fuerit:* ex iis q(ui) tunc s(unt) *et sic nunc sensu exigente* (*ed.* 5) *scripsi.* [2]) bonis, *quod C. et edd. addunt, Collat. Cdd. ignorant, non facile de legitimis ingenuorum hereditatibus dicitur, itaque pro glossemate habendum est.* [3]) *Collat.* nancta *C.*

---

§. 11. = *Collat.* 16, 2. §. 11. *Cf.* §. 1. *I. cit. Epit.* 2, 8. §. 4. *Collat.* 16, 3. §. 17. §. 6. *I. eod.* §. 12. = *Collat.* 16, 2. §. 12. *Cf. Collat.* 16, 3. §§. 23. 26. *Ulp.* 26, 5. §. 7. *I. eod.* (3, 2). §. 13. = *Collat.* 16, 2. §. 13. *Cf.* §. 6. *I. cit.* §. 14. = *Collat.* 16, 2. §. 14. *Cf. Epit.* 2, 8. §§. 5. 6. *Ulp.* 26, 6. *Collat.* 16, 3. §§. 16. 20. 22. 16, 7. §. 1. §. 3. *I. eod.* (3, 2). §. 15. = *Collat.* 16, 2. §. 15. *Cf. Epit.* 2, 8. §. 5. *Collat.* 16, 3. §. 18. §. 5. *I. eod.*

intellegitur, frater prior est, quia gradu praecedit: sed alia facta est iuris interpretatio inter suos heredes. **16.** Quodsi defuncti nullus frater extet, (*sed*) sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet; sed quaesitum est, si dispari forte numero sint nati, '*uel*ut[1] ex uno unus uel duo, ex altero tres uel quattuor, utrum in stirpes diuidenda sit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est, an potius in capita: ia*m* dudum tamen placuit, in capita diuidendam esse hereditatem; itaque quotquot erunt ab utraque parte personae, in tot portiones hereditas diuidetur, ita ut singuli singulas portiones ferant.

17. Si nullus agnatus sit, eadem le*x* XII tabularum gentiles ad hereditatem uocat. Qui sint autem gentiles, primo com|mentario rettulimus; et cum illic admonuerimus, totum 130.
gentilic*i*um ius in desuetudinem abisse, superuacuum est, hoc quoque loco 'de eadem re *iterum*[2] curiosius tractare.

18. Hactenus lege XII tabularum finitae sunt intestatorum '(*ingenuorum*)[3] hereditates: quod ius quemadmodum strictum fuerit, palam est intellegere. **19.** Statim enim emancipati li*b*eri nullum ius in hereditatem parentis ex ea lege habent, cum desierint sui heredes esse. **20.** *I*dem iuris est, si ideo liberi non sint in potestate patris, quia sint cum eo ciuitate *Ro*mana donati, nec ab imperatore in potestatem redacti fuerint. **21.** Item agnati capite diminuti non admittuntur ex ea lege ad hereditatem, quia nomen agnationis capitis deminutione perimitur. **22.** Item proximo agnato non adeunte hereditatem, nihilo magis sequens iure legitimo admittitur.
[213] **23.** Item feminae agnatae quaecumque consanguineorum gra-

---

1) ut *C. edd.* uel*ut ed. Bg.* 5. 2) de eadem re tm̃ *Sched., quae postrema ex* iꝑū *nata videntur, ut Hugo cj.* de ea re *Coll. et edd.* de eadem *re edd. Bg.* 5. *et Stud.* 3) *Addidi, quod ob similitudinem cum v.* intestatorum *excidisse videtur. Vid. enim* §. 39. *et Ulp.* 26, 1. 27, 1.

---

§. 16. = *Collat.* 16, 2. §. 16. *Cf. Epit. l. c. Ulp.* 26, 4. *Collat.* 16, 3. §§. 17. 19. §. 4. *I. eod.* §. 17. *Cf. Collat.* 16, 3. §. 3. §. 18. *Cf. pr. I. de SC. Tertull.* (3, 3). § 19. *Cf.* §. 9. *I. de hered. q. ab int.* (3, 1). §. 20. *Cf* 1, 93. 94. 2, 135ᵃ. §. 21. *Cf. pr. I. de succ. cogn.* (3, 5). *Ulp.* 27, 5. *infra* §. 27. *supra* 1, 158. §. 22. *Cf.* §§. 12. 28. §. 23. *Cf.* § 14.

dum excedunt, nihil iuris ex lege 'habent.[1] **24.** Similiter non admittuntur cognati, qui per feminini sexus personas necessitudine iunguntur, adeo quidem, ut nec inter matrem et filium filiamue ultro citroque hereditatis capiend*a*e ius conpetat, praeterquam si per in manum conuentionem consanguinitatis iura inter eos constiterint.[2]

25. Sed hae iuris iniquitates edicto praetoris emendatae |
131. sunt, **26.** Nam *liber*os omnes, qui legitimo iure deficiuntur, uocat ad hereditatem proinde ac si in potestate parentum mortis tempore fuissent, siue soli sint, siue etia*m* sui heredes, id est qui in potestate patris fuerunt, concurrant. **27.** Ad*g*natos autem capite deminutos non secundo gradu post suos heredes uocat, id est, non eo gradu uocat, quo per legem uocarentur, si capite minuti non essent; sed tertio proximitatis nomine: licet enim capitis deminutione ius legitimum perdiderint, certe cognationis iura retinent: itaque si quis alius sit, qui integrum ius agnationis habebit, is potior erit, etiamsi longiore gradu fuerit. **28.** Idem iuris est, ut quidam putant, in eius agnati persona, qui proximo agnato omittente hereditatem, nihilo magis iure legitimo admittitur; sed sunt, qui putant, hunc eodem gradu a praetore uocari, quo etiam per legem agnatis hereditas datur. **29.** Feminae certe agnatae, quae consanguineorum gradum excedunt, tertio gradu uocantur, id est, si neque suus heres neque agnatus *u*llus erit. **30.** Eodem gradu uocantur etiam eae personae, qu*a*e per feminini sexus personas copulatae sunt. **31.** Liberi quoque, qui in adoptiua familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem [214]
gradu uoca*n*tur.

---

[1]) habent' *C. Fortasse:* habere uidentur; *quia hoc non tam ex lege quam ex interpretatione eius ueniebat. Cf.* §. 14. placuit.
[2]) *Sequitur linea vacua.*

---

§. 24. *Cf. Ulp.* 26, 7. 8. *pr. I. de SC. Tertull.* (3, 3). §. 25. *Cf. pr.* §. 2 *fin. I. de b. p.* (3, 9). §. 26. *Cf.* §§. 19. 20. *Collat.* 16, 7. §. 2. *Ulp.* 28, 8. §. 9. *I. de hered. q. ab int.* (3, 1). §. 27. *Cf.* §. 21. *Ulp.* 28, 9. *Epit.* 2, 8. §. 7. *pr. I. de success. cogn.* (3, 5). *supra* 1, 158. §. 28. *Cf.* §§ 12. 22. §. 7. *I. de leg. agn. succ.* (3, 2). §. 29. *Cf.* §. 23. *Paul.* 4, 8. §. 22[a] §. 30. *Cf.* §. 24. *Ulp.* 28, 9. *Epit.* 2, 8. §. 7. §. 1. *I. de succ. cogn.* (3, 5). §. 31. = §. 2. *I. eod. Cf. Epit. l. c.*

32. Quos autem | praetor uocat ad hereditatem, hi heredes 132.
ipso quidem iure non fiunt: nam praetor heredes facere non *potest; per legem enim tantum uel similem iuris constitutionem* heredes *fi*unt, uelut per senatus consultum et constitutionem principalem:[1] sed *'cum eis* (*praetor*) d*at bonorum possessionem*,[2] loco heredum *con*stituuntur.

33. A*dhuc autem etia*m alios conplures gradus p*raetor facit in* | *bonorum 'possessionibus dandis*,[3] d*um i*d ag*it*, n*e quis sine successore mo*|*riatur.* de quibus in his commentariis 'consul*to* | *non agimus*, *quia*[4] hoc ius totum propriis commentariis *ex*|*secuti sumus.* **33ª.** *Hoc*[5] solum admonuisse sufficit,[6] *cum in* | *legitimis heredita*tibus, *ut diximus*,

---

1) *Ex Instit. suppl. Gösch.* 2) *Locus corruptus secundum V*st *sic scriptus fuisse videtur:* cum *iis*dem propter. *itaque librarius nota* bp *quasi esset* pp *male explicata cum subiectum amisisset, etiam* dat *mutavit in* dem. *Cf. Inst. Etiam postea in* constituunt' *fecit* i *pro nota* con. 3) *Ex Inst.* '*possessione danda*' *edd. Supplementa conveniunt V*st *etiam in iis, quae sequuntur.* 4) *Suppleui ad sententiam, scriptum fuisse ratus:* consulto | n̄ agim' q́a. 5) *Item supplevi V*st *ratione habita signumque novae §i feci.* 6) *Ex suppletis a me verborum vel litterarum reliquiis in sequentibus versibus* 10 *fin.* — 15 *V*st *inter quas v.* inuidiosum *tamquam in C. certo exstans, sed pariter ab eo abhorrens ac sensu molestum, adeo in contextum Kr. ed.* 2. *relatum miror, primum hoc colligere mihi videor, Gaium non modo ut Ulp.* 28, 7. *et Iustinianum* §. 3. *I. de bon. poss.* (3, 9) *integram seriem b. possessionum summatim non proposuisse, sed ne eas quidem, quae post b. p. unde cognati sequuntur, commemorasse (unde etiam* 'consul*to non agimus*' *scripsi) et utrumque recte, cum ceteri gradus nondum exposito iure bonorum libertorum tironibus perspicui fieri nequirent. Deinde vero etiam pro certo habeo, eum proxime de SCto Tertulliano disputasse, quod ius nisi exposito ante iure b. possessionis, intellegi non poterat. Cum enim credibile non est, eum tanti momenti SCtum, iam Hadriani temporibus factum quodque ad eos gradus b. p., quos exposuerat, proprie spectabat, omnino silentio transmisisse, maxime cum verbis §i* 24. adeo quidem ut nec inter matrem *etc. coll. pr. I. de SC. Tertull.* (3, 3) *ad hoc ius in XII desideratum digitum quasi intendisse videatur; tum quae in versibus deinde sequentibus supersunt (vid. seq. notam), ad hoc tantum SC. videntur referri posse.*

---

§. 32. = §. 2. *I. de b. p.* (3, 9). *Cf. Ulp.* 28, 12. §. 33 = §. 2. *I. cit.* §. 33ª. *Cf.* §. 24. *Ulp.* 26, 8. *Tit. I. de SC. Tertull.* (3, 3). *L.* 9. §. 1. *D. de reb. dub.* (34, 5).

sola cognatio ex XII | tab*u*lis n(on) pro*ficeret ad* hereditatem *capiendam*, et | *m*at(er) a*deo in adipi*scendis li*berorum* *heredi-* [215]
tatibus, nisi per | in ma*num conuen*tionem iura consanguin*i-*
tatis na|cta *fuisset*, *ex* lege *nullum ius* om*nino haberet*,[1] |

——— vv. 16—24. ———

133. ——— |[2] ———

t. s. ——— vv. 1 — 21. ———

34. [3]*Aliquando tamen neque emendandi neque impugnandi ueteris iuris, sed magis confirmandi gratia pol-* [216]

---

*Verum hoc ut appareat, restituendi eorum, quaedam a Göscheno mutuatus, periculum feci, nunc ad vestigia V*st *accomodatum.*

[1]) *Ad sensum in v.* 16—24., *ubi paucula tantum in C. legi potuerunt, puta fere secutum esse: 'et praetor in b. p. non fratrem tantum sed omnes agnatos ei praeferret, hanc iniquitatem quantum ad matrem ingenuam trium, libertinam quattuor liberorum iure honoratam postea SCto Tertulliano correctam esse. hoc enim matri tantum praefert suum heredem, eumue, qui inter suos heredes a praetore ad p. possessionem uocatur, item patrem defuncti emancipato*|R(*em*) *uel fratrem* c(*on*)*sanguineum, nec* u(*ero*) li*beros.* | (*v.* 23) p(ost) eam *uocat set parit*(*er*) *tamen* c(*um*) *ea soror*(*em*) c(*on*)*sanguineam et u*|xorem *q*(*uae*) *in manum conuenerat, deinde ceteros agnatos'* (*ut Gaius hoc modo simul ius antiquum apte significaverit, quod SC. agnatis reservaverat*). *Quanquam Stud.us initia haec Bluhmiana v.* 23. *et* 24. *in dubium vocat et ultima v.* 24. *pars vacua ei visa est.* [2]) *Initio huius paginae vel paulo post probabile est, Gaium dixisse, ex SC. Tertulliano matri non modo b. possessionem sed etiam hereditatem competere, eamque b. possessionem adversus agnatos semper cum re praetorem dare. Proinde hanc b. possessionem non modo supplendi sed etiam impugnandi iuris civilis causa dari: quod etiam in aliis causis fieri.* [3]) *Verba 'Aliquando — secundum tabulas bonorum possessionem', ex* §. 1. *I. de b. p.* (3, 9) *petita, huius loci videri, iam Gösch. iudicavit, eaque huc transcribere non dubitavi, posteaquam animadverti, verborum* qui re*cte manifesta vestigia initio non quidem v.* 21. *secundum Sched. Bluhm. sed v.* 23. *secundum V*st *reperiri, eaque, quae sequuntur, ferme duos versus Ver. C.* (23. 24) *replere. Sed iam nec dubito, quin haecce, quae in Instit., paucis a Theophilo et Triboniano interiectis, antecedunt: 'Ius bonorum possessionis introductum est a praetore emendandi ueteris iuris gratia. Nec solum in intestatorum hereditatibus uetus ius eo modo praetor emendauit, sicut supra dictum est* (§§. 25 *seq.*), *sed in eorum quoque, qui testamento facto de-*

---

§. 34. = §. 1. *I. de b. p.* (3, 9). *Cf. Collat.* 16, 3. §. 5. QVOR. BON.] *Cf.* 4, 144.

licetur bonorum possessionem. nam illis quoque, | qui rec*te facto testamento heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem: item ab in*|*testato* heredes 134.
suos et agn*ato*s ad bonorum possessionem uocat. quibus casibus *b*eneficium eius in eo solo uidetur aliquam utilitatem habere, ut is, qui ita bonorum possessionem petit, interdicto, cuius principium est QVORVM BONORVM, uti possit, cuius interdicti q*u*ae sit utilitas, suo loco proponemus: alioquin remota quoque bonorum possessione ad eos hereditas pertinet iure ciuili.

35. Ceterum saepe quibusdam ita datur bonorum possessio, ut is, cui data sit, (*non*) optineat hereditatem; quae bonorum possessio dicitur sine re. **36.** Nam si uerbi gratia iure facto testamento heres inst*it*utus cre*u*erit hereditatem, sed bonorum possessionem secundum tabulas testamenti petere noluerit, contentus eo, quod iure ciuili heres sit, nihilominus ii, qui nullo facto testamento ad intestati *b*ona uocantur, possunt petere bonorum possessionem; sed sine re ad eos '*bonorum possessio*[1] pertinet, cum testamento scriptus heres euincere hereditatem possit. **37.** Idem iuris est, si intestato aliquo mortuo suus heres nolu*erit* petere *bonorum* possessionem, contentus *legitimo iure:* '*nam* et[2] agnato competit quidem bonorum possessio,[3] sed sine re, quia euinci hereditas a suo

cesserint. Nam si alienus postumus heres fuerit institutus, quamuis hereditatem iure ciuili adire non poterat, cum institutio non ualebat (2, 242. 287.), *honorario tamen iure bonorum possessor efficiebatur, uidelicet cum a praetore adiuuabatur', paucis mutatis et ipsa sint Gaiana, ut tamen Gaius antea b. possessionem ex SC. Tertulliano dandam pro exemplo impugnati iuris veteris posuisse videatur* (*cf. Gloss. Taur. ad pr. I.* 3, 9 *et not. ad* §. 33a.) *et deinde perrexerit: 'Alioquin ius bon. poss.' etc. Iam cum illa decem circiter efficiant versus C. Ver., apparet, Gaium statim post absolutam SCti Tertulliani expositionem, quae initium quoque p.* 133. *occupavit, ad hanc generalem disputationem de bonorum possessione transiisse.* 1) hereditas *C. Fuerit in archetypo* b. p. (= bonorum possessio), *quae nota abiit in similem* h't. *Itaque nunc sic scripsi.* 2) *Ex Hollw. cj. Fortasse: scilicet.* 3) *Nota, aliud suo herede, aliud proximiore agnato existente iuris fuisse; illo casu vocabatur a praetore proximus agnatus 'unde legitimi', inter*

§§. 35—37. *Cf. Ulp.* 28, 13. 23, 6. 26, 8 *supra* 2, 148. 151a.

herede potest. et 'illud conuenien(*ter dice*)tur:[1] si ad agna- [217]
tum iure ciuili pertinet hereditas, et is adierit hereditatem, sed bonorum possessionem petere noluerit, 'et sic[2] quis ex proximis 'cognat*i*s[3] petierit, sine re habebit bonorum possessionem propter eandem rationem. **38.** Sunt et ali*i* quidam
135. *s*imiles casus, quorum aliquos | superiore commentario tradidimus.[4]

39. Nunc de libertorum *b*onis uideamus. **40.** Olim itaque licebat liberto patronum suum '(*im*)pune[5] in testamento pr*a*eterire: nam ita demum lex XII tabularum ad hereditatem liberti uocabat patr*on*um, si intestat*u*s mortu*u*s esset libertus, nullo suo herede *re*licto: itaque intestato quoque mortuo li*b*erto, si is su*u*m heredem reliquerat, nihil in *b*onis eius patrono iuris erat; et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla uide*b*atur esse querella; si uero uel adoptiuus filius filiaue uel uxor, qu*a*e in manu esset, '(*suus uel*)[6] sua heres esse*t*, aperte ini*qu*um erat, nihil iuris patrono superesse. **41.** Qua de causa postea praetoris edicto haec iuris iniquitas em*e*ndata est: siue enim faciat testamentum li*b*ertus, iubetur ita testari, ut patrono suo partem dimidiam *b*onorum suorum relinquat, et si aut nihil aut minus quam partem dimidiam reliquerit, datur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiae bonorum possessio; si uero intestatus moriatur suo herede relicto adoptiuo filio (*uel*) uxor*e*, quae in manu ipsius esset, uel nuru, quae in manu fili*i* eius fuerit, datur aeque patrono aduersus hos suos heredes partis dimidiae
136. bonorum possessio. prosunt autem liberto ad ex|cludendum

eos enim suus heres non erat, cui lex hereditatem non dederat sed tantum non ademerat; hoc casu gradu remotior non vocabatur (§. 28). [1]) illud conuenientur *C. cf.* 1, 81. 82. *huic* conuenienter *ed. mea* 3. *coll. L.* 10. §. 1. *D. de acq. rer. dom.* (41, 1) 3, 160. [illud] conuenienter *Stud. ed. invito Gaii stylo.* [2]) etsi *C. edd.* etsi [ex proximis] cognatus *ed. Stud. sine iusta causa.* [3]) cognatus *C. ed. Bg. sed* cognatis *ed.* 5. [4]) *Sequitur linea vacua.* [5]) pune *V*st. *Cf. pr. I. h. t.* (3, 7). [6]) *Necessario ex Gaii stylo addidi.*

§. 38. sup. comm.] 2, 119. 148. 149. §§. 39. 40. = *pr. I. de success. lib.* (3, 7). *Cf. Ulp.* 27, 1. 29, 1. §. 41. = §. 1. *I. eod. Cf. Ulp.* 29, 1.

patronum naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habet, set etiam emancipati et in adoptionem dati, *si* modo aliqua ex parte heredes scripti *sint*, *aut praeteriti con-*
[218] *tra* tabulas testamenti bonorum possessionem ex edicto petierint:[1] nam exheredati nullo modo repellunt patronum. **42.** Postea lege Papia aucta sunt iura patronorum, quo*d* ad locupletiores libertos pertinet: cautum est enim ea lege, ut ex bonis eius, qui sestertiorum *nummorum centum* mili*um plu*ris*ue* patrimonium rel*ique*rit, et pauciores quam tres liberos habebit, siue is testamento facto siue intestato mortu*u*s erit, uirilis pars patrono debeatur; itaque cum unum filium unamue filiam heredem reliquerit libertus, 'perinde[2] pars dimidia patrono debetur, ac si sine ullo filio filiaue '(*testatus*)[3] moreretur; cum uero d*uos* duasue heredes reliquerit, tertia pars debetur, si tres reli*n*quat, repellitur patronus. **43.** In bonis libertinarum nullam iniuriam antiquo iure patiebantur patroni: cum enim hae in pat*r*onorum legitima tutela essent, non aliter scilicet testamentum facere poterant quam patrono auctore; itaque siue auctor ad testamentum faciendum (*is*) | [4]factus e*rat*, 137.
aut de se queri debebat heres a liberta non | relictu*s*, *aut* t. s.
ipsum ex testamento, *si heres ab ea reli*|ctus erat, sequebatur hereditas.[5] si uero auctor | ei factus non erat, et in-

[1]) *Non satis accurate hoc dictum est, culpa tamen, ut videtur, ipsius Gaii. In emancipato eoque in adoptionem dato, qui rursus emancipatus est, requiritur, ut aut heres scriptus sit aut praeteritus c. t. b. possessionem acceperit; in eo vero, qui in adoptione extranei est, ut a naturali patre heres scriptus sit, cui et ipsi commisso per alium edicto c. t. b. possessio competit. Fortasse tamen iam ante Iustinianum post* aut *exciderat* rursus emancipati et. [2]) *Sic Instit.* proinde *Suppl. St. p. XXXI. ex nota confusione notarum in hac voce. Ipse promiscue posui, cum de diuersa significatione nondum constet.* [3]) *Addidi item ex bonis Cdd. Inst. et Theophilo, quanquam is testatum commemorat iam antecedenti enuntiato.* [4]) *Reliquam partem huius §i initio nunc reiectis iis, quae in edd.* 1. 2. *ad hiatus explendos excogitaveram, ex V*st *a Krügero* (*krit. Versuche p.* 131) *relato, sed ipso V*st *cognito etiam reiectis plerisque supplementis Kr.nis refeci. De* querela patroni *cf.* 3, 40. [5]) *Correctione opus non est. Cf. L.* 8. §. 5. *D. mand.* (17, 1) *Gai.* 4, 77.

§. 42. = §. 2. *I. eod. Cf. L.* 16. *D. de iure patr.* (37, 14). §. 43. *Cf. Ulp.* 29, 2. *Fr. de i. fisci* §. 12. *supra* 1, 192.

testata liberta moriebat*ur*, | ad *eundem, quia suos heredes femina habere non potest, hereditas per*|tinebat: 'nec enim ullus olim *alius iure ciuili heres erat, qui*[1] | posset patronum a bonis lib*ertae 'intestatae*[2] *re*|pellere. **44.** Sed postea lex Papia cum quattuor liberorum iure libertinas tutela patronorum liberaret et eo modo concederet eis etiam sine tu|toris auctoritate *condere testamentum, prospexit*, | ut pro numero liberorum, *quos liberta mortis tempo*|re habuerit, uirilis pars patrono debeatur;[3] er|go ex bonis eius, quae omn*es quattuo*r incolu*mes* | *li*beros reli*q*(*ue*)*r*it *n*ec pl*ur*(*es*), *q*uin*ta pars, si qui uero antea* | *obissent, p*(*ro*) *numero eor*(*um*) *t*(*an*)*to maiore*, si *omnes, tota tu*m[4] | *heredit*as ad patronum pertinet. **45.** Quae diximus de patrono, eadem intellegemus et | de [219] filio patroni, item de ne*p*ote '*e*x filio (*et de*) pronepo|*te* (*ex*) *nepote* (*e*) *fil*io | nato pro*gn*ato.[5] **46.** [6]Filia uero patroni et *neptis* ex filio *e*t pronep*tis ex* nepote (*e*) filio nato prognat*a* ol*im* quide*m* (*habebant modo idem*) *ius*, *quod l*ege XII tabularum | patrono datum est; praetor *enim uocat tantum mascu*l*ini* sex*us* | patronorum libero*s*: *nunc ue*ro fili*a*, ut *contra*
138. *tabulas* testa|menti liberti (*aut*)[7] ab intestato contra filium
t. s. adoptiuum uel uxorem nurumue quae in manu fuerit, (*dimidiae partis*) bonorum possessionem petat, trium liberorum iure lege Papia consequitur; aliter hoc ius non habet. **47.** Sed ut ex bonis libert*ae* 'testat*ae*[8] quattuor liberos habentis uirilis pars ei

1) *Partim secundum Suppl. St. p. XXXI. partim cj. quae antea suppleveram, mutavi.* 2) *Scripsi nunc pro* 'inuitum', *quod et minus aptum est, nec spatium secundum St. explet.* 3) *Quae sequuntur usque ad finem §i ex Suppl. St. praeeunte in priore parte Kr. in notis ed.* 2. *refeci.* 4) *pro 'tota* tum' *potest etiam fuisse 'omnis', quo sensu Gaius etiam* 3, 66 *h. v. usurpavit.* 5) *Sic, quanquam etiam V^{st} non ubique iuvante, scribendum videtur.* 6) *Etiam huius §i restitutionem ex V^{st} paulo mutavi, maxime ob ὁμοιοτέλευτον omissa supplendo.* 7) *Ex mea cj.* '(*uel*)' *ed. Bg.* 8) *V^{st} referente Krügero (krit. Versuche p.* 127). *Edd.* 1. 2. *suppleveram 'suae'. Reliqua prioris huius §i partis*

§. 44. *Cf. Ulp.* 29, 2. 3. *supra* 1, 194 §. 45. *Cf.* §. 58. *Ulp.* 29, 4. 27, 1. *L.* 5. *D. de bon. libert.* (38, 2). *pr. I. de adsign. lib.* (3, 8). §. 46. *Cf. L.* 39. *D. de bon. libert.* (38, 2). §. 47. *Cf.* §. 44. libertae suae] *cf. L.* 58. §. 1. *D. de verb. sign.* (50, 16.) quale dat. e. patr.] *cf.* §. 50.

debeatur, ne liberorum quidem iure consequitur, ut quidam putant; set tamen intestata liberta mortua, 'uerba legis Papiae faciunt,[1] ut ei uirilis pars debeatur; si uero testamento facto mortua sit liberta, tale ius ei datur, quale datum est contra tabulas testamenti liberti,[2] id est, quale et uirili*s* sexus patronorum liberi contra tabulas testamenti liberti habent: quamuis parum diligenter ea pars legis scripta sit. **48**. Ex *h*is appa-
[220] ret, e*x*traneos heredes patronorum longe 'remotos es*se* ab om*n*i eo iure,[3] quod uel in *in*testatorum bonis uel c*ont*ra tabulas testamenti patrono competit.

49. Patronae olim ante legem Papiam hoc solum ius habebant in bonis libertorum, quod etiam patronis *e*x lege XII tabularum datum est. nec enim ut contra tabulas te*sta*menti ingrati liberti uel ab intestato contra filium adoptiuum uel uxorem nurumue bonorum possessionem partis dimidiae peterent, praetor similiter | ut de patrono liberisque eius cura*u*it.[4] **50**. Sed lex Papia duobus liberis honora*t*ae ingenuae patronae, | libertinae tribus eadem fere iura dedit, qu*a*e ex edicto 139.
praetoris patroni habent; trium uero liberorum iure honoratae ingenuae patronae ea iura dedit, qu*a*e per eandem legem patrono data sunt; libertinae autem patronae non idem iuris praestitit. **51**. Quod autem ad libertinarum bona pertinet, si

restitutio, quam edd. 1. 2. *informaveram, V*st *confirmata est.* 1) *An filio patroni eam in hunc casum assimilando? Cf. L.* 4. §. 21. *C. de bon. lib.* (6, 4). *Hinc vero alii et in his fortasse ipse Gaius videntur effecisse, etiam in testatae libertae quattuor liberos habentis bonis virilem ei competere ex sententia legis Papiae, quae de debita parte senserit.* 2) *Gaius ipsa fere legis Papiae verba referre putandus est, neglegenter ita locutae, ut tantum ius hoc casu* (*contra tabulas test. liberti*) *datum significaret. Itaque interpreti omne ius, quod hoc casu competebat, intellegendum erat, sive edicto praetoris* (*quod iam significaverat* §. 46) *sive ipsa lege Papia datum* (§§. 42. 45): *quod sane parum conveniebat. Cf.* §. 52. *Alia omnia placuerunt Krügero h. l. addenti* '*patrono*'. 3) *Restitui* '*Gaius*' *p.* 58. remot*um ab* o*mni eo* iure iri *ed. Bg. Firmat V*st, *in quo tamen non est* hereditario. 4) *Ex V*st *in quo tamen* curabat *potius quam* curabit *scriptum esse visum est, utrumque pariter non ferendum.*

§. 48. *Cf.* §§. 58. 64. §§. 49. 50. *Cf. Ulp.* 29, 5. 6. 27, 1. *L.* 17. *D. de bon. lib.* (38, 2). §. 51. *Cf. Ulp.* 27, 5. §. 2. *I. de SC. Orphit.* (3, 4). *supra* 1, 158. sicut supra dix.] *cf.* 3, 43. 2, 161. 1, 104. *L.* 13. *D. de suis et leg.* (38, 16).

quidem intestatae decesserint, nihil no*u*i patronae liberis honoratae lex Papia pr*a*estat; itaque si neque ipsa patrona neque liberta *capite* diminuta sit, ex lege XII tabularum ad eam hereditas pertinet, et excluduntur libertae liberi; quod iuris est etiam si liberis honorata non sit patrona: numquam enim, sicut supra diximus, feminae suum heredem habere possunt: si uero uel huius uel illius capitis deminutio interueniat, rursus liberi libertae excludunt patronam, quia legitimo iure *capitis* diminutione *p*erempto euenit, ut liberi libertae cognationis iure potiores habeantur. **52.** Cum autem testamento facto moritur liberta, ea quidem patrona, quae liberis *h*onorata non est, nihil iuris habet contra libertae testamentum; e*i* uero, quae liberis honorata sit, hoc ius tribuitur per legem Papiam, quod habet ex edicto patronus contra tabulas li*b*erti.

53. Eadem lex 'patronae filio liberis honorato[1] * * *[2] [221]
140. patroni iura dedit; sed in huius persona etiam unius | filii filiaeue ius sufficit.

54. Hactenus omnia '(*illa*)[3] iura quasi per indicem tetigisse satis est. alioquin diligentior interpretatio propriis commentariis exposita est.[4]

55. Sequitur, ut de bonis Latinorum libertinorum dispiciamus. **56.** Quae pars iuris ut manifestior fiat, admonendi sumus, id quod alio loco diximus, eos, qui nunc Latini Iuniani dicuntur, olim ex iure Quiritium seruos fuisse, sed auxilio praetoris in li*b*ertatis forma seruari solitos; unde etiam res eorum peculi*i* iure ad patronos pertinere solitae (*sunt*)[5]: postea uero per legem Iuniam eos omnes, quos praetor in libertate

---

1) *Sic V^st ex relatione Krügeri (krit. Versuche p.* 126), *ut iam lectiones prius tentatae concidant.* 2) c̣ṛẹ *V^st* fere *cj. Kr. Malim* ꝑpe (*prope*): *nisi forte fuit:* liberor. honorato iure, *quod maxime placet, cum et* o *antecedens incertum sit et sequatur* filii filiaeue ius. 3) *Addidi 'Gaius' p.* 58. *'ciuium Romanorum' ed. Bg.* 5. *quod non addito 'libertorum' per se displicet.* 4) *Sequitur linea vacua.* 5) *Correxi (ed.* 5) solitaē *C (pro* solitae s̄) solita est *edd. nunquam enim, ni fallor, Gaius, ut* XII *tabulae* (2, 224) *et postea plerumque tantum edictum et oratores* rem *pro bonis dixit.*

---

§. 52. *Cf.* 47. *Ulp.* 29, 7. §. 53. *Cf. L.* 18. 42 *pr. D. de bon. lib.* (38, 2). §. 56. *Cf.* 1, 22. 131. §. 4. *I. de succ. lib.* (3, 7). *Fr. Dosith.* 5. 6. *Ulp.* 1, 10. *L. un. pr. C. de Lat. lib. toll.* (7, 6). neque lib. Lat. *etc.*] *cf. L. Flav. Salp. c.* 23.

tuebatur, liberos esse coepisse et appellatos esse Latinos Iunianos; Latinos ideo, quia lex eos liberos perinde esse uoluit atque 'qui *cum* essent ciues Romani ingenui,[1] ex urbe Roma in Latinas colonias deducti, Latini coloniari*i* esse coeperunt; Iunianos ideo, quia per legem Iuniam liberi facti sunt, 'etiamsi non essent ciues Romani.[2] 'legis itaque Iuniae lator[3] cum in-
[222] tellegeret futurum, ut ea fictione res Latinorum defunctorum ad patronos pertinere desinerent, 'quia *scilicet*[4] neque ut serui decederent, ut possent iure peculi*i* res eorum ad patronos pertinere, neque | 'liberti[2] Latini hominis bon*a* possent 141.
manumissionis iure ad patronos pertinere, necessarium existimáuit, ne beneficium istis datum in iniuriam patronorum conuerteretur, cauere, 'uoluit(*que*),[5] ut bona eorum proinde ad manumissores pertinerent, ac si lex lata non esset: itaque iure quodammodo peculi*i* bona Latinorum ad manumissores ea lege pertinent. **57.** Unde accidit, ut longe differant ea iura, qu*a*e in bonis Latinorum ex lege Iunia constituta sunt, ab his, qu*a*e in hereditate ciuium Romanorum libertorum obseruantur. **58.** Nam ciuis Romani liberti hereditas ad extraneos heredes patroni nullo modo pertinet; ad filium autem patroni nepotesque ex filio et pronepotes ex nepote (*e filio nato*) prognato*s* omnimodo pertinet, etiamsi (*a*) parente fuerint exheredati; Latinorum autem bona tamquam peculia seruorum etiam ad extraneos heredes pertinent, et ad liberos manu(*missoris*) ex-

---

1) si essent ciues Romani ingenui qui *C. edd. etiam meae* 1. 2. 3. *Sed manifeste haec sunt luxata;* [ ] *inclusit ed. Stud. auctore Momms. valde dubito, an recte; neque enim credendum, libertis, etsi patroni consensissent, quorum ius peribat, unquam tantam fidem a populo Rom. habitam esse, ut liceret eis in colonias Latinas proficisci, gratesque Gaio habendae, quod de ea re nos certiores fecerit.* 2) *Neque haec verba, neque postea* liberti (*initio pag. C.* 141) *et* uoluit *ab editoribus Gaio tantum non intellecto iure abiudicata sunt. Nam et ante legem Iuniam manumissio tantum per civitatem Rom. libertatem dederat, et* liberti *necessario opponitur servis et* uoluit *significat, qua ratione quod cavere necessarium legislator duxerat, effecerit.* 3) *Sic V*st. 4) *Ex V*st *et St.di cj.* 5) *Sic fere scriptura supplenda videbatur* [uoluit] *ed. Stud.*

---

§. 58. *Cf.* §§. 45—48. 2, 155. *L.* 9 *pr. D. de iure patron.* (37, 14).

heredatos non pertinent. **59.** Item ciuis Romani *l*ib*erti* here-
ditas ad duos pluresue patronos aequaliter pertinet, licet dispar
in eo seruo dominium habuerint; bona *u*ero Latinorum pro
ea parte pertinent, pro qua parte quisque eorum dominus
fueri*t*. **60.** Item in hereditate ciuis Romani liberti patronus
alterius patroni filium excludit, et filius patroni alterius pa-
142. troni nepotem repellit: bona autem La|tinorum et ad ipsum
patronum et ad *a*lterius patroni heredem, pro qua parte ad [223]
ipsum manumissorem pertinerent, 'simul pertinent.[1] **61.** Item
si unius patroni tres forte liberi sunt et alterius unus, here-
ditas ciuis Romani liberti in capita diuiditur, id est tres fratres
tres portiones ferunt et unus quartam; bona uero Latinorum
pro ea parte ad successores pertinent, pro qua parte ad ipsum
manumissorem pertinerent. **62.** Item si alter ex *i*is patronis
suam partem in hereditate ciuis Romani liberti spernat, uel
ante moriatur quam cernat, tota hereditas ad alterum pertinet;
bona autem Latini pro parte 'de*fici*entis[2] patroni caduca fiunt
et ad populum pertinent.

63. Postea Lupo et Largo consulibus senatus censuit, ut
bona Latinorum primum ad eum pertinerent, qui eos liberasset;
deinde ad liberos eorum non nominatim ex*h*eredatos, uti quis-
que proximus esset; tunc antiquo iure ad heredes eorum, qui
liberassent, pertinerent. **64.** Quo senatus consulto quidam
'(*id*)[3] actum esse putant, ut in bonis Latinorum eodem iure
utamur, quo utimur in hereditate ciuium Romanorum liberti-
norum: 'idque[4] maxime Pegaso placuit; quae sententia aperte
falsa est: nam ciuis Romani liberti hereditas numquam ad ex-
143. traneos patroni heredes | pertinet; bona autem Latinorum
etiam[5] ex hoc ipso senatus consulto non obstantibus liberis

[1]) *Transposui; in C. et edd. ante* pro qua parte *leguntur. Mommseno auctore* [et ad ipsum patronum] *ed. Stud. qua ratione verus sensus rursus evertitur.* [2]) *Ex Gösch. cj.* decedentis *C.* [3]) *Gösch. recte addidit* (*ex* quid.). [4]) *Ex Gösch. cj.* idemque *C. ed. Bg.* [5]) *h. e. non tantum antiquo iure sed etiam.*

§. 59. *Cf. L.* 4. §. 19. *C. de bon. lib.* (6, 4). *L.* 34. *D. de bon. lib.* (38, 2). §. 60. *Cf. Ulp.* 27, 2. 3. *Paul.* 3, 2. §. 1. *L.* 4. §. 19. *C. cit.* §. 3. *I. de succ. lib.* (3, 7). §. 61. *Cf. Ulp.* 27, 4. §. 3. *I. L.* 4. §. 19. *C. cit.* §. 62. *Cf. Paul.* 3, 2. §. 2. — *supra* 2, 188. 150. §. 63. *Cf.* §. 4. *I. de succ. lib.* (3, 7). Largo] a. 42 (?). §. 64. *Cf.* §§. 48. 58. — *L.* 40. *D. de bon. lib.* (38, 2).

manumissoris etiam[1] ad extraneos heredes pertine*n*t; item in hereditate ciuis Romani li*b*erti li*b*eris manumissoris nulla exheredatio nocet, in bonis Latinorum (*autem*) nocere nominatim factam exheredationem, ipso senatus consulto significatur. uerius est ergo, hoc solum eo senatus consulto actum esse, ut manumissoris liberi, qui nominatim exheredati non sint, praeferantur extraneis heredibus. **65.** Itaque emancipatus filius patroni praeteritus, quamuis contra tabulas testamenti parenti*s* sui bonorum possessionem non petierit, tamen extraneis here-
[224] dibus in bonis Latinorum poti*or* habetur. **66.** Item filia ceterique sui heredes licet iure ciuili, (*si*) inter ceteros exheredati sint, et(*iam*)[2] ab omni hereditate patris sui summo*u*eantur, tamen in bonis Latinorum, nisi nominatim a parente fuerint exheredati, potiores erunt extraneis heredibus. **67.** Item ad liberos, qui ab hereditate parentis se abstinuerunt, '*nihi*lo m*inus tamen*[3] *b*ona Latinorum pertinent; '*nam* h*i* a*d*eo[4] exheredati nullo modo dici possunt, non magis quam qui testamento silentio praeteriti sunt. **68.** Ex *h*is omnibus satis illu*d* apparet, si is, qui Latinum fecerit,[5] — — — — — —
— — — — * * | ———— vv. 1—21. ———— 144.
———— | **69.** Item illu*d* quoque constare uidetur, si

---

[1]) *h. e. non tantum ad liberos sed etiam; igitur non recte* [etiam] *Kr. ed.* 2. *Similiter* etiam quoque *interdum cumulantur.* [2]) *Ex V*st*; sed 'si' et '*etiam*' supplevi. Nihil supplet Kr. ed.* 2. [3]) *Supplevit Stud. ed. sed spatio exigente addidi* t(a)m(en). [4]) *Ita verisimilius Bluhmiana nunc interpretor etiam magis ex Gaii sensu qui aperte hos inter ceteros exheredatis opponere vult.* [5]) *Sententiam hanc fuisse suspicor:* si is, qui Latinum fecerit, *uel eius* liber*i solique ei heredes facti vivant, cum Latinus moritur, nihil novi senatus consulto introductum* esse; hunc enim solum *casum id spectare, cum ab heredi*|bus *def*uncti ius in bonis Latinorum *ad liberos eius transferri possit. Sed etsi manumissor Latinum extraneo legaverit* (2, 195), *SCto locum non esse videri, quod liberos tantum extraneis heredibus praetulerit; qua de re tamen non dubito, quin dissenserint ICti, sive extraneo sive uni ex liberis per praeceptionem Latinus legatus fuerit, et his controversiis maiorem partem pag.* 141 *occupatam fuisse. Sequebantur deinde aliae controversiae, et in his prima, ut puto, si liberis tantum heredibus institutis unus ex iis se abstinuerit vel hereditatem spreverit, bona Latini ad omnes an ad eos tantum, qui heredes facti sunt* (*quod verius est*) *pertineant. Quam quae-*

solos liberos ex[1] | disparibus partibus patron*us heredes reli-*
querit, quod pro he|redi*tariis partibus, non pro uirilibus*
145. *bona Latini pu*|tant ad eos pertinere, quia nullo interueniente
extraneo herede senatus consulto locus non est. **70.** *S*e*t*
si cum liberis suis etiam extraneum heredem patronus reli-
querit, *Ca*elius Sabinus ait, tota bona pro uirilibus partibus
ad liberos defuncti pertinere, quia cum extrane*us* heres inter-
uenit, non habet lex Iunia locum, sed senatus consultum;
Iauolenus autem ait, tantum eam partem ex senatus consulto
liberos patroni pro uirilibus partibus habituros esse, quam
extranei heredes ante senatus consultum lege Iunia habituri
essent, reliquas uero partes pro hereditari*i*s partibus ad eos
pertinere. **71.** Item qu*a*eritur, an hoc senatus consultum ad [225]
eos patroni liberos pertineat, qui ex filia nepteue procreantur,
id est, ut nepos meus ex filia potior sit in bonis Latini mei
quam extraneus heres; item (*an*) ad maternos Latinos hoc
senatus consultum pertineat, qu*a*eritur, id est, ut in bonis La-
tini materni potior sit patronae filius quam heres extraneus
matris. Cassio placuit, utroque casu locum esse senatus con-
sulto; sed huius sententiam plerique inprobant, quia senatus
de his liberis 'pa*rent*um[2] nihil sentiat, qui aliam familiam se-
querentur; idque ex eo adparet, quod nominatim exheredatos
summo*u*et; nam uidetur de his sentire, qui ex*h*eredari a pa-
rente solent, si heredes non instituantur; neque autem matri
146. filium filiamue, neque auo | materno n*e*potem neptemue, si eum
eamue heredem non instituat, ex*h*eredare necesse est, siue de
iure ciuili qu*a*eramus, siue de edicto praetoris, quo praeteritis
liberis contra tabulas testamenti bonorum possessio promittitur.

72. Aliquando 'tamen[3] ciuis Romanus li*b*ertus tamquam

---

stionem deinde statim §us 69. *excepisse videtur. — Ex pauculis verbis, quae St.do in p.* 144. *superiore legere contigit, partim incertis, velut v.* 2. . . hunc enim solum . . . *v.* 3. . . ciuntlius in bonis latino(*rum*) . . . *v.* 8. queritur an exheredes . . . *v.* 16. iam constat . . *v.* 17. . dueposque bona latinorum *v.* 21. . . nec ab alteri . . *ad eruendum argumentum cursumque orationis definiendum exceptis primis versibus vix quidquam effici potest.* 1) *Ex V*st*, unde in sequentibus supplementa paulo mutanda fuerunt.* 2) patronarum *C. edd. praeter Kr.* 2. *qui ut falsum glossema eicit.* patronorum *mea* 4. 3) *Pro* tm (tamen) *videtur huius loci esse* contra *vel* etiam. *Cf.* §. 64.

---

§. 72. *Cf.* §. 4. *I. de success. lib.* (3, 7). *Plin. ep.* 10, 4. 105.

Latinus moritur, ueluti si Latinus saluo iure patroni ab imperatore ius Quiritium consecutus fuerit: *'item*[1] si Latinus inuito uel ignorante patrono ius Quiritium ab imperatore consecutus sit: quibus casibus, 'ut diuus Traianus constituit,[2] dum uiuit iste libertus, ceteris ciuibus Romanis libertis similis est et iustos liberos procreat, moritur autem Latini iure, nec ei liberi eius heredes *es*se possunt; et in hoc tantum habet testamenti factionem, ut patronum heredem instituat eiqu*e*, si heres esse noluerit, alium substituere possit. **73.** Et quia hac constitutione uidebatur effectum, ut 'numquam[3] isti homines tamquam ciues Romani morerentur, quamuis eo iure postea usi essent, quo uel ex lege *Aelia* Sentia uel ex senatus
[226] consulto ciues Romani essent, diuus Hadrianus, iniquitate rei motus, auctor fuit senatus consulti *f*aciundi, ut qui ignorante uel recusante patrono[4] ab imperatore ius Quiritium consecuti essent, si eo iure postea usi essent, quo ex lege Aelia Sentia uel ex senatus consulto, si Latini ma*nsi*ssent, ciuitatem Romanam consequerentur, proinde ipsi haberentur, ac si lege Aelia Sentia uel senatus consulto ad ciuitatem Romanam peruenissent. |

74. Eorum autem, quos lex Aelia *S*entia dediticiorum nu- 147.
mero facit, bona modo quasi *ciuium Romanorum* lib*er*torum, modo quasi Latinorum ad patronos pertinent. **75.** Nam eorum bona, qui, si *i*n aliquo uitio non essent, manumissi ciues Romani futuri essent, quasi ciuium Romanorum patronis eadem lege tribuuntur: non tamen *hi* habent etiam testamenti factionem: nam id plerisque placuit, nec inmerito. nam incredibile *u*idebatur, pessim*a*e condicionis hominibus uoluisse legis lato-

---

[1]) nam *sequente* ut *C. edd. Bg. et Stud.* nam ita *Lachm. ed.* item, ut *edd. meae* 1. 2. 3. *et Bg.* 5. *item Polen. Vitium ex falsa transpositione natum, de qua vid. seq. notam.* [2]) *Haec verba in C., scilicet ex margine, ubi suppleta erant, in hunc locum male transposita, leguntur ante verba* si Latinus inuito. *iustum locum produnt, quae seq. §. de effectu huius constitutionis ad utrumque casum pertinentis dicuntur, nec sanat locum sed amplius depravat* [quibus casibus] *ed. Stud. ex Momms. cj.* [3]) ne unquam *C. ed. Kr.* 2. [4]) *Non opus est putare excidisse:* uel saluo iure patroni; *nam hoc casu idem valere, quod alteris duobus* (inuito uel recusante patrono), *ex constitutione Traiani ultro sequebatur.*

---

§. 73. *Cf.* 1, 29 *seq.* 66 *seq.* 69 *seq.* §. 74. *Cf.* 1, 13 *seq.* §. 75. *Cf.* 1, 25. 26. *Ulp.* 20, 14. 15.

rem testamenti faciundi ius concedere. **76.** Eorum uero bona, qui, si non in aliquo uitio essent, manumissi futuri Latini essent, proinde trib*u*untur patronis, ac si Latini decessissent: nec me pr*a*eterit, non satis in ea re legis latorem uoluntatem suam uerbis expre*ssi*sse.

77. Videamus autem et de *e*a successione, qu*a*e nobis ex emptione bon*o*rum competit. **78.** Bona autem ueneunt aut uiuorum aut mortuorum: uiuorum, uelut eorum, qui fraudationis causa latitant nec absentes defenduntur; item eorum, qui ex lege Iulia *b*onis cedunt; item iudicatorum post tempus, quod eis parti*m* lege XII tabularum partim edicto praetoris ad expediendam pecuniam tribuitur. mortuorum bona *u*eneunt, uelut eorum, quibus certum est neque heredes neque bonorum
148. possessores neque ullum alium | iustum successorem existere.
79. (*Et*) si quidem uiui bona ueneant, iu*b*et ea praetor per dies continuos XXX poss*i*deri *e*t proscribi, si uero mortui, 'p*er*[1] [227]
dies XV; postea iubet conuenire creditores et ex eo numero magistrum creari, id est eum, per quem bona ueneant: itaque si *u*iui bona ueneant, 'in diebus (*X legem bonorum*) u*endendorum* fie|ri[2] iubet, si mortui, in 'diebus *V*[3]. (*die*) ta*ndem*[4]

---

1) *Ex Gösch. cj. nunc etiam ed. Stud.* post *C. ceterae edd.* 2) *Ex mea cj.* (*'Nexum' p.* 153) *restitui. Nec muto sententiam ex* V^{st}, *in quo* (*referente iam Krügero krit. Versuche p.* 137) *est* in diebusū fieri, *quod interpretor vel corrigo* in dieb. (x. l. b.) ū fieri = *ποιήσασθαι* legem bonorum vendendorum *Theoph.*, *quo iniuria floccihabito, Krüger scribi vult* in diebus x bonorum venditionem fieri. *Sed aegre Gaius eandem rem diversimode significasse creditur, primum verbis* bonorum venditionem fieri, *postea* bona addici. 3) in dimidio diebus V^{st}. *Omisi v.* dimidio, *quod vix Gaianum e margine inrepsisse in ipsam orationem videtur; eo enim corrector, ut puto, non satis habens adscribere* u, *quae nota varie accipi poterat, significare voluit, dimidium eius numeri dierum, qui antecesserat, ponendum esse; scilicet* diebus *librarius archetypi male pro* dieb. ū *scripserat. Edd.* 1. 2. *scripseram:* die*bus* v, *a quibus. Sed sua sponte intellegitur, vicesimum vel decimum diem, qui sequitur, ab exactis X vel V diebus numerandum esse.* si mortui in dimidio. Diebus itaque *ex cj. Kr. ed. Stud. Ubi duplex* itaque *vix ferri potest; prius recte Gaius posuit, quia creatus magister, per quem bona veneant, desiderat legem b. v.* 4) ita** V^{st} *quod*

---

§. 77. *Cf.* 2, 98. *pr. I. de succ. subl.* (3, 12). *De privatim facta venditione bonorum L.* 67. §. 2. *D. de cond. indeb.* (12, 6).

uiui bona xx,[1] mortui uero x[2] emptori addici iubet. quare autem tardius uiuentium bonorum uenditio compleri iubetur, illa ratio est, quia de uiuis curandum erat, ne facile bonorum uenditiones paterentur. **80.** Neque autem bonorum 'possessorum, neque *bonorum* emptorum (*res*)[3] pleno iure fiunt, sed in bonis efficiunt*ur*; *ex* iure Quiritium autem ita demum adquiruntur, si usuceperunt.[4] interdum quidem bonorum emptoribus[5] n*e* '*u*sus[6] quidem capio contingit, uelut si 'pere*grinus sit*[7] | bonorum emptor[8] ———— | ———— | ———— **81.** Item quae de*bita sunt ei, cuius fuerint bona*, |

---

mea opinione erat tand. *Sed si hoc non conveniat scripturae C., etiam* itaq(*ue*), *de quo St.dus cogitavit, eodem fere sensu accipiendum foret.* [1]) xxx (*pro* dxx, *ut antea putaveram*) *C. V*st *edd.* xxxx *Stud. ed. Cum C. Ver. notam* d = die *ignoret, nunc credere malui antea* die *excidisse, ut* 4, 15. *Ceterum attende, quam apte Gaius dixerit, bona possideri et proscribi per dies continuos* xxx, *legem bon. vend. fieri in diebus tot (eam enim inter creditores fortasse saepius congregandos convenire oportebat), bona addicta esse (quod semel certo die fieri necesse erat) die* xx*mo.* [2]) xx (*item putaveram pro* dx.) *C. V*st *edd.* diebus *tot simpliciter ferri me iudice non potest.* [3]) *Secundum V*st *librarius partim male explicatis notis* possessione neque u (*pro* b) | ērū *exarasse videtur.* [4]) *Ex Lachm. ed.* ususceperiunt *C.* usucapiuntur *edd. meae prior.* (p *male pro sigla praepositionis* per *habita*). ususceperunt *ed. Bg. ante* 5. [5]) *Quae sequuntur, edd.* 1. 2. *ad Gösch. Schedas restituere conatus eram. Iam a Krügero l. c. p.* 138. *ex V*st *relata edo.* [6]) *sic V*st *quod in nominativo casu rectum nec Gellio nec Fr. Vat. nec Pand. Flor. ignoratum et hic et* 2, 60. 61. *retinui.* [7]) *Scripsi ad similitudinem signorum. Bona emere peregrinum potuisse, quamquam bonorum possessio ei non dabatur, non minus indubium est, quam addictione (quae non est traditio) dominum eum factum non esse nec iure suae civitatis. Quo minus vero usucaperet et ratio civilis* (2, 65) *et lex* XII *tab., qua adversus hostem aeterna auctoritas esse iubetur, eum prohibebat.* [8]) *Ex his, quae usque ad finem huius §i plus minusve*

---

§. 78. qui fraud. c. lat.] *cf. Cic. pro Quint.* 19. 23. *L.* 7. §. 1. *D. quib. ex c. in poss.* (42, 4). ex l. Iulia] *Augusti, ut videtur. Cf. Dig.* 42, 3. *C.* 7, 71. *Th. C.* 4, 20. *L.* 11. *C. ex quib. c. infam.* (2, 12). iudicatorum] *cf. Gell.* 20, 1. 15, 13. edicto pr.] *puta in iudiciis imperio continentibus. Cf.* 4, 105. mortuorum] *cf.* 2, 154. 158. 150.
§. 79. *Cf. Cic. pro Quint.* 8. *Theoph.* 3, 12 *pr.* §§. 80. 81. *Cf.* 4, 34. 35. 145. 146. 2, 26. *Varr. de re r.* 2, 10. §. 4. *Theoph. l. c.* peregrinus] *Cf. Cic. de offic.* 1, 12, 37.

aut ipse debuit, neque bonorum 'possessor*i*[1] ne*que* | bon*or*um 'emptor*i*[2] ipso iure 'debe*ntur*[3] '*aut ipsi debent*, *et i*deo[4] de omnibus rebus '*utilibus actionibus et experiuntur et con-* [228] *ueniuntur*, *quas in* sequenti commentario pro|ponemus.[5] |

149. **82.** Sunt autem etiam alterius generis successiones, qu*a*e neque lege XII tabularum neque praetoris edicto, sed eo iure, (*quod*) con*sen*su receptum est, introductae sunt. **83.** Etenim cum paterfamilias se in adoptionem de*dit*, mulierue in manum conuenit, omnes eius res incorporales et corporales quaeque ei*s* de*b*itae sunt, patri adoptiuo coemptionatoriue adquiruntur, exceptis his, quae per capitis deminutionem pereunt, quales sunt ususfructus, operarum obligatio *libertorum*, quae per iusiurandum contracta est, et '*lites contestatae*[6] legitimo iudici*o*. **84.** [7]Ex diuerso quod is debu*it*, *qui se in* adoptionem dedit quaeue in manum conue*nit*, non transit ad coemptionatorem aut ad patrem adoptiuum, *nisi si* hereditarium aes alienum f*uerit; de eo* | enim, quia ipse pater adoptiuus aut coemptionator heres fit, directo tenetur iure, *is uero*, *qui* se

certa a St.do lecta vel enotata sunt, effeceris: nec s(enatus)c(onsultum) con*cesserit* e(*ius*) *ciuitati ius* | quo *q*(*uae*) *ciuib*(*us*) *e*(*ius*) *populi a ciuibus Romanis alienan*|*tu*r usu*capere poss*(unt). *Solo commercii iure dato hoc ius non continebatur* (*Fr. Vat.* 259); *nec tamen dubitare licet, multis populis cum illo iure etiam hoc datum esse et senatus quidem consulto, qui et liberas civitates regebat et privilegia dabat.* 1) possessor*es edd.* possessor *C. ed mea* 1. *et Bg.* 5. 2) emptor *C.* emptores *edd. Iam et eum, cuius bona fuerunt, singulari numero Gaius extulit.* 3) debeat *C.* debe*nt edd. Item sic ed. Bg.* 5. 4) *Restitui.* 5) *Ex V*st *mea cj. ad sensum suppleto.* '*in*' *nunc* (*ed.* 5) *addidi.* 6) *Sic Rudorf. die lex Exc. a. d. Inst. d. Gaius* (*in comm. acad. Berol.*) *Berol.* 1866. *p.* 344. (*cf. Callistr. L.* 59 (58). *D. de obl. et act.* 44, 7). *Ed.* 2. *scripseram* '*quae continentur*'. *quod V*st *convenire St.dus negat. Ipse quod nos edidit, quanquam apogr. p. XXXI. ait: de eo minus commode cogitari* (*quam quod tum volebat,* quae aguntur). 7) *Haec quoque* §. *ex V*st *plerisque locis refingenda fuit. De dubiis quibusdam notavi.*

§. 82. = *pr. I. de acq. per adrog.* (3, 10). §. 83. = §. 1. *I. eod. Cf.* 2, 26. *Ulp.* 19, 18. — *Cic. Top.* 4. §. 23. *Sueton. Tib.* 15. operar. obl.] *cf. L.* 7. *D. de oper. lib.* (38, 1). legit. iud.] *cf.* 3, 181. §. 84. *Cf.* §. 3. *I. de acq. per arrog.* (3, 10). *L.* 2. *D. de cap. min.* (4, 5); *infra* 4, 38. 80.

adoptandum dedit, qu*a*eue in manum conuenit, desinit esse 'heres;[1] de eo uero, quod proprio nomine ea*e* personae debuerint, licet neque pater adoptiuus teneatur neque coemptionator, *neque* ipse quidem, qui 'se e*i* in adoptionem[2] ded*it uel* quae in manum conuenit, maneat obligatus obligataue, quia *scilicet*[3] per capitis diminutionem liberetur, tamen in eum
[229] eamue utilis actio datur rescissa | capitis deminutione, et si 150.
aduersus hanc actionem non defenda*n*tur, quae bona eorum futura fuissent, si se alieno iuri non subiecissent, uniuersa uendere creditoribus praetor permittit.[4]

85. *Item si heres* legitimam h*ereditatem*, *antequam cer*nat aut pro herede gerat, ali*i* in iure cedat, plen*o* iure fit ille heres, cui cessa est hereditas, *perinde ac si ipse per* legem ad hereditatem uocaretur; quodsi posteaquam heres extiterit, cesserit, adhuc heres manet et ob id creditoribus ipse tenebitur; sed res corporales transferet proinde ac si singulas in iure cessisset, de*b*ita uero pereunt, eoque modo debitores hereditari*i* lucrum faciunt. **86**. Idem iuris est, si testamento scriptus heres, posteaquam heres extiterit, in iure cesserit hereditatem; ante aditam uero hereditatem cedendo nihil agit. **87**. Su*u*s autem et necessarius (*et necessarius*)[5] heres an aliqui*d* 'aga*n*t[5] in iure cedendo, qu*a*eritur: nostri praeceptores nihil eos agere existimant; diuers*a*e sc*h*olae auctores idem eos agere putant, quod ceteri post aditam hereditatem; nihil enim interest, utrum aliquis cernendo aut pro herede gerendo heres fiat, an iuris necessitate hereditati adstringatur.[6] |

---

[1]) heredes V^{st}. *fortasse legendum est:* desinit esse heres et debere. [2]) se adem inoptionem V^{st}. *incerta igitur v.* ei *etiam omitti potest.* [3]) *Dubia scriptura fortasse fuit* scet si = scilicet (*abundante* si) *aut* scl et hi = scilicet et hi (*sequente* liberentur). [4]) *Non duo versus litteris vacui sequuntur, ut Göscheno visum, sed unus rubricae destinatus. in altero et postea quae legi non potuerunt, ad sensum ex* V^{st} *supplevi. Ceterum de* 3, 85—87 *cf. in praefat. p.* 162. *dicta.* [5]) agat *C. unde de vulgari correctione* agant *et de supplemento quod secundum trimembrem divisionem* 2, 152. *addidi et anne potius postea pro* eos *bis scribendum sit* eum, *dubitari possit; sed ratio in fine addita lectionem nostram confirmat.* [6]) *Sequitur linea cum sequentis v. initio, ex Inst. suppleto, litteris vacua.*

---

§§. 85—87. *Cf.* 2, 35—37.

151. **88.** *Nunc transeamus* ad obligationes, quarum summa[1] diuisio in duas species diducitur: omnis enim obligatio uel ex contractu nascitur uel ex delicto.

89. Et prius uideamus de his, quae ex contractu nascuntur. harum quattuor genera sunt: aut enim re *con*trahitur obligatio, aut uerbis, aut litteris, aut consensu.

90. Re contrahitur obligatio uelut mutui datione; (*mutui autem datio*) proprie in his[2] rebus contingit, qua*e* pondere,[3] numero, mensura consta*nt*, qualis est pecunia numerata,
uinum, oleum, frumentum, *a*es, argentum, aurum; quas res [230]
aut numerando aut metiendo aut pendendo in hoc damus, ut accipientium fiant et quandoque nobis non 'ea*e*dem,[4] sed 'alia*e*[5] eiusdem natur*a*e reddantur: unde etiam mutuum appellatum est, quia quod ita *ti*bi a me datum est, ex meo tu*u*m fit.[6] **91.** Is quoque, qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem soluit, re obligatur; nam proinde ei condici potest SI PARET[7] EVM DARE OPORTERE, ac si mutu*um* accepisset. unde quidam putant, pupillum aut mulierem, cui sine t*u*toris auctoritate non debitum per errorem datum est, non teneri condictione, non magis quam mutui datione. sed hae*c* species obligationis non uidetur ex contractu consistere, quia is, qui soluendi animo dat, magis distrahere uult negotium quam contrahere.

152. **92.** Verbis | obligatio fit ex interrogatione et responsione,

---

1) *Summam dicit etiam eo respectu, quod quaedam obligationes accuratius rem tractantibus rursus similes tantum sint his, quae ex contractu vel ex delicto nascuntur. cf.* §. 91. 2) fere, *quod addit C., recte deest in Iust. Inst. errore scilicet natum ex sequenti* rebus. 3) qua res pondere *C.* (*factum ex antiquiore vitio alicuius certe sensus:* quar. de pondere . . . constat). qua*e* res p. *ed. Bg.* 4) *Ex Inst.* eadem *C. ed. Bg.* 5) alia *C. ed. Bg.* 6) fiat *C. Non inprobabiliter hic excidit ex Inst. supplendum;* (*at*) ex eo contractu nascitur actio, quae uocatur condictio. *Etiam Theophilus:* ἐκ δὲ τούτου κτλ. 7) parret *C.*

---

§§. 88. 89. *Cf. pr.* §. 2. *I. de oblig.* (3, 13). *Epit.* 2, 9 *pr. L.* 1. *pr.* §. 1. *D. de obl. et act.* (44, 7). §. 90. = *pr. I. quib. mod. re contr.* (3, 14). *Cf. Epit.* 2, 9. §. 1. *L.* 1. §. 2. *D. de obl. et act.* (44, 7). §. 91. = §. 1. *I. eod.* (3, 14). *Cf. L.* 5. §. 3. *D. de obl. et act.* (44, 7). §. 6. *I. de obl. q. q. ex contr.* (3, 27). *L.* 5 *pr. D. de auct. et cons.* (26, 8). *L.* 4. §. 4. *D. de doli exc.* (44, 4); *infra* 4, 5. 41. §. 92. *Cf. Epit.* 2, 9. §. 2. *pr. I. de verb. obl.* (3, 15).

uelut DARI SPONDES? SPONDEO, DABIS? DABO, PROMIT*T*IS? PROMITTO, FIDE PROMI*T*TIS? FIDE PROMITTO, FIDE IVBES? FIDE IVBEO, FACIES? FACIAM. **93.** Sed haec quidem uerborum obligatio DARI SPONDES? SPONDEO, propria ciuium Romanorum est; ceter*ae* uero iuris gentium sunt, itaque inter omnes homines, siue ciues Romanos siue peregrinos, ualent; et quamuis ad *Gr*a*e*c*am* uocem expressae fuerint, uelut hoc modo (δώσεις; δώσω· ὁμολογεῖς; ὁμολογῶ· πίστει κελεύεις; πίστει κελεύω· ποιήσεις; ποιήσω),[1] etiam hae tamen inter ciues Romanos ualent, si modo Gr*ae*ci sermonis intellect*um* habeant; et e contrario quamuis Latine enuntientur, tamen etiam inter peregrinos ualent, si modo Latini sermonis intel-
[231] lectum habeant. a*t* illa uer*b*orum obligatio DARI SPONDES? SPONDEO adeo propria ciuium Romanorum est, ut ne quidem in Graecum sermonem per interpretationem proprie trans*fer*ri possit, quamuis dicatur a Gr*ae*ca uoce figurata esse. **94.** Unde dicitur, uno casu hoc uerbo peregrinum quoque obligari posse, uelut si imperator noster principem alicuius peregrini populi de pace ita interroget: PACEM FVTVRAM SPONDES? uel ipse eodem modo interrogetur: quod nimium subtiliter dictum est, quia si quid aduersus pactionem fiat, non ex stipulat*u* agitur, sed iure belli res uindicatur. **95.** Illu*d* dubitari potest, si quis[2] | ——— vv. 1—13 ——— 153.
t. s.

[1]) *Haec Graeca ex Theophilo suppleta sunt.* [2]) *Dubitatio eo pertinuisse videtur, si quis barbara lingua utatur, vel alia voce, quam qua interrogatus sit, respondeat, an obliget vel obligetur, quod verius est. Cf. L.* 1. §. 6. *D. ac verb. obl.* (45, 1) *Theoph.* 3, 15, 1. *Post quae priore fere parte paginae* 153. *absoluta dixisse Gaius videtur, quibusdam in causis etiam non interrogatum verbis obligari, easque causas Epit.* 2, 9. §§. 3. 4. *ex eo servasse: 'Sunt et aliae obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahi possunt, id est, ut si mulier, sive sponso uxor futura, sive iam marito dotem dicat. Quod tam de mobilibus rebus quam de fundis fieri potest. Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligatur, sed et pater eius et debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam illi debebat, sponso creditricis ipse debitor in*

L. 1. §. 7. *D. de obl. et act.* (44, 7). *Paul.* 2, 3. 5, 7. §. 1. §. 93. *Cf.* §§. 119. 179. §. 1. *I. de verb. obl.* (3, 15) *cum Theoph. L.* 8. §. 4. *D. de acceptil.* (46, 4). *Fest. v. Spondere p.* 329. 343. *Varro de L. L.* 6, 5. §§. 69 *seq.* (*Zeitschr. f. gesch. RW. X. p.* 327).
§. 94. *Cf. Liv.* 9, 5. 8. 11. 41 (*cf.* 1, 24). *Cic. pro Balbo* 12. §. 29.

95a. . . | [1]si debitor mulieris iussu eius, dum *modo auctore tutore eidem* | doti dicat quod debet. alius autem obligar*i eo modo* | non potest. | et ideo si quis ali*us pro muliere dotem uiro promittat*, *com*|muni iure obliga*ri debebit*, sc*ilicet ut ante stipuletur ma*|ritus. **96.** [2]*Item* uno lo*quente et sine* | *interrogatione alii promittente contrahitur obligatio*, *si libertus patrono aut donum aut munus aut operas se daturum esse iurauit*, *et* | si haec sola causa est, ex qua iureiurando contrahitur | obligatio. sane ex alia nulla causa iureiurando
154. homines | obligantur, utique cum qu*a*eritur de iure Romano-
t. s. rum. nam apu*d* peregrinos quid iuris sit, singularum ciuitatium [232]
iura requirentes aliud intellegere poterimus.[3]

97. Si id, quod dari stipulamur, tale sit, ut dari non possit, inutilis est stipulatio, uelut si quis hominem liberum,

---

dotem dixerit. Hae tantum tres personae nulla interrogatione praecedente possunt dictione dotis legitime obligari. Aliae vero personae si pro muliere dotem viro promiserint, communi iure obligari debent, id est, ut et interrogata(e) respondeant, et stipulata promittant. §. 4. *Item et alio casu, uno loquente et sine interrogatione alii promittente contrahitur obligatio, id est, si libertus patrono aut donum aut munus aut operas se daturum esse iuravit: in qua re supradicti liberti non tam verborum solennitate, quam iurisiurandi religione retinentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.' Firmatur hoc singulis verbis, quae St.do in hac p. legere licuit; nam iam v. 2. fere exeunte (perinde ut in epit.* 2, 9, 3 *initio) apparuit* . . . s(*unt uero etiam a*)liae obligationes . . . *deinde v.* 7 *videtur scriptum fuisse* . . (*alio*) nullo sic obligando . . . *et ad res, quae doti dici poterant, pertinuisse v.* 10. . . . corporal . . . *Personas vero dotis dictione obligandas spectabant quae sequuntur v.* 14—19: *quae Epitomae ope ad sensum suppleta* §. 95a. *in contextum recipere ausus sum.* [1]) *In hac* §. *prius ad Vst lectionem mire diversam restituta nunc quae conieceram secundum Suppl. St. p. XXXII multo aptius reformavi.* [2]) *Etiam haec, quae post spatium vacuum in Vst sequuntur, tam parum in Epitoma mutata esse apparet, ut collata ea cum Vst et Suppl. St. totam* §. *ad sensum reficere licuerit. Puto tamen pro spatio et ex mente Gaii ante* 'iurauit' *addendum esse* 'conceptis uerbis'. [3]) *St.dus adnotat, in Vst post* poterimus *incertas sequi umbras, quae velut ad* in aliis ualere *lectionem quadrent sed fortasse totae fallax species sint. Deinde sequitur linea vacua.*

---

§. 97. *Cf. L.* 1. §. 9. *D. de obl. et act.* (44, 7). *Epit.* 2, 9. §. 5. §§. 1. 2. *I. de inut. stip.* (3, 19).

quem seruum esse credebat, aut mortu*u*m, quem uiuum esse credebat, aut locum sacrum uel religiosum, quem putabat *esse* humani iuris dari (*stipuletur*. **97ª**. *Item si quis rem, quae in rerum natura esse non potest, uelut hippocentaurum*) stipuletur,[1] aeque inutilis est stipulatio. **98.** Item si quis sub ea condicione stipuletur, quae existere non potest, *uel*ut 'si digito c*a*elum tetigerit', inutilis est stipulatio. sed legatum sub inpossibili condicione relictum nostri praeceptores proinde deberi putant, ac si sine condicione relictum esset; diuers*ae* sc*h*olae auctores 'no*n*[2] minus legatum inutile existimant, quam stipulationem: et sane uix idonea diuersitatis ratio reddi potest. **99.** Praeterea inutilis est stipulatio, si quis ignorans, rem suam esse, dari sibi eam stipuletur: quip*pe* quod alicuius est, id ei dari non potest. **100.** Denique inutilis est talis stipulatio, si quis ita dari stipuletur: POS*T* MORTEM MEAM DARI SPONDES? uel ita: (*POST MORTEM TVAM DARI SPONDES? ualet autem, si quis ita dari stipuletur: CVM MORIAR, DARI SPONDES? uel ita:*) CVM MORIERIS, DARI |
SPONDES? id est, ut in nouissimum uitae tempus stipulatoris 155.
aut promissoris obligatio conferatur: nam inelegans esse uisum est, ex heredis persona incipere obligationem. rursum ita stipulari non possumus: PRIDIE QVAM MORIAR, aut PRIDIE
[233] QVAM MORIERIS, DARI SPONDES? quia non potest aliter intellegi pridie quam aliquis morietur, quam si mors secuta sit; rursus morte secuta in praeteritum redducitur stipulatio et quoddammodo talis est: HEREDI MEÔ DARI SPONDES? quae sane inutilis est. **101.** Qu*a*ecumque de morte diximus, eadem et de capitis diminutione dicta intelleg*e*mus. **102.** Adhuc

---

[1]) *Lachm. ex* §. 1. *I. h. t.* (3, 19) *supplevit. Plane aliquid ob ὁμοιοτέλευτον excidit; sed etiam aliud inutilis stipulationis exemplum fuisse potest, velut facti impossibilis. Bg. ante* '*esse*' *perperam addidit* '*non est, aut*'. [2]) no *C.* nihilo *ed. Stud.*

---

§. 98. *Cf. Epit.* 2, 9. §. 6. *L.* 1. §. 11. *D. de obl. et act.* (44, 7). §. 11. *I. h. t.* (3, 19). §. 10. *I. de hered. inst.* (2, 14). *Paul.* 3, 4ᵇ. §. 1. *L.* 1. *D. de condic. inst.* (28, 7). *L.* 31. *D. de obl. et act.* (44, 7). §. 99. *Cf. L.* 1. §. 10. *D. de obl. et act.* (44, 7); *infra* 4, 4. §§. 2. 22. *I. de inutil. stip.* (3, 19). §. 100. *Cf. Epit.* 2, 9. §§. 7. 8. §§. 13. 15. *I. h. t.* (3, 19) *et* 2, 232. 277. 3, 117. 119. 158. 176. §. 101. *Cf.* 153. *L.* 38 *pr. D. de solut.* (46, 3). §. 102. *Cf.* §. 5. *I. h. t.* (3, 19).

inutilis est stipulatio, si quis ad id, quod interrogatus erit, non responderit, uelut si sestertia x a te dari stipuler, et tu 'nummum *s*estert*ium* v milia[1] promittas, aut si ego pu*r*e stipuler, tu sub condicione promittas. **103.** Praeterea inutilis est stipulatio, si ei dari stipulemur, cuius iuri subiecti non sumus: unde illu*d* qu*a*esitum est, si quis sibi et ei, cuius iuri subiectus non est, dari stipuletur, in quantum ualeat stipulatio: nostri praeceptores putant, in uniuersum ualere, et proinde ei soli, qui stipulatus sit, solidum de*b*eri, atque si extranei nomen
156. non adiecisset: sed diuersae sc*h*olae auctores | 'dimidium ei deberi[2] existimant; pro altera uero parte inutilem esse stipulationem.[3] **103a.** [4]Alia causa est, | *si ueluti* SERV*o uel* FILIO FAMILIAS MEO ET MIHI DARI SPONDES |'*stipulatus sim. tunc enim constat*, solidum deberi et me | sol*idum a promissore petere posse:* quo*d* etiam fit, | *cum tantum uelut* FILIO FAMILIAS *stipulor.* **104.** *Praeter*ea inutilis est stipulatio, si ab eo stipuler, qui iuri meo subiectus est, item si is a me stipuletur. seruus quidem et qui in mancipio est et '*filiafamilias*[5] [234]
et quae in manu est, non solum ipsi, cuius iuri subiecti subiectaeue sunt, obligari non possunt, sed ne ali*i* quidem ulli. **105.** Mutum neque stipulari neque promittere posse palam est:

---

1) n sestertia *C.* sestertia v *ed. Stud.* 2) *Ex Lachm. cj. restitui. Firmat V*st. 3) *Ex V*st. 4) *Item ex V*st. *Quae hic sequuntur in Sched. Gösch. antea ad comparationem quandam proximi casus cum legato per damnationem duobus relicto retuleram. Ex V*st *apparet, Gaium illi casui perinde ac Iustinianum in* §. 4. *I. h. t. in fin. eum adiunxisse, ubi quis non, ut Krüg. in ed. Stud. opinatus est, sibi aut extraneo, sed ei, qui iuri ipsius subiectus sit, stipuletur, retento tamen initio etiam casu stipulationis sibi et alii factae. Itaque nunc ex V*st *et Gösch. schedis in hanc sententiam locum restitui, quaedam notata fuisse ponens, in fine* c(um) t(an)t(um) (*velut* f(ilio) f(amilias) *et* ptea). 5) *Ex Studemundi cj.*

Epit. 2, 9. §§. 9. 10. *L.* 1. §§. 3. 4. *L.* 83. §§. 2. 3. *L.* 35. §. 2. *L.* 134. §. 1. *D. de V. O.* (45, 1). *Libr. meum 'Gaius' p.* 62. §. 103. *Cf.* §§. 4, 19. *I. h. t.* (3, 19). *infra* §§. 114. 163. *L.* 110 *pr. D. de verb. obl.* (45, 1). *Nov.* 115. *c.* 6. *L.* 64. *D. de contr. empt.* (18, 1). *L.* 4. *D. de stip. serv.* (45, 3). §. 104. *Cf.* §. 6. *I. h. t.* (3, 19). *Fr. Vat.* 99. *L.* 3. §. 4. *D. commod.* (13, 6). *L.* 141. §. 2. *interpol. D. de verb. obl.* (45, 1). §. 105. = §. 7. *I. eod. Cf. L.* 1. §§. 14. 15.

idem etiam in surdo receptum est; quia et is, qui stipulatur, uerba promittentis, et qui promittit, uerba stipulantis exaudire debet. **106**. Furiosus nullum negotium gerer*e* potest, quia non intellegit, quid agat. **107**. Pupillus omne negotium recte gerit, 'ita tamen ut t*utor*,[1] sicubi tutoris auctoritas necessaria sit, a*d*hibeatur, uelut si ipse obligetur; nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest. **108**. Idem iuris est in feminis, quae in tutela sunt. **109**. Set quod diximus de pupillo, utique de eo uerum est, qui iam aliquem intellectum habet; nam infans et qui infanti proximus est, non multum a furioso | differt, quia huius aetatis pupill*i* nullum intellectum 157.
habent: sed in his pupillis, '*(qui infanti proximi sunt,)*[2] p*ropt*er utilitatem *b*enignior iuris interpretatio facta est.

110. '*(Quanquam uero, ut diximus, alius, qui iuri nostro subiectus non est, inutiliter nobis stipulatur,)*[3] possumus tamen ad id, quod stip*u*lamu*r*, alium a*d*hibere, qui *i*dem stipul*e*t*u*r, quem uulgo adstipulatorem uocamus. **111**. 'E*t*[4] huic proinde actio conpetit proindeque ei recte soluitur ac nobis; sed quidquid consecutus erit, mandati i*u*dicio nobis
[235] restituere cogetur. **112**. Ceterum potest etiam ali*i*s uerbis uti adstipulator, quam quibus nos usi sumus: itaque si uerbi gratia ego ita stipulatus sim: DARI SPONDES? ille sic adstipulari potest: IDEM FIDE TVA PROMITTIS? uel: IDEM FIDE IVBES? uel contra. **113**. I*t*em *m*inus adstipulari potest, plus

---

1) *Ex Lachm. ed.* 'tutor' *omittit ed. Bg.* ita tm ut tm *C.* ut tamen *ed. Bg.* 5. 2) *Addidi* '*Gaius*' *p.* 65. *Cf.* §. 10. *I. h. t.* (3, 19). *L.* 6. *D. rem pup.* (46, 6). 3) *Supplevi* '*Gaius*' *p.* 66. *In C. quae sequitur linea, librarius ea, quae omisit, pro rubrica habens vacuam reliquisse videtur.* 4) Sed *C. edd. Verum* s *ex antecedente v. adhaesisse putanda est.*

D. de obl. et act. (44, 7). §. 106. = §. 8. *I. eod. Cf. L.* 1. §. 12. *D. de obl. et act.* (44, 7). §. 107. = §. 9. *I. eod. Cf.* 2, 83. 3, 91. 119. 176. *Ulp.* 11, 27. §. 108. *Cf.* 3, 91. 119. 176. 1, 192. §. 109. = §. 10. *I. h. t.* (3, 19). *Cf. L.* 1. §. 13. *D. de obl. et act.* (44, 7). §. 110. *Cf. Fest. v. Reus p.* 273. *Cic. pro Quint.* 18. §. 58. *Pison.* 9. *Epist. ad Octav.* (*inter Cic. epp. ad. Brut.* 2, 8) *versus fin.* §. 111. *Cf.* §§. 117. 215. §. 112. *Cf.* 3, 116. §. 113. *Cf.* §. 5. *I. de fidei.* (3, 20). non solum aut.] *cf.* 4, 53. *L.* 12. §. 1. *D. de verb. sign.* (50, 16). *L.* 85. *D. de solut.* (46, 3).

non potest: itaque si ego sestertia x stipulatus *si*m, ille sestertia v stipulari potest; contra uero plus non potest. item si ego pure stipulatus sim, ille sub condicione stipulari potest; contra uero non potest. non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus et plus intellegitur; plus est enim statim aliquid dare, minus est post tempus dare. **114.** In hoc autem iure qu*a*edam singulari iure obseruantur: nam adstipu-
158. latoris heres non habet actionem. item | seruus adstipulando nihil agit, qui[1] ex ceteris omnibus causis stipulatione domino adquirit. idem de eo, qui in mancipio est, magis placuit; nam et is serui loco est: is autem, qui in potestate patris est, agit aliquid, sed parenti non adquirit, quamuis ex omnibus ceteris causis stipulando ei adquirat; ac ne ipsi quidem aliter a*ctio* conpetit, quam si sine *capitis* diminutione exierit de potestate parentis, ueluti morte eius aut quod ipse flamen Dialis inauguratus est. eadem de filiafamilias et qu*a*e in manu est, dicta intellegemus.[2]

115. Pro eo quoque, qui promittit, solent alii obligari, quorum alios sponsores, alios fidepromissores, alios fideiussores appellamus. **116.** Sponsor ita interrogatur: IDEM DARI SPONDES? fidepromissor (*ita*)[3]: IDEM FIDEIPROMITTIS? fideiussor ita: IDEM FIDE TVA ESSE IVBES? '(*sed*)[4] uidebimus de his 'a*n* quo[5] nomine possint proprie adpellari, qui ita interrogantur: IDEM DABIS? IDEM PROMITTIS? IDEM FACIES? **117.** Sponsores quidem et fidepromissores et fideiussores saepe [236]

---

1) quia *C.* quamuis *et postea* acquirat *Gösch. ed.* 2) *Sequitur linea vacua.* 3) *Addidit Bg. ed.* 5. 4) *Geminata* s *cj. ed. mea* 1. 5) at · quo *C. corruptum, ut puto, ex* ā aliquo *aut* an quo — autem quo *edd. et mea* 1., *in qua cj.:* an item quo. *Alii:* uidebimus autem de his ([de his] *Stud. ed.*) quo *vel* de his autem uidebimus quo. *Ceterum ita obligatos commune adpromissoris nomen comprehendebat.*

---

§. 114. *Cf.* 4, 113. 2, 87. quam si sine c. d.] *cf.* 1, 127. 130. §. 115. *Cf. pr. I. de fidei.* (3, 20). *Paul.* 1, 9. §. 5. 1, 20. *Fest. ep. v. Adpromissor p.* 15. §. 116. *Cf.* 3, 92. 4, 137. *Epit.* 2, 9. §. 2. *Greg. C. tit. de sponsoribus et fideiussoribus* (12, 1). *L.* 8 *pr. D. de fidei.* (46, 1). *L.* 12. *C. eod.* (8, 41). §. 7. *I. eod.* (3, 20). *L.* 75. §. 6. *D. de verb. obl.* (45, 1). §. 117. *Cf. L.* 59 *pr. D. mand.* (17, 1) *pr. I. cit. L.* 1. §. 8. *D. de obl. et act.* (44, 7); §§. 100. 110. 216.

solemus accipere, dum curamus, ut diligentius nobis cautum sit; adstipulatorem uero fere tunc solum *ad*hibemus, cum ita stipulamur, ut aliquid post mortem nostram detur; '(*quia enim ut ita nobis detur*)[1] stipulando nihil agimus, *ad*hibetur[1] *ad*stipulator, ut is post mortem nostram agat: qui si quid fuerit consecutus, | de res*titu*endo eo mandati iudicio 'heredi 159.
meo tenetur.[2] t. s.

118. Sponsoris u*ero* et fidepromissoris similis condicio (*est*), fideiussoris u*al*de *d*issimilis. **119.** Nam illi quidem nullis obligationibus accedere possunt nisi uer*b*orum,[3] quamuis interdu*m* ipse, qui promiserit, non fuerit obligatus, uelut si *mulier*[4] aut pupillus sine tutoris auctoritate aut quilibet post mortem suam dari promiserit; (at illu*d* quaeritur, si seru*us* aut peregrinus spoponderit, an pro eo sponsor aut fidepromissor obligetur). fideiussor uero omnibus obligationibus, id est, siue re siue uerbis siue litteris si*u*e consens*u* contractae fuerint obligationes, adici potest. 'ac[5] ne illu*d* quidem interest, utrum ciuilis an naturalis obligatio sit, cui adiciatur; adeo quidem, ut pro seruo quoque obligetur, siue
[237] extraneus sit, qui a seruo fideiussorem accipi*at*, siue ipse dominus in id, quod sibi debeatur. **120.** Praeterea sponsoris et fidepromissoris heres non tenetur, nisi si de peregrino fidepromissore quaeramus, et alio iure ciuitas eius utatur; fideiussoris autem etiam heres tenetur. **121.** Item sponsor et fide-

---

1) *Fere ex Mommseni cj.* (quod) stipulando (*quia*) *ego conieceram* '*Gaius*' *p.* 66. '(*quod cum*) stip. nihil ag. adhibetur' *ed. Bg. Antea edebatur:* (*quod*) stip. agitur. adhibetur autem. (*quod ita*) st. n. a. a. a. *cj. Pöschmann. Stud. ad Gai. II. p.* 9. 2) *Sic V*st. heredi *nostro* t. *ed. Bg.* 5. [meo] *ed. Stud.* 3) *Excidisse videtur:* '*et obligantur suorum obligatione uerborum*'. *sed et* interdum *ante* quamuis *ponendum videtur.* 4) *In C. fuisse posse* mul. *St.dus testatur. Cf.* 2, 83. 3, 171. '*femina*' *ex mea cj.* 2. *ed. Bg.* '*mulier*' *ed.* 5. 5) ad *C.* at *edd.* ac *ed. Bg.* 5.

---

§. 119. = §. 1. *I. de fidei.* (3, 20). si mulier *etc.*] *cf.* §§. 107. 108. aut pup.] *Vid. L.* 25. *D. de fidei.* (46, 1), *ubi Tribonianus pro* '*uerbis obligato*' — '*obligato*', *pro* '*spoponderit*' '*fideiusserit*' *scripsisse videtur, coll. L.* 6. *D. de verb. obl.* (45, 1). *L.* 70. §. 4. *D. h. t.* (46, 1). post mortem s.] *cf.* §. 100. si seruus *etc.*] *cf.* §. 93. *Pers.* 5, 78. §. 120. *Cf.* 4, 113. *Epit.* 2, 9. §. 2. *Paul.* 2, 17. §. 16. §. 2. *I. h. t.* (3, 20). §. 121. per legem Fur.] *circa initium seculi*

promissor (*per*) legem Furiam biennio liberantur, et quotquot erunt numero eo tempore, quo pecunia peti potest, in tot partes 'd*i*ducitur[1] inter eos obligatio, et singuli uiriles partes '*dare iu*bentur;[2] fideiussores uero perpetuo tenentur, et
160. quotquot erunt numero, singuli in solidum | obligantur: ita-
t. s. que liberum est creditori, a quo ue*lit*, *so*lidum petere: sed nunc ex epistula diui Hadriani *compellitur* creditor a singulis, qui modo soluendo sint, par*tes* pete*re*. eo igitur distat haec epistula a lege Furia, quod si quis ex sponsoribus aut fidepromissoribus soluendo non sit, 'hoc onus (*ad ceteros non pertinet, si uero ex fideiussoribus*), ad ceteros quoque pertinet. set cum[3] lex Furia tantum in Italia locum habeat, euenit, ut in cete*ris* p*r*ouinciis sponsores quoque et fidepromissores proinde ac fideiussores '*et* perpetuo[4] teneantur et singuli in solidum obligentur, nisi ex epistula diui Hadriani hi 'quo*que* adiuuen*tur* in parte.[5] **122.** Praeterea inter sponsores et fidepromissores lex Apuleia quandam societatem introduxit: nam si quis horum plus sua portione soluerit, de eo, quod amplius dederit, aduersus ceteros actiones constituit. quae lex ante legem Furiam lata est, quo tempore in solidum obligabantur: unde quaeritur, an post legem Furiam adhuc

---

[1]) *ed. Stud.* deducitur *C. edd. et meae prior.* [2]) *Restitui 'Gaius' p.* 87. hocabentur *C.* (*in*) uiriles p. *uocabuntur cj. Pöschm. II. p.* 15. (*in*) u. p. *obligantur edd. Bg.* 5. *et Stud. Potest tamen, ut exciderit* ex *post* part-es tempore *post* hoc, *et legendum sit* partes (*ex*) hoc (*tempore dare iu*)bentur. *Unde enim v.* hoc? [3]) *Haec et quae sequuntur ex V*st, *in quo tamen est* ceterorum (*ex* ceteror'). *Quae omissa sunt, Mommsenus servata v.* ceterorum *sic post* ad *suppleri vult: 'ceteros non pertinet; sed ex fideiussoribus etsi unus tantum soluendo sit ad eum onus* ceterorum' *et sic ed. Stud. Sed cur plura supplere quam oportet et sententiam minus aptam et simplicem Gaiana?* [4]) in perpetuo *C. ed. Bg. scripsi nunc* et *pro* in; *antea edideram* in perpetuum. [5]) *V*st; *et nihil in eodem versu post haec sequi visum est. Sed aut scribendum videtur:* adiuuent' ut | in partes *conueniantur, aut, quod praestat,* in parte *ut glossema delendum.*

---

quinti, ut videtur, latam. Cf. 4, 22. *L.* 29. §. 6. *D. mand.* (17, 1). *L.* 25. *D. de stip. serv.* (45, 3). *L.* 4. *D. de div. temp.* (44, 3). *L.* 4. §. 4. *D. rem pup.* (46, 6). partes dare] *cf. L.* 5. §. 1. *L.* 34. §§. 1. 10. *L.* 37. *D. de solut.* (46, 3). fideiuss. uero] *cf.* §. 4. *I. h. t.* (3, 20). §. 122. lex Apuleia] *fortasse a. u.* 364. — *Cf. L.* 29. *D. de fidei.* (46, 1).

[238] legis Apuleiae beneficium supersit; et utique extra Italiam superest; nam lex quidem Furia tantum in Ital*i*a ualet, Apuleia uero etiam in ceteris prouinciis. set an '*et in It*ali*a*[1] beneficium legis Apuleiae supersit, ualde 'quaeritur. uerum ad *fideiussores*[2] lex Apuleia non pertinet: itaque si creditor ab uno totum *con*secutus fuerit, huius sol*i*us detrimentum *erit*, scilicet si is, pro quo fideiussit, soluendo non sit: sed *ut ex* | supra dictis apparet, is, a quo creditor totum petit, poterit ex 161. epistula diui Hadriani desiderare, ut pro parte in se detur actio. **123**. Praeterea lege Cicereia[3] cautum est, ut is, qui sponsores aut fidepromissores accipiat, praedicat palam et declaret, et de qua re satis accipiat, et quo*t* sponsores a*u*t fidepromissores in eam obligationem accepturus sit; et nisi praedixerit, permittitur sponsoribus et fidepromissoribus intra diem xxx. praeiudicium postulare, quo qu*a*eratur, an ex ea lege praedictum sit; et si iudicatum fuerit, praedictum '*ita non*[4] esse, liberantur. qua lege fideiussorum menti*o* nulla fit; sed in usu est, etiam si fideiussores accipiamus, praedicere.

124. Sed beneficium leg*is* Corn*e*liae omnibus commune est: qua lege idem pro eodem apu*d* eundem eodem anno uetatur in ampliorem summam obligari creditae pecuniae quam in xx mili*a*; et quamuis sponsores uel promissores '*(uel fideiussores)*[5] in amplam pecuniam, uelut sestertium c milium *se obligauerint*, '*tamen duntaxat* $\overline{XX}$ *tenentur;*[6] pecuniam

1) etiam alis *V*st etiam (*in*) Itali*a ed. Stud.* 2) *Ultima verba supplevi; scriptum fuisse putavi:* qrit'ur ad fi; *quae posterior nota reperitur in laterculis Einsidl. Quaesitum fuisse ideo puto, quod lex Furia cum partes dare iusserat, quibusdam obligationem in solidum sustulisse non videbatur.* 3) *Hoc legis nomen, quod primo suspicatus eram, firmavit V*st*; post edideram* Pompeia.
4) nam *C.* no*n edd.* 5) *Addidi 'Gaius' p.* 91. 6) *Restitui ib.* si *vero quod C. habet ante* ss. *nunc delendum mihi visum est, et pro 'damnatur' cum ed. Stud. scripsi 'tenentur'.*

§. 123. lege Cicereia] *An a.* 581? *Liv.* 42, 7. 21. *Cf. Schol. in Cic. orat. in Clod. et Cur. p.* 333. *Orell.* §. 124. legis Corn.] *fortasse a. u.* 666. *Cf. Fest. v. Unciaria p.* 375. *De re L.* 49. §. 1. *D. de fidei.* (46, 1). *L.* 24. *D. de donat.* (39, 5). *Plutarch. Caes.* 11. *Anton.* 2. creditae pecuniae] *cf. L.* 1. *L.* 2. §§. 3—5. *L.* 37—39. *D. de reb. cred.* (12, 1). *L.* 178 *pr.* 222. *D. de verb. sign.*

autem creditam dicimus non solum eam, quam credendi causa damus, set omnem, quam tunc, (*cum*) contrahitur obligatio, certum e*st* debitum iri, id est, (*quae*) sine ulla condicione deducitur in obligationem; itaque et ea pecunia, quam in diem [239]
certum dari stipulamur, eodem numero est, quia certum es*t*, eam debit*um* *i*ri, licet post tempus petatur. appellatione autem pecuniae omnes res in ea lege significantur; itaque
162. '(*et*)[1] si *u*inum uel frumentum, *au*t si fundum | uel hominem stipulemur, haec lex obser*u*anda est. **125.** Ex quibusdam tamen causis permittit ea lex in infinitum satis accipere, ueluti si dotis nomine, uel eius, quod ex testamento '*c*ui[2] debeatur, aut iussu iudicis satis accipiatur. et adhuc 'lege (*Iulia de*) uicesima hereditatium[3] cauetur, ut ad eas satisdationes, quae ex ea lege proponuntur, lex Cornelia non pertineat. **126.** 'In eo 'quoque iure[4] par condicio est omnium, sponsorum, fidepromissorum, fideiussorum, quod ita obligari non poss*unt*, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obliga*n*tur: at ex diuerso ut minus debeant, obligari possunt, sicut in a*d*stipulatoris persona diximus; nam ut a*d*stipulatoris, ita et horum obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione esse potest quam in principali 'reo.[5] **127.** In eo quoque par omnium causa es*t*, quod si qui*d* pro *r*eo solueri*n*t, eius reciperandi causa habe*n*t cum eo mandati iudicium; et hoc amplius sponsores ex lege Publilia propriam habent actionem in duplum, quae appellatur depensi.

128. Litteris obligatio fit ueluti[6] no*mini*bus transcripti-

---

[1]) *Addidi ib. p.* 93. [2]) tiui *C.* tibi *edd.* [3]) *Non dubito, quin ipse Gaius in his Institutionibus scripserit:* lege Iul. de uices. her. *et sic nunc supplevi.* [4]) *Hoc iam in contextum recepi.* iure quoque iure (*sic correcto* iura) *V*st. [5]) re *ex Inst. ed. Stud. Deinde* qui *et postea* soluerit *et* habet *C.* [6]) in *male geminando addunt C. et edd. Cf.* §§. 132. 133. 90. *Simile non est in* §. 135. ueluti *edd. Bg.* 5. *et Stud. Deinde* nobis *C. pro* nominibus.

(50, 16). *L.* 2. §. 1. *C. de const. pec.* (4, 18). §. 126. *Cf.* §. 5. *I. de fidei.* (3, 20). §. 113. §. 127. *Cf.* §. 6. *I. eod.* (3, 20). depensi] *cf.* 3, 216. 4, 9. 22. 25. 102. 171. 186. *Paul.* 1, 19. §. 1. *Cic. ad div.* 1, 9. *Lex Iul. munic.* 114. *Est condictio ex lege. L.* 52. *D. mand.* (17, 1). lex Publilia] *fortasse a. u.* 371. §§. 128. 129. *Cf.* (*Epit.* 2, 9. §. 12. *Theoph.* 3, 21 *pr.*) §. 137. *Cic. de offic.* 3, 14.

ciis. fit *autem* nomen transcripticium duplici modo, uel a re in personam uel a p*er*sona in person*am*. **129.** (*A re in personam tran*)scriptio fit, ueluti si id, quod *tu* ex emptionis
[240] causa aut conductionis aut societatis mihi debeas, 'inde[1] expensum tibi tulero. **130.** A persona in pers*o*n*a*m transcriptio fit, ueluti si id, quod mihi Titius debet, tibi 'inde[1] ex|pen- 163.
sum tulero, id est si Titius 'te (*pro*) se[2] delegauerit mihi. **131.** Alia causa est eorum nominum, quae arcaria uocantur: in his enim re*i*,[3] non litterarum obligatio consistit, quippe non aliter uale*n*t, quam si numerata sit pecunia; numeratio autem pecuniae 'rei[4] facit obligationem: qua de causa recte 'dicemus,[5] arcaria nomina nullam facere obligationem, sed obligationis factae testimonium praebere. **132.** Unde 'non proprie[6] dicitur, arcari*i*s nominibus etiam peregrinos obligari, quia non ips*o* nom*ine*, sed n*u*meratione pecuniae obligantur; quod genus obligationis iuris gentium est. **133.** Tr*an*scripticiis uero nominibus an obligentur peregrini, merito quaeritur, quia quodammodo iuris civilis est talis obligatio: quod Neruae placuit. Sabino autem et Cassio uisum est, si a re in personam fiat nomen transcripticium, etiam peregrinos obligari; si uero a persona in personam, non obligari. **134.** Praeterea litterarum obligatio fieri uidetur chirografis et syngrafis, id est, si quis debere se aut daturum se scribat; ita 'scilicet, si[7]

[1]) id *C. edd. Vid. 'Gaius' p.* 93. Inde *significat, quod in expensilatione causam, vel personam, unde descendit ac transfertur debitum, commemorari oportet.* [2]) *Scripsi 'Gaius' p.* 93. te se *C.* te *edd.* [3]) reb. *V*[st]. *Fortasse rectius* rer(um). *De genitivo cf. L.* 4. *C. ad SC. Vell.* (4, 29). [4]) rein *C.* 're *modo' ed. Bg.* 'rei non *litterarum' ed. Gneist.* re *ed. Stud. Sed Codicis nota* n *a margine huc aberrasse mihi videtur, cum v.* 8. *ante* proprie, *ubi desideratur, excidisset.* [5]) dicimus *cj. Bg.* [6]) proprie *C. edd. Vid. not.* 3. *et 'Gaius' p.* 94. improprie *non dicit Gaius, sed* non proprie 4, 18. [7]) scilic. ut si *C.* scilicet et *ed. Bg.* scilicet, ut [si] *ed. Bg.* 5. scilice*t* si *Kr. ed.* 2.

ad Attic. 4, 18. *Verr. II.* 1, 36. 39. *pro Rosc. Com.* 1. 5. *Gell.* 14, 2. §. 130. *Cf. L.* 13 *pr. D. ad SC. Vell.* (16, 1). *Liv.* 35, 7. §. 131. *Cf. Gell.* 14, 2. §. 132. *Cf. Ascon. in Cornel. p.* 57 *ed. Bait.* §. 133. *Cf. Liv.* 35, 7. §. 134. *Cf. Schol. in Verr.* 2, 1. §§. 60. 91. *p.* 175. 184. *ed. Bait. Ammian.* 18, 5. §. 2. *G. E. Heimbach 'Lehre v. Creditum' p.* 509 *seq.*

eo nomine stipulatio non fiat: quod genus obligationis proprium peregrinorum est.

135. Consensu fiunt obligationes in emptionibus et uenditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. **136.** Ideo autem *i*stis modis con*s*ensu dicimus obligationes [241]
164. contrahi, qu*ia* neque uerborum | neque scripturae ulla proprietas desideratur, sed sufficit, eos, qui negotium gerunt, consensisse: unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, ueluti per epistulam aut per internuntium, cum alioquin uerborum obligatio inter absentes fieri non possit. [**138.**] [1](sed absenti expensum ferri potest, etsi uerbis obligatio cum absente contrahi non possit). **137.** Item in his contractibus alter alteri obligatur de e*o*, quod alterum alteri ex bono et aequo praestare oportet, cum alioquin in uerborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat, et in nominibus alius expensum ferendo obliget, alius obligetur.

De em*ptione et uenditione.*

139. *E*mptio *et uenditio contrahitur*,[2] cum de[3] pretio con*u*enerit, quamuis nondum pretium numeratum sit, ac ne arra quidem data fuerit: nam quod arr*a*e nomine datur, argumentum est emptionis et uenditionis contractae. **140.** Pretium autem certum esse debet: nam alioquin si ita inter 'nos[4] conuenerit, ut quanti Titius rem *a*estimauerit, tanti sit em*p*ta, Labeo negauit, ullam uim hoc negotium habere; cuius opinio-

1) *Verba huius §i quae in C. post* §. 137. *leguntur, non cum Krüg. in ed. Stud. ut glossema expellenda, sed fugitiva sunt et h. l. ponenda ante* §. 137. (*simile ibi additamentum ut* §. 119). *ubi cum excidissent et ad marginem suppleta essent, librarius ea incertus quo pertinerent, in fine pro more* (*vid. zur Pandektenkritik.* 1875. *p.* 27. 95). *i. e.: post* §. 137. *ea de causa posuisse videtur, quod spatium ibi vacuum in Cod., unde describebat, invenit. Nam et ipse ibi v.* 13. *fere trientem vacuum reliquit et v.* 14. *secundum Vst rubricae destinavit.* 2) *Ex Vst.* 3) *Num vetusto vitio omissum* re et? 4) *Ex mea cj. firmante Vst.* eos *C. edd. etiam mea* 1. *Iustinianus pro more suo imperatoriam maiestatem exemplis nunquam immiscendae in Instit. etiam h. l. pro* nos *posuit* aliquos.

§. 135—137. = *L.* 2. *D. de obl. et act.* (44, 7). *Tit. I. de cons. obl.* (3, 22). §. 139. = *pr. I. de empt.* (3, 23). *Cf. Epit.* 2, 9. §. 14. §. 140. *Cf.* §. 1. *I. ib.*

nem Cassius probat: *(at)*[1] Ofilius et eam emptionem et uenditionem *(esse putauit)*;[2] cuius opinionem Proculus secutus est. **141.** Item pretium in numerata pecunia con|sistere debet: 165.
nam in ceteris rebus an pretium esse possit, ueluti *homo* aut
[242] toga aut fundus alterius rei *(an pretium esse possit)*, ualde qu*ae*ritur: nostri praeceptores putant, etiam in alia re posse consistere pretium; unde illu*d* est, quod uulgo putant, per permutationem rerum emptionem et uenditionem contrahi, eamque speciem emptionis uenditionisque uetustissimam esse; argumentoque utuntur Gr*ae*co poeta Homero, qui aliqua parte sic ait:

(ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσιν,)

'et reliqua.[3] diuersae scholae auctores dissentiunt aliu*d*que esse existimant permutationem rerum, aliu*d* emptionem et uenditionem; alioquin *non posse*[4] rem expediri permutatis rebus, qu*ae* uideatur res uenisse, et quae pretii nomine data esse, sed rursus utramque uideri uenisse et utramque pretii nomine datam esse, absurdum uideri. set ait C*ae*lius Sabinus, si rem 'tibi uenalem habenti,[5] ueluti fundum, 'acces*s*erim,[6] et pretii nomine hominem forte dederim, fundum quidem uideri uenisse, hominem autem pretii nomine datum esse, ut fundus acciperetur.[7]

1) *Geminando supplevi.* 2) *Ita V*st *supplevi.* 3) *Edd. praeter principem haec verba Gaio familiaria perperam ut a librario profecta omittunt; nam et alias parte aliqua, quae sola ad rem pertinet, ex oratione quadam desumta eadem verba adduntur. Cf.* 2, 174. 4, 36. 37. 43. 136. 4) *Secundum V*st *librarius voces* posse *et* possidere *permutasse videtur.* 5) *Sic C. ed. Stud.* Titio uenalem habente *edd.* 6) *Scripsi 'Gaius' p.* 94. acceperim *C. edd.* [acceperim et] *Mommseni iussu ed. Stud.* 7) *Sequitur linea vacua, in qua, licet rubricae destinata, haec fere verba periisse videntur: 'Proxima emptioni et venditioni est locatio con-*

§. 141. = §. 2. *I. ib. Cf. Plin. N. H.* 33, 1. 3. *Serv. ad Vergil. Georg.* 3, 306. *L.* 1. §. 1. *D. de contr. empt.* (18, 1). *L.* 1 *pr. D. de rer. perm.* (19, 4). *Tit. Furf. in Orell. Inscr.* ... 2488. = *I. L. A.* 603, 13. *verb.* quod emptum erit aere argento *etc.* Homer.] *Il.* 7, 472—475.

142. Locatio autem et conductio (*et emptio et uenditio*)[1] similibus regulis constituuntur: nisi enim merces certa statuta sit, non uidetur locatio et conductio contrahi. **143.** Unde si alieno arbitrio merces permissa sit, uelut qua*n*ti Titius
166. aestimauerit, | quaeritur, an locatio et conductio contrahatur: [243]
'qua de[2] causa si fulloni polienda curandaue, sarcinatori sarcienda uestimenta dederim, nulla statim mercede constituta, postea tantum daturus, quanti inter nos conuenerit, quaeritur, an locatio et conductio contrahatur. **144.** *Item*[3] si rem tibi utendam dederim et inuicem aliam rem utendam acceperim, qu*a*eritur, an locatio et conductio contrahatur. **145.** Adeo autem emptio et uenditio et locatio et conductio familiaritatem aliquam inter se habere uidentur, ut in quibusdam causis quaeri soleat, utrum emptio et uenditio contrahatur, an locatio et conductio: ueluti si qua res in perpetu*um* locata sit, quod euenit in praediis municipum, quae ea lege locantur, ut quamdiu 'inde[4] uectigal praestetur, neque ipsi conductori neque heredi eius praedium auferatur; sed magis placuit locationem conductionemque esse. **146.** Item[5] si gladiatores ea lege tibi tradiderim, ut in singulos, qui integri exierint, pro sudore denari*i* xx mihi darentur, in eos uero singulos, qui occisi aut debilitati fuerint, denari*i* mile, quaeritur, utrum emptio et uenditio an locatio et conductio contrahatur: et magis placuit, eorum, qui integri exierint, locationem et conductionem contractam uideri, 'at eorum, qui occisi aut

---

ductio quippe' (*cf. L.* 2 *pr. D. loc.* 19, 2): *quibus amissis librarius* autem *posuit.* 1) *Haec nunc ut similia periisse fortasse cum aliis* (*puta antea* '*siue rerum siue operarum*') *collata* §. 148. 156. *statuere malui, quam quod* '*Gaius*' *p.* 95. *suaseram, contra C.* constitu*i*tur *legere* (*ut nunc ed. Kr.* 2). *Cf.* §. 145. 2) *Malim* eade(m) q(ue) de *licet similiter in Inst. legatur.* 3) ū *C. pro* it. *cj. Polenaar.* 4) id (*pro sigla accipiendum ut* 3, 129. 130.; '*Gaius*' *p.* 96) *C. edd. Cf.* 4, 28. *et* pro illis *in L.* 1 *pr. D. si ager vect.* (6, 3). [id] *ed. Stud.* 5) quaeritur *addit C.*

---

§. 142. *Cf. L.* 2 *pr. D. loc.* (19, 2). *Pr. I. de locat.* (3, 24). §. 143. *Cf.* §. 1. *I. ib. L.* 25 *pr. D. loc.* (19, 2). *L.* 22. *D. de praescr. verb.* (19, 5). §. 144. *Cf.* §. 2. *I. ib. L.* 17. §. 3. *D. de praescr. verb.* (19, 5). §. 145. §. 3. *I. ib. Cf. L.* 2. §. 1. *D. loc.* (19, 2). *Gruter* 801, 5. §. 146. *Cf. Cic. ad Attic.* 4, 46 *fin.* non dubitatur *etc.*] *cf. L.* 20 *pr. D. loc.* (19, 2).

debilitati sunt, emptionem et uenditionem esse; idque ex accidentibus 'appare*re*,[1] tamquam sub condic*i*one | facta 167.
cuiusque uenditione an locatione: iam enim non dubitatur, quin sub condicione res uenir*e* aut locari possint. **147.** Item qu*a*eritur, si cum aurifice mihi conuenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certaeque formae anulos mihi facere*t*, et acciperet uerbi gratia denarios CC, utrum emptio et uendit*i*o an locatio et conductio contrahatur: Cassius ait, materiae quidem *em*ptionem uenditionem contrahi, operarum autem
[244] locationem et conductionem; sed plerisque placuit, emptionem et uenditionem contrahi: atqui si meum aurum ei dedero, mercede pro opera constituta, conuenit, locationem conductionem contrahi.[2]

148. Societatem coire solemus aut t*o*torum bonorum aut unius alicuius negotii, ueluti mancipiorum emendorum aut uendendorum. **149.** Magna autem quaestio fuit, an ita coiri possit societas, ut quis maiorem partem lucretur, minorem damni praestat: quod Quintus Mucius '(*contra naturam societatis esse censuit; sed Seruius Sulpicius*, *cuius*) etiam[3] praeualuit sententia, adeo ita coiri posse societatem existimauit, ut dixerit, illo quoque modo coiri posse, ut quis nihil omnino damni praestet, set lucri partem capiat, si modo opera eius tam pretiosa uideatur, ut *aequ*um sit, eum cum hac pactione in societatem admitti: nam et ita posse 'coir*i*[4] societatem constat, ut unus pecuniam conferat, alter non conferat, | et 168.
tamen lucrum inter eos commune sit; s*a*epe enim opera alicuius pro pecunia ualet. **150.** Et illu*d* certum est, si de partibus lucri et damni nihil inter eos conuenerit, tamen[5] aequis ex partibus commodum '*e*t[6] incommodum inter eos commune esse; sed si in altero partes express*a*e fuerint,

---

[1]) apparet *C. edd. Cf.* 2, 218. *Male igitur librarius scripsit semel* re, *bis* t. [2]) *Sequitur linea vacua.* [3]) *Ex Pöschm. sententia supplementum non post v.* etiam, *ut in priore ed., sed ante posui.* [4]) coire *C. Bg. ed.* [5]) [tamen] *ed. Kr.* 2. *Mommseni iussu.* [6]) ut *C. ed. Bg.*

---

§. 147. = §. 4. *I. ib. Cf. L.* 2. §. 1. *D. loc.* (19, 2). §. 148. = *pr. I. de societ.* (3, 25). *Cf. Epit.* 2, 9. §. 16. §. 149. *Cf.* §. 2. *I. ib. Epit. l. c. Cic. pro Rosc. Com.* 10. §. 29. §. 150. *Cf.* §§. 1. 3. *I. ib.*

uelut in lucro, in altero uero omissae, in eo quoque, quod omissum est, similes partes erunt. **151.** Manet autem societas eousque, donec in eodem 'sensu[1] perseuerant; at cum aliquis renuntiauerit societati, societas soluitur: sed plane si quis in hoc renunciauerit societati, ut obueniens aliquod lucrum solus habeat, ueluti si mihi totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiauerit societati, ut hereditatem solus lucri faciat, cogetur hoc lucrum communicare; si quid uero aliu*d* lucri fecerit, quod non captauerit, ad ipsum solum pertinet: mihi uero, quidquid omnino [245]
post renuntiatam societatem adquiritur, soli conceditur. **152.** Soluitur adhuc societas etiam morte socii, quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. **153.** Dicitur etiam capitis diminutione solui societatem, quia ciuili ratione capitis diminutio 'morti coaequatur;[2] *sed* utique si '(*alii*)[3] *ad*huc consentiant in societate*m*, noua *u*idetur incipere societas. **154.** Item si cuius ex sociis bona publice aut priuatim uenierint,
169. soluitur societas. **154a.**[4] Sed haec quoque | societas, de qua loquimur,[5] '*id* est, quae[6] consensu contrahitur nudo,

[1]) consensu *Inst. Fortasse:* socii sensu *vel* consensu. [2]) *Sic V*st*; unde etiam in antecedentibus nihil iam mutandum censeo.* [3]) *Supplevi, quod ob sequentis syllabae similitudinem excidisse videtur etiam in Instit.* [4]) *Hanc §. feci et restitui ex V*st. [5]) *Diversa est enim ab ea societas sive communio incidens* (4, 42), *ad quam quod proxime de bonorum socii venditione dixerat, qua sane ipsa res communis, in qua haec societas consistit, tollitur, spectare posse videbatur; ea namque licet interdum etiam consensu, tamen nunquam consensu nudo, sed re consistit, et potest etiam iure civili, velut hereditate, mancipatione nasci: de societate publicanorum certe Gaius non cogitavit. Dicit autem* quoque *respectu habito ceterarum ex consensu obligationum, emptionis, locationis, mandati, quae non etiam sine consensu contingere possunt. Commode igitur hic ut de obligationibus, quae re contrahuntur* §. 132. *fecit, occasione tantum aptissima data notat, etiam omnes, quae nudo consensu contrahantur, obligationes esse iuris gentium, ne in ullo genere id quod* 1, 1 *fin. promiserat, desideretur. vide ibi inferius notata.* [6]) *Sic Suppl. St. p. XXXII. pro* 'ob id quod' *ed. meae* 4. *itaque Fittingii cj. etiam sensui con-*

§. 151. = §. 4. *I. ib.* §. 152. = §. 5. *init. I. ib.* §. 153. *Cf. Epit.* 2, 9. §. 17. *L.* 4. §. 1. *L.* 63. §. 10. *L.* 58. §. 2. *L.* 65. §. 11. *D. pro soc.* (17, 2). §. 154. *Cf.* §§. 7. 8. *I. ib.* (3, 25).

iuris 'gentium[1] est; itaque inter omnes homines naturali ratione consistit.

155. Mandatum consistit, siue nostra gratia mandemus, siue aliena; itaque siue ut mea negotia geras, siue ut alterius mandauerim, contrahitur mandati obligatio, et inuicem alter alteri tene*b*imur in id, quod uel me tibi uel te mihi bona fide praestare 'oporte*t*.[2] **156.** Nam si tua gratia tibi mandem, superuacu*um* est mandatum; quod enim tu tua gratia facturus sis, id de tua sententia, non ex meo mandatu facere debes; itaque si otiosam pecuniam domi tuae *h*abentem (*te*) hortatus fuerim, ut eam fenerares, quamuis iam ei mutuam dederis, a quo seruare non potueris, non tamen habebis mecum man*dati*
[246] actionem: 'item si (*te*)[3] hortatus sim, *ut* r*em* aliquam emeres, quam(*uis*) non expedierit tibi eam emisse, non tamen mandati tibi tene*bor*.[4] et adeo haec ita sunt, ut qu*a*eratur, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, ut Titio pecuniam fenerares. Seruius negauit: non magis hoc casu obligat*ione*m consistere putauit, quam si generaliter alicui mandetur, uti pecuniam suam feneraret. sed sequimur Sabini opinionem con*tra* sententis,[5] q*uia* non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset. **157.** Illu*d* constat, si quis de ea re mandet, quae contra bonos mores | est, non contrahi obligationem, 170.
ueluti si tibi mandem, ut Titio furtum aut iniuriam facias. **158.** Item si qui*d* pos*t* mortem meam faciendum '(*mihi*)[6] man-

---

veniens firmatur. 1) c(*vel* g)ogentium *C. ubi* co *primitus fuerit* qq (quoque) *male repetitum, unde librarius, ut verbum consequeretur, fecit* cogentium. 2) oportere *V*st, *cui et cetera antea sanata debentur; tantum pro* in id *habet* id in. 3) itaem si *V*st. 4) teneri *V*st. 5) *Ex V*st; *attamen* s(ed) *quod ibi legitur ante* Seruius, *posui ante* sequimur, *deinde pro* obligatum *scripsi* obligationem *et* contra *pro* con. 6) *Supplevi 'Gaius' p.* 98. *Contra id vero, quod Krüger in ed. Stud. hac §. sub specie supplendi intrusit,*

---

privatim] *non ut L.* 67. §. 2. *D. de cond. indeb.* (12, 6) *dicitur, sed magistro creditorum nomine vendente. Cf. supra* §. 80. *L.* 57 *pr. D. de evict.* (21, 2). §. 155. *Cf. Epit.* 2, 9. §. 18. *pr. I. de mand.* (3, 26). *L.* 2 *pr. L.* 10 *pr. L.* 46. §§. 4. 6. *D. mand.* (17, 1). *L.* 5 *pr. D. de obl. et act.* (44, 7). §. 156. *Cf. pr.* §. 6. *I. de mand.* (3, 26). *L.* 2 *pr.* §. 6. *L.* 6. §. 5. *L.* 32. *D. mand.* (17, 1). §. 157. *Cf.* §. 7. *I. ib. Epit.* 2, 9. §. 18. §. 158. *Cf. supra* §. 100. — *L.* 12. §. 17. *L.* 13. *D. mand.* (17, 1).

det*ur*, inutile mandatum est, quia generaliter placuit, ab heredis persona obligationem incipere non posse. **159.** Sed recte quoque[1] mandatum si, dum adhuc integra res sit, reuocatum fuerit, euanescit. **160.** Item si adhuc integro mandat*o* mors alterutrius[2] interueniat, id est uel eius, qui mandarit, uel eius, *q*ui mandatum susceperit, soluitur mandatum; sed utilitatis causa receptum est, ut si mortuo eo, qui mihi mandauerit, ignorans, eum decessisse, exsecutus fu*e*ro mandatum, posse me agere mandati actione; alioquin iusta et probabilis igno-
t. s. rantia damnum mihi 'a*d*fer*r*et.[3] | et huic simile est, quod plerisque placuit, si debitor meus manumisso dispensatori meo per ignorantiam soluerit, liberari eum, cum alioquin stricta iuris ratione non posset liberari eo, quod ali*i* soluisset, quam cui soluere deberet. **161.** Cum autem is, cui recte mandauerim, egressus fuerit mandatum, ego quidem eatenus cum eo *h*abeo mandati actionem, quatenus mea interest, implesse
t. s. eum mandatum, | si modo implere potuerit; at ille mecum agere non potest: itaque si mandauerim tibi, ut *u*erbi gratia fundum mihi sestertiis C emeres, tu se*stertiis* CL emeris, [247]
171. non habebis mecum | mandati actionem, etiamsi tanti uelis mihi dar*e* fundum, quanti emendum tibi mandassem; idque maxime Sabino et Cassio placuit: quodsi minoris emeris, habebis mecum scilicet actionem, quia qui mandat, ut C milibus emeretur, is utique mandar*e* intellegitur, uti minoris, si posset, emeretur. **162.** In summa sciendum (*est*, *quotiens faciendum*) aliquid gratis dederim, quo nomine si mercedem

---

tacitam contrariae actionis obligationem cum expressa directae confundens, vid. L. 12. §. 17. *L.* 13. 27. §. 1. *D. mand.* (17, 1) *et Unterholzner Schuldverh. I. praef. p. XVIII.* 1) *Suspectam vocem* consummatum, *quae aliud significat* (§. 11. *I. h. t. L.* 22. §. 11. *D. eod.* 17, 1) *ut glossema h. l. omisi; cf.* §. 9. *I. h. t. et infra* §. 161. recte mandauerim. *item post in* §. 160. alicuius. *In contextu servavit ed. Kr.* 2. 2) *Etiam h. l.* alicuius *C. ut glossema cum Instit. eieci. Servavit ed. Kr.* 2. 3) n(on) alferet *C.*

---

§. 159. = §. 9. *I. de mand.* (3, 26). *Cf. Epit.* 2, 9. §. 19. §. 160. = §. 9. *I. ib.* §. 161. *Cf.* §. 8. *I. ib. L.* 3. §. 2. *L.* 4. *D. mand.* (17, 1). *Epit.* 2, 9. §. 20. *Paul.* 2, 15. §. 3. §. 162. *Cf.* §. 13. *I. ib. L.* 1. §. 4. *D. mand.* (17, 1). *L.* 22. *D. de praescr. verb.* (19, 5).

statuissem, locatio et conductio contraheretur, mandati esse actionem, ueluti si fulloni polienda curandaue uestimenta aut sarcinatori sarcienda (*dederim*).

163. Expositis generibus obligationum, quae ex contractu nascuntur, admonendi sumus, adquiri (*eas ut alias res*)[1] nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eas personas, quae in nostra potestate, manu mancipioue sunt. **164.** Per liberos quoque homines et alienos seruos, quos bona fide possidemus, adquiritur nobis; sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis uel ex re nostra adquirant. **165.** Per eum quoque seruum, in quo usumfructum habemus, similiter ex duabus istis causis nobis adquiritur. **166.** Sed qui nudum ius Quiritium in seruo habet, licet dominus sit, minus tamen iuris in '(*adquisita ab*) eo[2] re habere intellegitur, quam usufructuarius et bon*ae* fidei possessor: nam placet, ex nulla causa[3] ei adquiri posse; adeo ut etsi nominatim ei dari stipulatus fuerit seruus, mancipioue nom*i*ne *e*ius acceperit, | quidam existim*e*nt, 172.
nihil ei adqu*i*ri. **167.** Communem seruum pro dominica parte dominis adquirere, certum est, excepto eo, quod uni nomi-
[248] natim stipulando aut mancipio accipiendo illi soli adquirit, uelut cum ita stipuletur: TITIO DOMINO MEO DARI SPONDES? aut cum ita mancipio accipiat: HANC REM EX IVRE QVIRITIVM LVCII TITII DOMINI MEI ESSE AIO, EAQVE EI EMPTA ESTO HOC AERE *A*ENEAQVE LIBRA. **167a.** Illu*d* quaeritur, a*n* quod 'nomen adiectum *unius* domini[4] e*ff*icit, idem faciat unius ex dominis iussum intercedens. nostri praeceptores perinde

---

1) *Nunc* (*in ed.* 5) *addidi, simul ut appareret, propter* acqui-ri *haec omissa esse, quanquam etiam in Inst. desiderentur; sed cf. Theoph.* 3, 28 *pr.* 2) *Supplevi.* ea *C. edd.* 3) alia *addit C. fortasse fugitivum ac mutilatum h. e. omissum aliquando et ad marginem suppletum, alieno deinde loco restitutum. Recte enim ante legetur* licet alias (*vel* alioquin) dominus sit. 4) domini nomen adiectum domini *C.*

---

§. 163. = *pr. I. per q. pers. nob. obl. acq.* (3, 28). *Cf.* 2, 86. *Paul.* 5, 8. *Plaut. Rud.* 5, 3. *v.* 28 *seq.* §. 164. = §. 1. *I. ib. Cf.* 2, 86. 92. §. 165. = §. 2. *I. ib. Cf.* 2, 86, 91. §. 166. *Cf.* 2, 88 *ibiq. cit. L.* 36. *D. de stip. serv.* (45, 3). §. 167. = §. 3. *I. ib. cum Theophilo. Cf.* §. 3. *I. de stip. serv.* (3, 17). mancipio acc.] *cf.* 1, 119. 2, 87. §. 167a. *Cf. ll. cc. L.* 5. 6. *D. de stip. serv.* (45, 3). *L.* 3. *C. per quas pers. nob. acq.* (4, 27).

ei, qui iusserit, soli *ad*quiri existimant, a*t*que si nominatim ei soli stipulatus esset seruus, mancipioue acc*e*pisset; diuersae scholae auctores proinde utrisque adquiri putant, ac si nulli*us* iussum interuenisset.

168. [1]Tollitur autem obligatio praecipue solutione eius, quod debetur:[2] unde quaeritur, si quis consentiente creditore aliu*d* pro alio soluerit, utrum ipso iure liberetur, quod nostris praeceptoribus placet, an ipso iure maneat obligatus, set aduersus petentem exceptione doli mali defendi debeat, quod diuersae scholae auctoribus uisum est.

169. Item per acceptilationem tollitur obligatio: accepti-
latio autem est ueluti imaginaria solutio: quod enim ex uer-
borum obligatione tibi debeam, id si uelis mihi remittere,
173. poterit sic fieri, ut patiaris haec uerba *m*|e dicere: QVOD EGO
TIBI PROMISI, HABESNE ACCEPTVM? et tu respondeas:
HABEO.[3] **170.** Quo genere, ut diximus, (*tantum hae obli-
gationes soluuntur*, *quae ex uerbis consistunt*,) non etiam
ceter*ae*; consentaneum enim uisum est, uerbis factam obliga-
tionem posse ali*is* uerbis dissolui: set id, quod ex alia causa
debeatur, potest in stipulationem deduci et per acceptilationem [249]
'(*dissolui*. **171.** *Quamuis uero dixerimus, perfici accepti-
lationem*)[4] imaginaria solutione, tamen mulier sine tutoris auctoritate acceptum facere non potest, cum alioquin solui ei sine tutoris auctoritate possit. **172.** Item quod debet*ur*, pro

---

1) *Vix est, ut tam abrupte ad hanc materiam Gaius transierit. Cf.* 1, 124. *Theoph.* 3, 19 *pr. De sequente* autem *cf.* 4, 115. 116. *Puto igitur fere excidisse: 'Videamus nunc quibus modis obligatio tollatur.' Alaricus et Iustinianus eorum loco ipsam tituli inscriptionem posuerunt. Librarius vero hic fere rubricis inscribendis spatium vacuum non relinquere coepit. Cf. not. seq.*
2) *Ex Instit.* debeatur *C.* 3) *Quod sequitur in Iust. Inst.: 'sed et Graece potest acceptum fieri, dummodo sic fiat, ut Latinis uerbis solet: ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; Ἔχω λαβών.' h. l. excidisse videtur; cf.* 3, 93. *Complura librarius in hac pagina omisit.*
4) *Supplevi 'Gaius' p.* 98. *Mire alia Bgii suspicio admiscet pupilli debitoris mentionem.* (*Correxit errorem ed.* 5.) per acceptilationem imaginaria solutione (*dissolui* . . . .] tamen *ed. Bg.*

---

§. 168. *Cf. pr. I. quib. mod. obl. toll.* (3, 29). *Epit.* 2, 10 *pr.*
§. 169. = §. 1. *I. ib.* §. 171. *Cf.* 2, 85. §. 172. *Cf.* §. 1. *I. cit.*

parte 'recte solui*tur*;[1] an autem in partem 'deb*iti*[2] acceptum fieri possit, quaesit*um* est.

173. (*Est*) etiam alia species imaginariae solutionis, per ae*s* et libram; quod et ipsum genus certis in causis receptum est, ueluti si quid eo nomine debeatur, quod per aes et libram gestum '*si*t,[3] siue qui*d* ex iudicati causa 'deb*eatur*.[4] **174.** 'A*d*hibe*ntur* autem[5] non minus quam quinque testes e*t* libripens; deinde is, qui liberatur, ita oportet loquatur: QVOD EGO TIBI TOT 'MILIBVS[6] 'CONDEMNAT*VS SVM*[7], ME *E*O N*O*M*I*N*E A* TE SOLVO LI*B*EROQ*VE* HOC AERE AENEAQVE LIBRA, (*DVM*)[8] HANC TIBI LIBRAM PRIMAM POSTREMA*M*QVE EXPEND*O*,
[250] (*SECVNDVM*) LEGEM PVBLICAM. deinde asse percutit libram eumque d*a*t e*i*, a quo liberatu*r*, ueluti soluendi causa. **175.** Similiter legatarius heredem eodem modo liberat de legato, quod per damnationem relictum est, ut tamen scilic*et*, sicut iudicatus condemnat*um* se esse significat, ita heres *testamento* se dare damnatum esse dicat. de eo tamen t*antum* potest hoc modo lib*e*rari, quod pondere, numero constet, et

---

1) debet recte solui recte soluit *V*st. *In quibus v.* debet (debiti) *ex inferiore versu huc male translatam esse, apparet ex Inst.: 'Sicut autem quod debetur pro parte recte solvitur, ita in partem debiti acceptilatio fieri potest.'* pro parte recte solui *in*tellegit*ur ed. Bg.* 2) *Huc traxi. Cf. not.* 1. 3) et *C.* esset *ed. Bg. Alii:* est. 4) *Cf. 'Gaius' p.* 99. debit *C.* debit*um sit ed. Bg.* 5) *Cum in V*st *notatum etiam legi possit* adhibe*n*tur, *non male* deb(*eatur. eaque res ita ag*)itur: adhibentur *ed. Stud. ex Krügeri cj.* 6) *Displicet hic casus. Num* milib. (*sic C. V*st) *factum est ex* miliu. = milia iure? *nam in XII cautum erat de rebus iure iudicatis. Quae sequuntur iam ed.* 3. *ex V*st, *sic ut Karlowa* (*Röm. Civilproc. p.* 151) *ex St.di relatione ea vulgavit, exhibueram. nunc post ipsum V*st *cognitum accuratius in iis versatus sum.* 7) *In C. fuerit* condemnat' (ur *pro* us) sum | *cum St.us notet in* ussu *versum exisse non videri.* 8) *Addidi, cum omnes eiusmodi formulae uno tenore absolvi soleant; et postea quoque librarius v.* secundum *omisit.*

---

§. 173. *Cf. Fest. v. Nexum p.* 165. *Liv.* 6, 14. *Cic. de legib.* 2, 19. 21. *Varro de L. L.* 7, 5. §. 105. *Huschke Recht d. Nexum p.* 224 *seq.* §. 174. *Cf.* 1, 119. 2, 204. — *Liv.* 22, 10. 1, 24. *L.* 20 *pr. D. de lib. leg.* (34, 3). §. 175. *Cf. Cic. de legib.* 2, 19. 21.

174. ita, si certum sit: quidam et de eo, | quod mensura constat, 'idem[1] existimant.

176. Praeterea nouatione tollitur obligatio, ueluti si quod tu mihi debeas, a Titio dari stipulatus sim; nam interuentu nou*ae* personae noua nascitur obligatio et prima tollitur translata in posteriorem, adeo ut in*ter*dum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima nouationis iure tollatur, ueluti si quod mihi debes, a Titio post mortem eius uel a muliere pupilloue sine tutoris auctoritate stipulatus fuero; quo casu rem amitto; nam et prior debitor liberatur, et posterior obligatio nulla est. non idem iuris est, si a seruo stipulatus fuero; nam tunc (*prior*) proinde *ad*huc obligatus 'tenet*ur*,[2] ac si postea a nullo stipulatus fuissem. **177**. Sed si eadem persona sit, a qua postea stipuler, ita demum nouatio fit, si quid in posteriore stipulatione noui sit, forte si condicio 'uel dies *uel* sponsor[3] adiciatur aut *d*etrahatur. **178**. Sed quod de sponsore dixi*mus*, non constat: nam diuersae sc*h*olae auctoribus placuit, nihil ad nouationem proficere sponsoris adiectionem aut detractionem. **179**. Quod autem diximus, si condicio adiciatur, nouationem fieri, sic intellegi *oportet*, [251] ut ita dicamus factam nouationem, si condicio extiterit; alioquin si defecerit, durat prior obligatio: sed uideamus, num is, qui eo nomine agat, doli mali aut pacti conuenti exceptione possit summoueri, quia uidetur inter eos id actum, ut ita ea
175. res peteretur, si posterioris | stipulationis exstiterit condicio. Seruius tamen Sulpicius existimauit, statim et pendente condicione nouationem fieri, et si defecerit condicio, ex neutra causa agi posse (*et*) eo modo rem perire; qui consequenter et illu*d* respondit, si quis id, quod sibi Lucius Titius deberet, a seruo fuerit stipulatus, nouation*e*m fieri et rem perire; quia

---

1) ind. *C.* 2) manet *Inst. rectius.* 3) uel sponsor adies *C.* aut dies aut fideiussor *Inst.* uel dies aut sponsor *ed. Bg. Cf.* '*Gaius*' *p.* 101.

---

§. 176. = §. 3. *I. quib. mod. obl. toll.* (3, 29). *Cf. Theophil. ib. Epit.* 2, 9. §. 11. *supra* 2, 38. 3, 100. 107. 108. 119. *L.* 1. *D. de novat.* (26, 2). §. 177. = §. 3. *I. cit.* §. 179. = §. 3. *I. cit. Cf. L.* 30. §§. 1. 2. *D. de pact.* (2, 14). *L.* 8. §. 1. *L.* 14. 24. 31 *pr. D. de novat.* (46, 2). a peregrino] *cf.* §§. 93. 119. 176.

cum seruo agi non potest: sed in utroque casu alio iure utimur: nec magis his casibus nouatio fit, quam si id, quod tu mihi debeas, a peregrino, cum quo sponsus conmunio non est, SPONDES uerbo stipulatus sim.

180. Tollitur *ad*huc obligatio litis contestatione, si modo legitimo iudicio fuerit actum: nam tunc obligatio quidem principalis dissoluitur, incipit autem ten*e*ri reus liti*s* contestatione; set *si* condemnatus sit, sublata litis contestatione incipit ex causa iudicati teneri. et hoc (*est*,) quod apu*d* ueteres scriptum est, ante litem contestatam dare debitorem oportere, post litem contestatam condemnari oportere, post condemnationem iudicatum facere oportere. **181.** Unde fit, ut si legitimo iudicio debitum petiero, postea de eo ipso iure agere non possim, quia inutiliter intendo, dari mihi oportere, quia litis contestatione dari oportere desiit: aliter atque si imperio continenti iudicio egerim; tunc enim nihilo minus obligatio durat, et ideo ipso iure postea agere possum, sed debeo per exceptionem rei iudicatae uel in iudicium deduct*ae* summoueri. quae autem legitima (*sint*) | iudicia et quae imperio contine*antur*, 176.
sequenti commentario refe*r*emus.

[252] **182.** Transeamus nunc ad obligationes, quae ex delicto oriuntur, ueluti si quis furtum fecerit, bona rapuerit, damnum dederit, iniuriam commiserit: quarum omnium rerum uno genere consi*st*it obligatio, cum ex contractu obligationes in IIII genera 'd*i*ducantur,[1] sicut supra exposuimus.

183. Furtorum autem genera Seruius Sulpicius et Masurius Sabinus IIII esse dixerunt, manifestum et nec manifestum, conceptum et oblatum: Labeo duo, manifestum (*et*) nec manifestum; nam conceptum et oblatum species potius actionis esse furto coh*a*erentes, quam genera furtorum; quod sane

---

[1]) *Stud. ed.* deducantur *C.*

---

§§. 180. 181. *Cf.* 4, 103 *seq.* 114. 121. 123. *Fr. Vat.* 263. §. 10. *I. de exc.* (4, 13). *L.* 29. *L.* 11. §. 1. *D. de novat.* (46, 2). *L.* 3. §. 11. *L.* 50. §. 2. *D. de pecul.* (15, 1). *L.* 3 *pr. C. de usur. rei iud.* (7, 54). §. 182. *Cf. L.* 4. *D. de obl. et act.* (44, 7). *Epit.* 2, 10. §. 1. *pr. I. de obl. q. ex del.* (4, 1). §. 183. *Cf. Epit.* 2, 10. §. 2. *Paul.* 2, 31. §. 2. *Gell.* 11, 18. *L.* 2. *D. de furt.* (47, 2). §. 3. *I. ib.* (4, 1).

uerius uidetur, sicut inferius appare*b*it. **184.** M*anifes*tum fu*r*tum quidam id esse dixerunt, quo*d* dum fit, deprehenditur: ali*i* uero ulterius, quod eo loco deprehenditur, ubi fit, uelut si in oli*u*eto oli*u*arum, in uineto uuarum furtum factum est, quamdiu in eo oli*u*eto aut uineto fur sit; aut si '*strati*[1] in domo furtum factum sit, quamdiu in ea domo fur sit: alii adhuc ulterius '*cui*usq*ue* *r*e|i[2] manifestum furtum esse dixerunt, donec 'perferret*ur*[3] eo, quo perferre fur destinasset: alii adhuc ulterius, quandoque eam rem fur tenens uisus fuerit; quae sententia non optinuit: set et illorum sententia, qui existimauerunt, donec 'perferret*ur*[3] eo, quo fur destinasset, deprehensum furtum manifestum esse, ideo non | uidetur probari,
177. quod magnam recipit dubitationem, utrum[4] | unius diei an etiam plurium dierum spatio id terminandum sit; quod eo pertinet, quia saepe in aliis ciuitatibus su*r*rept*as* res in alias ciuitates uel in alias prouincias destinant fures perferre: ex duabus itaque superioribus opinionibus alterutra adprobatur; magis tamen plerique posteriorem probant. **185.** Nec manifestum furtum 'quod[5] sit, ex iis, quae diximus, intellegitur: nam quod manifestum non est, id nec manifestum est. **186.** Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem testibus prae- [253]
sentibus furti*u*a res quaesita et inuenta est: nam in eum propria a*ctio* constituta est, quamuis fur non sit, quae appellatur concepti. **187.** Oblatum furtum dicitur, cum res furti*u*a tibi ab aliquo oblata sit, eaque apu*d* te concepta sit; utique[6] si ea mente data tibi fuerit, ut apu*d* te potius quam apud eum, qui dederit, conciperetur: nam tibi, apud quem concepta est,

---

1) tasi *C. V*st. *pro* tab. (*vel* tab.e *vel quod nunc ut librario minus cognitum malui* strati) *ut puto. edd. omittunt; sed unde* tasi? *et etiam in antecedentibus exemplis rei, quae furto ablata est, cum loci natura cohaerentis Gaius mentionem facit.* 2) *Sic legendum puto, quamvis in V*st *pro priore voce magis* eousque *esse videatur; in hac enim opinione non referebat, ut in priore, cuiusmodi esset res furto ablata.* eo usque *absque* rei *edd. sed cf. postea* eam rem. *et consulto in hac opinione generali verbo utitur. Fortasse etiam pro* eo usque *legendum est* cuiusque. 3) perferret *C. edd.* 4) *Ex V*st. *Cf. 'Gaius' p.* 102. 5) quid *Inst. Dig. edd.* 6) uelutique *C.*

---

§§. 184. 185. *Cf. Epit., Inst., Paul., Gell. ll. cc. L.* 3—8. *D. de furt.* (47, 2). §§. 186—188. = §. 4. *I. ib.* (4, 1). *Cf. ibi Schrader.*

propria aduersus eum, qui optulit, quamuis fur non sit, constituta est actio, (*quae*) appellatur obl*a*ti. **188.** Est et*iam* prohibiti furti '(*actio*)[1] aduersus eum, qui furtum quaerere uolentem prohibuerit.

189. Poena manifesti furti ex lege XII tabularum capitalis erat: nam liber *u*erberatus addicebatur ei, cui furtum fecerat; (utrum autem seruus efficeretur ex addictione, an adiudicati loco constitueretur, ueteres quaerebant;) 'in *seru*um | a*e*que uerberat*um* a*nimadvertebatur*. *sed*[2] postea improbata est asperitas poenae et tam ex serui persona quam ex liberi quadrupli actio praetoris edicto constituta est. | **190.** Nec mani- 178.
festi furti poena per legem (*XII*) tabularum dupli inrogatur, eamque etiam praetor conseruat. **191.** Concepti et oblati poena ex lege XII tabularum tripli es*t*, e*a*qu*e* similiter a praetore ser*u*atur. **192.** Prohibiti actio quadrupli est ex edicto praetoris introducta: lex autem eo nomine nullam poenam constituit; hoc solum praec*i*pit, ut qui quaerere uelit, nudus quaerat, 'linteo (*licio*)[3] cinctus, lancem habens; qui si quid inuenerit, iubet id lex furtum manifestum esse. **193.** Quid sit autem linteum (*licium*), qu*a*esitum est: set uerius 'est, *ali-*
[254] *quod*[4] consuti genus esse, quo necessariae partes tegeren*tur*; 'quare lex tota[5] ridicula est; nam qu*i* *u*estitum quaerere

[1]) *Ex Inst.* [2]) *ad hanc simpliciorem ed. meae* 3 *et postea Studem. lectionem, cum V*st *anceps sit, nunc* (*ed.* 5) *redii.* 'in eum | autem qui (*seruus erat, aeque*) uerberatum *animaduertebatur. sed*' *ed. mea* 4. [3]) licio *cj. v. d. Hoeven* (*Zeitschr. f. R. G. VII. p.* 258), *item* licium *initio* §. 193. *sed sine dubio utroque vocabulo decemviri usi sunt ideoque, licet etiam linteum absolute dicatur, legendum est* linteo licio — linteum licium. *alioquin Gaius non tantum de lancis materia in fine §i quaesivisset. Quare vero decemviri ex Pythagorae scitis in hoc quasi sacro ritu non laneum admittebant, sed linteum licium exigebant, disce ex Appul. apol. p.* 518. *ed. Oudend. T. II.* [4]) eam *C. V*st *pro* ēaliq *opinor. antea etiam legi potest* uerior s(ententia). [5]) *Sic iam*

§. 189. *Cf.* 4, 111. *Gell.* 11, 18. 20, 1. 11. 7, 15. *Plaut. Poen.* 4, 2. *v.* 11. *Serv. ad Aen.* 8, 205. *Ovid. Fast.* 3, 845. quadrupli actio] *cf.* 4, 111. 173. §. 5. *I. h. t.* (4, 1). *Paul.* 2, 31. §. 13. §. 190. *Cf.* §. 5. *I. ib. cum Schrader.* §. 191. *Cf.* 4, 173. *Gell.* 11, 18. *Paul.* 2, 31. §. 14. §. 4. *I. ib.* §. 192. *Cf.* §. 188. *Gell.* 11, 18. 16, 10. *Fest. ep. v. Lance et licio p.* 117. *Lex Rom. Burg.* 12. §. 193. *Cf. Fest. l. c. Petron.* 27. *Vergil. Aen.* 8, 284. *Ovid. Fast.* 2, 21.

p*ro*hibet, is et nudum quaerere prohibit*ur*us est, eo magis quod ita qu*a*esita 're (*et*)[1] inuenta maiori poenae subiciatur. deinde quod lancem siue ideo 'haber*e* iubeat*ur*,[2] ut manibus 'occupatis[3] nihil subiciat*ur*, siue ideo, ut quod inuener*it*, ibi imponat, neutrum eorum procedit, si id, quod (*quae*)ratur, eius magnitudinis aut naturae sit, ut neque subici neque ibi *i*nponi possit. certe non dubitatur, cuiuscumque materiae sit ea lanx, satis legi fieri. **194.** Propter hoc tamen, quod lex ex ea causa manifestum furtum esse iubet, sunt, qui scribunt, furtum manifestum aut lege '(*intellegi*)[4] aut natura; lege id ipsum, de quo loquimur; natura illud, de quo superius exposuimus. sed uerius est, natura tantum manifestum furtum intellegi; neque enim lex facere potest, ut qui manifestus fur non s*it*, manifestus sit, non magis quam qui omnino fur non sit, fur sit,
179. et qui adulter aut homicida non s*it*, adulter uel | *h*omicida sit; at illu*d* sane lex facere potest, ut p*ro*inde aliquis poena teneatur, atqu*e* si furtum uel adulterium uel homicidium admi*s*isset, quamuis nihil eorum admiserit.

195. Furtum autem fit non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amouet, *s*et generaliter cum qui*s* rem alienam inuito domino contrectat. **196.** Itaque si quis re, quae apu*d* eum deposita sit, utatur, furtum committit; et si quis utendam rem acceperit, eamque in alium usum transtulerit, furti obligatur, ueluti si quis argentum utendum acceperit,

---

Gösch. recte, quamvis notae C. ante lex tota *proprie* quae res *significent.* quae res [lex tota] *secundum Polenaarium ed. Kr.* 2. *male; nam ea res (licium) quidem maxime ex illa veriore sententia minime erat ridicula, sed lex, et tota quidem (tam praecepto quam sanctione), quae (ex posterioris aevi moribus et sententia) quod prohibere volebat, iuvabat itaque severius vindicabat.*
1) r *notata C.* = res, *ut fortasse librarius in cod. quem describebat,* res *pro* ret = re et *legisse et notasse videatur.* res *edd. etiam meae* 1. 2. re *cj. v. d. Hoeven l. c.* 2) *Ex Polen. ed.* haberi iubeat *C. edd.* 3) *Sic recte ed. Polen.* occupantis *C. sed deinde pro* subiciat *C.* subiciat*ur edd. retinui.* 4) *Hoc loco post* au-t lege *facilius omitti potuit* +legi, *quam quo edd.* (*et mea* 1) *suppleverunt post* natura.

---

§. 194. *Cf. L.* 2. §. 1. *D. de usufr. ear. rer.* (7, 5). §. 195. = §. 6. *I. h. t.* (4, 1). *Cf. Epit.* 2, 10. §. 3. *Paul.* 2, 31. §. 1. *Gell.* 11, 18. §. 196. *Cf.* §. 6. *I. cit. Epit.* 2, 10. §§. 4. 5. *Paul.* 2, 31. §. 29. *Gell.* 7, 15. *Val. Max.* 8, 2, 4.

'quasi amicos ad cenam inu*i*taturus,[1] et id peregre secum
[255] tulerit, aut si quis e*qu*um gestandi gratia commodatum longius '*quam quo* rogauerit,[2] aliquo duxerit, quod ueteres scripserunt de eo, 'qui *uls Ar*icia*m*[3] perduxisset. **197.** Placuit tamen, eos, qui *re*bus commodatis aliter uterentur quam utendas accepissent, ita furtum committere, si intel*l*egant, id se inuito domino facere, eumque, si intellexisse*t*, non permissurum; *at*[4] si permissurum crederent, extra furti crimen uideri: optima sane distinctione, quia furtum sine dolo malo non committitur. **198.** Set et si credat aliquis, inuito domino se rem *con*trectare, domino autem uolente id fiat, dicitur furtum non fieri. unde illu*d* quaesitum 'et probatum[5] est: Cum Titius seruum meum *s*olli*c*itaret, ut quasdam res mihi subriperet
et ad eum perfer*r*et, (*seruus*) | id ad me pertulit. ego, dum 180.
uolo Titium in ipso delicto deprehendere, 'permi*si* seruo[6] quasdam res ad eum perfe*r*re. 'quaesitum est,[7] utrum furti an serui corrupti iudici*o* teneatur Titius mihi, an neutro? responsum, neutro eum teneri; furti ideo, quod non inuito me res 'contrectar*i*t,[8] serui corrupti ideo, quod deterior

---

1) (*quod*) quasi amicos ad cenam inuitaturus rogauerit *edd. etiam mea* 1. *Sed v.* rogauerit *et molesta hic et Instit. ignorata, ideoque in ed. Stud. eiecta aperte est fugitiva. ed.* 3. *eam sequenti versu post v.* commodatum (*cf. L.* 5. §. 7. *L.* 22. *D. commod.* 16, 3) *suppleto deinde* (et) *et pro* cum *scripto* eum *reposueram. nunc vid. not. seq.* 2) cum *C.* secum *edd. et mea* 1. *otiose et contra Instit. Nunc non dubito quin vox* rogauerit, *cum h. l. excidisset, effecerit ut* cum *scriberetur pro* q(uam) q(uo). *Similiter Polen. ed. cf. ab eo laudatos Gell.* 6 (7), 15, 1. *Val. Max.* 8, 2, 4. 3) qui in aciem *C.* qui equum in aciem *Inst. Locus, ut Polen. recte iudicavit, pessundatus, a sciolo scilicet quodam, qui neque veterum* uls *neque* Ariciam *noverat, et sanandus ex Valer. Max. l. c.* '*multus sermo eo etiam iudicio manavit, in quo quidam furti damnatus est, qui equo, cuius usus illi Ariciam commodatus fuerat, ulteriore eius municipii clivo vectus esset*'. *Qui in aciem perducit, non semper longius, quam quo rogaverat ducit.* 4) *ex Bg. ed.* et *C.* 5) *Ita C. Vid.* '*Gaius*' *p.* 102. 6) pmiserumuo *C.* permisi seruo meo *ed. Bg. Sed Codicis* rum *est* r *male pro sigla habitum.* 7) *Ita C. per notam. Omiserunt edd.* 8) contrectaret *C.* contrectauit *ed. Bg.*

---

§. 197. = §. 7. *I. ib.* §. 198. = §. 8. *I. ib. Cf. L.* 46. §. 8. *D. de furt.* (47, 2). *L.* 20. *C. eod.* (6, 2). *L.* 1. §. 5. *D. de servo corr.* (11, 3).

seruus factus non *'sit.*[1] **199.** Interdum autem etiam liberorũm hominum furtum fit, uelut si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra *s*i*nt*, siue 'etiam uxor,[2] quae in manu nostra sit, siue *ad*iudicatus[3] uel auctoratus meus subreptus *f*ueri*t*. **200.** Aliquando etiam s*u*ae rei quisque furtum committit, ueluti si debitor rem, quam credito*ri* pignori dedit, subtraxerit, uel *'si*[4] bonae fidei possessori rem meam possidenti subripuerim: unde placuit, eum, qui ser*u*um suum, quem [256] alius bona fide possidebat, ad se reuersum celauerit, furtum committere. **201.** Rursus ex diuerso in*ter*dum alienas res occupare et usucapere concessum est, nec creditur furtum fieri, uelut res hereditarias, quarum heres 'non(*dum*) est[5] nactus possessionem, 'nisi necessarius heres e*xt*et;[6] nam necessario herede extante placuit, 'nihil[7] pro herede usucapi pos*se*. item de*bi*tor rem, quam fiduciae causa creditori mancipauerit aut in iure cesserit, (*secun*)dum ea, quae superiore commentario rettulimus, sine furto possidere et usucapere potest. **202.** Interdum furti tenetur, *qui* ipse furtum non

[1]) est *C. edd.* [2]) *Malim* ea (*unde* et. = etiam *factum*) uxor. [3]) etiudicatus *C.* etiam iudicatus *edd. sed iudicati tantum furtum non fit. Cf.* 3, 189. *adiudicati vero numero olim etiam iudicatus et iure ductus vinctus erat. Cf. lex colon. Iul. Genet. c.* 61. [4]) et *C. voluit* et(iam). [5]) *Ex V*st. 'non*dum*' *ex ed. mea* 3.; '*non prius*' *ed. Bg.* [6]) *Ex V*st*, in quo tamen est* esset. licet n. h. esset *ed. mea* 3. *Cf. Zeitschr. f. gesch RW. XIV. p.* 173. *sed et supra* 2, 58. [7]) *Ex V*st. (ut *ex Sched. Gösch. edd.*) *unde infra pro* possit *scribendum erat* posse it(em). *De eo vero, quod Gaius h. l. ad necessarium heredem videtur referre vel restringere, quod* 2, 58. *de suo et necessario dixerat, vid. praefationem p.* 162. *nam latiori quodam sensu eum necessarii heredis appellationem utroque loco intellexisse, maxime in Institutionum libro, si respicias* 2, 152. *dici vix potest.*

§. 199. = §. 9. *I. ib.* in potestate . . . et manu] *cf.* 2, 87. 90. iudicatus] *cf.* §. 78. 4, 21. *Gell.* 20, 1. auctoratus] *cf. Collat.* 4, 3. §. 2. 9, 2. §. 2. *Lex Iul. munic. v.* (39) 113. *ibiq. Dirksen Obs. p.* 93. *Brisson. de form.* 8, 50. §. 200. = §. 10. *I. ib.* (4, 1). *Cf.* §. 204. *Paul.* 2, 31. §§. 36. 21. §. 201. *Cf.* 2, 9. 52. 56—60. *L.* 2. *C. pro herede* (7, 29). *Paul.* 2, 31. §. 11. *L.* 40. *D. de nox. act.* (9, 4). *L.* 1. §. 15. *D. si is q. test. man.* (37, 4). *L.* 2. *L.* 6. *D. expil. her.* (47, 19). *L.* 68—70. *D. de furt.* (47, 2). §. 202. = §. 11. *I. ib. Cf.*

fecerit, qualis | est, cuius ope consilio furtum factum est: in 181.
quo numero est, qui nummos tibi excussit, ut eos alius surriperet, uel opstitit tibi, ut alius surriperet, aut o*u*es aut *boue*s tuas fugauit, ut alius eas exciperet: et hoc ueteres scripserunt de eo, qui 'panno[1] rubro fugauit armentum; sed si qui*d* per lasciuiam et non data opera, ut furtum commit*t*eretur, factum sit, uide*b*imus, a*n* utilis '*actio* dari[2] debeat, cum per legem Aquiliam, quae de damno lata (*est*,) etiam culpa puniatur.

203. Furti autem a*ctio* ei conpetit, cuius interest, rem saluam esse, licet dominus non sit: itaque nec domino aliter conpetit, quam si e*i*u*s* in*ter*sit, rem non perire. **204.** Unde constat, creditorem de pignore subrepto furti agere posse; adeo quidem, ut qu*am*uis ipse dominus, id est ipse debitor, eam rem subripuerit, nihilominus creditori conpetat actio furti.
[257] **205.** Item si fullo p*o*lienda curandaue aut sarcinator sarcienda uestimenta mercede certa acceperit, eaqu*e* furto amiserit, ipse furti habet actionem, non dominus; quia domini nihil *interest*, *e*a non peri*i*sse, cum iudicio locati a fullone aut sarcinatore suum *con*sequi poss*i*t, si modo is fullo aut sarci*na*tor[3] 're*i* praestand*ae* ple*ne*[4] sufficiat; nam si soluendo non est, tunc quia ab eo dominus s*uu*m consequi non potest, ipsi furti actio conpetit, quia hoc casu ipsius interest, rem saluam esse.
206. Qu*a*e de fullone | aut sarci*na*tore diximus, eadem trans- 182.
feremus et ad eum, cui rem commodauimus: nam ut illi mercedem capiendo custodiam praestant, ita hi*c* quoque utend*i* commodum percipiendo similiter necesse habet custodiam praestare. **207.** Sed is, apu*d* quem res deposita est, custodiam non praestat, tantumque in eo obnoxius est, si quid ipse

[1]) eo panno *C*. [2]) atque deari *C*. [3]) *Nolui hic et* 3, 206. *codicis scripturam* sarcitor *retinere, vulgi tantum, ut videtur, vocabulum.* [4]) rem p̀stande pic *V*st; *in fine* ne *periisse censui.*

Epit. 2, 10. §. 6. *infra* 4, 37. 3, 219. 211. *Paul.* 2, 31. §. 10. *Cic. de n. deor.* 3, 30. §. 74. *Gell.* 11, 18. *fin.* panno rubro] *cf. L.* 50. §. 4. *D. de furt.* (47, 2). *Senec. de ira* 3, 30. *Lex Rom. Burg.* 29.
§. 203. = §. 13. *I. ib.* (4, 1). *Cf. Paul.* 2, 31. §. 4. §. 204. = §. 14. *I. ib. Cf. Paul.* 2, 31. §. 19. §. 205. = §. 15. *I. ib. Cf. Paul.* 2, 31. §. 29. §. 206. = §. 16. *I. ib. Cf. Collat.* 10, 2. §§. 1. 6. §. 207. = §. 17. *I. ib.*

'dolo malo[1] fecerit; qua de *causa* (*si*) res ei subrepta fuerit, 'quia restituendae eius[2] 'no*mine actio*ne[3] depositi non *tene*tur, nec ob id eius interest, rem saluam esse furti itaque[4] agere non potest, *s*et ea actio domino conpetit.

208. In summa sciendum est, qua*e*situm esse, an impubes rem alienam *am*ouendo furtum faciat. plerisque placet, quia furtum ex ad*f*ectu consistit, ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit et ob id intellegat, se delinquere.

209. Qui res alienas rapit, tenetur etiam furti: quis enim magis alienam rem inuito domino *con*trec*t*at, quam 'qui ui[5] rapit? ita*que*[6] rect(*e dict*)um est, eum improbum furem esse; set et propriam actionem eius *deli*cti nom*i*ne praetor introduxit, [258] quae appellatur ui *b*onorum raptorum, et est intra annum quadrupli,[7] post annum simpli: quae actio utilis est, etsi quis unam rem, licet minimam, rapuerit.

210. Damni iniuriae actio constituitur per legem Aquiliam, cuius primo capite cautum est, (*ut*) si quis hominem
183. alienum | '(*ali*)*en*amue[8] quadrupedem, qua*e* *p*ecudum numero sit, iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fu*er*it, tantum *'aes*[9] domino dare damnetur. **211.** 'Iniuria[10] autem

---

1) *Sic etiam Inst.* dolo *edd. Sed* malo *per* m *notatum aberravit in superiorem versum, ubi inde factum* praestatum *pro* praestat. 2) *Sic recte Inst.* quae restituenda est eius *C.* (*ex errore notae* qa *et* e *male pro nota sumto*) *edd.* 3) nomine *edd. item Inst.* nomninoe *C. scilicet pro* nomine aone. *Cf.* '*Gaius*' *p.* 103. 4) *Sic C., ut apodosis iam a* nec ob id *coeperit et hinc nova periodus incipiat. quod ferri potest* (nec = *etiam non*) *adeoque* §. 203. *magis convenit. Omittunt* itaque *Instit. et edd.* 5) *Ex Inst. et Bg. cj.* qui (*notata* q) *C. edd.* 6) *Secundum V*st *possis opinari, post litteras* it *male repetitas legendum esse;* a(ut) n(on) | recte dictum est, eum improbum furem esse? 7) *Ita Inst.* actio *addunt C. edd.* [actio] *ed. Stud.* 8) *Ex Inst. et L.* 2 *pr. h. t. emendavi.* eamue (*initio paginae*) *C. edd. Sed ali*enamue *edd. Bg.* 5, *et Stud.* 9) *Alieno loco ex margine puta repositum in eodem versu ante* iniuria *C. habet* is, *Inst. ignoratum, unde* aes (es) *restitutum huc revocavi. Cf. L.* 2 *pr. cit.* 10) Is iniuria *C. edd. Cf. not.* 9.

---

§. 208. = §. 18. *I. ib. Cf. L.* 111 *pr. D. de reg. iur.* (50, 17). §. 209. = *pr. I. de vi bon. rapt.* (4, 2). *Cf. L.* 2. §§. 10. 12. *D. eod.* (47, 8). §. 210. = *pr. I. de l. Aquil.* (4, 3). §. 211. *Cf.*

occidere intellegitur, cuius dolo aut culpa id acciderit, nec ulla alia lege damnum, quod sine iniuria datur repraehenditur; itaque inpunitus est, qui sine culpa et dolo malo casu quodam damnum committit. **212.** Nec (*tamen*) solum corpus in actione huius legis aestimatur; sed 'sane *si* (*ueluti*)[1] seruo occiso plus dominus capiat damni quam pretium serui *sit*, id quoque aestimatur, uelut si seruus meus ab aliquo heres institutus antequam iussu meo hereditatem cerneret, occis*us* fuerit: non enim tantum ipsius pretium aestimatur, sed et hereditatis amissae quantitas. item si ex gemellis uel ex comoedis uel ex sy*m*p*h*oniacis unus occisus fuerit, non solum occisi fit *a*estimatio, sed eo amplius '(id)[2] quo*que* conputatur, quod ceteri, qui supersunt, depretiati sunt. idem iuris est etiam si ex pari mularum unam uel etiam ex 'quadrigis equorum[3] unum occiderit. **213.** Cuius autem seruus occisus est, is liberum arbitrium habet uel capitali crimine reum facere eum, qui occiderit, uel hac lege damnum persequi. **214.** Quod autem
[259] adi*ec*tum est in hac lege, 'quanti in eo anno plurimi ea res fuerit,' illu*d* efficit, si clodum puta aut luscum seruum occiderit, qui *i*n eo anno integer fu*er*it, '(*ut non quanti clodus aut luscus, sed quanti integer fuerit,*)[4] aestimatio fiat; quo fit, ut quis plus in*ter*dum *con*sequatur quam ei damnum | datum est. 184.

215. Capite secundo '(*aduersus*)[5] adstipulatorem, qui pecuniam in fraudem stipulatoris acceptam fecerit, quanti ea

1) *Hoc nunc malui, quam* 'si alieno', *quod scripseram* '*Gaius*' *p.* 104. sanei *C.* sane *si ed. Bg. et Kr.* 2. *Sed* sane *suam vim* (freilich, allerdings) *h. l. non habet, nisi et antea* '*tamen*' *suppleveris, quod nunc feci. Certe v.* '*veluti*' *exemplum notante careri non potest, quod librarius ob sequens* uelut *omittendum esse putavit.* 2) *Ex Inst.* 3) quadrigis aequorum *C.* quadriga equorum *ed. Bg.* 4) '*ut non quanti mortis tempore, sed quanti in eo anno plurimi fuerit*' *ed. Bg. Similia ed. Stud.* 5) *Ex Pöschm. cj. scripsi* (*omissum sc.* adū. *ante* adst.) (*in*) *edd. et mea* 1.

§§. 2. 3. 14. *I. ib. Collat.* 7, 3. §§. 1. 4. *Cic. pro Tull.* 11. *L.* 23 *fin. D. de reg. iur.* (50, 17). §. 212. *Cf.* § 10. *I. h. t.* (4, 3). *L.* 22. §. 1. *D. eod.* (9, 2). §. 213. *Cf.* §. 11. *I. ib.; lib. meum* '*Gaius*' *p.* 104. §. 214. *Cf.* §. 9. *I. ib.* §. 19. *I. de act.* (4, 6) *et supra* §. 210. *infra* §. 218. §. 215. *Cf.* §. 12. *I. h. t.* (4, 3). *L.* 27. §. 4. *D. eod.* (9, 2). *supra* §. 110 *seq.* '*Gaius*' *p.* 107.

res est, ta*n*ti actio constituitur. **216.** 'Qua[1] et ipsa parte legis damni nomine actionem introduci manifestum est; sed id caueri non fuit necessarium, cum actio mandati ad eam rem sufficeret; nisi quod ea lege aduersus infitiantem in duplum agitur.

217. Capite tertio de omni cetero damno cauetur: itaque si quis seruum uel eam quadrupedem, qu*ae* (*pecudum numero est*, *uulnerauerit*, *siue eam quadrupedem*, *quae*) pecudum numero *non* est, uelut canem, aut feram *b*estiam, uel*ut* ursum, leonem, uulnerauerit uel occiderit, 'hoc[2] capite actio constituitur: in ceteris quoque animalibus, item in omnibus rebus, qua*e* anima carent, damnum iniuria datum hac parte uindicatur; si quid enim ustum 'aut fractum aut ruptum[3] (*fuerit*), actio hoc capite constituitur, quamquam potuerit sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere: ruptum (*enim intellegitur*, *quod quoquo modo corruptum*) est; unde non solum usta aut rupta aut fracta, sed etiam scissa et *c*ollisa et effusa et quoquo modo uitiata '*ita*que perempta aut deteriora facta[4] hoc uerbo continentur. **218.** Hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus xxx prox*i*m*i*s ea res fuerit, damnatur is, qui damnum dederit; ac ne 'plurimi' [260]
quidem uerbum adicitur: et ideo quidam putauerunt,[5] liberum esse 'iudici ad id tempus ex xxx diebus aestimationem redigere,
185. quo plurimi | res fuit, uel ad id, quo minoris fuit:[6] sed Sabino placuit, perinde ha*b*endum ac s*i* et*iam* hac parte 'plurimi' uerbum adiectum esset; nam legis latorem contentum fuisse, (*quod prima parte eo uerbo usus esset.* **219.** *Ceterum*)[7]

---

1) Quam *C. ed. Bg.* qua *edd. Bg.* 5. *et Stud.* 2) *Instit.* e (*vel* c)a hoc *V*st. *errore iam vocem* ca-pite *incipiens. ex* hoc *edd. prior.* 3) aut ruptum aut fractum *V*st *et Inst. Sed vid. L.* 27. §§. 5. 16. *D. h. t.* 4) aut perempta atque deteriora facta *V*st *et edd. et fere Inst. veteri mendo.* 5) *Secundum V*st *litterae* pu- *errore bis scriptae sunt.* 6) *Ex V*st; *tantum initio pro* iudici *scriptum est* iudicium. 7) *Ex Instit. suppletum.*

---

§. 216. *Cf.* §. 111. — 4, 9. 171. §. 217. = §. 13. *I. ib. Cf. Collat.* 2, 4. 12, 7. *L.* 27. §§. 5. 15. *D. h. t.* (9, 2). §. 218. *Cf.* §§. 14. 15. *I. ib. L.* 29. §. *ult. D. eod.* (9, 2). §. 219. *Cf.* §. 16. *I. ib. Collat.* 12, 7. §§. 4—8. *L.* 7. §. 7. *D. h. t.* (9, 2).

et*iam* placuit, ita demum ex ista lege actionem esse, si quis corpore suo damnum dederit, '*ideoque*[1] alio modo damno dato utiles actiones dantur, uelut si quis alienum hominem a*ut* pecudem incluserit et *f*ame necauerit, aut iumentum tam uehementer egerit, ut rumperetur; 'item[2] si quis alieno seruo persuaserit, ut in arborem ascenderet uel in puteum descenderet, et *is* ascendendo aut descendendo 'ceciderit (*et*) aut[3] mortuus fuerit aut aliqua parte corporis laesus sit. '*a*t en*im uero*[4] si quis alienum seruum de ponte a*ut* ripa in flumen proiecerit et is suffocatus fuerit, 'h*un*c quoque[5] corpore suo damnum dedisse eo, quod proiecerit, non difficiliter intellegi potest.[6]

220. [7]Iniuria autem committitur non solum cum quis pugno puta aut fuste percussus uel etiam uerberatus erit, sed et si cui conuicium factum fuerit, siue quis *b*ona alicuius quasi debitoris (*sui*)[8] sciens, eum 'nihil sibi debere,[9] proscripserit, siue quis ad infamiam alicuius libellum aut carmen
[261] scripserit, siue quis matremfamilia*s* aut praetextatum adsectatus fuerit, et denique aliis pluribus modis. **221.** Pati a*utem* iniuriam uidemur non solum per nosmet ipsos, sed et*iam* per liberos nostros, quos in potestate habemus, | item per uxores 186.
nostras, '*quamuis* in manu nostra (*non*) sint;[10] itaque si 'uel*uti fil*iae*fam*iliae[11] meae, quae Titio nupta est, iniuriam feceris,

---

1) *Item secundum Inst. ex ed. Stud.* quia *ed. Bg. Alii aliter.*
2) *Sic* V^{st}. '*aut*' (*minus aptum*) *ex Inst. edd. suppleverunt.*
3) cecideri aut *C.* cecideri*t ita* ut *ed. Bg.* 4) itemp *C. ut nunc puto pro* at en(im) u(ero). *ed.* 3. *scripseram* '*quod*'. sed *Inst. ed. Stud.* 5) qq hic V^{st} *et postea* dedisset. 6) *Iam hic* (*cf. not. seq.*) *omissum esse videtur, quod addunt Inst.:* ideoque ipsa lege Aquilia tenetur. 7) *Excidisse aliquid videtur, cui respondet pr. I. h. t.* = *Collat.* 2, 5, 1. 8) *Addidi. Excidisse videtur ob simile sequens* sci-ens. 9) sibi debere sibi V^{st}, *ut iam appareat, librarium tantum idem verbum per errorem bis scripsisse.* 10) *Retinenda est haec correctio, ne Gaius in eo, quod hinc sequi ait* (itaque etc.) *sibi ipsi contradicat.* c. *pro* q(uam)u(is) *C.* 11) *Locus iam ante Iustinianum corruptus etiam a me varie tentatus.* ueltiae filiae

---

§. 220. *Cf.* §. 1. *I. de iniuriis* (4, 4). *Paul.* 5, 4. §§. 1. 3. 4. 14 *seq.* proscr.] *cf.* 3, 78. 4, 102. *Cic. pro Quint.* 15. §. 221. *Cf.* §. 2. *I. ib. Paul.* 5, 4. §. 3.

non solum filiae nomine tecum agi iniuriarum potest, uerum etiam meo quoque et Titi*i* nom*ine*.[1] **222.** Seruo autem ipsi qu*idem* nulla iniuria intellegitur fieri, sed domino per eum fieri uidetur: non tamen i*i*sdem modis, quibus etiam per liberos nostros uel uxores iniuriam pati uidemur, sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit, quod aperte 'in *con*tumeliam domini fieri uidetur,[2] ueluti si quis alienum seruum uerberauerit, et in hunc casum formula proponitur; at si qui*s* seruo conuicium fecerit uel pugno eum percusserit, non proponitur ulla formula, nec temere p*e*tenti datur.

223. Poena autem iniuriarum ex lege XII tabula*rum* propter membrum quidem ruptum talio erat: propter os uero fractum aut conlisum trecentorum assium poena 'erat *tum*,[3] si libero os fractum erat; at si seruo, CL: propter ceteras uero iniurias XXV assium poena er*a*t constituta. et *u*idebantur illis temporibus in magna paupertate satis idoneae istae pecuniae[4] poenae *esse*.[5] **224.** Set nunc alio iure utimur: permittitur enim nobis a praetore *ipsi*s iniuriam *a*estimare, et iudex uel tanti condemnat, quanti nos aestimauerimus, uel minoris, pro*ut* ill*i* *ui*sum fuerit; set cum atrocem iniuriam praetor |
187. aestimare soleat, si simul constituerit, quantae pecuniae eo nomine fieri debeat uadimonium, *h*ac ipsa quantitae taxamu*s* formulam, et iudex quamui*s* possit 'uel[6] minoris damnare, plerumque tamen propter ipsius praetoris auctoritatem non [262]
audet minuere condemnationem. **225.** Atrox autem iniuria

C. error ex nota ffiae *explicata aliquo modo natus; certe filiafamiliae significanda erat.* 1) *An quae in Instit. tit.* §. 2. *sequuntur, Gaiana sint, ut videntur, et a librario omissa, statui iam non potest.* 2) ad contumeliam domini respiciat *Inst.* 3) eratū̄ *C.* statuta *edd. meae prior.* 4) pecuni[*ari*]ae *ed. Bg.* 5. nummariae *Inst.* 5) penaene *C.* 6) *Delendum censet v. d. Hoeven l. c. Malim* et(iam).

§. 222. = §. 3. *I. ib. Cf. Ies. Sirac.* 33, 31. '*Gaius*' *p.* 154. 160. §. 223. = §. 7. *I. ib. Cf. Collat.* 2, 5. §. 5. *Paul.* 5, 4. §§. 6. 7. *Fest. v. Talionis. Viginti quinque p.* 363. 371. *Gell.* 20, 1. 16, 10. *et vid.* '*Gaius*' *p.* 117 *seq.* §. 224. *Cf.* §. 7. *I. cit. Collat.* 2, 6. §§. 1—5. 2, 2. *Paul.* 5, 4. §. 7. *Gell.* 20, 1. *infra* 4, 186. *Vid.* '*Gaius*' *p.* 134 *seq.* ipse praetor] *Cf. L.* 2 *fin. D. de feriis* (2, 12).

aestimatur uel ex facto, uelut si quis ab aliquo uulneratus aut uerberatus fustibusue caesus fuerit; uel ex loco, uelut si cui in theatro aut in foro iniuria facta sit; uel ex persona, uelut si magistratus iniuriam passus fuerit, uel senatori[1] ab humili persona facta sit iniuria.

LIB. III. EXPLIC.

[2] ———————————————————— 188.

[1]) *Instit.* senatoribus *C.* [2]) *Pagina vacua.*

§. 225. = §. 9. *I. ib.* *Cf.* *Paul.* 5, 4. §. 10. *Collat.* 2, 2.

189. **1.** '*Superest, ut de actionibus loquamur. Et si quaeramus,*[1] quot genera actionum sint, uerius uidetur, duo esse, in rem et in personam: nam qui IIII esse dixer*unt* ex sponsio*num* generibus, non animaduerterunt, quasdam species actionum inter genera se rettulisse. **2.** In personam actio est, qua agimus[2] cum aliquo, qui nobis uel ex contractu uel ex delicto obligatus est, id est, quotiens '*e*um[3] intendimus dare, facere, praestare[4] oportere. **3.** In r*em* actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, *aut i*us aliquod nobis conpetere, uelut utend*i* aut utendifruend*i*, *e*undi, agendi aquamue ducendi uel altius tollendi *pr*ospiciendiue, '(*aut cum*) actio[5] ex diuerso aduersario est negatiua. **4.** Sic itaque

---

[1]) *Fere ex Gösch. cj. restitui. Primus versus C. cum initio alterius litteris vacuus.* [2]) *Vocem* quotiens, *quam addit C. ut fugitivam nunc suo loco post* id est *restitui, ubi omissa effecit, ut* c(um) *scriberetur pro* eum. 'qua agimus, quotiens cum aliquo, qui .... est, (*contendimus*)' *ex Lachm. cj. ed. Bg.* (*sed v.* quotiens *uncinis inclusa ed.* 5. *omissa ed. Stud.*) [3]) c' *C.* cum *edd. cf. not.* 2. *Nam persona hic minime omitti poterat.* [4]) praestarie *C. fortasse* praestare n(obis). *Etiam* praestare ('*et aliis quibusdam modis*' *Inst.*) *recte habet, qua incerta sed ad personam et culpam spectante appellatione Gaius actionum ex delicto venientium intentiones videtur complecti voluisse. Cf. L.* 3 *pr. D. de obl. et act.* (44, 7). *L. Rubr. c.* 22. [5]) ā̄o *C. ante quod simile* ā̄c *omissum videtur.* (*quibus casibus*) *suppl. Momms. in Stud. ed. sed dicendum erat hanc actionem in rem esse. cf.* §. 2. *I. h. t.*

---

§§. 1—3. *Cf. pr.* §§. 1. 2. *I. de act.* (4, 6). *Iuvenal.* 16, 36—41. *L.* 25 *pr.* §. 1. *D. de obl. et act.* (44, 7); *infra* §. 41. IIII] 1) *personalis actio;* 2) *petitoria formula;* 3) *in rem actio per sponsionem, cuius summa per formulam, et* 4) *per sponsionem, cuius summa sacramenti actione petitur. Cf.* 4, 91. 95. §. 4. = §. 14. *I. ib. Cf.* 2, 79. 3, 99. 189. 190.

discretis actionibus, certum est, non posse nos rem nostram ab alio ita petere: SI PARET EVM DARE OPORTERE; nec enim
[264] quod nostrum est, nobis dari potest, cum scilicet id dari nobis intellegatur, quod (*ita datur*, *ut*) nostrum fiat; nec res, quae *nostra iam est*, nostra ampli*us* fieri potest. plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut extra poenam dupli aut quadrupli rei recipiendae nomine fures 'etiam hac actione[1] teneantur: SI PARET EOS DARE OPORTERE, quamuis sit etiam aduersus eos haec actio, qua rem nostram esse petimus. **5.** Appellantur autem in rem quidem actiones uindicationes, in personam uero actiones, quibus 'dar*i*[2] fieriue oportere intendimus, condictiones.

6. Agimus autem interdum, ut rem tantum con|sequamur, 190.
interdum ut poenam tantum, alias ut rem et poenam. **7.** Rem tantum persequimur uelut actionibus ex contractu.[3] **8.** Poenam tantum *per*sequimur[4] uelut actione furti et iniuriarum et secundum quorundam opinionem *actio*ne ui bonorum raptorum: nam ipsius rei et uindicatio et condictio nobis conpetit. **9.** Rem uero et poenam persequimur uelut ex his causis, ex quibus aduersus infitiantem in duplum agimus; quod accidit per actionem iudicat*i*, depensi, damni in*iuri*ae '*legis* Aqu*i*lia*e*, aut[5] legatorum nomine, quae per damnationem 'cert*a* relicta[6] sunt.

---

1) *Ex mea cj.* (*Zeitschr. XIII. p.* 255) *scripsi.* ex hac actione etiam *C. ed. Bg.* *sed* ex hac actionem *V*st. 2) dare *C. ed. Bg.*
3) *Addit C.:* agim', *unde alii:* actionibus (*quibus*) e. c. agimus.
4) *Ex cj. v. d. Hoeven.* consequimur *C. edd. etiam meae* 1. 2.
5) l̄ aquiliae a *C. habuisse videtur.* legis Aquiliae et rerum (*sequente* legat*arum*) *ed. Bg. Ceterum non tantum pecuniarum vel quantitatum, sed omnium legatorum nomine, quae per damn. certa relicta erant, adversus infitiantem in duplum actionem fuisse, probant Dig. loca ad* 2, 202. *cit.* 6) certe relictae *C.* cert*ae* relictae *ed. Bg.*

---

§. 5. = §. 15. *I. ib. Cf. L.* 25 *pr. D. de obl. et act.* (44, 7). §. 6. *Cf.* §. 16. *I. ib.* §. 7. *Cf.* §. 17. *I. ib. L.* 35 *pr. D. de obl. et act.* (44, 7). §. 8. *Cf.* §§. 18. 19. *I. ib. pr. I. de vi bon. rapt.* (4, 2); *supra* 3, 209. §. 9. *Cf.* §. 171. 2, 282. 3, 127. 216. *Paul.* 1, 19. §. 1. §. 19. *I. de act.* (4, 6). *Cic. de offic.* 3, 16. *pro Flacco* 21. *Zeitschr. f. gesch. RW. XIV. p.* 256 *seq.*

10. Quaedam praeterea sunt actiones, quae ad legis actionem exprimuntur, quaedam sua ui ac potestate constant: quod
ut manifestum fiat, opus est, ut prius de legis actionibus [265]
loquamur.

11. Actiones, quas in usu ueteres *h*abuerunt, legis actiones appellaba*n*tur, uel ideo quod legibus proditae erant, quippe tunc edicta praetoris, quibus conplur*e*s actiones introductae sunt, nondum in usu habebantur, uel ideo quia ipsarum legum uerbis accommodatae erant et ideo immutabiles proinde atque leges obserua*ba*ntur: unde *c*um qui*s* de ui*t*ibus succisis ita egisset, ut in actione uites nominaret, responsum (*est*), eum rem perdidisse, quia debuisset arbores nominare, eo quod lex XII tabularum, ex qua de uitibus succisis actio conpeteret, generaliter de arboribus succisis loqueretur. **12**. Lege autem
191. agebatur modis | quinque, sacramento, per iudic*i*s postulatio-
t. s. nem, per cond*i*ctionem, per manus iniectionem, per pignoris
captionem.

13. Sacramenti actio generalis erat: *de* quibu*s* enim rebus ut aliter ageretur, lege cautum non erat, de h*is* sacramento agebatu*r*: eaque actio perinde periculos*a* erat falsi*loquo propter iusiurandum*[1] atque hoc tempore periculosa est actio

---

[1]) *Sic nunc edo, quia hoc proxime ad Gösch. Sched. speciem accedere et neque* V[st] *neque Suppl. St. p. XXXIII* (*tantum* falsi '*sacramenti causa*' *et* falsi'*dicis*' *initio v.* 10 *vetantibus*) *adversari videtur, si scriptum fuisse ponis:* falsiloq̊ p̄p̄ īī *quanquam idem fere sensus et aliter expressus esse potuit, velut quod per se spectatum maxime placet:* 'falsi *i*(*uris*)*i*(*urandi*) *c*(*on*)*uictis*' *vel, ut ed.* 2. *scripseram* 'falsi *i*(*uris*)*i*(*urandi*) *nom*(*ine*)', *ubi notavi: Gaius enim neque omnino sacramentum quid esset, non explicare, neque negotium in hac actione periculum creans, cui ex sui temporis iure sponsionem comparat, non demonstrare potuit. De re cf. Cic. de off.* 3, 29. §. 106 *et omnino Danz der sacrale Schutz, maxime p.* 99. *et c.* 4. *et libr. meum „die multa u. d. sacram.“ p.* 379.

---

§. 10. *Cf.* §§. 32. 33. §. 11. *Cf. L.* 2. §. 6. *D. de orig. iur.* (1, 2). *Varr. de L. L.* 6, 71. de uitibus succ.] *cf. Plin. N. H.* 14, 1 *pr. L.* 28. §. 6. *D. de iureiur.* (12, 2). *Tit. D. arb. furt. caes.* (47, 7). §. 12. sacram.] §§. 13—17. p. iud. post.] *eius expositio periit.* per condict.] §§. 18—20. per man. ini.] §§. 21—25. per pign. capt.] §§. 26—29. §. 13. *Cf. infra* §§. 171. 180. *Fest. v. Sacramentum, Sacramento p.* 344. *Varro de L. L.* 5, 36. §. 180. 6, 7. §. 74. *Fr.*

certae creditae pecuniae propter sponsionem, qua periclitatur reus, si temere neget, (*et*) restipulationem, qua periclitatur actor, si non debitum petat: nam qui uictus erat, summam sacramenti praestabat poenae nomine; eaque in publicum cedebat praedesque eo nomine praetor*i* dabantur, non ut nunc sponsionis et restipulationis poena lucro cedit adue*rs*ari*o*, qui
[266] uicerit. **14.** Poena autem sacramenti aut quingenaria erat aut quinquagenaria: nam de rebus mile aeris plurisue quingentis assibus, de minoris uero quinquaginta assibus sacramento contendebatur; nam ita lege XII tabularum cautum erat. (*at*) si de libert*at*e hominis controuersia erat, etsi pretiosissimus homo esset, tamen ut L assibus sacramento contenderetur, eadem lege cautum est 'fa*uo*r*e* scilicet libertatis, ne *one*rarentur[1] adsertores. | ———————————— 192.
vv. 1—10 ——————— | — — — — — — — — — — —[2] t. s.
15. '*Ceterum cum etiam*[3] *i*|sta*e* omnes actiones — — —

---

[1]) *Sic V*[st] (*tantum* orarentur *pro* onerarentur) *idque iam Bg. ed.* 5. *cj. assecutus erat.* [2]) *Hac priore parte paginae, in qua nihil legi potuit, de modo sacramenti disputatio continuata et ad finem perducta esse videtur, ut puto, hoc fere modo: 'E diuerso si inter populum et priuatum controuersia erat, siue res mile aeris plurisue siue minoris esset, sacramenti poena ex lege Hateria Tarpeia a praetore aestimabatur, modo ne minor quingentis neque maior III milibus aeris statueretur. praeterea lege Iulia Papiria cautum est, ne pluris quam ipsa res esset, sacramentum statueretur* (*cf. infra* 4, 95). *si uero magistratus pro populo agebat, etiam priuatus tantum sacramento interrogabatur. idque semper fiebat, cum ex lege aliqua eum, qui contra legem fecisset, in sacrum iudicare licebat, id est ut a magistratu sacramento interrogaretur, se contra legem non fecisse'.* (*Cf. Lex Sil. de pond. apud Fest. v. Publ. pondera p.* 246. *Lex de infer. v.* 6 [*C. I. L. I.* 1409. *p.* 263.] *Cic. de rep.* 2, 35. *Fest. v. Sacramentum. Sacramento p.* 347. 344. *Müll.*). [3]) *Ad sententiam supplevi.*

---

leg. repet. v. 24 (*Kl. p.* 40). *Cic. pro Mil.* 27. *pro Caec.* 33. §. 97. *in Verr.* 2, 1, 45. §. 118. *de orat.* 1, 10. §. 42. *pro domo* 29. §. 78. *de rep.* 2, 35. §. 60. *ad famil.* 7, 32. *Arnob. adv. gent.* 4, 16. *Valer. Max.* 7, 8. §. 2. 8, 7. §. 2. §. 14. *Cf. Varro, Fest. ll. cc.* si de libertate] *cf. Liv.* 3, 44 *seq.* §. 15. *Cf. Valer. Prob.* 4. CAPTVS SVM] *cf.* §. 16. *v.* QVANDO INIVRIA VINDICAVISTI. ad iudicem] *cf.* §. 18. die XXX.] *cf. Schol. Cic. Verr.* 2, 1, 9. §. 26 *Bait.* per legem

— — — — * | ———— vv. 13—16. ———— [1] | [267]
'QVANDO NEGAS, SAC*RAMENTO QVINGENARIO TE PROVOCO.* *aduersarius quo*|*que dicebat: QVANDO AIS EGOQVE ABS TE EA* RE CAPTVS *SVM, SIM*|*ILITER EGO TE SACRAME*NTO QVIN-*GENARIO PROVOCO.*[2] | ———— vv. 20—23. ———— |

193. — — — — — — — — ad iudicem accipiundum | uenirent. postea uero reuersis (*iis*)[3] dabatur. 'ut autem (*die*) XXX iudex *da*retur,[4] per legem Pinariam factum est; ante eam autem legem

---

1) *Puta v.* 12—16. *fere sic scriptum fuisse: 'Ceterum cum etiam i*|stae omnes actiones, *quibus sacramento agebatur, aut in rem aut in personam essent, si in personam agebatur, cum uterque in ius uenisset, actor id, quod sibi ab altero dari fieriue oporteret, apprehendens eum intendebat, uelut hoc modo: AIO TE MIHI HS. X MILIA DARE OPORTERE. aduersarius negabat. deinde actor dicebat': (cf. supra* §. 1. *Valer. Prob.* 4. *Ab in personam actione etiam Valerius Probus initium facit, ut in exponendo ipse Gai.* 4, 2. 3. 41., *itaque hic ordo ex ipso iure Flaviano fluxisse videtur). Signum* §. 15., *quod edd. habent initio p.* 193., *in p.* 192. *v.* 11. *posui.* 2) *Haec quia ex vestigiis C.* (*in quo v.* RE *sigla significatum erat*) *et ex sententia satis certa videbantur, in textu posui* (*edd. Bg. et Stud. tantum habent v.* captus). *Deinde in v.* 20—24 *med. haec fere fuisse suspicor: 'Itaque uterque alterum sacramento* (*in fano Iovis vel Dii Fidii*) *adigebat, die tamen demum XXX iudicem accipiebant et litem contestabantur, id est uterque nominata causa litis dicebat: STLITEM MIHI TECVM ESSE* EFFOR, *TESTES ESTOTE! quam ob rem in eum diem inuicem sibi denuntiabant, ut in ius* ad iudicem' *etc.* (*Cf. Liv.* 1, 32. §. 9. *Fest. ep. v. Contestari litem p.* 57. *Gell.* 5, 10. *L.* 7. §. 1. *D. de her. pet.* (5, 3). *Schol. Cic. Verr.* 2, 1, 9. *p.* 164. *Bait. et de v.* EFFOR *Diomed. I. p.* 379. *ed. Keil. infra in Gaii fragm.*). 3) *Addidi geminando.* 4) *Haec ab ipso St.do suppleta et emendata V*st *debentur.* detur *V*st. *Ex prioribus Schedis* 'dabatur *non* ante *diem* XXX iudex *idque' edd. meae* 1. 2.

Pinariam] *puta illam Varroni apud Macrob. Sat.* 1, 13 *fin. memoratam latamque a. u.* 282., *quae in computandis his XXX diebus etiam intercalaris rationem et mentionem habuit. Alia probat Mommsen. Chronol. p.* 252. [238 *ed.* 1.] comperendinum] *cf. Valer. Prob.* 4. *Cic. pro Mur.* 12 *fin. Schol. Cic. l. c. Macrob. Sat.* 1, 16. *Fest. v. Res comperendinata p.* 282. *Gell.* 7, 1. 10, 24. *Plin. ep.* 5, 9 (21). causae coniectio] *cf. Schol. Cic. l. c. Auct. ad Herenn.* 2, 21. §. 33. *Non. Marc.* 4, 89. *v. coniicere. Gell.* 5, 10. *L.* 1. *D. de reg. iur.* (50, 17).

*stat*im[1] dabatur iudex. illu*d* ex superioribus intellegimus, si de re minoris quam (*M*) aeris agebatur, quinquagenario sacramento, non quingenario eos contendere solitos fuisse. Postea tamen quam iudex datu*s* esset, comperendinum diem, ut ad iudicem uenirent, denuntiabant; deinde cum ad iudicem uenerant, antequam apud eum *causam* perorarent, solebant bre*u*iter ei et quasi per indicem rem exponere: quae dicebatur causae
268] 'co*ni*ectio[2] quasi causae suae in breue coactio.

16. Si in rem agebatur, mobilia quidem et mouentia, quae modo in ius adferri adduciue possent, in iure uindica*b*antur ad hunc modum: qui uindicabat, *f*estucam tenebat; deinde ipsam rem adprehendebat, uelut hominem, et ita dicebat: HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO SECVNDVM SVAM CAVSAM; SICVT DIXI,[3] ECCE TIBI,[4] VINDICTAM INPOSVI, et simul homini festucam inponebat. aduersarius eadem similiter dicebat et faciebat. cum uterque uindicasset, praetor dicebat: MIT*TI*TE AMBO HOMINEM. illi mittebant. qui prior

---

[1]) *Hoc tantum supplementum suum vestigiis C. respondere, St.dus in V*[st] *testatur.* nondum *edd. meae* 1. 2. *Alii alia cj.*
[2]) collectio *C. V*[st] *add. praeter Stud. Vide infra citt.* [3]) *Mutavi interpunctionem.* CAVSAM, SICVT DIXI; *caeterae edd.* (*praeter Stud.*) *et mea prior. Scilicet nudam illam dictionem* HVNC . . . CAVSAM *modo sequitur vis dicta s. vindicatio, et frustra sunt, qui verba* SICVT DIXI *referunt ad* SVAM CAVSAM, *quam actor iam antea in iure exposuerit.* SEC. SVAM CAVSAM *tantum significat, rem actoris ex aliqua causa iam esse, non, ut in mancipatione, nunc primum fieri. Quamobrem haec verba omittuntur, cum in iure ceditur. Cf.* 2, 24. *Zeitschrift f. R. G. VII. p.* 175. *De aliorum sententiis vid. O. Karlowa Beitr. z. Gesch. d. C. Proc. p.* 16.
[4]) *Cf. Göttling Röm. Staatsverf. p.* 137.

---

§. 16. *Cf. Gell.* 20, 10. *Cic. pro Mur.* 12. §. 26. *pro Mil.* 27. §. 74. *de orat.* 1, 10. §. 41. *Plaut. Rud.* 4, 3. *v.* 85. *Mil. gl.* 4, 1. *v.* 15. *Boeth. in Cic. Top.* 2, 10. *p.* 288. *Bait.* SEC. SVAM CAVSAM *etc.*] *cf. Valer. Prob.* 4. *Liv.* 40, 17. eadem sequeb.] *cf.* §. 15. uindicias] *cf. Fest. v. Vindiciae p.* 376. *Gloss. Philox. v. Vindiciae. L.* 2. §. 24. *D. de orig. iur.* (1. 2). *Liv.* 3, 44. 47. 56 *seq. Cic. pro Mil.* 27. *Arnob.* 4, 16. praedes aduers.] *cf.* §. 94. quod maxime] *cf. Dionys.* 6, 32. 36. 8, 10. in centumuiral. iud.] *cf. Suet. Oct.* 36. *Quintil. I. O.* 5, 2. §. 1. *Martial.* 7, 63. *v.* 7. *Stat. sylv.* 4, 4. *v.* 43.

uindica(*uerat*, *ita* '*aduersarium et rursus post is*[1] *alterum interroga*)bat: POSTVLO, ANNE DICAS, QVA EX CAVSA VINDICAVERIS? ille respondebat: IVS '*PER*EG*I*,[2] SICVT VINDICTAM INPOSVI. deinde qui prior uindicauerat, dicebat:
194. QVANDO TV INIVRIA VINDICAVISTI, | D AERIS SACRAMENTO TE PROVOCO; aduersarius quoque dicebat: SIMILITER ET EGO TE; 'scilicet (*si de re minoris quam M aeris agebatur*,)[3] L asses sacramenti nominabant. deinde *e*adem sequebantur, 'quae cum[4] in persona*m* ageretur. postea praetor secundum alterum eorum uindicias dicebat, id est interim aliquem possessorem constituebat, eumque iubebat praedes aduersario dare litis et uindiciarum, id est rei et fructuum; alios autem praedes ipse praetor ab utroque accipiebat sacramenti, quod id in publicum cedebat. festuca autem utebantur quasi hastae loco, [269]
signo quodam iusti domini*i*, *quod ma*xime sua esse credebant, quae ex hostibus cepissent; unde in centum*ui*ralibus iudiciis hasta praeponitur. **17.** Si qua res talis erat, ut sine incommodo non posset in ius adferri uel adduci, uelut si columna aut grex alicuius pecoris esset, pars aliqua inde sumebatur, deinde in eam partem quasi in totam rem praesentem fiebat uindicatio; itaque uel*ut* ex gre*g*e uel una *o*uis aut capra in ius adducebatur, uel et*iam* pilus inde sumebatur et in ius adferebatur; ex naue uero et columna aliqua pars defringebatur; similiter si de fundo uel de aedibus siue de hereditate controuersia erat, pars aliqua inde sumebatur et in ius adferebatur et in eam partem perinde atque in totam rem praesentem fiebat uindicatio, uelut ex fundo gleba sumebatur et ex *a*edibus tegula, et si de hereditate controuersia erat, aeque | '*res uel rei pars aliqua inde sumebatur.*[5]

[*Fol. deperditum.*][6]

---

1) *Haec verba in ed.* 3. *primum addidi.* 2) *Ex Sched. et cj. Gösch.* fecii V^{st}. feci *ed. Stud. et Kr.* 2 *quod est hinc alienae significationis* (*nam ius non facit privatus, ne praetor quidem*); *servato eo scribendum foret* IVRE. 3) scil. V^{st}. *antea* seu *correctum edebatur, fere aeque bene.* 4) quaecumque *per notas C.* 5) *Sententiae perficiendae causa supplevi.* 6) *In his duabus paginis Gaius primum videtur solennes ritus ac verba, quae ad rerum absentium*

---

§. 17. *Cf. Fest. v. Vindiciae p.* 376. *Gell.* 20, 10. *Cicero pro Mur.* 12. — *Fest. ep. v. Membrum abscidi p.* 148. (*ibiq. interpr.*).

17ª. . . '*obseruabant* | enim *eundem diem et a*equalem *mo- dum* capiendi iudici*s con*|*dicendi*que *diem*, *quo* ad iudicem 195.
capiendum praesto esse de|be*rent*.[1] *con*dicere autem denuntiare est prisca lingua. | **18.** Itaque haec quidem actio proprie
270] condictio uocabatur: nam actor aduersario denunti*a*bat, ut ad iudicem capiendum die xx*x*. adesset; nunc uero non proprie condictionem dicimus 'in personam actionem, *qua*[2] intendimus dar*i* nobis oportere: nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit. **19.** Haec autem legis actio constituta est per legem Siliam et Calpurniam, lege quidem Silia certae pecuniae, lege uero Calpurnia de omni certa re. **20.** Quare autem haec actio desiderata sit, cum de eo, quod no*b*is dari oportet, 'potuer*imus* aut[3] sacramento aut per iudicis postulationem agere, ualde qu*a*eritur.

21. P*er* manus iniectionem aeque (*de*) his rebus agebatur,

---

vindicationem pertinebant (*Gell.* 20, 10. *Cic. pro Mur.* 12) *addidisse, deinde ad legis actionem, quae per iudicis postulationem fiebat, transiisse, in qua et forma agendi demonstranda* (*Valer. Prob.* 4 *fin. Fest. v. Procum p.* 249) *et quando locum habuerit, et quid ab arbitro liti aestimandae similibusque arbitris petitis distulerit, dicendum erat; itaque sine dubio etiam exposuit, in rem actiones hoc modo per sponsionem explicatas esse* (*cf.* '*Gaius*' *p.* 188). *Denique in extrema altera pagina ad condictionem transitum fecit.* [1]) *Haec quae secundum Sched. restitueram* (*sed* '*non de unoquoque verbo spondens*'), *post cognitum* V^{st} *paulo mutata etiam nunc quoad sensum et cod. vestigia maxime verisimilia esse duco. Kr. ed.* 2 *tantum habet* qualem *et post pro* capiendi iudicis *con* | *partim ex Bluhm. Sched.* capiendum iudicio | *Deinde St.dus priora in incerto relinquens malebat: die XX*(*X*) ad iudicem capiendum praesto esse de*bebant*. *In C. post* enim *fuerit:* eund. diem et e qualem mod. capiendiudici(s)c' | dicendiq̄ diēq. ad iudicem capiendum *etc. Praecesserint vero fere haec:* '*Per condictionem tantum agebatur de his rebus, quas nobis dari oportet, quam actionem etiam nunc condictionem uocamus. Et perinde fere hoc modo agebant, detracto tamen ipso sacramento, ac si sacramento in personam ageretur.*' [2]) actionem in personam (*esse, qua*) *ex C. et Iust. Inst. ed. Bg. Sed ed.* 5. *ut nos.* [3]) potuerit a V^{st}.

---

§. 17ª. *Cf.* §. 15. *et ibi not.* 2. condicere] = §. 15. *I. de act.* (4, 6). §. 18. *Cf.* 4, 5. 33. §. 15. *I. de act.* (4, 6). *Fest. ep. v. Condictio. Condicere p.* 64. 66. *Cic. pro Quint.* 8. §. 30. *Donat. ad Terent. Phorm.* 1, 2. *v.* 77. *Serv. ad Aen.* 3, 117. §. 21. *Cf. Serv. ad Aen.* 10, 419. *Fr. Vat.* 6. iudicati] *cf. Gell.* 20, 1. uindicem] *cf.* §. 46. *fin. Fest. v. Vindex p.* 376. *Boeth. ad Cic. Top.* 2. §. 10. *p.* 291

de quibus ut ita ageretur, lege 'aliqua[1] cautum est, uelut iudicati lege XII tabularum: quae actio talis erat. qui agebat, sic dicebat: QVOD TV MIHI IVDICATVS 'SIVE[2] DAMNATVS ES SESTERTIVM X MILIA, '(*EAQVE*) QVANDO *OPORTET*[3] NON SOLVISTI, OB EAM REM EGO TIBI SESTERTIVM X MILIVM IVDICATI 'MANV*M*[4] INICIO, et simul aliquam partem corporis eius prendebat; nec licebat iudicato manum sibi depellere et pro se lege agere, set uindicem dabat, qui pro se causam agere solebat: '(*at*)[5] qui uindicem non dabat, domum ducebatur ab actore et uinciebatur. **22.** Postea quaedam leges [271]
196. ex ali*is* quibusdam causis | pro iudicato manus iniectionem in quosd*a*m dederunt, sicut lex Publilia in eum, p*ro* quo sponsor dependisset, *si* in sex mensibus proximis, quam pro eo depensum esset, non soluisset sponsori pecuniam; item lex Furia de sponsu aduersus eum, qui a sponsore plus quam uirilem partem exegisset, et denique conplures aliae leges in multis causis talem actionem dederunt. **23.** 'Set *et* aliae leges in multis causis, ex quibus da*tae sunt* (*actiones*), constituerunt (*in*) qu*o*sdam actiones[6] per manus iniectionem, sed

1) *Ex Gösch. ed.* aq̇lia (aquilia) *C. ed. Bg. Quod ut ferri potest* (*cf.* '*Gaius*' *p.* 114), *tamen quod dedi, nunc mihi totius loci ratio videtur desiderare.* 2) siue *edd. Bg.* 5. *et Stud.* 3) *Scripsi Zeitschr. f. R. G. VIIII. p.* 356. QVAE DOLO *MALO edd.* QVAE AD HOC *ex Momms. cj. ed. mea* 2. q. doc *C.* = quandoc (*et ita Stud. ed.*), *quod licet ex Festo p.* 258. *defendi posse videatur* (*cf. Bergk Beitr. z. Lat. Gramm. p.* 29), *displicet tamen in hac lectione post initiale* QVOD *additum et sine ratione variatum* QVANDO, *nec Gaius in legis actionibus omnino nec in ipsa hac voce* (4, 16) *XII tabularum loquendi usum male affectavit; denique in hac forma dierum* XXX *sine solutione praeterlapsorum commemoratio omitti non potuit.* 4) *Ex Hefft. ed.* manus *C. edd. pleraeque.* MANVM *edd. Bg.* 5. *et Stud.* 5) *Geminando addidi.* 6) *Mutavi paulum, quae proposueram Zeitschr. XIV. p.* 286. set aliae leges in multis causis ex qb.dam si constituerunt quasdam actiones *C.* Sed aliae leges *ex quibusdam causis* constituerunt quasdam actiones *Kr. ed.* 2. *Sed non obliviscendum, et C. Ver. scriptorem potius omittendo quam sine*

Bait. Gell. 16, 10. *Cic. ad div.* 6, 6. §. 3. *Liv.* 3, 44. §. 22. *Cf. lex Lucerinorum in Ephem. archaeol. Vol. II p.* 205. pro iudicato] *cf. Ulp. L.* 7. §. 13. *D. de pactis* (2, 14) *ubi legendum:* ne iudicati proue iudicato velut depensi mecum agatur. lex Publ.] *cf.* 3, 127. lex Fur.] *cf.* 3, 121 *seq.* §. 23. *Cf. Plauti Pers.* 1, 2, 10—22. *ubi v.* 18.

puram, id est non pro iudicato, uelut le*x* (*Furia*) testamentaria aduers*us e*um, qui legatorum nomine mortisue causa plus *M* assibus cepisset, cum ea lege non esset exceptus, ut ei plus capere liceret; item lex Marcia aduersus faeneratores, ut si usuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum eis ageretur. **24.** Ex quibus legibus et si quae aliae similes essent, cum agebatur, manum sibi depellere et pro se lege agere '(*reo licebat*):[1] nam et actor in ipsa legis actione non adiciebat hoc uerbum PRO IVDICATO, sed nominata causa, ex qua agebat, ita dicebat: OB EAM REM EGO TIBI MANVM INICIO; cum hi, quibus pro iudicato actio data erat, nominata causa, ex qua ageba*n*t, ita infereba*n*t: OB EAM REM EGO TIBI PRO IVDICATO MANVM INICIO: nec me praeterit, in forma legis Furiae testamentariae PRO IVDICATO uerbum
[272] inseri, cum in ipsa lege non sit; quod uidetur | nulla ratione 197.
factum. **25.** Sed postea lege 'Vallia,[2] excepto iudicato et eo, pro quo depensum est, ceteris omnibus, cum quibus per manus iniectionem agebatur, permissum est sibi manum depellere et pro se agere: itaque iudicatus et is, pro quo depensum est, etiam post hanc legem uindicem dare debeba*n*t, et nisi darent, domum ducebantur. *i*staque quamdiu legis actio-

---

causa addendo peccavisse, et editores non raro glossemata sine causa statuendo procliviores fuisse. Etiam h. l. Gaii intererat dicere, non minus multis in causis puram, quam pro iudicato legis actionem p. m. ini. novis legibus, quae actiones dabant, datam esse.

1) *Supplevi.* (*licebat*) *edd. Sed etiam* '*reo*' *excidisse, argumento est tum sequens* et actor, *tum quod ita ratio apparet, cur etiam ex* '*o licebat*' *factum* '*dicebat*' *excideret, sensu carens, postquam* re *ut geminatum omissum erat.* 2) *Sic pro certo* V^{st}, *quare id interim retinere malui, quamquam vereor ad exemplum Mensiae legis. Antea* Valeria *scripseram* '*d. Recht d. Nexum*' *p.* 141. *ed.* 3. *notans: nec dubito, quin* (*in archetypo*) *littera* r, *quam C. habet in versu antecedente post voc.* cum, *per errorem eo migraverit, cum corrector eam super* uallia (*sic fere C.*) *supplevisset.*

---

legendum: Ubi quadruplator quoi inpiam (*pro* quempiam) iniexit manum. *Ex eodem vero loco discimus, ex huiusmodi actionibus tresviros capitales iudicasse et actorem sine periculo suo litigavisse.* lex Furia] *cf.* 2, 225. lex Marcia] *a. u.* 402. *Cf. lib. meum* '*d. Recht des Nexum*' *p.* 122 *seq.* 142 conplures al. l.] *cf. L.* 3. *D. de aleat.* (11, 5). §. 25. lege Valeria?] *a. u.* 413. *Cf.* '*d. Recht d. Nexum*' *p.* 145. iudicatum solui] *cf.* §. 102. uindicem] *Cf. lex colon. Genet. Iul. c.* 61.

nes in usu erant, semper ita obseruabantur; unde nostris temporibus is, cum quo iudicati depensiue agitur, iudicat*um* solui satisdare cogitur.

26. Per pignoris capionem lege agebatur de quibusdam rebus moribus, '*(de quibusdam rebus)*[1] lege. **27.** Introducta est moribus rei militaris: nam 'et propter[2] stipendium *l*icebat 'militi*bus*[3] ab eo, qui '*i*d *i*is *dis*tribuebat,[4] nisi daret, pignus capere (dicebatur autem ea pecunia, qu*a*e stipendi*i* nomine dabatur, aes militare): 'e*t*[5] propter eam pecuniam licebat pignus capere, ex qua 'e*quus* iis[6] emendus erat; quae pecunia dicebatur aes equestre: item propter eam pecuniam, ex qua hordeum equis erat conparandum; quae pecunia dicebatur aes hordiarium. **28.** Lege autem introducta est pignoris capio uelut lege XII tabularum aduersus eum, qui hostiam emisset, nec pretium redderet; item aduersus eum, [273] qui mercedem non redderet pro eo iumento, quod quis ideo locasset, ut inde pecuniam acceptam in da*p*em, id est in sacri-
198. ficium inpenderet; | item lege 'censoria[7] data est pignoris

[1]) *Ex Bg. cj.* [*et ed.* 5.] *suppl.* '*(de quibusdam)*' *edd.* [2]) *C.* propter *ed. Bg. sed* et propter *ed.* 5. [3]) militi *C. edd. Cf. sequentia et* §. 28. publicanis. [4]) id iis tribu(*ere deb*)ebat *antea edideram ex Lachm. cj.* distruebat *C. V*[st] (*non* distribuebat *secundum Karlowam Röm. Civilpr. p.* 208; *sed ita edd. Bg. et Stud.*). [5]) it *C.* item *edd.* [6]) *equus edd.* eciuis *V*[st]. [7]) *Sic V*[st], *unde apparet, censori in lege vectigalium vendendorum (haec enim est lex censoria etiam apud Varron. de r. r.* 2, 1, 16. *coll. Fr. de iure fisci* 18) *hanc potestatem pignoris capiendi publicano dare licuisse. Antea incertis prioribus huius vocis litteris Plae*toria *edd. meae* 1. 2. *praedia*toria *ed. Bg.*

§. 26. *Cf. Gell.* 7, 10. *Dionys.* 6, 29. §. 27. *Cf. Gell. l. c. Plaut. Poen.* 5, 5, 6. 7. *Aulul.* 3, 5, 53 *seq. Fest. v. Vectigal. p.* 371. *Aerarii tribuni p.* 2. *Equestre aes p.* 81. *Pararium aes p.* 221. *Hordiarium aes p.* 102. *Varro de L. L.* 5, 36. §. 181. *Cic. de rep.* 2, 20. *Liv.* 1, 43. *Dionys.* 9, 25. §. 28. in dapem] *quae pro bubus fiebat a rusticis aut hiberna semente aut verna (Cato* 131. 132. *Fest. ep. v. Daps p.* 68. *Serv. ad Aen.* 3, 136), *in qua re videtur iure sacro praescriptum fuisse, ut sumtus dapis ex iumentis caperetur, pro quibus ut pro tota familia boves altores operaturi erant. cf. lib. meum* '*das Röm. Jahr*' *p.* 251. 358. publicanis] *cf. Cic. Verr.* 3, 11. §. 27. [*L.* 2. §. 20. *D. de vi bon. rapt.* (47, 8)]. *Lex agrar. v.* 19. 20. *C. I. L. I. p.* 80.

captio publicanis uectigalium publicorum populi Romani aduersus eos, qui aliqua lege uectigalia deberent. **29.** Ex omnibus autem istis causis certis uerbis pignus capiebatur, et ob id plerisque placebat, hanc quoque actionem legis actionem esse; quibusdam autem placebat, '(*legis actionem non esse*,)[1] primum quod pignoris captio extra ius peragebatur, id est non apu*d* praetorem, plerumque etiam absente aduersario, cum alioquin ceteris actionibus non aliter uti '(*quis*) poss*e*t[2] quam apu*d* praetorem praesente aduersario; praeterea quod nefa*s*to quoque d*i*e, id est, quo non licebat lege agere, pignus capi poterat.

30. Set istae omnes legis actiones paulatim in odium uenerunt: namq*ue* ex nimia subtilitate ueterum, qui tunc iura condiderunt, eo res perducta est, ut uel qui minimum errasset, *l*item perderet; itaque per legem *A*ebutiam et duas Iulias sublatae sunt istae legis actiones effectumque est, ut per concepta
[274] uerba, id est per formulas litigaremus. **31.** Tantum ex duabus causis permissum est[3] lege agere, damni infecti et si centumuirale iudicium fut*u*rum | *est*; saneque cum ad centumuiros itur, ante lege agitur sacramento apu*d* praetorem urbanum uel peregrinum 'p*ro* r*e*;[4] damni uero infecti nemo uult lege agere, set potius stipulatione, quae in edicto proposita est, obligat aduersarium 'suum, i*d*que[5] et commodius ius et plenius est. per pignoris |[6] ——————— 199. t. s.

---

1) *Göschenum fere secutus supplevi: fortasse addendum erat: 'ideoque hoc placebat'.* (*non*) *vel* (*contra*) placebat *edd.* 2) poss*ent pleraeque edd. et mea* 1. *Nunc in fine versus* q́s *omissum esse statui.* 3) *C. inserit:* id legis actionem facere, *manifestum glossema* (id = id est), *quod quis superscripserat, qui verba* lege agere *de iure iudicio persequendo omnino intelligi posse verebatur.* 4) pr *C.* [praetorem] *ed. Stud.* 5) *Ex V*st, *in quo tamen pro* idque *est* itaq̄. 6) *In hac pag., quae omnino legi non potuit, Gaius dixisse videtur, per pignoris quoque capionem* (*quae an legis actio esset, dubitabatur* §. 29) *in his causis*, *quae ad ius sacrum pertinerent* (§. 28), *actionem sublatam quidem plerisque non videri* (*sive quod in lege Aebutia et duabus Iuliis exceptum*

---

§. 29. *Cf. Varro de L. L.* 6, 4, 7. §§. 30. 53. *Ovid. Fast.* 1, 47. *Macrob. Sat.* 1, 16. §. 30. *Cf.* 1, 184. 4, 11. *Gell.* 16, 10. §. 31. *Cf.* §. 95. *Gell.* 16, 10. *Cic. pro Caec.* 33. §. 97.

200. apparet. | **32.** 'Con*tra*[1] in ea 'form*ul*a,[2] quae publicano pro-
t. s. ponitur,[3] talis est fictio, ut quanta pecunia olim, si pignus captum esset, id pignus is, a quo captum erat, luere deberet, tantam pecuniam condemnetur. **33.** Nulla autem formula ad condictionis fictionem exprimitur: siue enim pecuniam siue [275]
rem aliquam certam de*b*itam nobis petamus, eam ipsam dari nobis oportere intendimus; nec ullam adiungimus condictionis fictionem; itaque simul intellegimus, eas formulas, quibus pecuniam aut rem aliquam nobis 'dar*i*[4] oportere intendimus, sua ui ac potestate ualere; eiusdem naturae sunt actiones commodati, fiduciae, negotiorum gestorum et aliae innumerabiles.

34. Habemu*s* ad*h*uc 'alterius[5] generis fictiones *i*n quibusdam formulis, uelut cum is, qui ex edict*o* bonorum possessionem peti*i*t, ficto se herede agit: cum enim praetorio 'iure, sed[6] non legitimo, succedat in locum defuncti, non ha*b*et dire*ct*as actiones, et neque id, quod defuncti fuit, potest intendere suum *esse*, *neque id*, *quod e*i debebatur, potest intendere (*dari*) sibi oportere; itaque fi*cto* se herede intendit, uelut hoc modo: IVDEX ESTO. SI AVLVS AGERIVS, id es*t* ipse actor, *LVCIO TITIO* HERES *ESSET*, *TVM* SI FVND*VM*, DE

---

erat S. Q. S. S. E. Q. (*V.*) *I. N. S. R. E. H. L. N. R.* (*Valer. Prob.* 3) *sive quod eae legis actiones generaliter sustulerant, et haec an legis actio esset, quaerebatur*); *sed et in his causis solere homines tantum aut civili velut venditi vel locati aut praetoria formula uti, quae ad legis actionem expressa esset. Eiusmodi vero formulas etiam necessario praetorem post sublatas legis actiones in his causis dedisse, in quibus antiquiores leges non obligationem* (*velut his verbis: dare debeto, damnas esto*) *sed legis tantum actionem constituerant* (*ex. gr.* §§. 22. 24). *itaque eam rem hic exposuit, cuius causa ad explicandum legis actionum ius* §. 10. *digressus erat.* 1) (con) *per notam adiecta* t *V*st. Item *edd.* 2) forma *C. edd. Vid. Zeitschr. f. gesch. RW. XIV. p.* 288. 3) *ita sc., si non a volente pignus acceperit, quo spectare videntur Cic. Verr.* 3, 11. §. 27. *verba: 'publicanus petitor aut pignerator, non ereptor neque possessor.'* 4) dare *C. ed. Bg.* 5) a *addunt Bluhm. Sched.* 6) iurees *C.*

---

§. 32. *Cf.* §§. 10. 28. *Nec quae in L.* 2. §. 20. *D. vi bon rapt.* (47, 8) *commemoratur pecoris abductio, putanda est per veterem pignoris captionem facta esse.* §. 33. *Cf. supra* §§. 18. 19.
§. 34. *Cf.* 3, 32, 81. 4, 111. IVDEX ESTO] *cf.* §§. 36. 37. 47. 136. 46. *Cic. Verr. II.* 2, 12. §. 31. *Lex Rubr. c.* 20.

QVO AGITVR, EX IVRE QVIRITIVM *EIVS E*SSE *OPORTERE*T; '*s*i '*u*e*ro* d*e* de*b*i*t*o *agatur*,[1] praeposita simili *f*i*c*t*i*o*ne in*-*tentio*[2] ita subicitur: TVM SI PARE*RE*T[3] NVMERIVM NEGIDIVM AVLO (*AGERIO*) SESTERTIVM X MILIA DARE OPORTERE. **35.** Similiter et bonorum emptor ficto se herede agit; set interdum et alio modo agere solet: | nam ex persona eius, 201.
cuius bona emerit, sumpta intentione, conuertit condemnationem in suam personam, id est, ut quod illius esset uel illi dar*i* oporteret, eo nomine aduersarius huic condemnetur:
[276] quae spec*i*e*s* actionis appellatu*r* Rutiliana, quia a praetore Publio Rutilio, qui et bonorum uenditionem introduxisse dicitur, conparata es*t*. superior autem species actionis, qua ficto se herede bonorum emptor *agi*t, Seruiana uocatur. **36.** ('*Item usucapio fingitur in ea actione*[4], *quae Publiciana uocatur*): datur autem haec actio ei, qui ex iusta causa traditam sibi rem nondum usucepit eamque amissa possessione petit; nam quia non potest eam ex iure Quiritium suam esse intendere, fingitur rem usucepisse, et ita quas*i* ex iure Quiritium dominus factus esset, intendit *uel*ut hoc modo: IVDEX ESTO. SI QVEM HO-*M*INEM AVLVS AGERIVS EMIT (*ET*) IS EI TRADITVS EST, ANNO POSSEDISSE*T*, TVM SI EVM HOMINEM, DE QVO AGITVR, 'EX IVRE QVIRITIVM EIVS[5] ESSE OPORTERET e*t* reliqua. **37.** Item ciuitas Romana peregrino fingitur, si eo nomine agat aut cum eo agatur, quo nomine nostris legibus actio constituta est, si modo iustum sit, eam actionem etiam a*d* peregrinum

---

[1]) i*n personam* agatur *edd. et mea altera. Quod nimis a C. recedit, in quo nunc et post cognitum V*[st] *fuisse puto:* 'u de deuito agat.' [2]) *Heffterum secutus, restitui. In C. puta fuisse* ĩtio *vel* ĩtēz. *Cf.* §. 137. *fin.* l*egis* actionis *ed. Bg.* 5. *Sed de hac fictione Gaius hic omnino non agit. heredis ed. Stud. Fortasse:* ĩ(ntentio *cf. C. p.* 201, 12. ĩ = intendit) illic *cf.* 4, 49. [3]) *Ex Scheurlii cj.* paret *C.* [4]) *Ex Kr. ed.* 2 *pro Göscheni suppl.* 'Eiusdem *generis est*'. [5]) *Ex mea cj. Inverso ordine* eius ex i. Q. *C. edd.*

---

§. 35. *Cf.* 3, 80. *L.* 4. §. 21. *D. de fideic. hered.* (40, 5). Rutiliana *etc.*] *cf.* '*das Recht d. Nexum*' *p.* 158. *Zeitschr. f. Civilr. u. Proc. N. F. XIV. p.* 1 *seq.* §. 36. *Cf.* §§. 3. 4. *I. de act.* (4, 6). *L.* 1. *pr. D. de Public. in rem* (6, 2). *ubi legendum: si quis id, quod traditum . . . non a domino est, nondum usucaptum petet etc.* §. 37. *Cf. Cic. de nat. deor.* 3, 30, 74. *Verr. II.* 2, 12. §. 31 *fin.* — *Ascon. p.* 84. *Plut. Caes.* 4.

extendi, uelut si '(*furti uel ope consilio facti*) furt*i no*mine agat peregrinus aut cum eo agat*ur*: in (*peregrinum*)[1] formula ita concipitur: IVDEX ESTO. SI PARET, (*A DIONE HERMAEI FILIO uel 'OPE*) CONSILIO[2] DIONIS 'HERM*A*EI (*FILII LVCIO TITIO*)[3] FVRTVM FACTVM ESSE PATERAE AVREAE, 'QVAM[4] OB [277]
REM EVM, SI CIVIS ROMANVS ESSET, PRO FVRE DAMNVM DECIDERE OPORTERET et reliqua; item si peregrinus furti agat, ciuitas ei Romana fingitur. similiter si ex lege Aquilia
202. peregrinus damni | iniuriae agat aut cum eo agatur, ficta ciuitate Romana iudicium datur. **38.** Praeterea aliquando fingimus, 'ad*uers*arium[5] nostrum *c*apite deminutum non esse: nam si ex contractu nobis obligatus obligataue sit et *c*apite deminutus deminutaue fuer*i*t, uelut mulier per coemptionem,

---

[1]) *Hoc modo (paulo mutata ed.* 5) *rectius mihi locus nunc videtur sanari posse, in eo depravatus, quod librarius, primum* ὁμοιοτελεύτοις *et hic et postea deceptus, deinde rursus post* in *voces* per-egr. *et* for-mula *confundens, intermedia omisit et praeterea pro* furti nom. *scripsit* furtum. — *Alii aliter.* furtum *dicatur* (*factum ope consilio*) peregrini et cum eo agat*ur ed. mea* 1. furt*i nomine* agat peregrinus aut cum eo agat*ur*, in formula (*ciuitas Romana ei fingitur: ueluti si cum eo agatur*) *ed. Bg.* 5. *Sensu eodem sed multo plura finxit et in contextu posuit ed. Kr.* 2, *quae praeterea non eo offendunt, quod* FILIO *iuvavit (nam in peregrino praenomine carente apte eius loco patris nomen ponebatur), sed eo, quod in hac actione personali et prope legitima, sed et ex delicto veniente, quod initium sumit a delinquente, loco intentionis actorem praeponit reo; vid.* §§. 45. 46. 60. [2]) consilioue *C.*, *ut appareat, inverso ordine librarium haec posuisse, mutato* p *in* u; *nam* ope consilio (*non* consilioue *vel* consilioque) *legitima verba fuisse, probatur L.* 53. §. 2. *D. de verb. sign.* (50, 16). *Cf.* 3, 202. (OPE) CONSILIOVE *edd.* [3]) *Post* dihonis *C.* er. mei filio *etiam* V^{st}. Hermaei *ed. Bg. prior.* sed CIVI ROMANO *uerbi gratia* LVCIO TITIO *ex Hollw. cj. ed. Bg.* 5. *contra fidem C. nec unquam litigator civis Rom. esse in formula fori Romani dici potest. Nota, aptissime Gaium non* A. A. *et* N. N., *quae actoris tantum et rei partes significabant, sed talia nomina, quae cuiusque civitatem indicarent, finxisse; itaque antea cj. edideram* Graeci. *sed* e *pro* c mei V^{st}, *et alterum nomen apud Graecos item non rarum respectu* τοῦ Ἑρμοῦ, *Graecorum furum patroni hoc casu in scholis electum potest videri. Ceterum de Dione et L. Titio cf. Plut. qu. Rom.* 27. [4]) *Malim* (EAM)QVE *et in fine* OPORTERE. [5]) *Ex Hugonis cj.* ad contrarium *C.*

---

§. 38. *Cf.* 3, 84. *L.* 2. §. 1. *D. de cap. min.* (4, 5).

masculus per adrogationem, desinit iure ciuili debere nobis, nec directo intendi potest, si*b*i dare eum eamue oportere; sed ne in potestate eius sit ius nostrum corrumpere, introducta est contra eum eamue actio utilis, rescissa *c*apitis deminutione, id est, in qua fingitur *c*apite deminutus deminutaue non esse.

39. Partes autem formularum 'praecipu*ae*[1] hae sunt: demonstratio, intentio, adiudicatio, condemnatio. **40.** Demonstratio est ea pars formulae, quae id*eo* *i*nseritur, ut demo*n*stretur res, de qua agitur, uelut haec pars formulae: QVOD AVLVS AGERIVS NVMERIO NEGIDIO HOMINEM VENDIDIT, item haec: QVOD AVLVS AGERIVS (*APVD*) NVMERIVM NEGIDIVM HOMINEM DEPOSVIT. **41.** Intentio est ea pars formulae, qua[2] actor desiderium suum concludit, uelut haec pars formulae: SI PARET, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO SESTERTIVM X MILIA DARE OPORTERE; item haec: QVIDQVID PARET NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DARE FACERE (*OPORTERE*); item haec: SI PARET, HOMINEM '(*STI-*
[278] *CHVM*)[3] EX IVRE QVIRITIVM AVLI AGERII ESSE. **42.** Adiudicatio est ea pars formulae, qua permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus adiudicare, uelut si inter coheredes familiae erciscund*ae* agatur, aut inter socios communi diuidundo, aut inter uicinos finium regundorum: nam illic ita est: QVAN*TVM* ADIVDICARI OPORTET, IVDEX, '*CV*I OPORTET,[4] ADIVDICATO. **43.** Condemnatio est ea pars formulae, qua

[1]) praecipue *C. Sed haec vox ex v.* 12, *ubi in C. et edd. ante* ideo *legitur et nisi cum Stud. ipso invito emendes* principio, *admodum molesta est* (*quare ibi lacunam habet Kr. ed.* 2), *huic loco* (*v.* 10), *ubi desideratur, restituenda erat. Non loquitur Gaius v. gr. de exceptione, de replicatione, compensatione et quae praeterea partes non ipsius actionis propriae sunt.* [2]) *Cf.* '*Gaius*' *p.* 165. [3]) *In fine versus addidi, cum homo generaliter vindicari non possit.* [*EROTEM*] *ed. Bg.* 5. *male, cum Eros in exemplis secundum locum obtineat. Omittit Kr. ed.* 2. [4]) titio *C. edd.* TITIO (*AVT SEIO*) *ed. mea* 1. *Sed ne hoc quidem recte. Nunc demum vidi,* titio *factum esse ex* cuiō.

§. 39. *De demonstratione et intentione cf. Schol. Bas.* 11, 1, 7. §. 40. *Cf. Collat.* 2, 6. §. 2. *ibiq. P. Pithoeus.* §. 41. *Cf. Cic. pro Rosc. Com.* 4. §. 11. *Divin.* 17. §. 53. *Verr. II.* 2, 12. §. 31. 3, 22 *pr.* 28. §. 69. *Theophil.* 4, 6. §. 6. *Lex. Rubr.* 20. ('*Gaius*' *p.* 203.) *Boecking. ad h. l.* SI PARET] *cf. Fest. v. Parret p.* 233. *Petron. Sat.* 137. §. 42. *Cf.* §. 20. *I. de act.* (4, 6). §§. 4—6. *I. de offic. iud.* (4, 17). *Ulp.* 19, 16. §. 43. *Cf.* §§. 47—52. 57. 68. 73. *Lex Rubr. c.* 20.

203. iud*ici* condemnandi | absoluendiue potestas p*er*mittitur, uelut haec pars formulae: IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO SESTERTIVM X MILIA CONDEMNA. SI NON PARET, ABSOLVE; item haec: IVDEX NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DVMTAXAT '(*X MILIA*)[1] CONDEMNA. SI NON 'PARRET,[2] ABSOLV*E*;[3] item haec: IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO CONDEMNATO et reliqua, ut non adiciatur 'DVNTAXAT (*X MILIA*).[4] **44**. Non tamen ist*ae* omnes partes simul '(*in omnibus formulis*)[5] inueniuntur; sed (*solae*) quaedam (*tantum*)[6] inueniuntur, quaedam non inueniuntur: certe intentio aliquando sola inuenitur, sicut in praeiudicialibus formulis, qualis est, qua quaeritur, aliquis libertus sit, uel quanta dos sit, et aliae complures; demonstratio autem et adiudicatio et condemnatio nu*m*quam solae inueniuntur; nihil enim omnino 'demonstratio[7] sine intentione uel condemnatione ualet; item [279] condemnatio 'uel adiudicatio[8] sine intentione nullas[9] uires 'habet;[10] ob id numquam solae inueniuntur.

---

1) *Cf.* '*Gaius*' *p.* 241. 2) *Ita C. Cf. Fest. ep. v. Parret p.* 233. *et Tab. Iguv. VII*b. 2. PARET *ed. Bg.* 3) absoluito *C. edd. Sed adhaesisse videtur sequens* item. 4) *Restitui* '*Gaius*' *p.* 241. 5) *Addidi; excidit ob ὁμοιοτέλευτον, cum scriptum esset* formul. 6) *Sensu exigente addidi. possis tamen etiam supplere* (et solae). 7) *Ex sequenti versu, ubi librarius inde fecit* demonstratione *addiditque* vel, *huc revocavi.* omnino [*demonstratio*] *ed. Bg.* 5. *Cf. Zeitschr. f. R. G. VII. p.* 171. *Nec satis facit loco Scheurl Beitr. I. p.* 134. 8) *Hoc quoque ex sequenti v., ubi factum* uel adiudicatione, *huc restitui. Sed dubitari potest, an non Gaius scripserit* adiudicatio uel condemnatio. 9) condemnatio sine demonstratione uel intentione uel adiucatione nullas *C. et, uncis inclusis* dem uel *et* uel adi., *edd. F. P. Bremer Mus. phil. Rhen.* 1860. *p.* 488 *ita locum legi vult:* nihil (*enim demonstratio*) sine int. uel cond. ualet; (*item adiudicatio sine demonstratione et intentione nihil valet;*) item condemnatio sine demonstratione uel intentione nullas uires habet. *Denique:* condemnatio uel adiudicatio sine demonstratione uel intentione *ed. Bg.* 5. *condemnationem sine demonstratione nullas vires habere in vindicationibus et condictionibus certi verum non est.* 10) 'habet, *et*' *edd. Bg. ed. Stud.*

---

§. 44. *Cf.* 3, 123. *Paul.* 5, 9. §. 1. aliquis lib.] *cf.* §. 13. *I. de act.* (4, 6) *cum Theoph. Schol. Basil.* 8, 2, 35. quanta dos sit] *puta stipulata, cuius quis iudicio de moribus certam partem petiturus est. Cf. ad* §. 102. *cit.*

45. Sed eas quidem formulas, in quibus de iure quaeritur, in ius conceptas uocamus, quales sunt, quibus intendimus, nostrum esse aliquid ex iure Quiritium au*t* nobis dari oportere aut pro fure damnum '(*decidi oportere; in*)[1] quibus iuris ciuilis intentio est. **46.** Ceteras uero in factum conceptas uocamus, id est, in quibus nulla talis intentionis concept*io* est, (*sed*) initio formulae nomina*to* eo, quod factum est, adi*ciun*tur ea uerba, per quae iudici damnandi absoluendiue potestas datur; qualis est formula, qua utitur patron*us* contra li*b*ertum, qui eum contra edictum praetoris in ius 'uocauit:[2] | nam 204.
in ea ita est: RECVPERATORE*S* SVNT*O*. SI PARET ILLVM PATRONVM AB ILLO '(*ILLIVS*) PATRON*I*[3] LI*B*ERTO CONTRA
[280] EDICTVM ILLIVS PRAETOR*IS* IN IVS VOCATVM ESSE, RECVPERATORES, ILLVM LIBERTVM ILLI PATRONO SESTERTIVM 'X MILLIA[4] CONDEMNAT*E*. SI NON PARET, ABSOLVITE. ceterae quoque formulae, quae sub titulo DE IN IVS VOCANDO propositae sunt, in factum conceptae sunt, uelut aduersus eum, qui in ius uocatus neque uenerit neque uindicem dederit; item contra eum, qui ui exemerit eum, qui in ius uocaretur; et denique innumera*b*iles eiusmodi aliae formulae in al*b*o proponuntur. **47.** Sed ex quibusdam causis praetor et in ius et in

---

1) *Quod scriptum erat* decidiom, *quasi repetitio quaedam v.* damnum *visa est iacturamque horum verborum effecit. Inde et* dari *et* decidi (dare *et* decidere *ed. Bg.*) *restitui.* 2) *euocauit V*st.
3) patrono *C.* PATRON*I EIVS prius edideram, factum hoc opinatus ex* patronie'. *Quod nunc edidi, debetur Hollwegio Civilproc. II. p.* 319. *Sic item Bg. ed.* 5. *Edd. haec omittunt; sed non libertum esse, quicum agebatur, sufficiebat, sed eius, qui agebat, libertum.*
4) *An* V MILIA? *Cf.* '*Gaius*' *p.* 141. *Sed poterat haec ordinaria poena ex causa augeri. L.* 25. *D. de in ius voc.* (2, 4).

---

§. 45. *Cf.* §. 41. pro fure d. d.] *cf. L.* 46. §. 5. *D. de furt.* (47, 2). *L.* 9. §. 2. *D. de minor.* (4, 4). *L.* 7 *pr. D. de cond. furt.* (13, 1). '*Gaius*' *p.* 131. §. 46. *Cf.* §. 60. §. 12. *I. de act.* (4, 6). *L.* 6. *C. de transact.* (2, 4). patronus c. lib.] *cf.* §§. 183. 187. §. *ult. I. de poena tem. lit.* (4, 16). *L.* 25. §. 1. *D. de obl. et act.* (44, 7). *L.* 4. §. 1. *D. de in ius voc.* (2, 4). de in ius uoc.] *cf. C. de in ius voc.* (2, 2). *Dig. si q. in ius voc.* (2, 5). *In ius vocati ut eant* (2, 6). *Ne quis eum, qui in i. voc.* (2, 8). innumerabiles] *cf. Cic. divin.* 17. §. 53. *Verr. II.* 3, 22 *pr. c.* 28. §. 69. §. 47. *Cf. L.* 9. *D. de obl. et act.* (44, 7). *L.* 1. §. 1. *L.* 19. *D. depos.* (16, 3). *L.* 1 *pr.*

factum conceptas formulas proponit, uel*u*ti depositi et commodati; illa enim formula, quae ita concepta est: IVDEX ESTO. QVOD AVLVS AGERIVS APVD NVMERIVM NEGIDIVM MENSAM ARGENTEAM DEPOSVI*T*, QVA DE RE 'AGITVR,[1] QVIDQVID OB EAM REM NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DARE 'FACERE OPORTET[2] EX FIDE BONA, EIVS, IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO CONDEMNATO, NISI RESTITVAT. SI NON PARET, ABSOLVITO, in ius concepta est: a*t* illa formula, quae ita concepta est: IVDEX ESTO. SI PARET, AVLVM AGERIVM APVD NVMERIVM NEGIDIVM MENSAM ARGENTEAM DEPOSVISSE EAMQVE DOLO MALO NVMERII NEGIDII AVLO AGERIO REDDITAM NON ESSE, QVANTI EA RES ERIT, TANTAM PECVNIAM, IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO CONDEMNATO. SI NON PARET, ABSOLVITO, in factum concepta est. similes etiam commodati formulae sunt.

48. Omnium autem formularum, quae condemnationem habent, ad pecuniariam aestimationem condemnatio concepta
205. est: itaque et si corpus aliquod petamus, | uelut fundum, [281]
t. s. hominem, uestem, 'a*urum*, argentum,[3] iudex non ipsam rem condemnat *e*um, cum *q*uo actum est, 'sicut[4] olim fieri solebat, (*sed*) aestimata re pecuniam eum condemnat. **49.** Condemnatio autem uel certae pecuniae in 'formu*la*[5] ponitur uel incertae.

---

[1]) it agitur *V*st. *An* it *positum pro* nc = nunc? [2]) ſeo *C. unde antea, quia nusquam* ſacere *per* ſe *notatur, quasi scriptum esset* ſpo *feceram,* ſacere paret oportere; *cf.* '*Gaius*' *p.* 165; *sed* ſco *V*st, *quod pro* facere oportet *minus a notandi ratione abhorret.* [3]) argumentum *V*st, *puto pro* aurargentum *cf.* 2, 13. [4]) *set* ut *ed. Bg.* 5. *postea v.* (*sed*) *ante* aestimata *omissa. Male; nam olim lite secundum actorem data, quae erat condemnatio, si damnatus iudicatum non faciebat, sequebatur tantum litis aestimatio.* [5]) form pponitur *V*st. formula proponitur *ed. Stud. cf.* 4, 52.

D. commod. (13, 6). QVA DE RE AG.] *cf. Cic. pro. Mur.* 13. §. 28. NISI REST.] *cf. L.* 1. §. 21. *D. depos.* (16, 3). EAMQ. DOLO MALO] *cf. L.* 22. *D. de exc. rei iud.* (44, 2). §. 48. *Cf.* §. 32. *I. de act.* (4, 6). *L.* 37. §. 6. *D. de oper. lib.* (38, 1). *L.* 6. §. 1. *L.* 13. §. 1. *D. de re iud.* (42, 1). sicut olim] *qua de re Gaius in folio C. deperdito post p.* 194. *egisse videtur. Cf. ibi not.* 6. §§. 49—51. *Cf.* §. 43. *Cic. Verr.* 3, 21. §§. 53. 54.

50. Certae pecuniae uelut in ea formula, qua certam pecuniam petimus; nam illic ima parte formulae ita est: IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO SESTERTIVM X MILIA CONDEMNA. SI NON PARET, ABSOLVE. **51.** Incertae vero condemnatio pecuniae duplicem significationem habet: est enim una '*cum*[1] aliqua praefinitione, quae uulgo dicitur cum taxatione, uelut si incertum aliquid petamus; nam illic ima parte formulae ita est: (*EIVS*), IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DVMTAXAT SESTERTIVM X MILIA CONDEMN*A*. SI NON PARET, ABSOLVE. uel incerta est et infinita, *uel*ut si rem aliquam a possidente nostram esse petamus, id est, si in rem agamus uel ad exhibendum; nam illic ita est: QVANTI *EA* R*ES* *E*RIT, TANT*A*M PEC*V*NIAM, *IVDEX*, NVMERIVM NEGIDIVM 'EIDEM[2] CONDEMNA. SI NON PARET, ABSOLV*E*.[3] **52.** 'Quid er*go* est?[4] iudex, si condemnet, certam pecuniam con-
[282] demnare debet, etsi certa pecunia in condemnatione posita non sit: debet autem iudex attendere, *ut* cum certae pecuniae condemnatio posita sit, neque maioris neque minoris summa posita condemnet, alioquin litem suam facit; item si taxatio 'posita[5] sit, ne pluris condemnet quam taxatum sit, ali*a*s enim simil*i*ter litem suam facit: minoris autem damnare | ei per- 206.

---

[1]) quae *V*st. [2]) *sic V*st *et puto consulto, quia hic praecedebat: nisi rem arbitrio tuo Ao Ao restituat.* [3]) absoluito *C.* (*sic pro lubitu a librario explicata nota*) *edd.* [4]) *Ex ed. Stud. nam aptius hoc videtur et codicis scripturae fere non minus conveniens, quam quod ipse antea edideram* Qui de re uero iudex est. [5]) *Sic V*st *pro* petita *C. edd. Quod addideram* n(ummo), *quia una littera in C. deesse dicebatur, nunc omisi, cum St.dus notet, fortasse nihil amplius scriptum fuisse, nec alias nummus in hoc codice sic notetur.*

---

§. 50. *Cf. Cic. pro Rosc. Com.* 5. §. 19. *Quintil. I. O.* 4, 2. §. 6. §. 51. *Cf.* 3, 224. *Fest. ep. v. Taxat. p.* 356. *Cic. pro Tull.* 7. *Collat.* 2, 6. §. 1. *Lex Rubr. c.* 20. (*'Gaius' p.* 237). *Quintil. Decl.* 13. *L.* 3. *C. de inut. stip.* (8, 39). *L.* 39. §. 1. *D. de operis lib.* (38, 1). *Iurato actor aestimabat, quanti formula taxaretur. L.* 9. *D. de in litem iur.* (12, 3). *'Gaius' p.* 138. §. 52. *Cf. Seneca de benef.* 3, 7. *de clem.* 2, *ult.* §. 32. *I. de act.* (4, 6). litem suam f.] *cf. pr. I. de obl. q. quasi ex del.* (4, 5). *L.* 15. §. 1. *D. d. iudic.* (5, 1). *L.* 6. *D. de extrao. cogn.* (50, 13).

missum est. at si etiam[1] *taxatio posita non sit*, | *quanti uelit condemnare potest.* **52a.** *Unde quia*, *quod petit*, | qui formulam acci*pit*, intendere de*b*et, 'nec am*pli*|*us iudex quam*[2] certa condemnatione constring*itur*, *sed nec* | *iterum* eand*em formul*am accipi*t*, *qui egit*, *et in condem*|*natione* cer*tam pecuniam*, *quam petit*, *ponere debet*, *ne consequatur min*|us quam uelit.[3]

53. Si quis intentione plus conplexus fuerit, *causa cadit* | id est rem perdit, nec a praetore in integr*um* restituitur, excep*tis* quibusdam casibus, in qui*bus omnes actores p*raetor non patitur[4] *o*|*b errorem suum damno affici; nam minoribus* XXV *annorum sem*|*per ut in aliis causis et hic succurrit.* **53a.**[5] *Plus autem quattuor* | modis petitur, 're[6], tempore, loco, causa. re, uel*ut si quis pro* X | milibus, quae ei debentur, XX milia petierit, *aut* si *is*, *cuius* | ex parte res esset, totam eam aut maiore ex part*e suam* | esse intender*it*. [283]
tempore, *uelut si in diem stipulatus* | ante *diem petierit. loco*, *uelut si id*, *quod certo loco* | dari promissum est, id *alio loco*

[1]) *Ex V*st, *unde quae sequuntur alio sensu quam antea feceram, restituenda erant. Idem valet de tota* §. 52a, *ubi multo plura a St.do lecta sunt. In his litteras omnes, quae lectae sunt, ipsas, eae ubi deficiunt, spatium accurate servavi, praeterea de sensu tantum sollicitus. Ceterum exceptionem hic dictorum vid. in* §. 68. [2]) *id est, ut saepe, et tantummodo.* [3]) *Initio v.* 7 usq uelit *V*st. *Unde potest etiam fuisse:* '*ut consequatur eam quo*|usque uelit'. *Ante* accipia *V*st *pro* accipi*t*. *Edd. etiam Kr.* 2. *tantum verba lecta et in fine* | usque uelit *habent.* [4]) *Quae lecta sunt, ex V*st *praestiti, in quo tamen antea est* integro; *h. l. scriptum fuisse statui* qb. omnes actor̄ pr. n̄ patitur. *Ex quibus cum appareat, Theophilum in Iust. Instit. duas causas in integrum restitutionis inverso ordine retulisse, in Gaii Inst. post haec v.* 11. *et v.* 12. *priorem spatii, litterarum reliquarum et sensus ratione habita, sic fere, ut nunc feci, restitui posse existimavi.* [5]) *Etiam in hac, quam feci* §., *plura et certiora usque ad finem p.* 206. *dedit V*st, *quo factum est, ut supplementa, quae antea sensus causa maxime Iust. Institutionum ope informaveram, paulo mutanda essent. Quoad verba maxime incerti sunt v.* 23 *et* 24. [6]) res *V*st.

§. 53. *Cf.* §§. 56. 68. 131. §. 33. *I. de act.* (4, 6). *Paul.* 1, 10. §. 1. *Consult.* 5, 4. *L.* 1 *fin. D. quando dies ususfr.* (7, 3). *Fr. Vat.* 52. 53. *Plaut. Most.* 3, 1. *v.* 141. *Cic. de inv.* 2, 19. §. 57. *de orat.* 1, 36. §§. 166 *seq. orat. part.* 28. §. 99. *pro Rosc. Com.* 4. §. 11. *Sueton. Claud.* 14. *Quintil. I. O.* 3, 6. §. 69. *Senec. ep.* 48. §. 10. *Fest. ep. v. Litis p.* 116.

sine commemoratio|ne eius loci petatur, uelut si *a te stipulatus sim*: *X MILIA* SESTERTIVM *EPHESI* | DARE SPONDES? *deinde uero* Romae *pure hoc modo inten*|*dam*: *SI P*ARET *TE SESTERTI*[*OR*]*VM X MILIA EX STIPVLATV*[1] | DARE MIHI OPOR*T*ERE; p*lus* enim *petere ideo intellegor*, *quia* | *utilitatem* pro*missori adimo*, *quam*, *si Ephesi da*|*ret*, *habiturus esset*. Ep*hesi tamen etiam pure potero* | petere, id est non 207.
adiecto loco. **53b.** Causa plus petitur, uelut si quis in intentione tollat electionem de*b*itoris, 'quam is[2] habet obligationis iure, uelut si quis ita stipulatus sit: SESTERTIVM X MILIA AVT HOMINEM STICHVM DARE SPONDES? deinde alterutrum '*so*l*um*[3] ex his petat; nam quamuis petat, quod minus est, plus tamen petere uidetur, quia potest aduersarius interdum facilius id praestare, quod non petitur. similiter si quis genus stipulatus sit, deinde speciem petat, uelut si quis purpuram stipulatus sit generaliter, deinde Tyriam specialiter petat; quin etiam licet uilissimam petat, idem iuris est propter eam rationem, quam proxime diximus. idem iuris est, si quis generaliter hominem stipulatus sit, deinde nominatim aliquem petat, uelut Stichum, quamuis uilissimum. itaque sicut ipsa stipulatio concepta est, ita et intentio formulae concipi de*b*et. **54.** Illud satis apparet, in incertis formulis plus peti non posse, quia, cum certa quantitas non petatur, sed quidquid aduersa-
[284] rium dare facere 'oportere *pareat*[4] intendatur, nemo potest plus intendere. idem iuris est et si in rem incertae partis actio data sit, uelut 'talis: QVANTAM PARTEM PARET IN EO FVNDO, QVO DE AGITVR, ACTORIS ESSE.[5] quod genus actionis in paucissimis causis dari solet. **55.** Item palam est, si quis

---

1) *Haec specialis causae adiectio (de qua cf. Quintil. I. O.* 4, 2. §. 6.) *in hac actione necessaria est, eique spatium sufficit.*
2) quis (= quamuis) *V*st. 3) eor' *Sched. edd. omittunt* [*Admisit ed. Bg.* 5]. *Sed careri non potest v.* '*solum*', *quia* '*alterutrum ex his*' *petit etiam qui* '*x milia aut Stichum*' *petit. Inst.*: '*veluti hominem tantum aut decem aureos tantum.*' 4) *Ex mea cj.* oporteret *Sched. edd.* 5) *Ex V*st.

---

§. 54. *Cf. Cic. pro Rosc. l. c. Paul. S. R.* 3, 8. §. 2. *L.* 76. §. 1. *D. de rei vind.* (6, 1). *L.* 1. §. 5. *D. si pars her.* (5, 4). *L.* 8. §. 1. *D. comm. div.* (10, 3). *L.* 1 *pr. D. de interrog.* (11, 1). §. 55. *Cf.* §. 35. *I. de act.* (4, 6) *cum Theoph. Frontin. de controv. agr.*

aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari, eumque ex integro agere posse, quia nihil ante uidetur egisse, uelut si is,
208. qui hominem Stichum | petere deberet, Erotem petierit, aut si quis ex testamento dar*i* si*bi* oportere intenderit, cui ex stipulatu debebatur, aut si cognitor aut procurator intenderit, si*bi* dar*i* oportere. **56.** Set plus quidem intendere, sicut supra diximus, periculosum est; minus autem intendere licet; sed de reliquo intra eiusdem praeturam agere non permittitur: nam qui ita agit, per exceptionem excluditur, quae exceptio appellatur litis diuiduae. **57.** A*t* si in condemnatione plus 'po*si*tum [1] sit, quam oportet, actoris qui*dem* periculum nullum est; sed '(*et reus*, *cum*) [2] iniquam formulam acceperit, in integrum restituitur, ut minuatur condemnatio: si uero minus positum fuerit, quam oportet, hoc solum consequitur '(*actor*,) [3] quod posuit; nam tota quidem res in iudicium deducitur, constringitur autem condemnationis fine, quam iudex egredi non potest. nec ex ea parte praetor in integrum restituit: facilius enim reis praetor succurrit quam actoribus: loquimur autem exceptis minoribus XXV annorum; nam huius aetatis hominibus in omnibus rebus lapsis praetor succurrit. **58.** Si in demonstratione plus aut minus positum sit, nihil in iudicium deducitur, et ideo res in integro manet: et hoc est, quod [285]
dicitur falsa demonstratione rem non perimi. **59.** Sed sunt, qui putant, minus recte conprehendi, 'ut [4] qui forte Stichum et Erotem *em*erit, recte uide*a*tur ita demonstrare: QVOD EGO DE TE HOMINEM EROTEM EMI, et si uelit, de Sticho alia for-
209. mula *iterum* [5] agat, quia uerum est, eum | qui duos emerit,
t. s.

1) *Correxi.* petitum *C. cf. paulo infra et* §§. 52a. 68. 2) *Addidi haec verba, a sciolo consulto omissa, quod antea* quia *pro* quidem *scriptum effecerat, ut totam rem perperam caperet. 'si' ed. Bg.* 3) *Addidi.* 4) *Vst pro* n(am) *Gösch. Sched. edd., unde postea pro* uidetur *Vst scripsi* uideatur. 5) id (*vel* qd *Sched.*) *Vst. quod nunc*

p. 43, 26. *Lachm. L.* 5. §. 5. *D. de rei vind.* (6, 1). si cognitor] *cf.* §. 86. **§. 56.** supra] §. 53. minus] *cf. L.* 2. §. 1. *C. de plur. pet.* (3, 10). — *L.* 18. *D. comm. div.* (10, 3). exc. lit. diu.] *cf.* §. 122. **§. 57.** positum] *cf.* §. 68. constringitur] *cf.* §. 52a. in integr. rest.] *cf.* §§. 53. 125. 2, 163. **§. 58.** *Cf.* §§. 40. 55. **§. 59.** *Cf. L.* 33. *D. de act. empti* (19, 1). *L.* 17. §. 4. *D. commod.* (13, 6). — *L.* 78. §. 1. *D. de procur.* (3, 3).

singulos quoque emisse: idque ita ma*x*ime La*b*eoni uisum est. sed si is, qui unum emerit, de duobus egerit, falsum demonstrat. idem et in aliis actionibus est, uelut commodati, depositi. **60.** Sed nos apu*d* quosdam scriptum inuenimus, in actione depositi[1] et denique in ceteris omnibus, quibus damnatus unusquisque ignominia notatur, eum, qui plus quam oporteret demonstrauerit, litem perdere, uelut si quis una re deposita duas 'pluresue[2] (*de*)posuisse (*se*) demonstrauerit, aut si is, cui pugno mala percussa est, in actione iniuriarum etiam aliam partem corporis percussam si*b*i demonstrauerit: quod an de*b*eamus credere uerius esse, diligentius requiremus. certe cum duae *s*int depositi formulae, alia in ius concepta, alia in factum, sicut supra quoque notauimus, et in ea quidem formula, 'quae[3] in ius concepta est, initio res, de q*u*a agitur, 'demonstr*etur*, id *est* modo designetur,[4] deinde inferatur iuris conte*n*tio his uerbis: QVIDQVID OB *EAM* REM 'ILLVM ILLI DARE FACERE OPORTET, in ea uero, quae in factum concep*ta est*, *stat*im initio i*nt*entionis alio modo res,
[286] de qua agitur, designetur his uerbis: SI PARET ILLUM AP*VD* (*ILLVM REM*) ILLAM DEPOSVISSE, dubitare non debemus,

---

ex iғ' *factum esse puto.* empti *ed. meae prior.* idem *ceterae* (*om. Stud.*), *male, cum in alio servo aliud agatur.* [1]) *Exciderit:* mandati. [2]) *Ex mea cj.* (*Zeitschr. f. gesch. RW. XIII. p.* 298) *et sic* (*sed et* posuisse) *V*st res *edd. omisso postea* '*se*'. [3]) q́uae *in C. scriptum videtur fuisse.* [4]) demonstratorio m(odo) designetur *V*st *pro* demonstretur īē m(odo) designetur *puto: neque hoc pro glossemate habendum; opponit Gaius demonstrationem, quae modo designationem rei, d. q. a., nec quidquam desiderii vel contentionis* (4, 41) *continet, et intentionem, qua actor post verba SI PARET etiam ius suum contendit ac petit, quamque etiam formula in factum tantum alio modo continere videtur ita ut simul res, d. q. a., ea designetur. Contra in animum non induco, id quod sane librarius et voluit et scripsit:* demonstratorio m(odo) designetur (*sic etiam Kr. ed.* 2), *ipsum Gaium scripsisse, genuinam et veram demonstrationem sic tumide etiam inaudito adiectivo* (*pro* demonstrativo) *dicentem.*

---

§. 60. damn . . . ignominia] *cf.* §. 182. actione iniur.] *cf. Collat.* 2, 6. *De furti actione cf. L.* 19 *pr.* §§. 1—4. *L.* 52. §. 25. *D. de furt.* (47, 2). supra] §. 47. *De designatione cf. L.* 15. §. 3. *L.* 16. *D. de dolo* (4, 3). *L.* 6. *D. de rei vind.* (6, 1). *L.* 7 *pr. D. de iniur.* (47, 2). *Cons.* 5. *Paul.* 2, 31. §. 22.

quin si quis in formula, quae in factum composita est, plures res designauerit, quam deposuerit, litem perdat, quia in inten-
210. tione plus 'posu|isse uidetur.[1] ————————————
t. s. ————————————————————————
211. ————————————————————————
t. s. ———————————————— **61.** [2]*Compensationes quoque oppositae plerumque efficiunt, ut minus quisque consequatur, quam ei debebatur. In bonae fidei enim iudiciis cum libera potestas permitti uideatur iudici ex aequo et* [287]

---

[1]) *Sententiam Gösch. perfecit. In p.* 210. *et* 211. *fere nihil legi potuit. Quid perierit, aestimari potest ex eo, quod iam in Iust. Inst. sequitur tit. de act.* (4, 6). §. 36. *'Sunt praeterea quaedam actiones, quibus non semper solidum, quod nobis debetur, sed modo solidum consequimur, modo minus. Ut ecce, si in peculium filii seruiue agamus; nam si non minus in peculio sit, quam persequimur, in solidum pater dominusue condemnatur; si uero minus inuenitur, hactenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit; quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus* (*cf.* 4, 69. 73). §. 37. *Item si de dote iudicio mulier agat, placet, hactenus maritum condemnari debere, quatenus facere possit, id est, quatenus facultates eius patiuntur. itaque si dotis quantitati concurrant facultates eius, in solidum damnatur; si minus, in tantum, quantum facere potest. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur: nam ob impensas in res dotales factas marito retentio concessa est, quia ipso iure necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus Digestorum libris cognoscere liceat* (*cf. Ulp.* 6. *et Boeth. ad Cic. Top.* 17, 66. *p.* 378. *Or. quem quae tradit de rei uxoriae actione ex hoc Gaii loco sumsisse credibile est*). §. 38. *Sed et si quis cum parente suo patronoue agat, item si socius cum socio iudicio societatis agat, non plus actor consequitur, quam aduersarius eius facere potest; idem est, si quis ex donatione sua conueniatur.* §. 39. *Compensationes quoque oppositae plerumque efficiunt, ut minus quisque consequatur, quam ei debebatur: namque ex aequo et bono habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem causa praestare oporteret, in reliquum eum, cum quo actum est, condemnat, sicut iam dictum est.'* §. 40., *quae pertinet ad bonorum cessionem, Iustinianus loco deductionis* (§§. 65—68), *quae item decoctorum condicionem spectat, posuisse et aliunde sumsisse credendus est.* [2]) *Initium huius §i refeci ex* §. 39. *modo allegata, paucis mutatis ex* §. 30. *I. cod.*

---

§. 61. *Cf.* §§. 30. 39. *I. de act.* (4, 6). *Cic. de offic.* 3, 17. §. 70. *Paul.* 2, 5. §. 3.

bono aestimandi, *quantum actori restitui oporteat*, *hac in* po*testate eius*[1] | continetur, ut habita ratione eius, quod inuicem 212. actorem ex eadem causa praestare 'oporteret, in reliquum eum, t. s. cum quo actum est, condemnare (*debeat*).[2] **62.** Sunt autem bonae fidei iudicia (*ueluti*) haec: ex empto, uendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae, r*ei* u*xoriae*.[3] **63.** Li*b*erum est | tamen iudici nullam omnino inuicem[4] compensationis rationem habere;[4] nec enim aperte[5] formulae ue*r*bis praecipitur; sed quia id bonae fidei iudicio conueniens uidetur, id*eo* officio eius contineri creditur. **64.** Alia causa est illius actionis, qua argentarius experitur: nam is cogitur cum conpensatione agere, et ea conpensatio uerbis formulae exprimitur, adeo quidem, ut *sta*t*im*[6] ab initio conpensatione facta minus intendat sibi dar*i* oportere: ecce enim si s*estertium* x milia de*b*eat Titio, atque ei xx debeantur, sic intendit: SI PARET TITIVM SI*B*I X MILIA DARE OPORTERE AMPLIVS QVAM IPSE

[1]) *pro * * * * C., ut opinor:* potest. *Sed* po***s *V*st *quod nunc* (*ed.* 4) *puto fuisse* poteius. [2]) *De anacolutho cf.* 3, 160. *quod tamen librario tantum hic maxime temulento imputare non dubitavi addendo* debeat. [3]) *Difficultas lectionis vertitur in fine vv.* 5. *et* 6., *in quibus notum est librarium seriem actionum certe inde a* | mandati (*v.* 6 | dati, *postquam in fine v.* 5. *errore* m, *ipsi* = man *scripserat*) *usque ad* tutelae *per errorem bis scripsisse. sed et* r(ei) u(xori)ae, *nota adhibita,* (*de qua vid. ad* 1, 149. *notata*) *secutum fuisse et finem fecisse harum actionum ex cj. mea, cum deinde sequatur* liuerum ē | tm, *firmatur Suppl. St. p. XXXIII. Quare nunc expulso, quod deinde secundum V*st *conieceram* alia. 63. Verum tamen, *antea v.* 3 *post* iudicia *addendum erat* '(*ueluti*)'. *Nam cum edd. etiam Kr.* 2. *ex* §. 28. *I. de act.* (4, 6) *totum illum catalogum b. f. actionum* (*multis tamen ibi dictis omissis*), *quam aliunde, ubi agebatur de stricti iuris et b. f. actionum differentia, Iustinianum sumsisse constat, et pro Gaiano etiam contra C. venditare, religioni fuit et nunc etiam magis est.* [4]) *Ex V*st *et Suppl. St. p. XXXIII. Maxime vero hoc valet in adversario, qui quod ipsi debetur, sua actione persequi potest: qua ratione Gaius ex b. f. actionibus eas praeposuit, in quibus et contrariae vel adeo directae sunt, et in rei uxoriae actione, quae ne contrariam quidem habet, finem fecit.* [5]) *Item ex Suppl. St. l. c.* [6]) *Ex V*st, *in quo tamen pro* statim *est* itaque *vix recte lectum.*

§. 62. *Cf.* §. 28. *I. ib. Cic. l. c. Top.* 17. §. 66. *de nat. deor.* 3, 30. §. 74. *L.* 38 *pr. D. pro soc.* (17, 2).

TITIO DE*B*ET. **65.** Item 'bonorum emptor[1] cum deductione agere iubetur, id *est*, *ut* in hoc solum aduersarius eius condemnetur, quod superest deducto eo, quod inuicem ei bonorum emptor defraudatoris nomin*e* debet. **66.** Inter conpensationem autem, quae argentario 'opponitur,[2] et deductionem, quae obicitur bonorum emptori, illa differentia est, quod in conpensationem hoc solum uocatur, quod eiusdem generis et [288]
naturae est; ueluti pecunia cum pecunia conpens*a*tur, triticum
213. cum tritico, uinum cum uino, adeo | ut quibusdam place*a*t, non omnimodo uinum cum uino aut triticum cum tritico conpensandum, sed ita si eiusdem naturae qualitatisque sit; in deductionem autem uocatur et quod non est eiusdem generis; itaque si[3] pecuniam petat bonorum emptor, et inuicem uero frumentum aut uinum 'is[4] debeat, deducto re (*aestimata*),[6] quanti id erit, in reliquum *e*xperitur. **67.** Item uocatur in deductionem et id, quod in diem debetur; conpensatur autem hoc solum, quod praesenti die de*b*etur. **68.** Praeterea conpensationis quidem ratio in intentione ponitur; quo fit, ut si facta conpensatione plus nummo uno intendat argentarius, causa cadat et ob id rem perdat: deductio uero ad condemnationem

---

1) de (*vel* c) be V^{st}, *ut librarius* debet *scribere voluisse videatur; quare nunc* (*ed.* 4.) de *omisi.* ed(icto) *vel* sic *edd. meae prior.* 2) *Ex cj. Hugo. Firmat* V^{st}. 3) u(ero), *quod hic habet C. ne mutandum esset in* uu (uelut), *transtuli post* inuicem. *ante* si (uero) *quaedam excidisse, quae* si *inciperent, statuit ed. Stud.* 4) *Ex C. addidi 'Gaius' p.* 175. 5) V^{st}, *quod transposito* uero *ferri potest. Quaedam hic omissa esse censet Kr. ed.* 2. 6) deducto io(*vel* u)re V^{st}; *sed notat, litteras* to *correctionem passas esse; fortasse ante* deductiore *scriptum fuisse, ex quo corrector* deducto iure *effecerit. Itaque genuina esse et* deducto *et* re *iudicandum est nec probo posterius omissum in Kr. ed.* 2. *sed nec quod scripseram in ed.* 4. deduct*a ea* re, *cum res de pecunia deduci non possit. Amissa v.* aestimata, *quam nunc addidi, effecit, ut scriptor C.* re *corrigendum duceret.* erit *intellege: postquam iudex rem aestimaverit.*

---

§. 65. *Cf.* 1, 81. *Alium deductionis casum vid. in L.* 2. §. 7. *D. de doli mali exc.* (44, 4). §. 66. *Cf. Paul.* 2, 5. §. 3. — *L.* 47. §§. 4. 5. *D. de pecul.* (15, 1). *L.* 15. *D. ratam rem* (46, 8). *L.* 11. *C. depos.* (4, 34). §. 67. *Cf. L.* 7 *pr. D. de compens.* (16, 2). §. 68. b. e. agente] *i. e. cum b. emptor sit, qui agat.*

ponitur, quo loco plus peten*di*[1] periculum non interuenit; utique bonorum emptore agente, qui licet de certa pecunia agat, incerti tamen condemnationem concipit.

69. Quia tamen superius mentionem habuimus de actione, qua in peculium filiorumfamilias seruorumque 'ag*i*tur,[2] opus est, ut de *h*ac actione et de ceteris, quae eorumdem nomine in parent*e*s dominosue dari solent, diligentius admoneamus. **70.** In primis itaque si iussu patris dominiue negotium gestum erit, in solidum praetor actionem in patrem dominumue conparauit: et recte, quia qui ita negotium gerit, magis patris dominiue quam filii seruiue fidem sequitur. **71.** Eadem ratione | comparauit duas alias actiones, exercitoriam et instito- 214.
riam: tunc autem exercitoria locum habet, cum pater dominusue filium seruumue magistrum naui praeposuerit, et 'qu*o*d[3]
[289] cum eo eius rei gratia, cui praepositus fuit, negotium gestum erit; cum enim ea quoque res ex uoluntate patris dominiue contrahi uideatur, aequissimum esse uisum est, in solidum (*in eum*)[4] actio*nem* dari: quin etiam, licet extraneum 'quisqu*e*[5] magistrum naui praeposuerit, siue seruum siue liberum, tamen ea pr*a*etoria actio in eum redditur: ideo autem exercitoria actio appellatur, quia exercitor uocatur is, a*d* quem cottidianus nauis quaestus peruenit. institoria uero formula tum locum habet, cum quis tabernae aut cuilibet negotiationi filium seruumue aut quemlibet extraneum, siue ser*u*um siue liberum, praeposuerit, et quid cum eo eius rei gratia, cui praepositus est, contractum fuerit: ideo autem institoria appellatur, quia qui tabernae praeponitur, institor appellatur: quae *e*t ipsa formula in solidum est. **72.** Praeterea tri*b*utoria quoque actio in patrem dominumue constituta est, cum filius seruusue[6] in

[1]) *Correxi.* petenti *C. edd. revera enim in condemnatione actor non petit; sed etiam verbum perfamiliare ei 'intervenire' cum dativo personae Gaius vix unquam dixerit.* [2]) *Ex Instit.* agatur *C. edd.* [3]) quid *C. Inst. et quaedam edd. etiam ed. Kr.* 2. *postea* [negotium]. [4]) *Supplevi. excidit post* sol-idum. [5]) quis quas *V*st. [6]) *Ex V*st *apparet, amanuensem verba* constituta . . . seruusue *male repetiisse. Etiam alia non pauca aperta menda in his* §§. *ex Inst. dudum correcta sunt.*

§. 69. = *pr. I. quod c. eo q. in aliena p.* (4, 7). superius] *cf. not.* 1 *ad* §. 60. *p.* 368. §. 70. = §. 1. *I. ib.* §. 71. *Cf.* §. 2. *I. ib. Paul.* 2, 6. §. 72. = §. 3. *I. ib. Cf.* §. 74.

peculiari *'cuiusuis* pret*ii*[1] merce sciente patre dominoue negotietur; nam si quid *eius rei* gratia cum eo contra*ctum*
215. fuerit, ita praetor ius dicit, ut quidquid in *his* mercibus | [2] *erit*,
t. s. *quodque inde receptum erit, id inter (patrem) dominum(ue), si quid ei* debe*bitur, et ceteros creditores pro rata portione distribuatur; et quia ipsi (patri) domino(ue) distributionem permittit, si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit, quam oportuerit, hanc ei actionem adcommodat, quae tributoria appellatur.* **73.** *Praeterea introducta est actio de peculio deque eo, quod in rem (patris) domini(ue) uersum erit, ut quamuis sine uoluntate (patris) domini(ue) negotium gestum erit, tamen siue quid in rem eius uersum fuerit, id totum praestare debeat, siue quid non sit in rem eius uersum, id eatenus praestare* debe*at, quatenus peculium patitur:* [*in rem autem domini uersum intellegitur, quidquid necessario in rem eius inpenderit seruus,* [290]
ueluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit, aut aedificia ruentia fulserit, aut familiae frumentum emerit, uel etiam fundum aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit:] *itaque si ex decem utputa sestertiis, quae seruus tuus a Titio mutua accepit, creditori tuo quinque sestertia soluerit, reliqua uero quinque quolibet modo consumpserit, pro quinque quidem in solidum damnari debes, pro ceteris uero quinque eatenus, quatenus in peculio sit:*

1) q́optio (*vel* e) *V*st, *sed ut etiam* pti *litterae fere certae sint. Vitiosa sane scriptura, sed inde, ut puto, enata, quod in archetypo quod erat,* cui' ū *acceptum est* qui *et notatum* q́, *abeunte* ū *in* o. *De re idem Gaius his verbis dicit, quod Ulp. L.* 1. §. 1. *D. de tribut. act.* (14, 4), *mercis appellationem, licet angustior sit (pertinet enim proprie ad res quae μερικῶς minutis pretiis venduntur, unde etiam dicta est), in hac tamen actione ad omnes etiam maioris pretii res velut servos, togas, in quibus quis negotietur, porrigendam esse. Ceterum vitium iam in Theophili exemplari extitisse videtur, unde haec verba in Institut. omisit.* 2) *Quae sequuntur, cum in C. p.* 215 *paene nihil legi potuerit, ab edd. paucis necessario additis vel mutatis ex Inst. suppleta omnino sunt, satis tuto, ut litterae quaedam a St.do lectae confirmant. Verum etiam brevius quaedam Gaium expressisse spatii ratio docet. Itaque quae in Instit. addita esse videntur,* [ ] *inclusi. Possunt tamen et haec Gaii esse et librarii culpa omissa.*

§. 73. = §. 4. *I. ib. Cf. Paul.* 2, 9.

[*ex quo scilicet apparet, si tota decem sestertia in rem tuam uersa fuerint, tota decem sestertia Titium consequi posse;*] *licet enim una est actio, qua de peculio deque eo, quod in rem* (*patris*) *domini*(*ue*) *uersum sit, agitur, tamen duas habet condemnationes; itaque iudex, apud quem ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem* (*patris*) *domini*(*ue*) *uersum sit, nec aliter ad peculii aestimationem transit, quam si aut nihil in rem* (*patris*) *domini*(*ue*) *uersum intellegatur aut non totum: cum autem quaeritur, quantum in peculio sit, ante de*|ducitur, quod patri domino*u*e quique in eius potestate 216.
sit, a filio seruoue debetur, et quod superest, hoc solum pe- t. s.
culium esse intellegitur; aliquando tamen id, quod ei debet filius seruusue, qui in potestate patris dominiue sit, non deducitur ex peculio, uelut si is, cui debet, in huius ipsius peculio s*i*t. **74.** Ceterum du*b*ium non est, quin et is, qui iussu patris dominiue contraxit, cuique institoria uel exercitoria formula competit, de peculio aut de in rem uerso agere possit; sed nemo tam stultus erit, ut qui aliqua illarum actionum sine dubio solidum consequi possit, 'uel[1] in difficultatem se deducat proband*i*, habere peculium eum, cum quo contraxerit, exque eo peculio posse sibi satis fieri, uel id, quod persequitur, in rem patris dominiue uersum esse. Is quoque, cui tributoria actio conpetit, de peculio uel de in rem uerso agere potest; sed huic sane plerumque expedit, hac potius actione
[291] uti quam tributoria; nam in tributoria eius solius peculii ratio ha*b*etur, quod in his mercibus est, in quibus negotiatur filius seruusue, quodque inde receptum erit, a*t* in actione peculii, totius: et potest quisque tertia forte aut quarta uel etiam minore parte peculii negotiari, maximam uero partem pecul*i*i in alii*s* rebus habere; longe magis si potest adprobari, 'id quod (*dederit qui*) contraxit,[2] in rem patris dominiue uersum esse, ad hanc actionem transire debet; nam, ut supra diximus, | eadem formula et de peculio et de in rem uerso agitur. 217.

[1]) u *addit C, quod acceptum* = uel *licet id Inst. et edd. ignorent, ferri potest; nam usu fori mature de peculio et de in rem verso etiam pro duabus actionibus accipi coeptae esse videntur, quo spectant verba* de peculio aut de in rem uerso, agere, *ut tamen altera alteram consumeret.* [2]) id q|contraxit *V*st. *Supplevi.*

§. 74. *Cf.* §. 5. *I. ib.* §. 73.

75. Ex maleficio[1] filiorumfamilias seruorumque, ueluti si furtum fecerint aut iniuriam commiserint, noxales actiones proditae sunt, uti liceret patri dominoue aut litis aestimationem suffer*r*e aut noxa*e* dedere: erat enim ini*qu*um, nequitiam eorum ultra ipsorum corpora parentibus dominisue damnosam esse. **76.** Constitutae sunt autem noxales actiones aut legibu*s* aut edicto praetoris: legibus, uelut furti lege XII tabularum, damni iniuriae lege Aquilia; edicto praetoris, uelut iniuriarum et ui bonorum raptorum. **77.** Omnes autem noxales actiones cap*u*t sequuntur: nam si filius tuus seruusue noxam commiserit, quamdiu in tua potestate est, tecum est actio; si in alterius potestatem peruenerit, cum illo incipit actio esse; si sui iuris coeperit esse, directa actio cum ipso est, et noxa*e* deditio extinguitur. ex diuerso quoque directa actio noxalis esse incipit: nam si paterfamilias noxam commiserit, et is se in adrogationem ti*b*i dederit aut ser*u*us tuus esse coeperit, (*quod*) quibusdam casibus accidere primo commentario tradidimus, incipit tecum noxalis actio esse, quae ante directa fuit. **78.** Sed si filius patri aut ser*u*us domino noxam commiserit, nulla actio nascitur: nulla enim omnino inter me et eum, qui *i*n potestate mea est, obligatio nasci potest; ideoque et si in
218. alienam | potestatem peruenerit aut sui iuris esse coeperit, neque cum ipso neque cum eo, cuius nunc in potestate est, agi potest. unde quaeritur, si alienus seruus filiusue noxam commiserit mihi, et is postea in mea esse coeperit potestate, [292]
utrum intercidat actio, an quiescat: nostri praeceptores intercidere putant, quia in eum casum deducta sit, in quo '*ini*tio[2] consistere non potuerit, ideoque, licet exierit de mea potestate, agere me non posse; diuersae scholae auctores, quamdiu in mea potestate sit, quiescere actionem putant, *quia* ipse mecum

---

1) maleficiis *Instit. hic et* §. 112. *sed* maleficio *est Gaianum: L.* 4. *D. de obl. et act.* (44, 7). 2) *Ex Bluhm. Sched., ubi ante notatum* tio *secundum V*[st] *corruptela litterarum* ini *fuisse videtur. Cf. ad* §. 3. *I. de inutil. stip.* (3, 19) *a Schradero allegata. Om. Instit. ed. Stud.* actio *antea edebatur.*

---

§. 75. = *pr.* §. 2 *fin. I. de noxal. act.* (4, 8). *Cf. Paul.* 2, 31. §. 7. *supra* 1, 140. §. 76. = §. 4. *I. ib.* §. 77. = §. 5. *I. ib. Cf. Paul.* 2, 31. §§. 8. 9. primo comm.] §. 160. §. 78. *Cf.* §. 6. *I. ib. L.* 18. 64. *D. de furt.* (47, 2). *L.* 37. *D. de noxal. act.* (9, 4).

agere non poss*i*m, cum uero exierit de mea potestate, tunc eam resuscitari. **79.** Cum autem filiusfamilias ex noxali causa mancipio datur, diuersae scholae auctores putant, ter eum mancipio dari debere, quia lege XII tabularum cautum sit, '(*ne filius de potestate patris aliter*)[1] exeat, quam si ter fuerit mancipatus: Sa*b*in*u*s et Cassius ceterique nostr*ae* scholae auctores sufficere unam mancipationem crediderunt; 'et*eni*m[2] tres lege XII tabularum ad uoluntarias mancipationes pertinere.

80. Haec ita de his personis, quae in potestate (*sunt*), siue ex contractu siue ex *ma*leficio earum '*controuer*sia *s*i*t*:[3] quod uero ad *eas* personas, quae in manu mancipioue sunt, ita ius dicitur, ut cum ex *contr*ac*t*u earum 'ag*a*tur,[4] nisi ab eo, cuius iuri subiectae sint, in solidum defendantur, bona, quae earum f*u*tura foren*t*, si e*ius* iur*i* subiectae non essent, uen*e*ant: sed cum 'resciss*a capitis deminutione cum iis*[5] imperio continenti iud*icio* 'agitur, | *si aduersus eam actionem* 219.
non defendantur, etiam cum ipsa muliere, dum in *manu* t. s.
est, agi potest, quia tum tutoris auctoritas necessaria
[293] *non est.*[6] ——————————————— vv. 3—24.
——————————— | **81.** '*Quid* ergo *est?* etiamsi *ei* (de 220.
——————— t. s.

[1]) *aliter* (alit) *in finem reieci, ut appareret, qua de causa librarius haec omiserit.* [2]) et illam *V*[st]. et illas (*deinde* tres legis) *Kr. ed.* 2. [3]) *Ex Bluhm. Sch., quae finiunt in* .... sia cet. esset *edd.* [4]) ageretur *C. edd.* [5]) *Secundum V*[st] *scriptum fuisse putavi* rcissakd ciis. [6]) *Sententiam ita fere perfeci 'Gaius' p.* 175. *Aliter Rudorff Ed. perpet. p.* 59. *tutorem personae alieni iuris datum contra ius civile statuens. — Haec fortasse* (*nam in p.* 219 *nihil paene praeter paucula quaedam et incerta legi potuit*) *ea statim exceperunt, quae habet pr. I. si quadr. paup.* (4, 8), *sed tantum haecce: 'Animalium nomine, quae ratione carent, si qua lascivia aut feruore* (*alii: 'pauore'*) *aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege* XII *tabularum prodita est: quae animalia si noxae dedantur, proficiunt reo ad liberationem, quia ita lex* XII *tab. scripta est.' Non etiam cetera, quae ibi sequuntur, quae aliunde assuta esse constat. Gaius contra post haec dixisse videtur, illud omnium noxalium actionum commune esse, quod si servus vel animal ante litis contestationem mortuum sit, noxalis actio exstinguatur* (*L.* 1. §. 13. *D. si quadr.* 9, 1. *L.* 39. §. 4. *L.* 26. §. 4. *D. de noxal.* 9, 4). *Aliud iuris esse, si post litis contestationem rei culpa moriatur* (*L.* 16.

§. 79. *Cf.* 1, 140 *seq.* 132. 135. *L.* 3. §. 4. *D. de hom. lib. exh.* (43, 29). §. 80. *Cf.* 3, 84. 4, 38. 1, 184. 192. *Ulp.* 11, 27.

qua re modo diximus) quoque non permissum fuerit, et[1] mortuos homines dedere, tamen et si quis eum dederit, qui fato suo uita excesserit, aeque liberatur.

82. Nunc admonendi sumus, ag*er*e nos '(*posse*)[2] aut nostro nomine aut alieno, ueluti cognitorio, procuratorio, tutorio, curatorio, cum olim, quo tempore legis actiones in 'usu *e*ssent,[3] alterius nomine agere non liceret, 'pr*aeter*quam ex ce*r*tis causis.[4] **83.** Cognitor autem certis uerbis in litem coram aduersario substituitur: nam actor i*ta* cognitorem dat: QVOD EGO A T*E* uerbi gratia FVNDVM PETO, IN EAM REM LVCIVM TITIVM *T*IBI COGNITOREM DO; aduersarius ita: [294]

D. de noxal. L. 37. §. 1. *D. ad leg. Aquil.* 9, 2), *quo casu ne mortuum quidem hominem noxae dare ei licere. Plane si is ab alia occidatur, aequum visum esse* (*haec fortasse in v.* 12. *comparent*), ut iudex, si *reus actione, quam aduersus illum ipse apis*|citur, *actori cedere paratus sit, eum absolvat* (*L.* 1. §. 16. *D. si quadr.*). *Reliqua paginae pars fortasse controversiam tractabat nobis incognitam, si animal noxium sine cuiusquam culpa post litem contestatam periisset, utrum reus simpliciter an* (*quod verius sit*) *tum, si quod inde superesset, noxae daret, liberaretur; eoque spectat* §. 81, *ad quam cf. Liv.* 8, 39. *Zonar.* 7, 26. [1]) *Missa nunc faciens Bluhmiana in fine p.* 219. *ut nimis incerta et paucula elementa, quae St.dus in eadem pagina v.* 23. *retulit, initium p.* 220. *secundum V*st *sic ut feci, probabiliter legi posse putavi, quanquam eius lectionem incertissimam esse, St.dus adnotet. Post* ergo *notam* e(st) *fuisse posui;* quoque *spectaverit differentiam inter homines et animalia.* [2]) *Ex Inst. supplevi. Omittit Kr. ed.* 2. [3]) *In V*st *post* u-su *perperam* fuissent *pro* essent *scriptum est et sic Kr. ed.* 2. *Cf.* 1, 192. 4, 25. *idque vetus vitium irrepsit etiam in Inst.* [4]) *Sic recte cj. Momms. Ephem. archaeol. Vol. II. p.* 207. *In V*st *esse videri* nisi ex quibusdam causis *Karlowa Röm. Civilproc. p.* 354. *auctor est* (?). *Sed revera ibi est* prope|q(uam)exceptis c̄.

§§. 82—102. *Cf. Fr. Vat.* 317—341. *Paul.* 1, 2. 3. §. 82. = *pr. I. de iis, per quos agere poss.* (4, 10). cum olim *etc.*] *cf. L.* 123 *pr. D. de reg. iur.* (50, 17). *L.* 3. *C. de vindicta* (7, 1). ex certis causis] *cf. Cato apud Fest. ep. v. Vindiciae p.* 376. — *Fr. Vat.* 324. *supra* §. 14. *Liv.* 3, 45. *Donat. ad Terent. Adelph.* 2, 1. *v.* 40. §. 83. *Cf. Fr. Vat.* §§. 318 *seq.* 329. *Fest. ep. v. Cognitor. p.* 57. *Schol. Cic. Divin.* 4. *p.* 104 *Bait. Isidor. differ.* 123. *Interpr. ad L.* 7. *Th. C. de cognit.* (2, 12). *Cic. pro Rosc. Com.* 18. *Horat. Sat.* 2, 5. *v.* 38. AGERE VOLO] *cf. L.* 15. *D. ratam rem* (46, 8). *Zeitschr. f. gesch. RW. XIII. p.* 306.

'QVIA[1] TV A ME FVNDVM PETIS, IN EAM (*REM*) TIBI PVBLIVM MEVIVM COGNITOREM DO. potest, ut actor ita dicat: QVOD EGO TECVM AGERE VOLO, IN EAM REM COGNITOREM DO; aduersarius ita: QVIA TV MECVM AGERE VIS, IN EAM REM COGNITOREM DO: nec interest, praesens an absens cognitor detur; sed si absens datus fu*er*it, cognitor ita erit, si cognouerit et susceperit officium cognitori*s*. **84.** Procurator uero nullis certis uerbis in litem substituitur; sed ex solo mandato, et absente et ignorante aduersario, constituitur: quin etiam sunt, qui putant, eum quoque procuratorem uideri, cui non sit mandatum, si modo bona fide accedat ad negotium et caueat, ratam rem dominum habiturum: quamquam et ille, cui mandatum (*est*), plerumque satisdare debet[2], | quia saepe man- 221.
datum initio litis in obscuro est et postea apu*d* iudicem ostenditur. **85.** Tutores autem et curatores quemadmodum constituantur, primo commentario retulimus. **86.** Qui autem alieno nomine agit, intentionem quidem ex persona domini sumit, condemnationem autem in suam personam conuertit: nam si uerbi gratia Lucius Titius pro (*Publio*) Maeuio[3] agat, ita formula concipitur: SI PARET, NVMERIVM NEGIDIVM PVBLIO MEVIO SESTERTIVM X MILIA DARE OPORTERE, IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM LVCIO TITIO SESTERTIVM X MILIA CONDEMNA. SI NON PARET, ABSOLVE; in rem quoque si agat, intendit: PVBLII *ME*V*I*I REM ESSE EX IVRE QVIRITIVM, et condemnationem in suam personam conuertit. **87.** Ab aduersarii quoque parte si interueniat aliquis, cum quo actio constituitur, intenditur, dominum dare oportere, condemnatio autem in eius personam conuertitur, qui iudicem accepit; sed
[295] cum in rem agitur, nihil in *in*tentione facit eius persona, cum

1) q̄ā *V*st *hic et paullo post. Malim* quod. 2) *Ex V*st, *nisi quod is* illae *habet pro* ille. 3) maeuio *C. hic et passim. Utrumque postea promiscue, Mevius tamen rectius scribi videtur.*

§. 84. *Cf.* §. 1. *I. ib. Paul.* 1, 3. *Consult.* 3. *Fr. Vat.* 112. 333. *Schol. Cic. cit. Cic. pro Caec.* 20. §. 57. *L.* 3. *Th. C. de cognit.* (3, 12). igitur etsi] *cf. L.* 11. *D. ratam rem* (46, 8). *L.* 3. §. 2. *D. iudic. solvi* (46, 7). §. 85. = §. 2. *I. ib. Cf.* 1, 144 *seq.* §. 86. *Cf. Theophil.* 4, 10. §. 2. *supra* §. 55. *L.* 9. *C. de procur.* (2, 13). *Cic. pro Rosc. Com.* 18. §. 87. *Cf. Fr. Vat.* 340 (1).

quo agitur, siue suo nomine siue alieno aliquis iudicio interueniat: tantum enim intenditur, rem actoris esse.

88. Videamus nunc, quibus ex causis is, cum quo agitur, uel hic, qui 'a(*git*, *co*)gatur satisdare.[1] **89.** Igitur si uerbi gratia in rem tecum aga*m*, satis mihi dar*e* de*b*es; a*e*quu*m* enim uisum est, (*te i*)deo quod interea tibi rem, quae an *ad* te pertineat du*b*ium *est*, possidere conceditur, cum satisdatione mihi cauere, ut si uictus sis, nec rem ipsam restituas, nec litis aestimationem sufferas, sit mihi potestas aut tecum agendi
222. aut cum sponsoribus | tuis. **90.** Multoque magis debes satisdare mihi, si alieno nomine iudicium accipias. **91.** Ceterum cum in rem actio duplex sit, aut enim per formulam petitoriam agitur aut per sponsionem, siquidem per formulam petitoriam agitur, illa stipulatio locum habet, quae appellatur IVDICATVM SOL*VI*, si uero per sponsionem, illa, quae appellatur PRO PRAEDE LITIS 'ET[2] VINDICIARVM. **92.** Petitoria autem formula haec est, qua actor intendit, rem suam esse. **93.** Per sponsionem uero hoc modo agimus: prouocamus aduersarium tali sponsione: SI HOMO, QVO DE AGITVR, EX IVRE QVIRITIVM MEVS EST, SESTERTIOS XXV NVMMOS DARE SPONDES? deinde formulam edimus, qua intendimus, sponsionis summam nobis dar*i* oportere; qua formula ita demum uincimus, si pro*b*auerimus, rem nostram esse. **94.** Non tamen *h*aec summa sponsionis exigitur: nec enim poenalis est, sed praeiudicialis, et propter hoc solum fit, ut per eam de re iudicetur; unde etiam is, cum quo agitur, non restipulatur;[3] *i*deo autem appellata est PRO PRAEDE LITIS VINDICIARVM stipulatio, quia in locum 'praed*is* (*uel*)[4] praedium successit, 'qui[5] [296]

---

1) agit satis dare [*debeat*] *ed. Bg.* 5. 2) *Hoc deletum malim; cf.* §. 94. 3) *Neque lacunae neque transpositionis verborum hic iusta suspicio est.* 4) *Sic emendatum suo loco restitui v.* praedes, *quod C. in fine habet post* dabantur. *Cf.* '*zur Pand. Kritik*' *p.* 27. 5) *Ita C.*

---

§. 89. *Cf. pr. I. de satisd.* (4, 11). *Paul.* 1, 11. §. 1. §. 90. *Cf. pr. I. cit. Fr. Vat.* 317. *L.* 53. *D. de procur.* (3, 3). §§. 91—93. *Cf.* §§. 1. 16. *Fr. Vat.* 336. *Valer. Prob.* 4. *Cic. Verr.* 1, 45. §§. 115. 116. 2, 12. §. 31. formulam petit.] *cf.* §. 4. *I. de interd.* (4, 15). *L.* 36. *D. de rei vind.* (6, 1). IVDIC. SOLVI] *cf. L.* 6. 9. *D. iudic. solvi* (46, 7). PRO PRAEDE L. V.] *cf. L.* 33. *D. de fideiuss.* (46, 1). *L.* 11. *D. iudic. solvi* (46, 7). *Paul.* 5, 9. §. 2. §. 94. *Cf.* §§. 13. 165. *Cic. pro Quint.* 8.

olim, cum lege agebatur, pro lite et u*in*diciis, id est pro re et fructibus, a possessor*e* petitori dabantur. **95.** Ceterum si apu*d* centumuiros agitur, summam sponsionis non per formulam petimus, sed per legis actionem, sacramento '(*quingenario*) *modo* reo prouocato;[1] eaque sponsio sestertiorum cxxv num-
[297] mum 'fieri solet[2] | propter 'legem — — —.[3] **96.** Ipse 223.
autem, qui in rem agit, si suo nomine agat, satis non dat. **97.** Ac nec si per cognitorem quidem agat*ur*, ulla satisdatio uel ab ipso uel a domino desideratur: cum enim certis et quasi sollemnibus uerbis in locum domini substituatur cognitor, merito domini loco habetur. **98.** Procurator uero si agat, satisdare iubetur rat*am* rem dominum habiturum: peri-

qu*ia ed. Bg. Sed tunc esse deberet:* et quia. *Nunc* '*nam*' *ed. Bg.* 5.

1) iure|rep(ro)uocatu(*vel* o). *Sic fere V*st *partim ex Bluhmii et Gösch. Sched. In C. post* sacramento *ratione etiam habita Gösch. Sched. fuisse antea mihi videbatur* Dario | repuocata (*pro* reo prouocato) *quod interpretabar* quingenario (*cf.* 4, 15) reo prouocato. *Neque enim facile poterat Gaius sacramenti summam omittere, cum sponsionis definiret; ad centumviros vero de rebus maioribus tantum actum esse constat et Valerius Probus tantum sacramentum quingenarium novit. iam cum St.dus testetur, in C.* Dario *non fuisse, hoc a librario omissum statui, deinde vero non* enim (*notatum*) *ex Bl. Sched., quod sensui, nec* inde (*ed.* 3), *quod scripturae C. non convenit, sed nunc* m(odo) *scriptum fuisse puto, hoc sensu, quod reus tantum provocabatur; ergo tota haec legis actio modo dicis gratia in usu retenta erat. fortasse vero prius* re *ex* (alte)ro *remansit.* sed per legis actionem; sacramento enim reu*m* prouocamus *edd. et mea* 1., *in qua pro* reum *cj.* possessorem *notis scriptum.* 2) fit *scilicet edd. meae* 1. 2. *et ex cj. nunc Stud. Quod in C. certo non esse,* fieri solet *scriptum fuisse posse, cum St.dus testetur, nunc hoc edidi.* 3) legemcreperiam *V*st. *unde* legem *quidam* Crepereiam *alii* Papiriam *voluerunt. Equidem vix dubito, id quod in C. conspicitur, corrupte esse scriptum pro* legē iūl. papiriam = legem Iuliam Papiriam, *quae lex lata a.* 324 (*Cic. de rep.* 2, 35. *Liv.* 4, 30) *etiam hoc videtur sanxisse, ne sacramen-*

§. 95. *Cf.* §. 31. per legis actionem] *Antea etiam ipsa hereditas per legis actionem vindicabatur. Cic. Verr.* 1, 45. *de orat.* 1, 38 *fin. quod postea abolitum; neque enim vindicias hereditatis dici placuit, cuius nullum retinendae possessionis interdictum erat. Cf. Valer. Prob.* 4. §. 97. *Cf.* §. 83. *Fr. Vat.* 317. §. 98. *Cf. pr. I. h. t. L.* 33. §. 1. *L.* 39. §. 1. *D. de proc.* (3, 3). *Fr. Vat.* 333. *Consult.* 3. *L.* 22. §. 8. *D. ratam rem* (46, 8). *L.* 11. §. 7. *D. de exc. rei iud.* (44, 2).

culum enim est, ne iterum dominus de eadem re experiatur; quod periculum (*non*) interuenit, si per cognitorem actum fu*er*it, quia de qua re quisque per cognitorem egerit, de ea non magis amplius actionem habet quam si ipse egerit. **99.** Tutores et curatores eo modo, quo et procur*atores*, satisdare de*b*ere, uerba edicti faciunt; sed aliquando illis satisdatio remittitur. **100.** Haec ita, si in rem agatur; si uero in personam, ab actoris quidem parte quando satisdari de*b*eat, quaerentes, eadem repetemus, quae diximus in actione, qua in rem agitur. **101.** Ab eius uero parte, cum quo agitur, siquidem alieno nom*ine* aliquis interueniat, omnimodo satisdari debet, quia nemo alienae rei sine satisdatione defensor idoneus intellegitur; sed siquidem cum cognitore agatur, dominus satisdare iubetur; si uero cum procuratore, ipse procurator. idem et de tutore et de curatore iuris est. **102.** Quodsi proprio
224. nomine aliquis iudicium [1] accipia*t* | in personam, certis ex causis (*iudicatum solui*) [2] satisdare solet, quas ipse praetor significat: quarum satisdationum duplex causa est, nam aut propter genus actionis satisdatur, aut pro*pter* persona*m*, quia suspecta sit: propter genus actionis, uelut iudicati depensiue, aut cum de moribus mulieris ag*i*tur; propter personam, uelut si cum eo agitur, qui decoxerit, cuiusue bona (*a*) creditoribus possessa proscriptaue sunt, siue cum eo herede agatur, quem praetor suspectum aestimauerit.

tum rei, qua de ageretur, summam excederet. Cf. notata supra ad Cod. p. 192 *v.* 1—10. *libr. meum 'die Multa u. d. sacr.' p.* 419.

[1]) *Addit C.* aliquid. [2]) *Ex geminatione* (IS) *addidi. Cf.* §§. 91 *et* 98.

§. 99. *Cf. pr. I. de satisd.* (4, 11) *cum Theoph.* uerba edicti] *L.* 33. §. 3. *cit.* remittitur] *cf. L.* 23. *D. de admin. et per.* (26, 7). *L.* 13. *C. eod.* (5, 37). §. 100. = *pr. I. cit. Cf.* §. 96. §. 101. *Cf.* §. 1. *I. ib. L.* 46. §. 2. *D. de proc.* (3, 3). *Fr. Vat.* 317. 336. *Cic. pro Quint.* 7. §. 29. *Verr. lib.* 2. 24, 60. *L.* 10. *D. iudic. solvi* (46, 7) (*ubi Modestinus 'ab ipso cognitore' scripserat*). §. 102. *Cf.* §. 1 *fin. I. ib. Fr. Vat.* 336. *Lex Iul. munic.* 113 *seq.* iudicati dep.] *cf.* §§. 25. 186. de moribus] *cf. Ulp.* 6, 9. 12. *L.* 15. §. 1. *D. sol. matr.* (24, 3). *L.* 1. *Th. C. de dote* (3, 13). *L.* 11 §. 2. *C. de repud.* (5, 17). *L. un.* §. 5. *C. de rei ux. act.* (5, 13). *supra* §. 44. qui decoxerit] *cf. lex Iul. cit. v.* 114. 115. cuiusue bona] *ibid. v.* 116. 117. *supra* 3, 79. *Cic. pro Quint.* 8. *L.* 33. §. 1. *D. de reb. auct. iud.* (42, 5). siue cum eo] *cf. L.* 31. *D. eod.*

103. Omnia autem iudicia aut legitimo iure consistunt aut imperio continentur. **104.** Legitima sunt iudicia, quae
[298] in urbe Roma uel intra primum urbis Romae miliarium inter omnes ciues Romanos sub uno iudice accipiuntur; eaque *e* lege Iulia iudici*aria*, nisi in anno et sex mensibus iudicata fuerint, expirant: et hoc est, quod uulgo dicitur, e lege Iulia litem anno et sex mensibus mori. **105.** Imperio uero continentur recuperatoria et quae sub uno iudice accipiuntur interueniente peregrini persona iudicis aut litigatoris; in 'ea*dem*[1] causa sunt, quaecumque extra primum urbis Romae miliarium tam inter ciues Roman*os* quam inter peregrinos accipiuntur: ideo autem imperio contineri iudicia dicuntur, quia tamdiu ualent, quamdiu is, qui ea praecepit, imperium habebit. **106.** Et siquidem imperio continenti iudicio 'peractum[2] fuerit, siue in rem siue in personam, siue ea formula,

---

1) *Ex Gösch. ed.* ea *C. ed. Bg.* 2) *Sic C. per notam* p (*proprie* = pro) *eo sensu quo dicitur peragere L.* 32. §. 9. *D. de receptis* (4, 8)*; nec mutare ausim, licet dubii aliquid moveat, quod subiectum deest; nam si actor non peragebat, sed causam relinquebat, ut iudicium finito imperio eius, qui id praeceperat, plane solveretur, neque rei iudicatae neque rei in iudicium deductae exceptio iterum agenti obstabat* (*Cic. pro Flacco* 21. §. 50)*; sed et iudicio tali petitum, cum litis contestatione peremptum non esset* (3, 180), *in compensationem deduci poterat. L.* 8. *D. de compens.* (16, 2). *Unde quaerebatur, an iudex recte et ordine faceret, si quemadmodum iudicaturus esset, ante ostenderet. Gell.* 14, 2. actum *edd.*

---

§. 103. *Cf.* 1, 184. 3, 181. 4, 80. *Ulp.* 11, 27. *Cic. pro Flacco* 21. §. 50. §. 104. intra — miliarium] *cf. Liv.* 3, 20. *Dio* 51, 19. *Becker Röm. Alterth. II.* 2. *p.* 285. lege Iulia] *cf.* §. 30. *Gell.* 14, 2. *Antea perpetua erant. Cic. Verr. I.* 10. §. 30. *Leg. Acil. repet. v. XXVII.* anno et sex m.] *cf. Tacit. A.* 6, 16. litem mori] *cf. L.* 18. §. 4. *D. de dolo m.* (4, 3). *L.* 32. *D. de iudic.* (5, 1). *L.* 30. §. 1. *D. ad l. Aquil.* (9, 2). *L.* 3. §. 1. *D. quae in fraud.* (42, 8). *L.* 2. *D. de div. temp.* (44, 3). *L.* 2. *D. iudic. solvi* (46, 7). *L.* 10. *D. de stip. praet.* (46, 5). *L.* 8. *D. ratam rem* (46, 8). §. 105. recuperatoria] *cf. Fest. ep. v. Reciperatio. Cic. Verr.* 3, 28. §. 69. interuen. peregr. pers.] *cf. Cic. pro Flacco* 21. §. 50. *Verr. II.* 2, 13. quamdiu *etc.*] *cf. L.* 13. *D. de iurisd.* (2, 1). *L.* 49. §. 1. *D. de iudic.* (5, 1). §§. 106. 107. *Cf.* 3, 181. 4, 121. 123. *L.* 1. *C. si adv. rem iudic.* (2, 27). *Cic. de orat.* 1, 37. §. 168.

225. quae in fa|ctum concepta est, siue ea, quae in ius habet intentionem, postea nihilominus ipso iure de eadem re agi potest; et ideo necessaria est exceptio rei iudicatae uel in iudicium deductae. **107.** *Si*[1] uero legitimo iudicio in personam actum sit ea formula, quae iuris ciuilis habet intentionem, postea ipso iure de eadem re agi non potest, et ob id exceptio superuacua est; si uero uel in rem uel in factum actum fuerit, ipso iure nihilominus postea agi potest, et ob id exceptio neces- [299]
saria est rei iudicatae uel in iudicium deductae. **108.** Alia causa fuit olim legis actionum: nam qua de re actum semel erat, de ea postea ipso iure agi non poterat; nec omnino ita, ut nunc, usus erat illis temporibus exceptionum. **109.** Ceterum potest ex lege quidem esse iudicium, sed legitimum non esse; et contra ex lege non esse, sed legitimum esse; nam si uerbi gratia ex lege Aquilia 'uel *Publilia*[2] uel Furia in prouinciis agatur, imperio continebitur iudicium; idemque iuris est et si Romae apud recuperatores agamus, uel apud unum iudicem interueniente peregrini persona; et ex diuerso si ex ea causa, ex qua nobis edicto praetoris datur actio, Romae sub uno iudice inter omnes ciues Romanos accipiatur iudicium, legitimum est.

110. Quo loco admonendi *su*mus, eas quidem actiones, quae ex lege senatusue consultis proficiscuntur, perpetuo
226. solere praetorem accommodare, | eas uero, quae ex propria ipsius iurisdictione pendent, plerumque intra annum dare.

---

1) at *V*st. 2) u ollinia *Sched. et V*st. uel Ouinia *edd. Sed certo non incognitam aliquam sed talem legem et hic Gaius commemoravit, cuius ipse ante mentionem fecerat. Ex* Atinia *lege* (*ex Dirks. cj.*) *nec actio ulla erat. Itaque in archetypo scriptum fuisse videtur* u oblilia (*vel* u oulilia), *littera* p (*post* u) *evanida vel ab ipsa* u *absumpta. Antiquior erat lex Publilia quam Furia.*

---

§. 108. *Cf.* §§. 11. 30. *Or. pro domo* 29. — *Terent. Phorm.* 2, 3. *v.* 56 *seq. Donat. ad Adelph.* 2, 2. *v.* 24. *Andr.* 3, 11. *v.* 7. *Eunuch.* 1, 1. *v.* 9. *Phorm.* 1, 4. *v.* 31. *Serv. ad Aen.* 2, 424. *Quintil. I. O.* 7, 6. §. 1. §. 109. ex l. Aquilia] *cf.* 4, 37. 3, 210 *seq.* Publilia] *cf.* 3, 127. Furia] *cf.* 3, 121. in prouinciis] *sed ex Italico contractu; cf.* 3, 121. *De actione ex lege Furia cf.* '*Gaius*' *p.* 88. §§. 110. 111. *Cf. pr. I. de perp. et temp. act.* (4, 12) *cum Theoph.*

111. Aliquando tamen *et* per*petuo eas dat*, *uelut quibus*[1] imitatur ius legitimum: quales sunt eae, quas[2] *dat bonorum posses*soribus ceterisque, qui heredis loco sunt *e*o*ue efficiuntur*[3]. *fur*|ti quoque manifesti actio, quamuis ex ipsius praetoris iurisdiction*e* proficiscatur, perpetuo datur; et merito, 'cum *tantum*[4] pro capitali poena pecuniaria constituta sit.

[300] **112.** Contra[5] non omnes actiones, quae in aliquem aut ipso iure co*npe*tunt aut a praetore dantur, etiam in heredem *ae*que conpetunt aut dari solent: est enim certissima iuris regula, ex maleficio poenales actiones in heredem nec conpetere nec dari sol*ere*, uelut furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriae: sed heredi de*functi*[6] uidelicet actoris huiusmodi actiones competunt nec denegantur, excepta iniuriarum actione et si qua alia similis inueniatur actio. **113.** Aliquando tamen (*etiam*) ex contractu actio neque heredi neque in heredem conpetit: nam adstipulatoris heres non ha*b*et actionem, 'sed et[7] sponsoris et fidepromissoris heres non tenetur.

114. Superest,[8] ut d*i*spiciamus, si ante rem iudicatam is,

---

1) *Ex mea cj. restitui. Multa alia cj. Bg. ed.* 5. 2) '*praetor' addit ed. Bg., quod nec in Inst. legitur.* 3) *Haec lectio Schedis Gösch. fere convenit.* eo *intellege eo ipso, quod praetor has actiones dat; proprie enim quis dixerit, a praetore vocatos non tantum b. p.* em (3, 32) *sed etiam actiones ex ea dando heredum loco effici.* '*accommodat' Inst. ceterae edd.* 4) c (= cum) *C. edd. quod factum puto ex* ctt, *quasi esset* cū. 5) *Ex Bluhm. Sched. quanquam ibi haec nota in fine praecedentis verbi et versus posita sit. Gaius personarum successionem opponit temporis rationi.* Non autem *Inst.* Non *edd.* 6) *Ob incognitam sibi siglam* f *superposita* c, *qua in Fr. Vat. syllaba* func *saepissime notatur, librarius post* h'di (= heredi) dem *pro* defti *bis scripsisse videtur, tantumque dubitari potest, an verba* def. vid. act. *Instit. ignorata, quae tamen* heredibus *pro* heredi *male praebent, pro glossemate habenda sint.* 7) *Potius* set *quam, quod antea suspicatus eram, nota v.* contra *in C. fuisse videtur.* '*et' edd.* 8) *scilicet, ut locum de actionibus absolvamus.*

---

§. 112. = §. 1. *I. ib. cum Theoph. Cf. L.* 111. §. 1. *D. de reg. iur.* (50, 17). §. 113. *Cf.* §. 1. *I. cit. supra* 3, 114. 120.

§. 114. *Cf.* §. 2. *I. ib. supra* 3, 180. §. 31. *I. de act.* (4, 6). *L.* 73 *fin. D. de procur.* (3, 3). *L.* 25. *D. de dolo* (4, 3). *L.* 33. §. 1. *D. de solut.* (46, 3). *L.* 4. *D. iudic. solvi* (46, 7). — *L.* 38. §. 7. *D. de usur.* (22, 1). *L.* 60 *pr. D. de cond. indeb.* (12, 6).

cum quo agitur, post acceptum iudicium satisfaciat actori, quid officio iudicis conueniat, utrum absoluere, an ideo potius damnare, quia iudicii accipiendi tempore in ea causa fuerit, ut damnari debeat: nostri praeceptores absoluere eum de*b*ere
227. existimant; nec interess*e*, cuius generis *s*it iudicium: et | hoc est, quod uolgo dicitur, Sabino et Cassio placere, omnia iudicia absolutoria esse. '*diuersae autem scholae auc*|*tores* de bon*ae* fidei *quidem* iudiciis [1] idem sentiunt, quia in eiusmodi iudiciis liberum est officium iudicis. tantumdem | e*t* de *in* rem actionibus putant, quia '*tum* [2] quoque sed *formulae uer*|*b*is [3] id ips*u*m 'expri*mitur*, *ut si reus rem restituat*, | absol*uatur: scilicet si per petitoriam formulam agantur:* | quibus *qui-* [301]
*dem ita quisque conu*enitur, ut *in intentione res*, *de quibus* | *am*b*i*gitur, pet*a*ntur et adiici*antur illa uerba condemnationis* | ini*tio*.[4] interdum enim[5] ——— vv. 10. 11. 12. 13 ——— sunt etiam | in personam tales actiones, in quibus '*non* per- mit*t*[6] ——— vv. 14—22 ——— |[7].

---

[1]) *Ad sententiam restitui*. . . de bone fideis īūdat V^{st} *corrupte*.
[2]) ııı *Sched. Gösch. pro* tū *ut puto; nam* ibi, *quod antea conieceram, scriptum non fuisse St.dus testatur.* [3]) form. ū|uis *in C. fuisse posui;* |cis V^{st}. [4]) *Haec omnia quidem praeterquam quae rectis typis expressa sunt, cj. nituntur, sed ad* V^{st} *accommodata et quoad sensum, ut puto, satis certa. V:* 7. *ab* absolvi debere *incohasse non videri, St.dus notat, unde nunc* absolvatur *scripsi. Postea v.* 9. | antigit' petent' V^{st}. *De* ambigitur *cf. Cic. Verr. l.* 1. 45, 117.

[5]) *Quae abhinc legi non potuerunt (nam praeter incerta quaedam Göscheniana in v.* 11. *et* 13. *fere tantum vocem* essent V^{st} *v.* 12. *servavit) ad in rem actiones per sponsionem pertinuisse (cf.* 4, 91 *sq.) mihi persuasum est, velut hoc sensu: 'per sponsionem in rem agitur et tum si actor sponsione uicerit nec ei res cum fructibus restituatur, sponsores ei quantum olim, si praedes dati* essent *litis et uindiciarum, in tantum* conde*mnantur*.' sunt *etc.* [6]) *exprimitur Kr. ed.* 2, *quod minus C. ductibus convenit.* [7]) *Haec in usum versis quae vel Göschenus legere sibi visus est vel* V^{st} *praestat, et adhibitis* §. 33. *I. de act.* (4, 6), *L.* 1 (*Gaii*) *L.* 2 *pr. L.* 3. *L.* 4. §. 1. *D. de eo quod c. l.* (13, 4) *sic fere redintegrari posse videntur:* n(on) permit*ti*(*tur*) *iudici e*(*ius*) *q*(*uod*) | pe(ti)tur, *reum c*(*on*)-*demnare, si r*(*em*) *ipsam prius r*(*es*)*tituat* | actori quam *condemnatur*. *u*(*el*)*ut si cum commemoratione* | loci quo *cui dari p*(*ro*)*missum e*(*st*), *puta Ephesi, alio loco ita agat, ut uerba, nisi restituat, ad*icia*nt*(*ur*); n(am) *si reus* | paratus *sit* (ad V^{st}) actori *soluere, quanti id Ephesi sit,* | u(el) ex c(ausa) caueat, *absoluit*(*ur*). *q*(*uod*) *u*(*ero*) *ad ceteras*

115. Sequitur, ut de exceptionibus dispiciamus. **116**. Conparatae | sunt autem exceptiones defendendorum eorum 228.
gratia, cum quibus agitur: saepe enim accidit, ut quis iure ciuili teneatur, sed iniquum sit, eum iudicio condemnari. uelut (*si*) stipulatus sim 'a[1] te pecuniam tamquam credendi causa numeraturus, nec numerauerim; nam eam pecuniam a te peti posse certum est, dare enim te oportet, cum ex stipulatu 'ten*e*a*r*is;[2] sed quia iniquum est, te eo nomine condemnari, placet, per exceptionem doli mali te defendi debere. item si pactus fuero tecum, ne id, quod mihi debeas, a te pe-
[302] tam, nihilominus id 'ipso *iure* te[3] petere possum dare mihi oportere, quia obligatio pacto conuento non tollitur; sed placet, de*b*ere me petentem per exceptionem pacti conuenti repelli. **117**. In his quoque actionibus, quae (*non*) in personam sunt, exceptiones locum habent: uelut si metu me co*e*g*e*ris aut dolo induxeris, ut tibi rem aliquam 'man*c*i*p*i mancipio d*a*rem, eam(*que*)[4] rem a me petas, datur mihi exceptio, per

---

a(cti)ones n(on) ita tr|actatas *d(iuersae) s(cholae) a(uctoribus) n(on) uidet(ur) absolui p(os)se, qui satisfaciat, p(ost)q(uam)* | actum fuit (*Sequitur linea vacua*). — *Arbitrariae actionis vel formulae nomen et ipsius iudicis arbitratus, unde vocata est, mentionem Gaius consulto videtur vitavisse, hoc nomen ab arbitro vocatae formulae soli reservans. Cf.* §§. 141. 163. [1]) apa *Gösch. Sched. V*st a *Bl. Sched.* a(ut) pactus *librarius videtur scribere voluisse.* [2]) teneris *C. ed. Bg. Kr.* [3]) *Scripsi Zeitschr. XIII. p.* 314. *collata* §. 54. ipsum a te *C.* ipso *iure* a te *ed. Bg. Momms. auctore* [id ipsum] a te *Kr. ed.* 2. [4]) mancipio | dammansin *Sched. Non dubito, hoc fuisse:* mancipio dem (= darem) mancipi, *postremamque vocem, aliquando ante* mancipio *omissam, ubi desideratur, huc aberrasse, quod effecit, ut* que *post* eam *omitteretur. Cf. verborum in altero exemplo constructio.* mancipio d — — si * *ed. Bg.* m. dem.; nam si *ed. Gneist.* mancipio darem; nam si eam *ex Goudsm. cj. Kr. ed.* 2. *Ceterum Gaium dicere rem mancipi mancipio dari (quod offendit Bg. ad h. l. ed.* 5) *non magis hic mirari licet quam* 2, 204.: *quo ex loco ignorantes etiam discere possunt, mancipatae rei non necessario simul possessionem traditam esse, ideoque dominum factum eam a coacto mancipare possessore vindicare posse. Contra miror,*

---

§. 115. = *pr. I. de except.* (4, 13). §. 116. *Cf. pr.* §§. 1—3. *I. ib. infra* §. 119. §. 117. *Cf.* §§. 4. 1. *I. ib.* fundum litig.] *cf. Fr. de i. fisci* 8. *L.* 1. §. 2. *D. quae res pign.* (20, 3). *L.* 1. §. 1. *L.* 2. *D. de litig.* (44, 6).

quam, si metus causa te fecisse uel dolo malo arguero, repelleris. item si fundum litigiosum sciens a non possidente emeris eumque a possidente petas, opponitur tibi exceptio, per quam omnimodo summoueris. **118.** Exceptiones autem alias in edicto praetor habet propositas, alias causa cognita accommodat. quae omnes uel ex legibus uel ex his, quae legis uicem optinent, substantiam cap*i*unt, uel ex iurisdictione prae-
229. toris proditae sunt. | **119.** Omnes autem exceptiones in contrarium concipiuntur, qu*am* adfirmat is, cum quo agitur: nam si uerbi gratia reus dolo malo aliquid actorem facere dicat, qui forte pecuniam petit, quam non numerauit, sic exceptio concipitur: SI IN EA RE NIHIL DOLO MALO AVLI AGERII FACTVM SIT NEQVE FIAT; item si dicatu*r* contra pactionem pecunia peti, ita concipitur exceptio: SI INTER AVLVM AGE- [303]
RIVM ET NVMERIVM NEGIDIVM NON CONVENIT, NE EA PECVNIA PETERETVR; et denique in ceteris causis similiter concipi solet: ideo scilicet, quia omn*i*s exceptio obi*c*itur quidem a reo, sed ita formulae inseritur, ut condicionalem faciat condemnationem, id est, ne aliter iudex eum, cum quo agitur, condemnet, quam si nihil in ea re, qua de agitur, dolo actoris factum sit; item ne aliter iudex eum condemnet, quam si nullum pactum conuent*um* *d*e non petenda pecunia factum '*fu*erit.[1]

120. Dicuntur autem exceptiones aut peremptoriae aut dilatoriae. **121.** Peremptoriae sunt, quae perpetuo ualent, nec euitari possunt, uelut quod metus causa aut dolo malo, aut quod contra legem senatusue consult*um* factum est, aut quod res iudicata est, uel in iudicium deducta est, item pacti conuenti, 'quod *f*actum[2] est, ne omnino pecunia peteretur.

Bgium ed. 5. *edendo* rem aliquam mancipio dare *promitterem statuisse videri, eum qui rem dare promiserit, non in personam, sed in rem actione teneri.* [1]) erit *C. edd. praeter Stud.*
[2]) *Ex Gösch. cj. cf.* §. 122. quod pactum *C.* (quod *notatum*) quo

---

§. 118. *Cf.* §. 7. *I. ib.* §. 119. *Cf. L.* 22 *pr. D. de except.* (44, 1). *Cic. de inv.* 2, 20. *Brisson. de form.* 5, 75 *seq. Zeitschr. f. gesch. RW. XIII. p.* 316. §. 120. *Cf.* §. 8. *I. de exc.* (4, 13). §. 121. *Cf. L.* 3. *D. de except.* (44, 1). §. 8. *I. cit.* quod res iud. *etc.*] *cf.* §. 106. 3, 180. ne omnino *etc.*] *cf.* §§. 119. 126.

122. Dilatoriae sunt exceptiones, quae ad tempus ualent, ueluti illius pacti conventi, quod factum est uerbi gratia, ne intra quinquennium peteretur; finito enim eo tempore | non 230.
habet locum exceptio. cui similis exceptio est litis diuiduae et rei residuae: nam si quis partem rei petierit et intra eiusdem praeturam reliquam partem petat, hac exceptione summouetur, quae appellatur litis diuiduae; item si is, qui cum eodem plures lites habebat, de quibusdam egerit, de quibusdam distulerit, ut ad alios iudices ’*a*gantur,[1] si intra eiusdem praeturam de his, quas distulerit, agat, per hanc exceptio-
[304] nem, quae appellatur rei residuae, summouetur. **123.** Obseruandum est autem ei, cui dilatoria obicitur exceptio, ut differat actionem; alioquin si obiecta exceptione egerit, rem perdit; nec enim post illud tempus, quo integra re ’(*eam*)[2] euitare poterat, adhuc ei potestas agendi superest re in iudicium ’deducta et per exceptionem perempta.[3] **124.** Non solum autem

---

pactum *ed. Bg. Sed* pactum est *pro* conuenit *apud ICtos non legi.* [1]) egant *C.* eant *de Bluhm. cj. ed. Bg. Kr.* [2]) *Addidi. Similiter ed. Bg.* 5. [3]) deductae *et postea* peremptae *C. Quarum litterarum* (...e ...e) *toties a librario falso positarum conservandi studio Bg. ed.* 5. *abripi se passus est, ut supplementum post* superest *intrudendo hocce: ‘nam si agat, hac exceptione summouetur, quae appellatur rei’ nomen exceptionis induceret inauditum et prorsus mirabile, quippe a se ipsa appellatae. Sed (ut alia mittam) ne verum quidem est, per exceptionem rei in iud. deductae actorem potissimum submoveri; saepius summovebitur exceptione rei iudicatae. Ceterum verbis* per exceptionem *Gaius aperte intellegit dilatoriam exceptionem, quae opposita effecit, ut reus absolvi deberet eoque modo res perimeretur, non exceptionem rei in iudicium deductae.*

---

§. 122. *Cf. L.* 3. *D. de exc.* (44, 4). §. 10. *I. eod.* (4, 13). litis diuiduae] *cf.* §. 56. *infra* §. 131. *L.* 38. *D. de procurat.* (3, 3). *Hinc maxime multum intererat, quod placuit, si quis una stipulatione complures res stipulatus erat, tot stipulationes esse quot res. L.* 32. *D. de evict.* (21, 2). *L.* 29 *pr. L.* 83. §. 4. *L.* 86. *D. de verb. obl.* (45, 1). rei residuae] *cf. L.* 10. *C. de iudic.* (3, 1). §. 123. *Cf. ad Herenn.* 1, 12. §. 22. *Cic. de inv.* 2, 19. §§. 57. 58. §. 10. *I. cit. cum Theoph.* §. 124. *Cf.* §. *ult. I. de exc.* (4, 13). *L.* 2. §. 4. *L.* 3 *fin. D. eod.* (44, 1). *Fr. Vat.* 322 *seq. Paul.* 1, 2. §§. 1—3. *L.* 19. §. 2. *D. de prob.* (22, 3). *ad Herenn.* 2, 13. §. 20. *Quintil. I. O.* 3, 6. §. 70. 4, 4. §. 6. 7, 1. §. 19 *seq.*

ex tempore, sed etiam ex persona dilatoriae exceptiones intelleguntur, quales sunt cognitoriae, uelut si is, qui per edictum cognitorem dare non potest, per cognitorem agat, uel '*is*, *qui*[1] dandi quidem cognitoris ius habeat, eum det, cui non licet cognituram suscipere: nam si obiciatur exceptio cognitoria, si ipse talis er*i*t, ut ei non liceat cognitorem dare, ipse agere potest; si uero cognitori non liceat cognituram suscipere, per alium cognitorem aut per semet ipsum liberam habet agendi potestatem, et tam hoc quam
231. illo modo euitare '(*potest*)[2] exceptionem: quodsi dissi|mulaverit e*t* *e*um[3] per cognitorem egerit, rem perdit. **125.** Se*d* peremptoria quidem exceptione si reus per errorem non fu*er*it usus, in integrum restituitur adiciendae exceptionis [305]
gratia: dilatoria uero si non fu*er*it usus, an in integrum restitu*a*tur, quaeritur.

126. Interdum euenit, ut exceptio, quae prima facie iusta uideatur, inique noceat actori: quod cum accid*i*t, alia adiectione opus est adiu*u*andi actoris gratia: quae adiectio replicatio uocatur, quia per eam replicatur atque resoluitur uis exceptionis: nam si uerbi gratia pactus s*i*m tecum, ne pecuniam, quam mihi debes, a te peterem, deinde postea in contrarium pacti s*i*mus, id est, ut petere mihi liceat, et, si agam tecum, excipias tu, ut ita demum mihi condemneris, si non conuenerit, ne eam pecuniam peterem, nocet mihi exceptio pacti conuenti; namque nihilominus hoc uerum manet, etiam si postea in contrarium pacti sumus; sed qu*i*a iniquum est, me excludi exceptione, replicatio mihi datur ex posteriore

---

1) *Haec C. et edd. non habent; quod vero paulo post ante* eum det *habent* s = sed, *videtur aliquando ex* isq́ *corruptum idque nostro loco restituendum.* 2) *H. l.* p̄ē *post* euita-re *excidisse probabile est; ante* tam *habet ed. Bg.* 3) *Sic nunc pro* cum et *C. et reiectis mea aliorumque cjj. nunc facillima correctione scripsi;* eum *intellege, quem dixerat priore et posteriore casu, quos aliquo modo diserte significare Gaius suo more certo non supersedit. utrum scribas* quod si *an* quodsi *parum refert.*

---

§. 125. *Cf.* §§. 53. 57. 123. *L.* 2. *C. sent. resc. n. p.* (7, 50). *L.* 8. 12. 13. *C. de exc.* (8, 36). §. 126. = *pr. I. de replic.* (4, 14).

pacto hoc modo: SI NON POSTEA CONVENERIT, VT MIHI EAM PECVNIAM PETERE LICERET. **126ᵃ.** Item si argentarius pretium rei, quae 'in auctione uen*i*erit,[1] persequatur, obicitur ei exceptio, ut ita demum emptor damnetur, si ei res, quam emerit, tradita est, et est[2] iusta exceptio: sed si in auctione praedictum est, ne ante emptori '(*res*)[3] traderetur, quam si pretium soluerit, replicatione | tali argentarius adiu*u*atur: AVT 232.
SI PRAEDICTVM EST, NE ALITER EMPTORI RES TRADERETVR, QVAM SI PRETIVM 'EMPT*AE* R*EI*[4] SOLVERIT. **127.** Interdum autem euenit, ut rursus replicatio, quae prima facie iusta sit, inique reo noceat; quod cum accid*i*t, (*alia*)[5] adiectione opus est adiu*u*andi rei gratia, quae duplicatio uocatur. **128.** Et si rursus ea prima facie iusta uideatur, sed propter aliquam cau-
[306] sam inique actori noceat, rursus 'ex (*ea*)[6] adiectione opus est, qua actor adiu*u*etur, quae dicitur triplicatio. **129.** Quarum omnium adiectionum usum interdum etiam ulterius quam diximus, uarietas negotiorum introduxit.

130. Videamus etiam de praescriptionibus, quae receptae sunt pro actore. **131.** Saepe enim ex una eademque obligatione aliquid iam praestari oportet, aliquid in futura praesta-

---

1) *Ex Gösch. cj.* in auctionem uenerit *C. ed. Stud. fortasse recte.* 2) *Sic* V^{st} *lectio interpretanda eaque retinenda videtur, maxime cum St.us testetur, ante v.* emptor *duas litteras, quas Gösch. notaverat, non exstare.* 'et obiciatur . . . tradita *sit, est ea' edd. meae prior.* 3) *Addidit h. l. ed. Stud. om. C.* 4) emptor *C. edd.* 5) *Ex Inst. addidi, ubi est* alia allegatione. *omissum videtur in C. cum ex* accidit *inde factum esset* accidat. 6) *Addidi.* ex *C. quod om. ed. Stud.* alia allegatione *Inst.*

---

§. 126ᵃ. *Cf. L.* 25. *D. de act. empti* (19, 1). §§. 127—129. *Cf. L.* 2. §. 3. *D. de except.* (44, 1). §. 127. = §. 1. *I. de replic.* (4, 14). §. 128. = §. 2. *I. ibid.* §. 129. = §. 3. *I. ib.*

§. 130. pro actore] *cf.* §. 133. §. 131. *Cf. L.* 76. §. 1. *L.* 89. 125. *D. de verb. obl.* (45, 1). *L.* 23. *D. de exc. rei iud.* (44, 2). *Lib. meus 'Gaius' p.* 179 *seq.* EA RES AG.] *cf. Probi not.* '*E. R. A.* = *ea res agatur*'. *Cic. de orat.* 1, 37. §. 168. *Arnob.* 7, 31. *Non huc pertinent verba 'De Eadem Re Alio Modo'* (*Cic. de fin.* 5, 29. §. 88. *ad fam.* 13, 27.), *quae in libris actionum praescribebant, cum de eadem re etiam alia formula agi posset* (*v. gr.* 4, 47). stipulati fuer.] *Recte; nam si b. f. actione velut rei uxoriae vel ex locato agebatur neque eo nomine stipulatio iam intercesserat, ut in venditione de*

tione est, uelut cum in singulos annos uel menses certam pecuniam stipulati fuerimus: nam finitis quibusdam annis aut mensibus, huius quidem temporis pecuniam praestari oportet, futurorum autem annorum sane quidem obligatio contracta intellegitur, praestatio uero adhuc nulla est; si ergo uelimus id quidem, quod praestari oportet, petere et in iudicium deducere, futuram uero obligationis praestationem 'in integro[1] relinquere, necesse est, ut cum hac praescriptione agamus: EA RES AGATVR, CVIVS REI DIES FVIT: alioquin si sine hac praescriptione egerimus, ea scilicet formula, qua incertum
233. petimus, | cuius intentio his uerbis concepta est: QVIDQVID
t. s. PARET NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DARE FACERE OPORTERE, totam obligationem, id est etiam futuram in hoc iudicium deducimus, (*set*) et[2] quae ante tem|pus obligat*ionis permensum fit*, *nullo* modo fi*eri potest*, *nec* | pos*te*a permissa re*liqui petitio est*. **131a.** *I*|*tem* si uerbi gratia ex empto [307]
agamus, *ut* nobis fundus mancipio detur, debemus *hoc modo* praescribere: EA RES AGATVR DE FVNDO MANCIPANDO, ut postea, si uelimus uacuam possessionem nobis tradi, '*eius* tra-

---

1) *Scripsi ex cj. v. d. Hoeven* (*Zeitschr. f. R. G. VII. p.* 259) *et Rudorfii probabili* (*nunc* V^{st} *firmata*) *coll. Gai.* 4, 58. *L.* 44 *pr. D. fam. erc.* (10, 2). in incerto *C. edd. etiam meae* 1. 2. 2) *Priorem eorum, quae sequuntur, in ed.* 4 *restitutionem correxi, ut et* V^{st} *et sensui plene satisfaceret.* Permensum *dixit Gaius, quia mensura annis vel mensibus fortasse compluribus fit,* nullo modo *intellege nec per incertam intentionem.*

---

vacua possessione tradenda (§. 131a.), *poterat de futuris praestationibus simul ad interponendam cautionem agi* (*L.* 41. *D. de iudiciis* 5, 1. *Cic. pro Rosc. Com.* 4, 11) *ideoque praescriptio necessaria non erat:* ea sc. form. q. inc.] *cf. L.* 75. §. 9. *D. de verb. obl.* (45, 1). *supra* §§. 41. 54. **§. 131a.** *Cf. L.* 48. §. 7. *D. de aedil. ed.* (21, 1), *ubi, quia in factum actio erat et iterum agenti doli replicatio proficiebat* (*cf. ad* §. 131), *sola praedictio sufficiebat, ne de omnibus vitiis actum esse videretur. Similis est in rem actio* (*vel certi condictio* §. 53a. 55) *ex speciali causa. L.* 11. §. 2. *D. de exc. rei iud.* (44, 2). *Item si quid extra ordinem petitur. L.* 78 *pr. D. de leg.* 2. ut postea *etc.*] *cum forte convenit, ut postea traderetur, vel cum interim intererat actoris, ne pignori obligaret venditor, vel ne creditores eius immitterentur et venderent. Nec in eiusmodi casibus nocebat exceptio litis dividuae. Cf.* §. 123.

de*ndae* | *causa*[1] *ex stipulatu* uel *ex* emp*to* a*ctio* sup*ersit*; (*nam si*) obli(*ti*) si*c* praes*cribe*|re sumus,[2] totius illius iuris obligatio illa inc*er*ta actione: QVIDQVID OB EAM REM NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DARE FACERE OPORTET, 'pe*r* in*ten*tione*m*[3] consumitur, ut postea nobis agere uolen*t*ibus de ua*c*ua possessione tradenda nulla supersit actio. **132.** Praescriptiones 'si*c*[4] appellatas esse ab eo, quod *a*nte formulas praescrib*un*tur, plus quam manifestum est. **133.** Sed *h*is quidem temporibus, sicut supra quoque notauimus, omnes praescriptiones ab actore proficiscuntur: olim autem quaedam et pro reo opponebantur: qualis illa erat praescriptio: EA RES AGATVR, *SI 'EA RE*[5] PRAEIVDICIVM HEREDITATI NON FIAT, quae nunc in speciem exceptionis deducta est, et locum habet, cum petitor hereditatis alio genere iudicii praeiudicium hereditati faciat, uelut cum singulas *res* pet*at*; est enim iniquum
[308] per unius *forte*[6] | —————————————— 234. t. s.

1) *Cave, cum Kr. ed.* 2. *invito Gaio* (*in fine* §*i*) *et iure civili etiam de actione, ut evictionis causa caveatur, cogitare, quae mancipato fundo iam secundum mancipium praestanda est.*
2) *Priorem restitutionem post cognitum V*st *ad Schedas strictius accommodavi. in C. puta fuisse:* e(ius tradende | c(ausa) ex stip(ula)tu uel ex e(m)pto a(cti)o sup(er)sit. (nam si) obli(ti) sic p(rae)scribe|re sumus. *itaque* n(am) si *et* ti *omissa et fortasse supra versum suppleta esse puto.* 3) *Sic V*st (*iam referente Bekkero Aktionen p.* 343). litis contestationem *edd. etiam meae* 1. 2. 4) siq *V*st autem *ed. Stud.* 5) in ea re *edd. sed* in *nititur sola auctoritate L.* 1. §. 1. *D. fam. erc.* (10, 2), *ubi ad exemplum doli exceptionis* (*Gai.* 4, 119) *non simile positum videtur; itaque cum spatium id vix capiat, sensus respuat, omisi.* 6) *Sic rectius ex Bl. Sched. legitur.* per unius rei *ed. Stud. Ceterum in pag. seq., ubi nihil omnino legi potuit, puta fere secutum esse:* '*minimae rei petitionem, de qua apud unum iudicem agitur, de tota hereditate iudicari, cuius lis ad centumviros defertur* (*cf. L.* 12 *pr. C. de her. pet.* 3, 31). *Et olim quidem, quamdiu ex hac causa praescribebatur, iudex principaliter de hoc cogno-*

§. 133. *Cf. L.* 1. §. 1. *D. fam. erc.* (10, 2). *L.* 13. 16. 18. *D. de exc.* (44, 1). *L.* 25. §. 17. *D. de her. pet.* (5, 3). *L.* 12 *pr. C. eod.* (3, 31). — *Cic. de inv.* 2, 20. §§. 59. 60. *L.* 7. §. 1. *D. de iniur.* (47, 10). *L.* 2. §. 1. *D. vi bon. rapt.* (47, 8). supra] §. 130.

235. **134.** . . . . *in inten*|tione formulae 'de i*ure quaeritur*, id est,[1] * cui 'dar*i* oporte*at*;[2] et sane domino dar*i* oportet, quod seruus stipulatur; a*t* in praescriptione de '*f*acto[3] quaeritur, quod secundum naturalem significationem uerum esse debet. **135.** Quaecumque autem diximus de seruis, eadem de ceteris quoque personis, quae nostro iuri subiectae sunt, dicta intellegemus. **136.** Item admonendi sumus, si cum ipso agamus, qui incertum promiserit, ita nobis formulam esse propositam, ut prae-

---

scebat, an hereditati praeiudicium fieret, quod si pronunciauerat, iudicium de singulis rebus petitis nullum erat, ideoque, finita de hereditate quaestione, actor, qui vicerat, denuo eas petere poterat. Nunc uero cum in speciem exceptionis haec praescriptio deducta sit, nisi actor obiecta ea actionem differat, rem perdit, quia reus si praeiudicium fieri probauerit, absoluitur et iterum petenti actori nocet exceptio rei iudicatae. 134. *Interdum uero etiam nostris temporibus praescriptio tam pro actore quam pro reo dari uidetur: quod accidit, cum de eo agimus, quod seruus dari stipulatus est. Licet enim eo nomine perinde nobis actio competat, atque si ipsi stipulati essemus, tamen quia ea, quae facti sunt, ex persona stipulatoris pendent, uelut si Stichus seruus meus ita stipulatus sit: X MILIA AVT FVNDVM, VTRVM VOLAM, DARE SPONDES? SPONDEO; utriusque litigatoris interest, ut sciatur, cuius ex stipulatu agatur. qua de causa formula datur cum praescriptione uelut hoc modo: EA RES AGATVR, QVOD STICHVS AVLI AGERII SERVVS DE NVMERIO NEGIDIO STIPVLATVS EST. SI PARET NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DECEM MILIA DARE OPORTERE et reliqua: itaque, in inten*|tione formulae' *etc. Cf. Zeitschr. f. gesch. RW. XIII. p.* 326. *Exemplum sumsi ex L.* 76 *pr. et Gaii L.* 141 *pr. D. de verb. obl.* (45, 1). [1]) *Ex V*st: *scriptum fuisse puto:* iure q(uae)rit(ur) iē. *antea edebatur* de*terminatum* est.
[2]) dare oportet *C. edd., quod utrumque saepius tacite correximus.*
[3]) *Ex Savinii cj.* pacto *C. edd.*

*) *Pag.* 235 *et* 236 *folium est non rescriptum, extra C. Veronensem servatum, et iam ante eum detectum a Maffeio, deinde ab Hauboldo* (*Zeitschr. f. gesch. RW. III. p.* 140—146) *publici iuris factum, cuius imago delineata extat ad calcem ed. Gösch. Posterioris pag. imaginem photographicam praebet ed. Stud.*

---

§§. 134. 135. *Cf.* §. 2. *I. de stip. serv.* (3, 17). *L.* 76 *pr. L.* 141 *pr. D. de verb. obl.* (45, 1). *L.* 44 *pr. D. de cond. et dem.* (35, 1).
§§. 136. 137. *Cf.* '*Gaius*' *p.* 77 *seq., ubi tamen per errorem in exemplo formulae certam intentionem pro incerta posui.* MODO CVIVS *etc.*] *ut hoc modo id, cuius rei dies erat, quasi separata*

[309] scriptio inserta sit formulae loco demonstrationis, hoc modo: IVDEX ESTO. QVOD AVLVS AGERIVS DE NVMERIO NEGIDIO INCERT*VM* STIPVLATVS EST 'MODO[1] CVIVS REI DIES FVIT, QVI*D*QVID OB EAM REM NVMERIVM NEGIDIVM AVLO *AGERIO* DARE FACERE OPORTET et 'reliqua. **137.** At si[2] cum sponsore aut fideiussore agatur, praescribi solet in persona quidem sponsoris hoc modo: EA RES AG*A*TVR, QVOD AVLVS AGERIVS DE LVCIO TITIO INCERTVM STIPVLATVS EST, QVO NOMINE NVMERIVS NEGIDIVS SPONSOR EST, CVIVS REI DIES FVIT; in persona uero fideiussoris: EA RES AGATVR, QVOD NVMERIVS NEGIDIVS PRO LVCIO TI*TI*O INCERTVM FIDE SVA ESSE IVSSIT, CVIVS RE*I* D*IES* FVIT; deinde formula subicitur.

138. Superest,[3] ut de interdictis dispiciamus.

139. Certis igitur ex causis praetor aut proconsul principaliter auctoritatem suam finiendis controuersi*is* *inter*ponit: quod tum maxime facit, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contenditur; et in summa aut iubet aliquid fieri aut fieri prohibet: formulae autem 'et uerborum[4] conceptiones, quibus in | ea re utitur, 'interdicta *aut* dec*reta uel* 236.
(*interdicta proprie dicta*) uocantur: [**140.**] decreta,[5] cum non rescr.
fieri aliquid iubet, uelut cum praecipit, ut aliquid exhibeatur aut restituatur: interdicta uero, cum prohibet fieri, uelut cum

[1]) m *V*st *quod nunc Kr. ed.* 2. *deleri iubet. Male. In formulis ut* §. 131. *praescriptio non loco demonstrationis inserta est regiturque verbis* ea res agatur, *ubi* modo *opus non erat.* [2]) reliq̄ā si *C.* reliqua. Si *edd.* [3]) *Scilicet ex ordine iudiciorum, absoluta actionum et exceptionum materia.* [4]) *Transposui.* uerborum et *C. edd. etiam mea* 1. *Sed nec dicitur verborum formula nec conceptio simpliciter. Cf.* §. 30. [5]) interdicta dec * * * uocantur āt decreta *C. ut quinque tantum litterae uelut* retaū *periisse videantur. Transposita videntur prius* decreta *et* aut, *propterea que* a(ut) *mutatum in* āt (autem), *praeterea vero etiam quaedam post* interdicta *ob similitudinem omissa, quae ad sensum supplevi. Cf. praeter superiora* aut iubet . . . aut f. prohibet *Lex Rubr. c.* 19. '*decernet interdicetue*'. interdicta dec*retaue* uocantur. (*uocantur*) autem decreta *edd.*

res, ad praeceptum illud redigeretur, tot stipulationes esse quod res. Cf. ad §. 122. *Secus in ex empto actione, ubi non initium obligationis, sed praestationis effectus spectatur.* §. 138. = *pr. I. de interd.* (4, 15). §. 139. *Cf. pr.* §. 1. *I. ib. L.* 2. §. 5. *D. ne quid in loco p.* (43, 8). §. 140. *Cf.* §. 1. *I. cit.* ne sine uitio] *cf.* §§. 148 *seq.* neue in loco s.] *cf. tit. D. ne quid in loco s. f.* (43, 6).

praecipit, ne sine *u*itio possidenti uis fiat, neue in loco sacro aliquid fiat: unde omnia interdicta aut restitutoria aut exhibitoria aut prohibitoria uocantur. **141.** Nec tamen cum quid iusserit fieri aut fieri prohibuerit, statim p*er*actum est [310] negotium, sed ad iudicem recuperatoresue it*ur* et ibi editis formulis quaeritur, an aliquid aduersus praetoris edictum factum sit, uel an factum non sit, quod is fieri iusserit. et modo cum poena agitur, modo sine poena: cum poena, uelut cum per sponsionem ag*i*tur, sine poena, uelut cu*m* ar*b*iter petitur; et quidem ex prohibitoriis interdictis semper per sponsionem agi solet, ex restitutoriis uero uel exhibitoriis modo per sponsionem, modo per formulam agitur, quae ar*bi*traria uocatur.

142. Principalis igitur diuisio in eo est, quod aut prohibitoria sunt interdicta aut restitutoria aut exhibitoria. **143.** Sequens in eo est diuisio, quod uel adipiscendae possessionis causa conparata sunt uel retinendae uel reciperandae. **144.** Adipiscendae possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, cuius principium est QVORVM BONORVM; eiusque uis et potestas haec est, ut quod quisque ex his bonis, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro posses-
237. sore [1](*possidet*, *doloue fecit*, *quominus*)[1] | possideret, id ei, cui bonorum possessio data est, restituatur: pro herede autem possidere uidetur tam is, qui heres est, quam is, qui putat se heredem esse; pro possessore is possidet, qui sine causa aliquam rem hereditariam uel etiam totam hereditatem

---

[1]) *Supplevi ex L* 1 *pr. D. quor. bon.* (43, 2), *ut recte haberet* possideret. *Sed tamen etiam ea de causa non tota illa ipsius edicti verba transcribere volui* (*quod nunc fecit Bg. ed.*5) *quia tanta subtilitas Institutionibus non convenit, et Gaius tum cetera huiusmodi interdicta non simpliciter similia dicere potuisset. Simile initium* '*possidet*' *et* '*possideret*' *omittendi causam fuisse et librarium cum hunc errorem admisisset, ante* pro herede (*ut fecit*) *particulam* si *addidisse, quilibet videt.*

---

§. 141. *Cf.* §§. 162 *seq. Ulp. Inst. fr.* 1, 1. 2. *Quintil. I. O.* 2, 10. §. 5. 7, 5. §. 3. 12, 10. §. 70. §. 142. = §. 1. *init. I. de interd.* (4, 16). *Cf. L.* 1. §. 1. *D. eod.* (43, 1). §. 143. = §. 2. *I. ib. Cf. Auson. Griph.* 63 *seq. Ulp. Inst.* 4, 1. §. 144. *Cf.* §. 3. *I. ib. supra* 3, 34. 2, 149. *L.* 11—13. *D. de her. pet.* (5, 3).

sciens, ad se non pertinere, possidet: ideo autem adipiscendae possessionis uocatur '(*interdictum*),[1] quia ei tantum utile est, qui nunc primum conatur adipisc*i* rei possessionem; itaque si quis adeptus possessionem amiserit, desinit ei id inter-
[311] dictum utile esse. **145.** Bonorum quoque emptori similiter proponitur interdictum, quod quidam possessorium uocant. **146.** Item ei, qui 'public*e*[2] bona emerit, eiusdem condicionis interdictum proponitur, quod appellatur sectorium, quod sectores uocantur, qui publice *b*ona mercantur. **147.** Interdictum quoque, quod appellatur Saluianum, apiscendae possessionis '(*causa*)[3] conparatum est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas *is* (*pro*) mercedibus fundi pignori futuras pepigisset. **148.** Retinendae possessionis causa solet interdictum reddi, cum ab utr*a*que parte de proprietate alicuius rei controuersia est, et ante quaeritur, uter ex litigatoribus possidere et uter petere debeat: cuius rei gratia comparata sunt VTI POSSIDETIS et VTRVBI. **149.** Et quidem VT*I* POSSIDETIS interdictum de fundi uel aedium possessio*ne* iis[4] redditur, VTRVBI uero de re*r*um mobilium possessione.
150. Et siquidem de fundo uel aedibus | interdicitur, eum po- 238.
tiorem esse praetor iubet, qui eo tempore, quo interdictum redditur, nec ui nec clam nec precario ab aduersario possideat; si uero de re mo*b*ili, eum[5] potiorem esse iubet, qui maiore parte eius anni nec ui nec clam nec precario ab aduersario 'poss*e*de*ri*t;[6] idque satis ipsis uerbis interdictorum significatur.

---

1) *Addidi ex Inst.* 2) publica *C. edd. Bg. et Stud., quod defendit Lachm. Sed bona sunt damnatorum, quae 'publice' i. e. publica auctoritate venduntur et emuntur, dum creditores privatim vendunt L.* 57 *D. de aedil. ed.* (21, 1), *non publica, quo sensu Gaius dixit* 2, 10. 11. 4, 28. *Cf. verba seq. et* 1, 27. 3) *Ex Inst. addidi.* 4) possessioriis *C.* possessione *edd.* 5) aeum *pro* eum *librarius scripsisse videtur.* 6) possidet *C. ed. Bg. cf.* §. 152.

---

§. 145. *Cf.* 3, 80. §. 146. *Cf.* 3, 80. *Cic. pro Rosc. Am.* 36. §. 103. *Phil.* 2, 26. 29. *Schol. Cic. Verr. II.* 1, 20. §. 23. 52. §. 61. *Fest. v. Sectores p.* 337. §. 147. = §. 3. *I. h. t.* (4, 15). *Cf. Theoph. ib.* §§. 148. 149. = §. 4. *I. ib. Cf. supra* §. 91. *Paul.* 5, 6. §. 1. *Fest. ep. v. Possessio p.* 232. *L.* 1 *pr.* §. 3. *D. uti possid* (43, 17), *L.* 1. *pr. D. utrubi* (43, 31); *infra* 4, 160.

151. 'Sed[1] in VTRVBI interdicto non solum sua *cui*que possessio prodest, sed etiam alteri*us*, quam iustum est ei acc*e*dere, uelut eius, cui heres extiterit, eiusque, a quo emerit uel ex donatione aut 'dotis nomine[2] acceperit: itaque si nostrae possessioni iuncta alterius iusta possessio exsuperat aduersarii possessionem, nos eo interdicto uincimus: nullam autem propriam possessionem habenti accessio temporis nec datur nec dari potest: [312] nam ei, quod nullum est, nihil accedere potest: set et si uitiosam habeat possessionem, id est aut ui aut clam aut precario ab aduersario adquisitam, 'non datur acce*s*sio; n*am* ei (*possessio*)[3] sua nihil prodest. **152.** Annus autem retrorsus numeratur: itaque si tu uer*b*i gratia 'VIII[4] mensibus possederis 'prioribus,[5] et ego VII posterioribus, ego potior ero, 'quod trium priorum[6] mensium 'possessio nihil[7] tibi in hoc interdicto prodest, 'quia alterius[8] anni possessio est. **153.** Possidere autem uidemur non solum si ipsi possideamus, sed etiam si nostro nomine aliquis in possessione sit, licet i*s* nostro iur*i* subiectus non sit, qualis est colonus et inquilinus: per eos quoque, apud quos deposuerimus, aut quibu*s* commodaueri-
239. mus, aut quibus 'gratuitam[9] habita|tionem 'prae*s*titerimus,[10]

---

[1]) si *V*st, i *littera male iterata.* [2]) *Sic V*st. *Cf.* §. 41. *I. de rer. div.* (2, 1). [3]) *Sic fere V*st; *attamen* nacceisioñ *pro* accessio nam. *Fortasse igitur ex transposita aliquando voce* possessio *factum est* naccessio *et recte habet, quod antea edideram*: non datur; nam ei possessio. [4]) *V*st. anni *C. edd. etiam meae* 1. 2. [5]) *V*st prioribus V *C. edd. etiam meae* 1. 2. [6]) *Ex St.di cj.* q trum porū '*quantitate*' *edd. meae* 1. 2. [7]) *V*st '*possessionis nec*' *edd. etiam meae* 1. 2. [8]) *V*st '*quod prior eius*' *edd. meae* 1. 2. [9]) *Ex Savin. cj.* (*firmata V*st) *ed. Gösch. Cf. L.* 17 *pr. D. de praescr. v.* (19, 5). *L.* 15. §. 1. *D. de precar.* (43, 26). *L.* 1. §. 9. *D. de his qui effud.* (9, 3). *L.* 32. *D. de donat.* (39, 5). '*usum fructum vel usum* aut' *ed. Bg.* [10]) ptituerimus *C.* (rtituerimus *V*st) constituerimus *edd. etiam mea* 1. *Sed gratuita habitatio, quae similis est commodato, constitui dici non potest, quod servitutium verbum est proprium.*

---

§. 151. *Cf. L.* 13. §§. 12. 13. *D. de acq. v. am. poss.* (41, 2). *L.* 14—16. *D. de div. temp. pr.* (44, 3). §. 152. *Cf. Theoph.* 4, 15. §. 4. *Paul.* 5, 6. §. 1. *Fr. Vat.* 311. *L.* 156. *D. de verb. signif.* (50, 16).
§. 153. *Cf.* §. 5. *I. de interd.* (4, 15). *Cf. Paul.* 5, 2. §. 1. apisci uero] *cf.* 2, 89 *seq.*

aut quibus '(*usumfructum uel usum con*)stituerimus,[1] ipsi possidere uidemur: et hoc est, quod uolgo dicitur, retineri possessionem posse per quemlibet, qui nostro nomine sit in possessione. quin etiam plerique putant, animo quoque *retineri* possessionem, '(*ut scilicet, quamuis neque ipsi simus in possessione*) neque nostro nomine alius, tamen si non relinquendae possessionis animo, sed postea reuersuri inde discesserimus, retinere possessionem uideamur.[2] apisci uero pos-
[313] sessionem per quos possimus, secundo commentario rettulimus; nec ulla dubitatio est, quin animo possessionem apisci non possimus. **154.** Reciperandae possessionis causa solet interdictum dari, si quis ex possessione ui deiectus sit: nam ei proponitur interdictum, cuius principium est VNDE TV ILLVM VI DEIECISTI, per quod is, qui deiec*it*, cogitur ei restituere rei possessionem, si modo is, qui deiectus est, nec ui nec clam nec precario '(*ab eo*) *poss*ide*ret: nam*que *e*um,[3] qui a me ui aut clam aut precario 'possidet,[4] inpune deici*o*.[5] **155.** Interdum tamen etsi eum ui deiecerim, qui a me ui aut clam aut precario possideret, cogor ei restituere possessionem, uelut si armis eum ui deiecerim: nam propter atrocitatem delicti in tan-

---

[1]) *Haec omittunt edd. etiam mea prior.* ā quibus gratuitam habita|tionem *C. Apparet, librarium duo membra orationis, quae incipiunt* aut quibus *confudisse et cum post scriptum* prae *oculi aberrassent ad* (con)stituerimus, *velletque omissum membrum quod proximum est ante hoc verbum transcribere, rursus in prius membrum incidisse. Certe usufructuarium et usuarium Gaius non omisit. Iustiniani vero Instit. hic error ut etiam ulterius breviarent, movisse videtur.* [2]) *Haec loco antea variis coniecturis a me tentato praestitit V*st, *sed ob recurrens v.* possessione *aperte mancus. simili supplemento ei subvenerunt Goudsmit et ed. Stud.* [3]) ab eo *post* p(recario), *quasi scriptum esset* pcario, *facillime librarius omittere poterat; deinde puto fuisse* psideret e(nim)u(ero) (*immo ad* namque *ducunt Suppl. St. p. XXXIII*) eum — 'possideret *(ab) altero* cum' *et in fine* 'deici *potest*' *ed. Stud. sed* altero *spatium non capit.* [4]) possideret *V*st. [5]) *Ex Fittingii cj., cui etiam antea* eum *debetur. Et sic totum locum, ut nos, sed lacuna pro* namque *relicta Kr. ed.* 2.

---

§. 154. *Cf.* §. 6. *I. ib. L.* 1 *pr. D. de vi* (43, 16). *Cic. pro Caec.* 13, 31. 32. *pro Tull.* 29. 44 *seq. ad famil.* 7, 13. *de orat.* 1, 10. §. 41. *Paul.* 5, 6. §§. 3—8. §. 155. *Cf. Cic. pro Caec.* 8. 12 *seq.* 31 *seq. pro Tull.* 36. 44. *L.* 3. §§. 2—12. *L.* 14. *D. de vi* (43, 16).

tum '*ratio facti habetur*,[1] ut omnimodo debeam ei restituere possessionem. 'armorum autem appellatione non solum scuta et gladios et galeas significari intellegimus, sed et fustes et lapides.[2] |

156. Tertia diuisio interdictorum in hoc est, quod aut simplicia sunt aut duplicia. **157.** Simplicia '*sunt*,[3] in quibus [314]
alter actor, alter reus est, qualia sunt omnia restitutoria aut
240. exhibitoria: namque actor | est, qui desiderat aut exhiberi aut restitui, reus is est, a quo desideratur, ut exhibeat aut restituat. **158.** Prohibitoriorum autem interdictorum[4] alia duplicia, alia simplicia sunt. **159.** Simplicia sunt uelut quibus prohibet praetor in loco sacro aut in flumine publico ripaue eius aliquid facere *r*eum: nam actor e*st*, qui desiderat, ne quid fiat, reus is, qui aliquid facere conatur. **160.** Duplicia sunt uelut VTI POSSIDETIS interdictum et VTRVBI: ideo autem duplicia uocantur, quod 'possessionis causa *p*ar[5] utriusque litigatoris in his condicio est, nec quisquam praecipue reus uel actor intellegitur, sed unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet; quippe praetor pari sermone cum 'utroque[6] loquitur: nam summa conceptio eorum interdictorum haec est: VTI N*VNC* POSSIDETIS, QVOMINVS ITA POSSIDEATIS, VI*M* FIERI VETO; item alterius: VTRVBI HIC HOMO, DE QVO AGITVR,[7] APVD QVEM MAIORE PATRE HVIVS ANNI FVIT, QVOMINVS IS EVM DVCAT, VI*M* FIERI VETO.

---

[1]) patioraonem *similesve litterae V*[st]. *unde* patior actionem *ed. Stud. et Kr. ed.* 2. *quod etsi dicatur* (*L.* 30. §. 3. *D. de pecul.* 15, 1), *vix h. l. de interdicto a Gaio dici potuit. Itaque librarium aut scripsisse aut scribere debuisse putavi:* ratio facti hauet'. [2]) *Haec a me iam antea ex* §. 6. *I. de interd.* (4, 15) *collata L.* 41. *D. de verb. sign.* (50, 16) *restituta firmavit V*[st]. [3]) *Scripsi* '*Gaius*' *p.* 187. *uu *C. i. e.* s̄ ūū (= sunt uelut) *sc.* sunt *quondam acceptum pro* s̄uūi. [4]) i(nter)dum *quod hic sequitur in V*[st], *merum mendum est, nec emendandum in* iterum, *quod non foret huius loci.* [5]) par *Inst.* piscar· *V*[st]. *opinor pro* p(ossession)is c(ausa (p)ar. [6]) utraus|q̄ *V*[st]. [7]) *Exciderit* fuit, *ut in plena formula duplex hic sicut in vetustiore formula Uti possidetis* (*Fest. v. possessio p.* 233) *possessionis mentio fuerit, hoc modo:* '*utrubi vestrum h. h. q. d. a. fuit, apud quem vestrum nec vi nec clam nec precario ab altero maiore parte h. a. fuit*'. *Con-*

---

§§. 156—159. = §. 7. *I. h. t.* (4, 15). *Cf. L.* 2 *pr. D. eod.* (43, 1). in loco sacro] *cf.* §. 140. in flum. publ.] *cf. L.* 1 *pr. D. ne quid in flum.* (43, 13). §. 160. = §. 7. *I. cit. supra* §. 149. *ibiq. cit.*

161. Expositis generibus interdictorum sequitur, ut de ordine et de exitu eorum dispiciamus; et incipiamus a si*m*plicibus. **162.** (*Si*) igitur restitutorium uel exhibitorium interdictum redditur, uelut ut restituatur ei possessio, qui ui deiectus est, aut exhibeatur libertus, cui patronus operas indicere uellet, modo sine periculo res ad exitum perducitur, modo cum periculo. **163.** Namque si arbitrum postulauerit
[315] is, cum quo agitur, accipit formulam, quae appellatur | arbi- 241.
traria: et iudicis arbitrio, si quid restitui uel exhi*b*eri debeat, t. s.
id sine periculo exhibet aut restituit, et ita absoluitur; quodsi nec restituat neque exhibeat, qu*a*nti ea res es*t*, condemnatur. 'set et actor[1] sine p*o*ena experitur cum eo, 'q*uem*[2] neque exhibere neque restituere quicquam 'oporte*t*,[3] praeterquam si calumniae iudicium ei oppositum fu*er*it, 'decimae partis: quamquam Proculo placu*isse dicitur*, p*rohiben*|dum[4] calumniae iudicio *'esse* e*um*,[5] qui ar*b*itrum postulau*e*rit, quasi hoc ipso confessus uideatur, restituere se uel exhibere de*b*ere: sed alio iure utimur; et recte; *po*|*ti*us enim *ut m*odestiore uia litiget, arbitrum quisque petit, quam quia confitetur.[6] **164.** *Ceterum*[7] obseruare debet is, qui uult arbitrum petere, ut

tra [APUD QVEM] *tanquam glossema ex Momms. cj. ed. Stud. coll. L.* 1 *pr. D. Utrubi* (43, 31) *fortasse, si edicti perpetui verba spectas, recte. attamen non ad* VTRVBI *appositum est, et sequens* IS *antecedens* EVM *desiderare ipsi Gaio perspicuitatis causa videri poterat.* 1) set actores *V*st, r *perperam pro nota accepto.* 2) q *V*st *pro* quē, *ut puto.* 3) otere *V*st. 4) *Ex V*st, *sed post* plac *eodem versu ex Bluhmii lectione, quam veram non videri, St.dus notat; itaque nec v.* prohibendum *certum est et ante hoc fortasse legendum* placuerit 'plac*uit denegan*dum c. iudici*um* ei' *ed. Stud.* 5) **eia *V*st. 6) *Ex V*st *cuius lectionem v.* 10. *et* 11. (*nam* po *in fine p.* 9. *periisse videtur*) *ita interpretor:* tius ut modestiore uia litiget, arbitr' quisq.|petit q quia c̄en̄ fidit: *nisi pro extremis malis* q quia confitet' (*sic ed. Stud.*); *et hoc firmant Suppl. St. p. XXXIV.* 7) *Ex mea cj. restitui. Librarius vocem* ceꝑū (ceterum), *quae sequentis v. initium esse debebat, aut male in fine antecedentis v. posuit, aut, cum St.do nihil am-*

§. 161. *Cf.* §. 8. *I. ib. Frontin. de contr. agr. p.* 16. 41 *ed. Lachm.* §. 162. *Cf.* §§. 141. 157. exhib. lib.] *cf. L.* 2. §. 1. *D. de interd.* (43, 1). *L.* 13. §. 2. *D. de oper. lib.* (38, 1). §. 163. *Cf. Ulp. Inst.* 1, 2. quanti ea res est] *cf. L.* 5. *D. de interd.* (43, 1). *L.* 2.

statim petat, antequam ex iure exeat, id est, antequam a praetore *dis*cedat; sero *e*nim petentibus non indulgetur. **165.** I*ta*que si arbitrum non petierit, sed tacitus de iure exierit, cum periculo res ad exitum perducitur: nam actor prouocat aduersarium 'sponsione, *ni*[1] contra edictum praetoris non exhibuerit aut non restituerit; ille autem aduersus sponsionem aduersarii restipulatur; deinde actor quidem sponsionis formulam edit aduersario, ille huic inuicem restipulationis: sed actor sponsionis f*ormulae subicit* et aliu*d* iudicium de re re- [316]
stituenda uel exhibenda, ut si sponsione uicerit, nisi ei res
242. exhibeatur aut restituatur,[2] | ————————
t. s. | ————————————————————
243. ————————————————————
t. s. ————

plius ibi scriptum fuisse visum sit, omisit. Ipsum praetorem in interdicto reddito hanc observationem ei, quicum agebatur, iniunxisse, docent Probi notae Einsidel. supra p. 143. [1]) sponsionem *C.* sponsione (*quod*) *Kr. ed.* 2. [2]) *In p.* 242., *in qua omnino nihil certo legi potuit, primum haec fere secuta esse suspicor: 'tantidem, quanti sponsio facta sit, aduersarius condemnetur: quod iudicium appellatur secutorium, quia sequitur sponsionis uictoriam* (*cf.* §. 169 *fin.*). *Sponsio uero et restipulatio tanti fit, quanti actor eam non calumniae causa fieri iurauerit.* (*Cf. L.* 7. §. 4. *D. quod vi aut cl.* 43, 24. *verba 'simpli litem aestimandam'.*) *Postea iudex, apud quem de ea re agitur, requirit, an reus contra edictum praetoris non restituerit aut non exhibuerit; et si secundum actorem iudicatum erit, aduersarium summam sponsionis et si non restituerit uel non exhibuerit, etiam secutorio iudicio condemnat, actorem uero restipulationis absoluit; quodsi secundum reum iudicauerit, hunc sponsionis et secutorii iudicii absoluit, actorem uero restipulationis condemnat. — Hinc Gaius ad prohibitoria interdicta transitum videtur fecisse, ita ut primum de simplicibus ageret, deinde de duplicibus, ad quae spectant, quae in p.* 244. *tractantur. Accuratius vero quid in p.* 242. *et* 243. *dictum fuerit, donec fortioribus remediis adhibitis plura legere contigerit, ne coniectura quidem aliquatenus probabili definiri potest, maxime*

---

§. 2. *D. quod leg.* (43, 3). *L.* 3. §. 11. *D. de tab. exh.* (43, 5). *L.* 2. §. 44. *D. ne quid in loco p.* (43, 8). *L.* 1. §. 41. *L.* 6. 15. *D. de vi* (43, 16). *L.* 15. §§. 7—12. *L.* 22. §. 2. *D. quod vi* (43, 24). *L.* 8. §. 4. *D. de precar.* (43, 26). *L.* 68. *D. de rei vind.* (6, 1). cal. iudicium] *cf.* §§. 175. 181. '*Gaius*' *p.* 201 *seq.* **§. 165.** *Cf.* §. 141. *Cic. pro Caec.* 8. 31. 32. *pro Tull.* 30. 53. *ad div.* 7, 21. *Quintil. I. O.* 7, 5. §. 3. *Lex Rubr. c.* 22.

[317] **166.** | [1] — — — fructu*m* licitando, [2] is tantisper in posses- 244.
sione con|stituitur, si modo aduersario suo fructuaria stipu*latio*ne ca|*u*erit, cuius uis e*t* potestas haec est, ut si contra eum de *pos*-s|*essione* pronun*tiatum* fuer*it*, [3] *e*am summam aduer|sario soluat. 'haec autem licendi contentio fructus licita|tio uocatur, scilicet quia *dum uol*unt *uterque* frui tantisper re, | pro*prie quod* ei*s praetor* uendit, est, *ut id interea* l*ic*eat. [4] postea | alt*er*
[318] alterum sponsione prouocat, 'quod aduersus edictum praetoris pos|sidenti s*ib*i *u*is facta sit, [5] et inuicem ambo restipulan|tur

---

*cum frustula sermonis vel singulorum verborum, pleraque incerta, quae V*st *ex p.* 243. *refert, ubi in Bluhmiana incidunt* (*v.* 21. 22 *vel secundum St.dum potius v.* 20. 21.), *minime cum iis conveniant. Illud tantum etiam nunc mihi persuasum est, quae Iustinianus habet* §. 4. *I. de interd.* (4, 15), *ibi inter Gai.* 4, 148 *et* 149 *intercalata: 'Namque nisi ante . . . . iudicari solet', cum plane Gaii stylum redoleant, ex nostro loco deperdito petita esse, sed tamen ut multa alia in hac materia a Theophilo ita mutata, ut e frustulis St.dianis recognosci non possint: quare nunc et haec et quae ad sententiam perficiendam usque ad finem p.* 243. *suppleveram, nunc in contextu omisi. In fine vero p.* 243. *et p.* 244. *initio haec fere dicta fuisse videntur: 'Reddito uero interdicto si ab alterutro alteri vis facta sit, statim de ea sponsiones et restipulationes fiunt* (*cf. a. Stud.do lecta in* §. 170.): *ne tamen incivili et propria vi possessionem obtinere conentur, praetor fructus licitationem inter eos instituit, et uter* eorum *vicerit* fructum licitando'*: postrema ex Krügeri cj.* 1) *P.* 244 *usque ad v.* 13 *ter, a v.* 14 *ad* 24 *bis est scripta. — Quae in ea proxime sequuntur, antea ex mea cj.* ('*Gaius' p.* 187) *suppleveram, deinde* (*ed.* 3) *ita ut V*st *a Krügero* (*Krit. Vers. p.* 92) *referebantur, initio tantum excepto, edideram. Iam ipsum V*st *sequor.* 2) *De probabili initii paginae supplemento, ubi Bluhmiana pleraque iam vix fidem merentur, vide ante notata. Tantum pro* fructus (f̄ *Bluhm.*) *scripsi* fructum. *Eo enim in fructus licitatione praetor fructuum interim percipiendorum commodum denotat.* 3) *De hac pronuntiatione cf. L.* 35. *D. de acq. poss.* (41, 2). 4) *Ex V*st, *sed postrema ex mea restitutione, non satis certa, quia paene tota Bluhmii Schedis nititur. notatum fuisse putavi* tantisp(er), r(c), p(ro)p(ri)e, pr(aetor), e(st), i(nter)ea. 5) *V*st *ex Krügeri* (*l. c.*) *relatione.* SI ADV. ED. PR. POSS. *MIHI A TE* VIS FACTA EST *ed. mea* 2. *quae verba per errorem etiam in ed.* 3. *partim retenta erant.*

---

§. 166. fruct. stipul.] *cf. L.* 4. §. 2. *D. de verb. obl.* (45, 1). cauerit] *cf.* §. 166. sponsione *etc.*] *cf. Cic. pro Caec.* 16. §. 45.

aduersus sponsionem: uel 'sti*pulationibus iunctis duabus*[1] | una inter eos sponsio 'itemque restipulatio u*na alterius* | *aduersus* eam fit,[2] '*quod et commod*ius *ideoque magis in usu est.*[3] | **166a**. '*De*inde ab *utroque editis formulis omnium sponsionum et* | resti*pulationum*, *qua*s *f*ieri *pl*a*cu*it,[4] iudex, apud quem de ea re agitur, illud scilicet requirit, (*quod*) praetor interdicto conplexus est, id est, uter eorum eum fundum easue aedes per id tempus, quo interdict*um* redditur, nec ui nec clam nec precario 'poss*e*der*i*t.[5] cum iudex id explorauerit, et forte secundum me iudicatum sit, aduersarium mihi et sponsionis et restipulationis summas,[6] quas cum eo feci, condemnat, et conuenienter me sponsion*is* et restipulationis, quae mecum factae sunt, absoluit; et hoc amplius si apud aduersarium meum *p*ossessio *e*st, qui*a* is fructus licita-
245. tione uicit, nisi restituat mihi possessionem, Cascelliano siue |
t. s. secutorio iudicio condemnatur. **167**. Ergo[7] is, qui fructus licitatione uicit, si non probat, ad se pertinere possessionem, sponsionis et restipulationis et fructus licitationis summas[8] poenae nomine soluere et praeterea possessionem restituere iubetur, et hoc amplius fructus, quos i*nter*ea percepit, reddit; summa enim fructus licitationis non pretium est fructuum, [319]
sed poenae nomine soluitur, quod quis alien*am* possessionem per hoc tempus retinere et facultatem fruendi na*n*cisci conatus

1) *Ex mea cj.* (*Zeitschr. XIII. p.* 334). 2) *Ex mea cj. partim V*st *firmata, in quo* ad *pro* adu(ersus) *librarii errori tribuendum videtur. Cf.* '*Gaius*' *p.* 194. *Bg. ed. habet tantum voces* stipulatio — fit. 3) *Spatium probabili sententia complevi.* eius *hoc loco comparet in V*st. 4) *Restitui maxime ad sensum et spatium, nec refragante V*st. *Cf.* §. 165. *Gaius ita scripsisse putandus est, quia et fructuariam stipulationem complecti debebat et quia aut una aut duae sponsiones et restipulationes poterant factae esse.* 5) possideret *C.* 6) *Nota, certam pecuniae summam has ex interdicto sponsiones et restipulationes habuisse; qualem, significavi p.* 398. *n.* 1. *Cf.* §. 186. 7) *Recte; sequitur hoc ex* §. 166. *Omnino vero hac* §. *Gaius non de condemnatione et absolutione agit, sed de poena* (*spons., restip., fr. lic. summarum*) *et rei* (*possessionis cum fructibus*) *restitutione.* 8) summam *C.*

§. 166a. Cascelliano . . . iudicio] *cf. L.* 3. §. 11. *D. uti poss.* (43, 17).

est. **168.** Ille autem, qui fructus licitatione uictus est, si non prob*au*erit, ad se pertinere possessionem, tantum sponsionis et restipulationis summam poenae nomine debet. **169.** Admonendi tamen sumus, liberum esse ei, qui fructus licitatione uictus erit, omissa fructuaria stipulatione, sicut Cascelliano siue secutorio iudicio de p*ossess*ione reciperanda experitur, ita *similiter*[1] de fructus licitatione agere: in quam rem proprium iudicium conparatum est, quod appellatur fructuarium, quo nomine actor iudicatum solui satis accipit:[2] dicitur autem et hoc iudicium secutorium, quod sequitur sponsionis uictoriam; sed non aeque Cascellianum uocatur. **170.** Sed quia nonnulli interdicto reddito cetera[3] ex interdicto facere nolebant, atque ob id non poterat res expediri, praetor | [4]in eam 246.
rem prospexit et comparauit interdicta, quae secundaria appel- t. s.
lamus, quod secundo loco redduntur: quoru*m uis et potest*as *haec est*, *ut qui*[5] cetera ex interdicto non faci*at*, uelut qui uim non faci*at*, aut fructu*m* non lice*a*tur, aut, *cum* ui*cit* fructus licitatione,[6] sat*is* non d*e*t, aut '[si] sponsion*es* non faci*at*, (*ex*) sponsionibusue[7] iudicia non accipiat, siue possi-

1) *Sic ex V*st *scribendum fuit, ubi prima littera est* s *sequenti spatio sex litterarum, ex quibus ultima* t(er) *fuerit notata. fructus licitatio et ipsos fructus eosque a victore aestimatos continebat.* (*Cf.* '*Gaius*' *p.* 193)*; nec igitur opus legere* '*de fructibus* et' *cum ed. mea* 3. 2) accipiat *C.* accipiet *ed. Bg.* 3) *i. e. quae necessaria erant, ut res ad iudicem venire posset.* 4) *Quae sequuntur usque ad v.* 9 *verba* ne faciat, *debentur V*st *secundum relationem Krügeri* (*Krit. Vers. p.* 84), *cuius etiam correctiones quasdam recepi. Edd.* 1. 2. *eorum et quae sequuntur sententiam ex Bluhmii Schedis resarcire conatus eram, successu, ut nunc paret, infelici: nec mirum, cum quae St.dus legit, eorum quae Bl. enotaverat, tam dissimilia sint, ut, nisi de fide utriusque constaret, alium aliam paginam prae oculis habuisse crederes.* 5) *Scriptum fuerit:* hec ē ut q(ui). — *Ceterum hinc apparere videtur, eum, qui fructum licitando cetera ex interdicto facere inciperet, a praetore ei, qui vim faceret, quasi aequiperatum, qui quacunque ratione non faceret, pro indigno qui interim possideret, habitum esse.* 6) q (= qui) fructus licitationis *V*st *in quo offendens* qui *vitium indicat, postquam ex* licitatione, *adhaerente* s *ex* satis, *factum erat* licitationis, *ex* c'uicit *abiecto* cit *enatum.* 7) *Scripsi.* si sponsionib(us) | n(on)

§. 169. *Cf.* §. 166. *Polyb.* 32, 2. iudic. solui] *cf.* §. 91. §. 170. *Cf. Frontin. p.* 44, 4.

deat, '*cum fructibus* restituat[1] aduersario possessionem, *siue non possideat*, *uim* *i*lli possiden*ti* n*e* faciat. 'itaque etsi alias potue*rit* | interdicto VTI POSSIDETIS uincere, si cetera ex interdict*o* | *fecisset*, *si non fecit*, *ta*men per interdictum secundarium u*in*|*citur*.[2] ———— vv. 11—24 ———— | [320]
247. t. s. ———— vv. 1—21 ———— 171. . . |[3]
pecuniaria poena modo iurisiurand*i* religione '*coer*|cen*dam esse:*[4] eaque 'praetor *quoq*ue (*tuetur*).[5] ideo *ex parte eius*,
248. t. s. *cum quo agitur*,[6] aduersus in*fitiantes ex quibusdam* | causis dupli actio constituitur,[7] uelut si iudicati aut depensi aut damni iniuriae aut legat*or*um per damnationem relictorum nomine

---

facit sponsionisue *V*st si sponsione*s* non faci*a*t sponsionumue *Kr. Sed sponsionis iudicium non facile dixerit ICtus Rom. et librarius maxime* sponsiones *et* sponsionibus *commutasse inter se videtur.*

[1]) et restituat *utrumque pariter indubie V*st. *Fuerit* c(um) f(ructibus) restituat: *quanquam nunc in Suppl. St. p. XXXIV. magis* si *pro* et *fuisse videri dicat* (?). *Sed et oculi suos habere καιροὺς videntur. Certe hic* cum fructibus *sensu exigente careri non potest. Omittit Kr. ed.* 2. [2]) *Quae legi non potuerunt pro spatii modo ad sensum supplevi. — Deinde ratione habita eorum, quae Bluhmius et maxime St.dus hoc v.* 11 *et sequentibus servaverunt, quaeque rectis litteris distinxi, haec fere ad usque v.* 15 *fin. videntur secuta esse: saltem tantis*p(er); n(am) mut*ato consilio eum i*(*ter*)*um agere p*(*os*)*se* | *interdicto uti possidetis, plerique putant, quia ad iustam* | *possessionem* null*o* m(odo) *hocce* secundarium *i*(*nterdictum*) | pr(aetor) uo*luerit pertinere: sed* quamuis hanc opinion*em* | *etiam Sabin*us et Cassius secuti fuerint, *recte* (?) | — *Fortasse hi cautionem ab iterum agente exigebant, se cetera ex interdicto facturum esse. Ex p.* 246. *v.* 16. *usque ad p.* 247. *v.* 21. *tam paucula et tam incerta supersunt, ut nihil certi inde effici queat, nec referre ea intersit; nam et quae ante conieceram, iam in ed.* 3. *abieci.* [3]) *Collato pr. I. de poena tem. lit.* (4, 16) *hanc fere sententiam praecessisse putabimus: 'Nunc admonendi sumus, ne facile homines ad litigandum procederent, iam antiquo iure placuisse, temeritatem litigandi variis incommodis, modo'* pec. [4]) *Pro spatii modo supplevi.* [5]) *In archetypo scriptum fuerit* prqque tuet. ideo; *amanuensis ob similem viciniam* tuet *omisit. Sane huiusmodi suspiciones certam lectionem non praestant.* [6]) *Pro spatii modo in V*st *supplevi.* [7]) *Ex Gösch. cj. V*st *firmata, in quo tamen est* dupliciao.

---

§. 171. *Cf. pr.* §. 1. *I. de poena tem. litig.* (4, 16); *supra* §§. 9. 13. *Cic. pro Rosc. Com.* 4. 5. *de offic.* 3, 16 *pr. Lex Rubr. c.* 21. *L.* 18. §. 2. *D. de pec. const.* (13, 5). — *Lex Iul. munic. v.* 40 . . . 45.

agitur: ex quibusdam causis sponsionem facere permittitur, uelut de pecunia certa credita et pecunia constituta; sed certa*e* quidem creditae pecuniae tertiae partis, constitutae uero pe-
[321] cuniae partis dimidiae. **172.** Quodsi neque sponsionis, neque dupli actionis periculum ei, cum quo agitur, *i*niungatur,[1] ac ne statim quidem ab initio pluris quam simpli sit actio, permittit praetor 'iusiurandum[2] exigere, non calumniae 'causa *se*[3] infitias ire: unde 'qui*a*[4] heredes uel qui heredum loco *h*abentur, 'ali*i*s quoque po*e*nis[5] obligati (*non*) sunt, item feminis pupillisque 'ex*i*m*i*tur pericul*um*[6] sponsionis, iubet tamen eos i*u*ra*re*. **173.** Statim aut*em* ab initio pluris quam simpli actio est uelut furti manifesti quadrupli, nec manifesti dupli, concepti et oblati tripli: nam ex his causis et aliis quibusdam siue quis neg*e*t siue fateatur, pluris quam simpli est actio.

174. Actoris quoque calumnia coercetur modo calumniae iudicio, modo contrario, modo iureiurando, modo restipulatione. **175.** Et quidem calumniae iudicium aduersus omnes actiones locum habet, et est decimae partis 'r*ei*; *tantum*[7] ad-
[322] uersus adstipulatorem tertiae partis est.[8] **176.** Liberum est

---

[1]) *Ex Lachm. cj.* coniungatur *C.* [2]) iurisiurandum *C.* [3]) causae *V*st. [4]) *Ita Lachm.* qu. *V*st. quamuis *edd. Bg. et Stud.* [5]) *Sic nunc scripsi ex Gösch. lectione, quam St.dus propius accedere ait ad tabescentes umbras quam Bluhm.* nec alioquin poenae *ed. mea* 3. simplotenus *cj. St.di* nu*m*quam p*oe*nis *ed. Lachm. iure* ciu*i*li non a*m*plius *ope notarum commenticiarum ed. Bg.* [6]) ex (*superposito* m)***t periculo *V*st. femin*ae* pupill*i*que exim*a*ntur periculo *ed. St.di.* [7]) *In C.* ritt *fuisse videtur; nec superfluum* rei; *nam si non de re, sed ex. gr. de libertate agitur aliave status quaestione, cuius aestimatio vel pars non est, nec haec calumniae coercitio locum habere potest (de alia vid. L.* 11. §. 9. *L.* 12. *L.* 43. *D. de iniur.* (47, 10). *Suet. Domit.* 18). *Cf. seq. nota.* — p(rae)t(er)-q(uam) q(uod) *ed. St.di.* [8]) *Mira hic discrepantia est inter V*st, *ex quo* aduersus adsertorem tertiae *in edd. venit, et Göscheni Sched., ex quibus antea edebatur:* aduersus interdicta aut*em* quartae partis [e], *dubiumque in illo adser|tore, quem V*st *habet litteris* ser *pallidis minutissimis in fine versus scriptis, maximum movet, quod*

---

§. 172. *Cf. L.* 4. §. 4. *D. fam. erc.* (10, 2). §. 1. *I. cit. Valer. Prob.* 5. §. 173. *Cf.* §. 1. *I. cit. supra* 3, 189—191. §. 174. *Cf.* §. 1. *I. cit.* §. 175. *Cf. Cic. pro Clu.* 59, 163. *Gell.* 14, 2. *Consult.* 6, 13. — *Nov.* 112. *c.* 2 *pr.* §. 176. *Cf.* §. 179. *L.* 44. §. 4. *D. fam. erc.* (10, 2). *Paul.* 2, 1. §. 2. *ibique not. L.* 34. §. 4. *L.* 37.

autem ei, cum quo agitur, aut calumniae iudicium opponere aut
iusiurandum exigere, non calumniae causa agere. **177.** Contra-
249. rium autem iudicium ex certis causis 'constitu*itur*,[1] | uelut
si iniuriarum agatur, et si cum muliere eo nomine agatur, quod
'dic*a*tur[2] uentris nomine in possessionem missa dolo malo
ad alium possessionem transtulisse, et si quis eo nomine agat,
quod dicat, se a praetore in possessionem missum ab alio quo
admissum non esse. sed aduersus iniuriarum quidem 'action*e*s[3]
decimae partis datur, aduersus uero duas istas quintae. **178.**
Seuerior autem coerc*it*io est per contrarium iudicium: n*am*
calumniae iudicio 'x. partis[4] nemo damn*a*tur nisi qui intel-
legit, non recte se agere, sed uexandi aduersarii gratia actionem
instituit, potiusque ex iudicis errore uel iniquitate uictoriam
sperat quam ex causa ueritatis: calumnia enim in adfectu est,
sicut furti crimen: contrario uero iudicio omnimodo damnatur
actor, si causam non tenuerit, licet ali*qu*a opinione inductus
crediderit, se recte agere. **179.** Vtique autem ex quibus

---

adsertor simpliciter libertatis vindex dicitur, quem ius civile alias non onerat et deterret sed iuvat (4, 18). *Quid ergo est? Standum quidem in universum in auctoritate V*st*, nec tamen etiam in hoc verbo acquiescendum, sed sive ex correctione sive ex rectiore tantum lectione scribendum, ut nunc feci,* adstip(ula)|torem, *quem unum et solum, qui alienae rei ab initio sola voluntate sua et in stricti iuris negotio actorem magis quam creditorem secundarium se immiscet, cuiusque temeritatem etiam alia ratione ius civile insigniter coercet* (3, 215. 216). *se immiscuit, mirum foret, si ius civile calumniae convictum non durius quam ceteros tractasset.*

[1]) *Posse fuisse* constituuntur *non* constitui potest, *St.dus ait. Nec scribi potest* constitutum est, *cum Gaius de edicto praetoris etiam perpetuo semper fere (et recte) loquatur praesenti tempore, fortasse vero pro spatio addendum* ed(icto). [2]) *Ex Gösch. ed.* dicetur *C. ed. Bg.* [3]) aōnis *C.* actionem *edd. Sed potest defendi* actiones *ex Paul.* 5, 4. 6—8. [4]) *Intellege: et ipso quidem ad minimum X. partis, sed eo etc.*

D. de iurei. (12, 2). *L.* 11. §. 1. *D. rer. amot.* (25, 2). *L.* 5. §. 14. *D. de op. n. nunt.* (39, 1). *L.* 7 *pr. D. de damno inf.* (39, 2). *L.* 9. *C. de reb. cred.* (4, 1). *Cic. pro Rosc. Com.* 1 *fin.* §. 177. si iniur.] *cf. Paul.* 5, 4. §. 11. *L.* 43. *D. de iniur.* (47, 10). si cum muliere] *cf. tit. D. si ventr. nom. mul.* (25, 5). quod dicat se a pr.] *cf. tit. D. ne vis fiat ei, q. in poss.* (43, 4). §. 178. *Cf. L.* 1. §§. 1. 3. 4. *D. ad SC. Turp.* (48, 16). *L.* 3. *C. de calumn.* (9, 46). furti] *cf.* 3, 197. §. 179. *Cf.* §. 176.

causis contrario iudicio 'ag*i* potest,[1] etiam calumniae iudicium locum habet; sed alterutro t*antum* iudicio agere permittitur: qua ratione si iusiurandum de calumnia exactum fuerit, quemadmodum calumniae iudicium non datur, ita et contrarium non dari debet. **180.** 'Restipulationis quoque poena ex[2]
[323] certis causis fieri solet; et quemadmodum contrario iudicio omnimodo condemnatur actor, si causam non tenuerit, nec requiritur, an scierit, non recte se agere, ita etiam restipulationis poena omni|modo damnatur actor, 'si uincere non potuerit. **181.** Qui autem restipulationis poenam patitur,[3] ei 250.
neque calumniae iudicium opponitur, neque iurisiurandi religio iniungitur; nam contrarium iudicium *'in*[4] his causis locum non habere, palam est.

182. Quibusdam iudiciis damnati ignominiosi fiunt, uelut furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum: item pro socio, fiduciae, tutelae, mandati, depositi: sed furti aut ui (*bonorum*) raptorum aut iniuriarum non solum damnati notantur ignominia, sed etiam pacti, ut in edicto praetoris scriptum est; et recte: plurimum enim interest, utrum e*x* delicto aliquis, an ex contractu de*b*itor sit.[5] 'nec tamen ulla parte | edicti id ipsum nominatim exprimitur, ut aliquis igno|miniosus *sit*, sed qui prohibe*tur* et pro alio postu*lare*, *aut co*gn*i*|torem dare, procuratoremue habere item (*pro*)curato|rio aut cogni*to*rio nomine iudicio interuenire, ignominiosus esse *dicitur*.[6]

---

1) agere potest *C. edd.* (*factum sc. ex* agipe *i. e.* agi potest, *nota et explicatione simul posita*). 2) *Suspicor, Gaium scripsisse:* Restipulatio quoque poena*e* c̄(ausa) ex. *Cf.* §§. 171. 94. 95.
3) *Ex Suppl. St. p. XXXV.* 4) ex *eadem habent, et sic Kr. ed.* 2. *Sed ratio est, quod in his causis placuit tantum actori in commodum suum permittere, ut cum periculo utriusque litigetur.* 5) *In his, quae sequuntur usque ad finem §i, Suppl. St. l. c., levibus mendis iam in Kr. ed.* 2. *correctis, demum praestiterunt, quae revera Gaius dixit, contra ea, quae antea etiam ex V*st *dixisse putabatur.* 6) *Hoc igitur Gaius dicit, inter incommoda illa, quae praetor tuetur* (§. 171), *ignominiam damnati vel depecti ex quibusdam causis proprie non esse* (*quam legitimam poenam praetor irrogare non potest cf. Augustin. de civ. Dei* 21, 11), *sed ea, quae ex edicto refert, quibus notati tamen ignominiosi dicantur.*

---

§. 180. *Cf.* §§. 13. 171. §. 181. *Cf.* §§. 171. 172. 163. §. 182. *Cf.* §. 2. *I. de poena tem.* (4, 16) *cum Schradero. L.* 1. *D. de his q. not. inf.* (3, 2). *supra* §. 60. *Item Fr. Vat.* §. 322 *seq. Ulp. frgm. min.* 1.

183. In summa sciendum est, eum, qui 'cum aliquo consistere uelit,[1] (*in ius uocare*) opor|tere et eum, qui 'non uenerit, poenam ex e|dicto praetoris committere.[2] quasdam tamen personas si*n*e | permissu praetoris in ius uocare non licet, uelut parentes pa|tron*o*s patron*a*s item, liberos et [324] parentes patroni patronaeue, et 'in e*u*m,[3] qui aduersus ea egerit, poena constituitur.[4] **184.** 'Cum[5] autem in ius uocatus fuerit aduersarius, 'neque *eo*[6] die finiri potuerit negotium, uadimonium ei faciendum est, id est, ut promittat, se certo die sisti. **185.** Fiunt a*utem* uadimonia quibusdam ex causis pura, id est sine satisdatione, quibusdam cum satisdatione, |
251. quibusdam iureiurando, quibusdam recuperatoribus suppositis, id est, ut qui non steterit, is protinus a recuperatoribus in summam uadimonii condemnetur: eaque singula diligenter praetoris edicto significantur. **186.** Et *s*iquidem iudicati depensiue agetur, tanti 'fit[7] uadimonium, quanti ea res erit; si uero ex ceteris causis, quanti actor iurauerit non calumniae causa postulare sibi *u*adimonium promitti: nec tamen (*pluris quam partis dimidiae, nec*) pluribus quam sestertium c milibus fit uadimonium: itaque si centum milium res erit, nec iudicati depensiue agetur, non plus quam sestertium quinquaginta mili*um* fit uadimonium. **187.** Q*u*as autem personas sine permissu praetoris inpune in ius uocare non possumus, easdem ne*c* uadimonio inui*t*as obligare 'nobis[8] possumus, praeterquam si praetor aditus permittat.

1) *Haec pro iis, quae antea conieceram, dant Suppl. St. l. c.* 2) *Item haec pro antea lectis vel scriptis.* 3) *Ex Gösch. ed.* in eam *C.* 4) *Quinque litterae* ituit *suppletae. Firmant Suppl. St.* 5) *Ex mea cj. firmata V*st q́ *C.* 6) neq̄.o *V*st. 7) fiat *C.* fiet *edd. etiam mea prior; fortasse* fit it (*pro* id). 8) n̄ *C.* = non *pro* n(obis).

§. 183. *Cf. L.* xii *tabb. init.* (*Schöll. p.* 115.) *supra* §. 46 *ibiq. cit. Adde L.* 6. *L.* 10. §. 3. *L.* 13. *D. de in ius voc.* (2, 4). *L.* 2. 3. *C. eod.* (2, 2). §. 184. *Cf.* 3, 224. *Keller Civilpr.* §. 47. §. 185. *Cf. Rubr. D. qui satisd. cogantur vel iurato promittant, vel suae promissioni committantur* (2, 8). *L. Rubr. c.* 21 *fin. Cornel. Nep. Attic.* 9. §. 186. *Cf. L.* 4. §. 5. *D. si quis caut.* (2, 11). *L.* 3. §. 4. *D. de eo, p. quem f.* (2, 10). *L.* 115 *pr. D. de verb. obl.* (45, 1). *Cf. Lib. meum* 'Gaius' *p.* 135. §. 187. *Cf.* §. 183. *L.* 1 . . . 3. *D. in ius vocati* (2, 6). *L.* 2. §. 2. *D. qui satisd. cog.* (2, 8).

GAII
RELIQVA FRAGMENTA.

EX LIBRIS AD XII TABVLAS.

[325] **1.** [1]Γάϊος ὁ νομογράφος μετὰ τὴν τῶν κυαιστώρων τὴν δεκανδρικὴν ἀρχὴν ἀναφέρει, ῥήμασι πρὸς ἑρμηνείαν τούτοις. πολλῆς δὲ συγχύσεως τῶν νόμων, οἷα μὴ γράμμασι τεθειμένων, τοῖς πράγμασι γινομένης ἐκ τῆς τῶν ἀρχόντων καὶ τοῦ δήμου διαφορᾶς, δόγματι κοινῷ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου πάντες μὲν οἱ ἄρχοντες ἐκινήθησαν, δέκα δὲ μόνοις ἀνδράσι τὴν φροντίδα τῆς πολιτείας παρ-
[326] έδοσαν. αὐτοὶ δὲ στέλλουσιν (ἡ ἱστορία φησὶν) εἰς Ἀθήνας Σπούριον Ποστούμιον, Αὖλον Μάρκιον καὶ Πούπλιον Σουλπίκιον. τῶν δὲ ἐπὶ τριετῆ χρόνον ἐκεῖ βραδυνόντων, ἕως καὶ τοὺς λειπομένους[2]

Gaius iurisconsultus post quaestorum magistratum de decemvirali verbis Graece versis explicat hisce: Magna autem confusione legum, quippe quae scriptae non essent, in rep. ex discordia magistratuum plebisque coorta, communi senatus populique placito omnes magistratus sublati ac decem tantum viris cura reip. mandata est. ipsi vero, teste historia, Athenas mittunt Spurium Postumium, Aulum Marcium et Publium Sulpicium. qui dum ibi per triennium commorantur, donec etiam reliquas Atheniensium leges decem tabulis colligant, decem viros populus creavit reip.

---

[1]) *De fide huius loci Gaiani non constat inter doctos viros. Cf. Dirksen Verm. Schr. p.* 56 *seq. Mihi quidem persuasum est, Lydum hunc locum non quidem ut alterum de quaestoribus* (1, 26), *de quo iam nemo dubitat, errore tantum Gaio tribuisse et revera item ex L.* 2. *D. de orig. iur.* (1, 2) *sumsisse; plura enim et alia continet, quam Pomponius ibi* §§. 3. 4. 24. *tradit; sed nec ad verbum ex Gaii libris ad XII tab. transtulisse, immo fortasse hos ipsos libros ne quidem vidisse; insunt enim complura quae Gaius hoc modo vix dixerit. Potest etiam, ut ex Gaio tantum priora usque ad v.* παρέδοσαν *fluxerint, quae sequuntur, ex aliis historiae scriptoribus consuta sint.* [2]) *h. e. quas initio neglexerant.*

'Αθηναίων νόμους ταῖς δέκα δέλτοις ἀναλάβωσι, δέκα προεβάλετο ὁ δῆμος ἄνδρας ἀνθεξομένους τῶν πραγμάτων, ὧν ὁ πρῶτος τῆς πόλεως φύλαξ προσηγορεύθη, ὁ καθ' ἡμᾶς πολίαρχος. ἐπίσημα δὲ τῆς ἐξουσίας ἦν αὐτῷ δυοκαίδεκα ῥάβδοι, τοῖς δὲ λοιποῖς οὐχ οὕτως, ὁπλοφόρος δὲ ἀν' ἕκαστον εἷς καὶ μόνος. τῷ γὲ μὴν πολιάρχῳ καὶ τάξις ἀνδρῶν τογ[ατ]ηφόρων καὶ ῥαβδοῦχοι καὶ δεσμὰ καὶ ὅσα ἴσμεν, παρῆσαν. — Io. Laur. Lyd. de mag. 1, 34.

praefuturos, quorum primus custos urbis dictus est (quem nunc praefectum urbi vocamus). insignia autem potestatis illi erant duodecim fasces; at ceteris non item, sed singulis unus tantum armatus. praefecto urbis vero etiam cohors togatorum et lictorum et vincula et quae alia scimus, aderant.

---

2. Uerum in compositione, ut apud 'Gaium,[1] reperimus 'effor' dictum.[2] — Diomed. lib. I. p. 375. Putsch. p. 379. Keil. [327]

---

[1]) Cavium *Cdd. ed. Keil.* Caium *edd. antiquiores. Keilius suspicatur Calvum (Licinium, Ciceronis aequalem) significari, cuius tamen orationibus tantum Diomedes usus esse videtur, nec credibile est, hanc vocem nisi a poëta aut in formulis antiquis (velut auguralis disciplinae) a scriptore relatis usurpatam esse: quo etiam illud* apud *spectare videtur. Simili de causa de Gavio Basso cogitare non licebit (nec cogitaverunt Laur. Lersch. in Philol. I. p.* 617 *seq. et O. Iahn. ad Pers. p.* 213.), *maxime quod is a grammatico semel tantum laudatus vix sine cognomine nominari potuerit. Sed librarii cogitare potuerunt, in nudo praenomine Caii vel Gaii offendentes, cuius Osca tantum forma Gavius sequente nomine etiam e diverso cum Latina saepe commutata est (cf. Lactant.* 1, 22. *Lyd. de mens.* 1, 2). *Quanquam igitur res incerta est, tamen maximam probabilitatem habet, Gaium legendum et intellegendum esse.* [2]) *Si haec ad Gaium nostrum spectant, vix est, ut alium Gaii librum Diomedes tractarit praeter Institutiones, et in his, ut alio loco v.* effor *obvenerit atque in solemnibus verbis sacramenti actionis. Itaque* 4, 15. *in supplemento v.* 20—24., *quod ibi in nota informavi, ad litis contestationem eam retuli, quae quasi belli quaedam indictio hoc fortius quam* aio *verbum desiderare potuit.*

L. VOLVSIVS MAECIANVS

[328] tenui, ut videtur, familia natus, nec ultra equestrem dignitatem unquam evectus, insignis tamen iam Antonino Pio imperante fuit iurisconsultus et in consilium eius principis assumptus et dignus habitus, qui M. Aurelium, tum Caesarem, ius doceret. Nec tamen scientiam fide aequavit, id quod turpis eius exitus docuit. Nam cum Marcus imperator Augustus factus esset, Maecianum ab eo Alexandriae praefectum in seditione Cassiana (a. 175) ut 'conscium Cassii' (sic enim 'c'scium' pro 'filium' in vita M. Aurel. c. 25. videtur legendum) exercitus interfecit. Libros, quos de iure civili fecit, Iustinianusque in Pandectis adhibuit, index Florentinus refert. Praeter hos extat eius de assis distributione libellus, quem testante praefatione, ad Caesarem (non ad Censorem, ut Mommsenus primus vidit) eo ipso tempore, quo eum ius docebat, hoc est circa a. 146 instruendi discipuli causa conscripsit, isque integer nobis servatus est duobus codicibus seculi decimi, Parisino (P.) altero, altero Vaticano (V.). A quibus libellus editus sit, optime disces ex praefatione eius editionis, quae ipsa omnium ad id tempus maxima cum diligentia facta est, Boeckingii dico, recepta in corpore iuris anteiust. Bonnensi (1831) p. 174. Postea tamen Mommsenus primus accuratam codicum mss. cognitionem aperuit, ex iisque, praemissa Maeciani vita, subiecta lectionis tam codicum mss. quam Boeckingianae editionis varietate, denuo textum recensuit in Comment. societ. regiae Saxon. vol. III. p. 279. Quam recensionem nos ita secuti sumus, ut tantum, ubi ab ea discedendum videretur, in notis admoneremus, rationemque correctionis redderemus.

De una correctione vero iam hic dicendum est. Spectat ea titulum opusculo in codd. P. et V. et ut credere par est, ab ipso Maeciano praemissum. Quem titulum Mommsenus ita formavit: *Volusii Maeciani distributio item vocabula ac notae partium in rebus, quae constant pondere numero mensura*, cum in P. V. scriptum sit: *Volusii Maeciani distributio item vocabula ac note partium in rebus pecuniariis pondere numero mensura.* At enim hic primo ab anterioribus editoribus *assis*

recte restitutum esse post *Maeciani* (absumtum ibi scilicet [329] similibus litteris *-ani*), praeter verba illa in exordio 'quod assis distributionem' evincit sequens vocula *item* alioquin inepta, et quod caput doctrinae, in asse positum, omitti in titulo non potuit. Deinde vero me offendunt illa *quae constant pondere* etc. non modo propter corrigendi audaciam, verum multo magis, quod in maiore parte libelli non de his rebus, sed de contrario genere earum, quae in specie consistunt, velut solidae res et hereditates (§. 44.), de his vero, quae in numero consistunt (quales sunt oves, gallinae, ova et similes), etiam per totum non agitur. Retinendum igitur *in rebus pecuniariis* et pro suspecto habendum *numero*. Veram autem lectionem adipiscemur scribendo: *in rebus pecuniariis, aereis nummis, pondere, mensura.* Namque cum *aereis* periisset ob antecedens *-ariis*, *nummis*, quod sine illa adiectione ad sestertios aut certe ad nummos primo non aereos spectat, prorsus ineptum hoc loco librario visum est; itaque paululum id mutavit et traiecit, ut decantatum illud *pondere numero mensura* assequeretur.

Haec vero ideo hoc loco disputavi, quod ita correctus titulus recte indicat, qua de re in hoc libello agatur, quod nisi ante compertum habeant tirones, vix ac ne vix quidem intelligent, quod legent. Exhibet igitur Maecianus hoc libello vocabula ac notas partium primum (§§. 1—44.) *in rebus pecuniariis*, h. e. ut ipsum vocabulum (collatis Paul. 5, 3. §. 1. Caes. B. C. 3, 59) ostendit, omnibus, quae aestimationem habent, velut libra aeris, homo, fundus, et omnia 'solida', item incorporalia, ut centesima usura, hereditas (§§. 43. 44.); nam quae personam spectant, ea nec aestimationem nec divisionem recipiunt. Sequitur §§. 44—76. de *aereis nummis*, sive de pecunia in aere numerata (§. 78.), partim primo ac vero sensu, quam diu pecunia numerata revera in libra aeris eiusque partibus erat, partim translato, posteaquam argentei nummi accesserunt, qui tamen ex numero aeris potestatem habebant (§. 44.); quare effectum est, ut redacto asse ad minutum nummum, quod genus seni deni demum denarium efficerent, si qua in summa denariis expressa aes excurreret, hoc aes excurrens tanquam sedecimae partes denarii solitis partium vocabulis et notis significandum esset. Deinde agitur de *pondere* §§. 77. 78., et postremo §§. 79. 80. de *mensura* sive liquidorum sive aridorum, quae non tam partibus, quam maioribus ac minoribus modulis ad definiendas quantitates constitutis continetur. Ultima verba §. 81., culpa eorum, qui primum haec ediderunt, Maeciano subtracta, Mommsenus ei restituit. Qui tamen, levi corruptela deceptus, nec hunc Maeciani librum integrum nobis servatum esse, perperam iudicavit. Immo haec ipsa sententia ad partes numerosque et pondus mensuramque communiter respiciens, [330] finem opusculi indicat. Nec opinere, mensuras spatiorum

deesse; has enim occupaverat agrimensorum disciplina, nec alienis onerare discipulum suum, sed in suo studio necessariis instruere Maecianus voluit.

VOLVSII MAECIANI

ASSIS DISTRIBVTIO, ITEM VOCABVLA AC NOTAE PARTIVM IN REBVS PECVNIARIIS, AEREIS NVMMIS, PONDERE, MENSVRA.

Saepenumero, Caesar, animaduerti aegre ferentem te, quod assis distributionem et in heredum institutione et in aliis multis necessariam ignotam haberes. 'quae[1] ne tam exigua res ingenium tuum ullo modo moraretur, cum partes ipsas, tum uocabula et notas proponendas existimaui; et deprehendes distributionem quidem partium infinitam, oppido autem quam exigua uocabula et notas.

1. Prima diuisio solidi, 'ut est libra,[2] quod as uocatur, in duas partes dimidias diducitur; pars dimidia semis uocatur; nota eius S. **2.** Sequens diuisio fit in tres tertias partes; pars tertia triens uocatur; nota eius '═ ═.[3] **3.** Sequitur diuisio in quattuor quartas partes; pars quarta quadrans uocatur, nota eius ═ —. **4.** Deinceps fit diuisio in sex sextas partes; sextae partis nomen est sextans, cuius nota ═. **5.** Deinde diuiditur in octo octauas, quae sescunciae uocantur, quarum est nota '£ —.[4] **6.** Item in nouem nonas; nona pars uocatur uncia duae sextulae; nota —\\ . **7.** Diuiditur [331] item as in duodecim partes duodecimas; uocantur singulae unciae, cuius nota —.

---

[1]) *Sic P. V.* Quare *Momms. ed.* [2]) id est librae *Cdd. et edd. contra sententiam Maeciani; cf.* §§. 77. 78. [3]) *Notandum est, Romanos in unciis iacentes, in sextulis, quae est unciarum divisio, obliquas lineolas adhibuisse* (§. 30.), *quia stantibus, primum digiti et in re augurali cardinis significatione, iam in solidis numerandis abusi erant.* [4]) *Magna est in hac nota ductuum varietas, ut tamen semper figura referat*, *quod sescunia* (═ *semisque uncia*) *eloquitur, hoc est:* S(*emis*), *subiecto* V(*nciae*), *et uncia. Cf.* §. 27.

8. Haec uelut elementa ’primaeque assis distributiones[1] aequalitatem seruant. si quid quibusdam earum detrahas uel conferas, fient dispares. **9**. ’Quare[2] si (*semissi unciam detrahas, uel si*)[3] quadranti sextantem uel trienti unciam applices, facies quincuncem, qui constat ex quinque unciis, hoc est quinque ’duodecimis;[4] nota quincuncis = = —.[5] **10**. Si semissi applices unciam, uel quincunci sextantem, uel trienti quadrantem, efficies septuncem, hoc est septem duodecimas; nota septuncis S —. **11**. Si septunci applicueris unciam, uel semissi sextantem, uel quincunci quadrantem, uel trienti tantundem, facies bessem, id est duodecimas octo; nota bessis S =. **12**. Si bessi applicueris unciam, uel septunci sextantem uel semissi quadrantem, uel quincunci trientem, dodrantem efficies, hoc est nouem duodecimas; nota dodrantis S = —. **13**. Si dodranti applicueris unciam, uel bessi sextantem, uel septunci quadrantem, uel semissi trientem, uel quincunci tantundem, facies dextantem, hoc est decem partes duodecimas; nota dextantis S = =. **14**. Si dextanti applicueris unciam, uel dodranti sextantem, uel bessi quadrantem, uel septunci trientem, uel semissi quincuncem, facies deuncem, id est undecim duodecimas; nota deuncis S = = —.

15. Ex his apparet, in quas partes aequaliter, in quas dispares as diuidatur. Quo tamen facilius et memoria res teneatur, summa diuisionis haec est. In asse sunt unciae XII, hoc est partes duodecimae duodecim, unciae et binae sextulae nouem, hoc est nouem nonae; sescunciae octo, id est octo octauae; sextantes sex, id est sex partes sextae; quadrantes quattuor, id est quattuor partes quartae; trientes tres, id est tres partes tertiae; semisses duo, id est duae partes dimidiae. **16**. Ceterae partes inaequalem faciunt diuisionem. in deunce sunt unciae undecim, sextantes quinque et uncia, quadrantes [332]
tres et sextans, trientes duo et quadrans, quincunces duo et

[1]) *Scripsi;* primae de asse distributionis *P. V. edd. Cf.* §. 40.: inter superiores primasque diuisiones. [2]) *i. e. videlicet vel itaque, ut infra* §. 48. [3]) *Haec, quae supplevi, excidisse, manifestum est ex verbo* detrahas §. 8. [4]) undecimis *edd. etiam meae* 1. 2. *errore.* [5]) *Usitatior est in monumentis haec figura = — =; sed de his aliisque varietatibus, quibus in his notis veteres luxuriati sunt, adi Marin. Atti de frat. Arv. I. v. p.* 227—230. 258—261.

uncia, semis et quincunx, septunx et triens, bes et quadrans, dodrans et sextans, dextans et uncia; deest assi uncia. **17.** In dextante sunt unciae decem, sextantes quinque, quadrantes tres et uncia, trientes duo et sextans, quincunces duo, semis et triens, septunx et quadrans, bes et sextans, dodrans et uncia; deest assi sextans. **18.** In dodrante sunt unciae nouem, sextantes quattuor et uncia, quadrantes tres, trientes duo et uncia, quincunx et triens, semis et quadrans, septunx et sextans, bes et uncia; deest assi quadrans. **19.** In besse sunt unciae octo, sextantes quattuor; quadrantes duo et sextans, trientes duo, quincunx et quadrans, semis et sextans, septunx et uncia; deest assi triens. **20.** In septunce sunt unciae septem, sextantes tres et uncia, quadrantes duo et uncia, triens et quadrans, quincunx et sextans, semis et uncia; deest assi quincunx. **21.** In semisse sunt unciae sex, sextantes tres, quadrantes duo, triens et sextans, quincunx et uncia; deest assi alter semis. **22.** In quincunce sunt unciae quinque, sextantes duo et uncia, quadrans et sextans, triens et uncia; deest assi septunx. **23.** In triente sunt unciae quattuor, sextantes duo, quadrans et uncia; deest assi bes. **24.** In quadrante sunt unciae tres, sextans et uncia; deest assi dodrans. **25.** In sextante sunt unciae duae; deest assi dextans.

26. Huc usque diuisio maiorum '*uel superiorum*,[1] ut ita dictum sit, partium et celebris et nota est. Sed cum rei natura infinitam partiendi praestet facultatem, succedit unciae quoque, quae est assis, ut supra dictum est, pars duodecima, diuisio non tam celebris quidem, sed tamen non adeo ignota. **27.** Ut assis, ita unciae prima diuisio fit in duas partes dimidias, quae uocantur semunciae; nota semunciae £. **28.** Item diuiditur uncia in tres partes, quae uocantur binae sextulae; nota binarum sextularum ⩘. **29.** Item diuiditur uncia in quattuor sicilicos, id est quattuor quartas; nota sicilici Ↄ.[2]
[333] **30.** Item in sextulas sex, id est sex sextas; nota sextulae \.
31. Item in duodecimas duodecim, quas singulas partes dimi-

---

1) *In P. hic est rasura satis magna, in V. lacuna nulla. Momms. supplevit* τῆς μονάδος. *Sed vid.* §. 40.: inter superiores primasque diuisiones. *Balbus de asse* §§. 2. 3. *has partes dixit* '*principales*', *quibus inferiores, id est partis partes, opponit nomine* '*secundariarum*'. 2) *i. e. falcis imago.*

dias sextulas uocamus; nota dimidiae sextulae ⳩. **32.** Item in scriptula uiginti quattuor; scriptuli nota X. **33.** Est autem assis semuncia pars uicesima quarta, duae[1] sextulae pars tricesima sexta, sicilicus quadragesima octaua, sextula septuagesima secunda, dimidia sextula centesima quadragesima quarta, scriptulum ducentesima octogesima octaua. **34.** Semuncia habet sicilicos duos, sextulas tres, dimidias sextulas sex, scriptula duodecim. **35.** Duae[1] sextulae habent sicilicum et dimidiam sextulam, sextulas duas, dimidias sextulas IIII, scriptula VIII. **36.** Sicilicus habet sextulam et dimidiam, dimidias sextulas tres, scriptula sex. **37.** Sextula habet dimidias sextulas duas, scriptula quattuor. **38.** Dimidia sextula habet scriptula duo.

39. Has quoque partes, in quantum libet, diuidere possis; uerum infra eas neque notas neque propria uocabula inuenies ’praeterea[2]. dimidium scriptulum audio quosdam ratiocinatores simplium uocare: quod erit ’assis[3] quingentesima septuagesima sexta; quam et ipsam partem ’infinite[4] separare possis. **40.** Nec mirum, si infra has partes partitio facta et nominibus et notis caret, cum etiam inter superiores primasque diuisiones pleraeque partes et nominibus et notis careant: statim namque undecim undecimae assem efficiunt, nec aut nomen proprium aut notam habent; perinde decem decimae; ’nam[5] nona assis facit unciam duas sextulas; octaua, ut supra ’traditum[6] est, sescuncia uocatur; septem septimae, quae et ipsae assem implent, nec nomen proprium nec notam habent; sextae sextantes uocantur; nec quintae quidem aut nomen proprium aut notam habent; iam uero tertias trientes, quartas quadrantes, sicut duodecimas uncias uocari ostensum est. **41.** Infra has ceterae usque ad sextam decimam nomine proprio notaque [334] carent; sed sexta decima semuncia sicilicus dicetur; nam sedecim semunciae octo sunt unciae, sedecim sicilici quattuor unciae fiunt, ’*(quae)*[7] iunctae unciis octo assem implent.

---

[1]) *Malim* binae *cf.* §. 28. [2]) *Malim* praeterq(uam) q(uod). [3]) totius assis *P. V. edd. Sed ille genitivus v.* ‘*totum*’ (*cf.* §. 71. *et Balb.* §§. 2. 3. 5.) *non v.* ‘*totus*’ *ut glossema erat eiiciendus.* [4]) infinito *P. V. edd. Fortasse* in infinitum. [5]) *Noli corrigere* iam, *sed adi Ramshorn Gramm. Lat.* §. 191. *p.* 846. [6]) *Correxi.* redditum *P. V. edd.* [7]) *Supplevi; cf.* §. 45. *et* §§. 65. 68. 72.

septima decima deinde interiecta nomine notaque caret. octaua decima uocabitur semuncia sextula: nam hae decies octies ductae assem efficiunt. **42**. Post has inferiores partes, excepta semuncia, duabus sextulis, sicilico, sextula, dimidia sextula, scriptulo, neque uocabula propria neque notas habent. **43**. Centesima, quae 'commodi aut usurarum nomine [1] ad sortem applicaretur, 'cum C centum significaret,[2] sicilico, id est C auerso 'co(*epit*)[3] notari, quod conuertebatur ad eam summam, cuius centesima futura erat, et siue una conuenerat, unus sicilicus, siue plures, tot sicilici[4] ponebantur.

44. Sicut autem assis appellatio ad rerum solidarum hereditatisque totius, diuisio autem eius ad partium demonstrationem pertinet, ita etiam ad pecuniam numeratam refertur, quae olim in aere erat, postea et in argento feriri coepit ita, ut omnis nummus argenteus ex numero aeris potestatem haberet. **45**. Eo in numero sunt hi argentei nummi: denarius, cuius est nota X, quinarius, cuius est nota V, sestertius, cuius nota est HS. Victoriatus enim, '(*qui*)[5] nunc tantundem ualet quantum quinarius, olim ut peregrinus nummus loco mercis, ut nunc tetradrachmum et drachma, habebatur. **46**. Denarius primo asses decem ualebat, unde et nomen traxit; quinarius dimidium eius, id est quinque asses, unde et ipse 'uocatus;[6]
[335] sestertius duos asses et semissem, quasi semis tertius, (*ut*) Graeca figura ἕβδομον ἡμιτάλαντον (nam sex talenta et semitalentum eo uerbo significant) '(*tum*)[7] lex etiam duodecim

---

[1]) *Hoc est aut commodi creditori ablati nomine, si post mensem demum solveretur, aut quod pecunia in mensem debitori utenda data erat. Cf. L.* 2. §. 5. *D. de adm. rer. ad civ.* (50, 8). [2]) *Uterque codex et edd. haec verba habent inter* quod *et* conuertebatur. *Sed apparet, ea aliquando, cum* applicaret' *scriptum esset, ut similiter desinentia omissa, deinde in margine suppleta, postremo alieno loco restituta esse.* [3]) auerso eo *P. V. edd.* eo *sc. pro* co *scriptum, posteaque* epit *ut sensu carens omissum. Momms. post* applicaretur *supplevit* [solebat olim]. *Sed hic mos sine dubio, si binas centesimas exceperis, etiam postea duravit.* [4]) *Videamus, ne hic propter recurrens idem verbum exciderit;* sive pars centesimae, eius partis nota subiecta sicilico. [5]) *Supplevi; cf.* §. 41. [6]) uocatur *P. V. edd.* [7]) ut *et* tum *supplevi; sc. hoc notatum* t. *mox interiit: inde etiam* ut *omissum est. Graecum exemplum ex Herodoto sumptum esse, Didymus apud Priscian. de ponder. p.* 1347 *Putsch. docet, quem Maecianus videtur secutus esse.*

tabularum argumento est, in qua duo pedes et semis sestertius pes uocatur. **47.** Nunc denarius XVI, uictoriatus et quinarius VIII, sestertius quattuor asses ualet.

48. Infra quam 'diuisionem[1] sequitur alia quaedam subdiuisio, notas aeque et propria uocabula habens. quare si ad denarium rationem conficias, assem hac nota 'scribas ac uoces[2]
X £ Ɔ
semuncia sicilicus; semunciae enim sedecim et sicilici sedecim assem efficiunt. **49.** 'Dupondium[3] hac nota scribas ac uoces:
X £
sescuncia; nam sedecim sescunciae dupondium efficiunt. **50.** 'Tressis[4] hac nota scribas ac uoces:
X = Ɔ
sextans sicilicus; aeque enim sedecim sextantes totidemque sicilici tres asses efficiunt. **51.** Quatrussis hac nota scribas uocesque:
X = —
quadrans; sedecim enim quadrantes quatrussis efficiunt. **52.** Quinques hac nota scribas uocesque:
X = — £ Ɔ
quadrans semuncia sicilicus; nam sedecim quadrantes ac totidem semunciae sicilicique faciunt quinques. **53.** Sexis hac nota scribas nominesque: [336]
X = — £
triens semuncia; aeque enim trientes et semunciae sedecies ducti sexis efficiunt. **54.** Septus hac nota scribas ac

---

1) *Intellige divisionem in tres argenteos nummos, qui in numero aeris sunt, ideoque ex numero notam habent.* 2) *Cum hoc in tota hac expositione* §§. 48—62. *quasi unum verbum recurrens* scribas ac uoces *tum in vocabulo partis ubique servatus nominativus et alia quaedam argumento sunt, etiam notam eiusque significationem a Maeciano quasi unum quoddam adscriptam fuisse, hoc est, nota supra, significatione infra scripta, ut scilicet uno obtutu facilius utrumque perciperetur. In P. V. nota perperam post significationem posita est, quod Momms. servavit; Boeckh. probabilius nec tamen recte ordinem invertit.* 3) *Momms. et P. V. hic et ubique* dupundium. 4) *Nota haec indeclinabilia potius quam neutra* tressis, quatrussis — quinques, sexis, septus, octus, nonus, decus — undeciaere (*h. e. undeci*[*m nummi*]*aere, ut dicitur tre*[*s librae*] *pondo etc.*) . . . quindeciaere. *Quae omnia sunt ratiocinatorum; nam vulgari sermone, ut ex Varrone et aliis constat, omnis aeris numerus a tresse usque ad centussem masculino sexu in -ssis efferebatur et declinabatur.*

nomines: $\frac{\text{X} = = — Ɔ}{\text{quincunx sicilicus}}$; simili enim modo quincunces ac sicilici multiplicati septus efficiunt. **55**. Octus hac nota scribas ac nomines: $\frac{\text{XS}}{\text{semis}}$, quibus eodem modo multiplicatis octus reperies. **56**. Nonus hac nota scribas appellesque: $\frac{\text{XS £Ɔ}}{\text{semis semuncia sicilicus}}$; 'sedecies enim[1] hac quoque nota. quae uocatur semis semuncia sicilicus, multiplicata nonus inuenies. **57**. Decus hac nota scribas atque nomines: $\frac{\text{XS — £}}{\text{septunx semuncia}}$: '(*quia*)[2] septuncem quoque ac semunciam totiens si duxeris, decus efficies. **58**. Undeciaere hac nota scribas appellesque: $\frac{\text{XS = Ɔ}}{\text{bes sicilicus}}$; nám bes sicilicus totiens ducti undeciaere efficiunt. **59**. Duodeciaere hac nota scribas ac uoces: $\frac{\text{XS = —}}{\text{dodrans}}$; dodrantes '(*enim*)[3] eodem modo computati duodeciaere efficiunt. **60**. Tredeciaere hac nota scribas ac uoces: $\frac{\text{XS = — £Ɔ}}{\text{dodrans semuncia sicilicus}}$, '(*cum*)[4] dodrantibus semunciis sicilicis eadem ratione multiplicatis tredecim asses efficias. **61**. Quattuordeciaere hac nota scribas ac uoces: $\frac{\text{XS = = £}}{\text{dextans semuncia}}$: '(*quia*)[2] dextantes semunciaeque sedecim aeque quattuordeciaere efficiunt. **62**. Quindeciaere hac nota scribas et appelles: $\frac{\text{XS = = — Ɔ}}{\text{deunx sicilicus}}$; '(*scilicet*)[4] deunx quoque ac sicilicus sedecies ducti quindeciaere efficiunt.[5]

[337] **63**. Ingeniosissime autem, cum ad denarium ratio conficeretur, excurrentis aeris nota inuenta est, quae sedecies multiplicata id efficeret: nam cum denarii nota praescribatur

---

1) *Scripsi;* ut semissem (ut similiter *ed. Momms.*) *et inde in fine* inuenias *P. V.;* ut *factum ex antecedente* -us; *dein fraudi fuit librario nota* eꟿ = enim 2) *Supplevi omissum ob antecedens* -cia. 3) *Supplevi ex antecedenti* -es *vel sequenti* eo.
4) *Ex anteced.* sicilicus. 5) *Priore ed. initio* cum, *hic* efficiant *scripseram.*

eique 'subiungatur[1] aeris excurrentis nota, manifestum est, eam sedeciens ducendam ex adnotatione denarii.

64. Ad quinarium et uictoriatum rationem Romae confici nescio: quemadmodum tamen, si uelis, conficias, facilius apparebit, si prius inspexeris, ad quem modum sestertiaria ratio confiat; tunc enim excurrentis aeris leges exemplum '(*uel*)[2] denariariae rationis, et dimidiam duces, uel sestertiariae, et duplicabis.

65. Ad sestertium ratio si confiat, 'semis[3] hac nota scribitur '— T[4]; uocatur libella teruncius. est autem libella sestertii decima pars, teruncius quadragesima, quae duae iunctae octauam sestertii, id est, semissem, efficiunt; nam octo libellis, id est octo decimis, teruncii octo, id est octo quadragesimae (quae fiunt quattuor uicesimae, hoc est duae decimae) adiectae complent sestertium; **66.** sunt enim in sestertio libellae decem, singulae uiginti, teruncii quadraginta. **67.** Infra semissem nemo 'temere[5] rationem sestertiariam ducit. potest tamen: nam quadrans, qui est pars sexta decima sestertii, poterit notari singula, quae est uicesima sestertii, et dimidio teruncio, qui est octogesima sestertii; nam utraque haec pars iuncta efficit sextam decimam. **68.** As notari debet '= £;[6] haec ad sestertium nota uocatur duae libellae singula; fiunt duae decimae et uicesima, hoc est quarta pars sestertii; [338] nam quater binae libellae octo fiunt decimae, quattuor singulae

---

1) subiniungatur *Momms. ed. ex P. V.* 2) *Supplevi.* 3) *A semisse Maecianus hic incipit, non ut in denariaria ratione ab asse, quia ad sestertium maxime minutae rationes velut de quotidianis olerum, carnis, pomorum aliisque simplariis venditionibus conficiebantur, in quibus etiam semissis vel adeo quadrantis ratio habebatur.* 4) *Praemissa sc. etiam hic nota* HS, *quam brevitatis studio Maecianus omisit. Cf.* §. 68. ad sestertium nota. *Ceterum animadverte, signum — praeposita sestertii nota aliam significationem habuisse, ac si nihil praeponeretur* (*cf.* §. 2), *perinde ut nota* S, *quae hic dimidium sestertium i. e. quinque libellas significabat. Cf.* §§. 66. 70—73. 5) *Ita Boeckh.* tenere *ex P. V. Momms. ed.* 6) *Sic cum Momms. ex P. V. dedi. Nec tamen credibile est, notam singulae plane eandem fuisse atque semunciae, de qua vid.* §. 4. *not.* 4. *Immo, cum et ipsa ab initiali* S *inciperet, cavendum erat, ne vel cum semissis neve cum semunciae nota confunderetur. Suspicor vero ex* §. 74. *verum signum fuisse* Σ *vel, quod Bg. habet,* Σ *i. e. selibra.*

quattuor fiunt uicesimae, hoc est duae decimae, quae superioribus iunctae sestertium complent. **69.** As semis notari debet = — £T, uocatur tres libellae singula teruncius et sunt tres decimae; una uicesima, una quadragesima, hoc est quarta et octaua sestertii; supersunt octauae quinque, id est semisses quinque, ut compleant sestertium. **70.** Dupondius hac nota S; uocantur quinque libellae, quae sunt quinque decimae; hae duplicatae sestertium implent. **71.** Dupondius semis hac nota S — T; uocatur sex libellae teruncius; sunt autem sex decimae et quadragesima, id est dimidia et octaua totius; supersunt octauae tres, id est semisses tres, ut sestertium compleant. **72.** Tressis hac nota S = £; uocatur septem libellae singula; sunt autem pars dimidia et duae decimae et uicesima, hoc est pars dimidia et quarta; desunt duae octauae, id est quarta, quae iuncta impleat sestertium. **73.** Tressis semis hac nota S = — £T; uocatur octo libellae singula teruncius; sunt pars dimidia et tres decimae et uicesima et quadragesima, hoc est pars dimidia et quarta et octaua; superest octaua, quae adiecta sestertium compleat.

74. Libella dicta creditur quasi 'pusilla libra.[1] nam cum olim asses libriles essent, et denarius decem asses ualeret, et decima pars denarii libram, quae eadem as erat, 'singula[2] selibram, quae eadem semis erat, teruncius quadrantem haberet, siue denariaria siue sestertiaria ratio conficeretur, iisdem notis, id est libellarum et singularum et teronciorum, praeposita nota denarii uel sestertii, ut erat ratio, aera exprimebantur. **75.** Posteaquam in sedecim asses denarius distributus est, denariaria ratio expeditius confici coepit, ut supra dictum est; sestertiaria mansit sub iisdem notis, 'aucta tamen computatione.[3] **76.** Haec quoque libella exemplo maiorum in duos

---

[1]) *Ex pondere dicebatur, ut aereus nummus, libella vero, non libra, quia iam cum denariis et sestertiis argenteis asses libriles imminuto pondere feriebantur.* [2]) *Dicta fortasse, quod in duabus selibris primum singula unaquaeque erat.* [3]) *Hoc sic intellige. Cum denarius sedecim, sestertius quattuor asses valere coepisset, libellae, singulae et teruncii nomina sensu generali accipi inceperunt, ut significarent cuiusque argentei nummi, cui applicarentur, decimam, vicesimam, quadragesimam* [illegible] *erat, ut si ad sestertium ratio conficeretur,* [illegible] *excurrentis computatio augeretur. Ponamus* [illegible] *In* [illegible]

uelut semisses, qui singulae uocantur, et quattuor uelut qua- [339]
drantes, qui teruncii uocantur, diuiditur.

77. Ponderis eadem diuisio est, quae aeris; nam in quas partes as diuiditur, in has libra dispenditur.[1] **78.** 'Et (*dispertitur*)[2] ita as quidem, seu de diuisione solidi, seu de pondere, seu de numerata in aere pecunia agatur; libra autem in pondere, nummi 'aerei (*ut*)[3] argentei in 'pecuniae[4] forma publica dumtaxat nomen accipiunt.

79. Mensurarum liquoris atque grani expeditior et forma et appellatio. nam quadrantal, quod nunc plerique amphoram uocant, habet urnas duas, modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios quadraginta octo, heminas nonaginta sex, quartarios centum nonaginta duo, cyathos quingentos septuaginta sex. **80.** Notae mensurarum:[5]

quadrantalis	qı
urnae	q̶s
modii	M̊I [340]
semodii	M̊S
congii	Ƶ
sextarii ad uinum	Ͻ
granum	£Ͻ

sestertio as excurrens notabatur — et vocabatur libella, in novo notabatur = £ *et vocabatur duae libellae teruncius. Cf.* §. 68.

1) *Assis partes animo finiuntur, eaque divisio appellatur; librae vero partes fiunt pendendo, quod dispendere olim dixere. Cf.* §. 81.

2) *Supplevi ex anteced.* [Dicitur] *ed. Momms. At in pondere non as dicitur sed libra; dispertitio tantum eadem est.* Et, *quod in P. V. et edd. est ante* libra, *huc revocavi.*

3) *Scripsi;* uero *P. V. edd., quo errore commisso* ut *omissum est.*

4) pecunia *P. V. edd.*

5) *Ex his notae Quadrantalis et Modii solidi, eorumque Semissis, urnae et semodii, explanatione non egent. Nota congii fortasse est Q(uadrantal), subiecta nota semunciae* (§. 5.): *quamquam alia forma exprimere videtur litterae C subiectam priscam G (ConGius). Sextarius notatur sicilico, quia is est, ut recte Bg. animadvertit, quadrantalis pars quadragesima octava* (§. 29.); *in Grano ei praefixa videtur G. Ceterae notae ex sextario videntur pendere. Heminae tamen nota fuerit initialis littera Graeca; quamquam alia significat sicilicum dimidiatum. Quartarii fortasse primum signum T(eruncius) = quadrans, alterum contracta nota sextarii ad granum; eius enim quartarius est quarta pars. Cyathi notam non intelligo.*

heminae	ϛ
quartarii	tM
cyathi	TI

81. 'Partium et numeri naturalis causa durat, quamuis nominibus apud quasque gentes differant.[1] Ponderis et 'mensurae tam[2] modus incertus est, 'quam[3] eius dispensio ac dimensio.

---

1) *Solidorum partes et rerum eiusdem generis numeri, quia natura ipsis rebus insunt, ubique aequabiliter procedunt, ideoque licet nominibus apud diversas gentes differant, tamen quasi iuris gentium sunt. Cf.* §. 26. 2) mensurarum *P. V. edd.* 3) nam *P. V. edd. — Modum dicit definitam in civitatibus quantitatem, unde omnis rerum, quae in pondere vel mensura constant, definitio pendet, velut libra, quadrantal apud Romanos. Respondet is numero rerum, ut minores moduli (dispensio ac dimensio) partibus. Sed naturaliter tam modus ille quam eius partes sunt incertae et iure civili tantum cuiusque populi substantiam capiunt.*

IVRISCONSVLTI CVIVSDAM

CERVIDII SCAEVOLAE,

VT VIDETVR, EX REGVLARVM LIBRO PRIMO DESVMPTA PARS, A DOSITHEO SERVATA.

Dositheus grammaticus vel ludimagister, qui Romae [341] potissimum Graecae iuventuti Latine erudiendae operam dedisse videtur, imperantibus Septimio Severo et filio eius Antonino (nam ipse Maximo et Apro coss. h. e. p. Chr. n. a. 207. se scripsisse significat) composuit grammaticam linguae Latinae, cui operi cum varia et ad potissimas partes eruditionis Latinae spectantia ἑρμηνεύματα s. interpretamenta inseruisset, quibus Latine discentes Graecis respondentia Latina invenire docerentur, eorum interpretamentorum libro tertio sub titulo '*συγγραμμάτιον νομικὸν μάλιστα περὶ ἐλευθερώσεων = Disputatio forensis maxime de manumissionibus*' nobis servavit hanc quantivis pretii particulam ex iurisconsulti cuiusdam Regularum libro desumptam.[1] Regulas enim has fuisse, ipse earum auctor §. 3. declarat. Quamobrem si quis hunc Gaium fuisse statuat, quod nuper Dirksenus probare conatus est, certe non Rerum quotidianarum, ut ille opinatus est, sed Regularum libris vel libro singulari (quos Gaium composuisse ex Digestis constat) assignare debebit.

Mihi tamen neque Gaius, id quod multae rationes redarguunt, neque Paullus, ex Lachmanni et Rudorfii sententia, quam Voigtius refellit, neque Pomponius, de quo ipse hic cogitavit, sed qui his submotis fere unus relinquitur Regularum antiquior et clarior auctor, Cervidius Scaevola scripsisse haec videtur. Hunc ICtum, omnium tunc facile celeberrimum, qui iam sub Antoninis inclaruerat, praeter hanc nominis famam, qua Licinium Rufinum aequalem itemque Regularum scriptorem longe superabat, etiam illud prae aliis Graecis cumprimis grammaticis commendare et acceptum facere debuit, quod is primus, ut videtur, Graece

---

[1]) In summa nostra non multum interest, quod nunc a peritis rectius videtur statui, haec interpretamenta incerti auctoris potius cum Dosithei arte grammatica quam ab eo nobis esse servata. *Cf. K. Krumbacher de codicibus quibus Interpretamenta Pseudodositheana nobis tradita sunt.* Monachii 1883. *Rhein. Museum f. Philol. N. F.* Vol. 39. p. 348 seq. 1884.

[342] consultantibus plurimum respondit[1] et in Digestorum et Responsorum libris saepissime consultationum partes Graecas inseruit, ex quibus vocabula Graeca ad ius civile Romanum spectantia optime disci poterant. Vide L. 6. D. de decret. ab ord. fac. (50, 9). L. 14. D. de dote praeleg. (33, 4). L. 23. §. 2. D. de pecul. leg. (33, 8). L. 35. §. 1. L. 37. §§. 5. 6. L. 101. D. de leg. 3. L. 16. §. 1. D. de alim. leg. (34, 1). L. 30. §§. 1. 3. D. de adim. vel transfer. leg. (34, 4). L. 60. D. de manum. testam. (40, 4). L. 60. §. 4. D. mand. (17, 1). L. 47 pr. D. de adm. et peric. (26, 7). L. 88. §. 15. D. de leg. 2. L. 41. §. 4. D. de fideic. lib. (40, 5). Eiusdem viri studiis convenit, quod vel in his Regulis iuris peregrinorum et provinciarum accurate rationem habuisse videtur, coll. §§. 1. 12. 17. Et si ad id attendimus, in quo aliqua proprietas inest loquendi, *tot annos habere* Graeco more pro *tot annorum esse* (§. 17.) solus, ni fallor, ex ICtis Scaevola dixit L. 41. §§. 10. 16. D. de fideic. lib. (40, 5) idem, cum aliis tamen, vocem nationum pro gentibus (§. 1.) usurpavit etiam L. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. mai. (48, 4). Sed et auctores saepe allegavit (praeterquam in responsis, ergo Digestorum et Responsorum libris, ubi omnino nulli allegari solebant) et eos ipsos, qui in his reliquiis occurrunt, velut Proculum L. 14 pr. D. de iure codic. (29, 7), L. 93. §. 2. D. de solut. (46, 3). Octavenum L. 1. §. 2. D. quae res pign. (20, 3), Neratium Priscum L. 18. D. de opt. leg. (33, 5), Iulianum L. 131. D. de verb. obl. (45, 1), L. 18. D. de opt. leg. (33, 4) etc. Denique primo Regularum libro eum ius, quod ad personas pertinet, tractasse, patet ex L. 54. D. de rit. nupt. (23, 2). L. 22. D. de excus. (27, 1). L. 5. D. de mun. et hon. (50, 4). L. 5. D. de legation. (50, 7). Nec vero stilus, quem dicunt, obstat, quo Scaevola in Iustiniani Digestis plerumque utitur, nisi fortasse ICtus idem dicendi tractandique genus, quod respons*is* et quaestionibus convenit, etiam in regulis adhibuisse putandus sit, quod nemo sanus dixerit, et in Scaevola ea ipsa, quae ex regularum eius libris in Digestis servata sunt, refellunt.

Dositheus vel qui alius auctor fuerit, hoc frustulum mea quidem opinione (nam valde etiam hac de re inter viros doctos variatur) ita suum fecit, ut ipsum initium libri omissa tantum praefatione, quippe nihil, quod ad forum pertineret, continente,

[1]) Simili de causa grammaticus, cum etiam ex altero monumentorum genere, quo ius illo aevo praecipue condebatur, constitutiones principum dico, in ἑρμηνεύμασι suis aliquid referendum esse existimaret, D. Hadriani sententias potissimum elegisse mihi videtur. Ab hoc enim principe Graeco sermoni in administranda rep. multo plus quam antea tributum esse constat (cf. Dirksen civ. Abh. I. p. 43); nec dubito, quin ab ipso Dositheo hanc causam significatam legeremus, si extrema pars praefationis, lacunis admodum deformata, integra extaret.

primum Graece verteret, deinde praemissa hac Graeca interpretatione e regione positum in librum suum transferret. Sed hic primus utriusque linguae textus valde male habitus est, donec in duos illos codices seculi, ut putant, decimi vel undecimi, quibus nobis servatus est, Vossianum Leidensem (V.) [343] et (inde a §. 2. ad §. 8 med. et post lacunam a §. 11. ad finem) Scaligeranum (S.) transscriberetur. Neque enim vulgaribus tantum librariorum mendis admodum deturpatus, sed etiam ab inscitis discipulis vel magistris, qui libro uterentur, uterque sermo ex utroque novis interpretationum conaminibus corruptus est. Quae textus condicio a Lachmanno primum egregie demonstrata cum sperare vix patitur fore, ut ICti manus ubique, maxime in corruptissima priore parte, plane restituatur, tum viam ac rationem ostendit, qua aliquatenus tamen id assequi liceat. Audacter equidem hanc viam ingressus et ulterius quam Lachmannus prosecutus sum; quid vero ita profecerim, alii iudicanto.

Superest, ut tirones, qui criticum apparatum noscere velint, ad accuratissimam Boeckingii editionem totius tertii libri Dositheani remittamus, quae hoc sub titulo: *Dosithei Magistri interpretamentorum liber tertius Graece et Latine. Bonn.* 1832. prodiit, et deinde, quae ad ius non pertinent, omissis paucisque mutatis, inserta est corpori iuris anteiust. Bonnensi inde a p. 193.[1] Post Boeckingium Lachmannus (Versuch über Dositheus Berol. 1837) de emendando hoc, quod edimus, opusculo, ut iam significavi, optime meritus est. Textum ab eo constitutum Boeckingius, novis notis additis, subiecit editioni suae Ulpiani fragm. Lips. 1855. p. 159. Denique Mauritius Voigtius in libro 'die Lehre vom ius naturale' Lips. 1856. p. 617—630. de hoc fragmento non inscite egit novamque eius primae §i recensionem, sed eam parum, meo iudicio, probabilem adornavit.

---

1. Omne enim ius, 'quo utimur,[1] aut ciuile appellatur aut naturale 'uel gentium. Naturale dicitur, (*quod natura est bonum et*) aequum;[2] ab eo enim 'nominatum est[3] et omnes

---

[1]) Nunc (1884) adeundae sunt Krumbacheri, quas supra (p. 424 not.) allegavi scriptiones.

---

[1]) *Scripsi;* cum iure *V.* (*factum sc. ex* $\overset{o}{q}$utimur. *Cf. Gai.* 1, 8). *Omittunt edd.* [2]) *λεγεται η εϑνικον δικαιον* = dicitur uel nationes aut gentile iustum *V. Vides, quae, quod in fine idem recurreret verbum, omissa, quae traiecta sint. Animadverte, Dositheum ut ceteros Graecos* (*velut Theoph.* 3, 1, §. 6. *tit.* 22. §. 3.) *Latinorum 'aequum' semper vertisse δίκαιον* §. 2. Ius naturale dicitur uel gentium . . . . . iustum *ed. Lachm.* [3]) *ωνομασϑη* = nominatur *V.*

[344] nationes similiter eo 'utuntur:[1] quod enim bonum et 'aequum[2] est omnium utilitati conuenit. Ius ciuile uero proprium est, 'ciuium Romanorum[3] et ab eis dictum, quoniam nostra ciuitas 'eo diuerso ab aliis populis[4] utitur. sed quidam hoc esse 'dixerunt, quod omnibus ciuibus peculiariter[5] aut maiori parti expedit. sunt 'etiam, qui[6] tradiderunt, 'constitutam aequitatem[7] esse. plurimi autem eam[8] definitionem ueriorem esse tradiderunt, quam initio diximus.

2. 'Ius ciuile, si quidem imposititium appellatur,[9] 'ex[10] pluribus partibus constat.[11]

---

1) ειϭιν κεχρεμενα = sunt usae *V. edd. Sed inferiori Graecitati κέχρηνται etiam est* 'utuntur'. *Ad rem cf. Isidor.* 5, 4. §. 1. 2) δικαιον = iustum *V. Lachm.* 3) ρωμαιων = et romanisorum *V. Correxit Lachm.* 4) ταυτη τη αληθεια = ea ueritate *V.* ea seueritate *ed. Lachm. Dositheum vertisse puto τούτῳ ἀλλοίῳ ἢ ἄλλα ἔθνη, ex quibus cum ἀλλοίῳ ἢ ut simile esset omissum, ἄλλα ἔθνη abiit in αληθεια.* 5) απαντες πολιταις ιδιοις προλεγουϭιν = quod omnes ciuibus suis praedicent *V., ubi λεγουϭι tempore mutato transpositum, προ- factum errore ex* (ē)ēdixerunt, *ιδιοις positum pro ἰδίως* (= '*in quaque civitate*' *in L.* 11. *D. de iustit.* 1, 1), *quod Latine utrum fuerit* '*peculiariter*', *an* '*proprie*', *an simile quid, dubitari potest. Lachm. omisit.* 6) enim qui et *V. edd. factum ex* et qui. 7) υποϭταϭιν (*pro ϭυϭταϭιν?*) δικαιοϭυνης = quantitam (quantitatem *edd.*) iustitiae *V. edd. Cf. Cic. Top.* 2, 9. '*ius civile, aequitas constituta iis, qui eiusdem civitatis sunt.*' *De v.* δικαιοϭύνη *cf. not.* 2. *p.* 426. 8) πλιονα τουτονδε = plurima hanc autem *V. ubi δε* = autem *traiectum, quia πλείονες mutatum in πλείονα ad ὑπόϭταϭιν relatum erat, Lachm. fecit:* quantitatem iustitiae esse plurimam, hanc autem definitionem ueriorem esse [tradiderunt] quam quae initio diximus. 9) *h. e. tanquam impositum et imperatum civibus* (*ab ipsa civitate, quod plerumque proprium dicitur*). *Cf. L.* 5. §. 9. *D. de op. nov. nunt.* (39, 1). *δικαίου πολιτικοῦ* (*εἴς τι ἐντηθημενον S.*) *προϭαγορεύεται* = iuris ciuilis (ut qui apposititium *S.*) appellatur *V. S. in quibus* εις *natum ex* ει, quid = τι *effecit, ut nom.* ius ciuile *mutaretur in genitivum.* Iuris ciuilis . . . . . appellatur, quia *Lachm.* 10) ως εκ = qui ex *V. Fortasse reponendum* fere ex. 11) *Hic aperte est lacuna, etiam in S. asterisco indicata. Quae sequuntur usque ad finem* §., *dedimus ex V. simul Graecis e regione positis et Scaligerani varietate adiecta et lacunis, quas S. nec tamen ubique ubi oportebat, nec semper suo loco asterisco notavit, similiter indicatis. Omnino ex his laciniis tam corruptis nihil certi effici potest.*

ἀλλὰ διατάξεις αὐτοκρατορικαὶ (διάταξις αὐτοκρατορικὴ *S.*) ὁμοίως τιμεταιον (τιμητέον *S.*) ὅ (ιλιο *S.*) ἐστιν καὶ τοῦ πριτορος (καὶ στρατηγοῦ *S.*) διάταγμα ὁμοίως ἢ (καὶ *S.*) ἀνθυπάτου ἐκ τούτου γὰρ συνκατέθεντο τὴν ἐνπιρίαν καὶ παρίλημπται τῶν ἀποκριμάτων καὶ κεφαλαιωδῶς εἰώθαμεν (γὰρ συνκατένευσαν ἔμπειρον καὶ παρειλήπτης ἐξ ἀποφθέγματος *S.*) ταῦτα λέγειν νόμος γὰρ Ἰούλιος καὶ Πάπιος (*I. κ. Π. om. S.*) τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ δικαίου προσαγορεύονται.

Sed edicta imperatoria (constitutiones imperatoris *S.*)[1] similiter honorandum quod (quid *S.*) est et praetoris edictum similiter uel proconsulis [345] (* *S.*) ex ea (eo *S.*) enim consenserunt[2] prudentiam et receptum est responsorum et summatim solemus haec et (peritum et adsumptus ex responsis ista *S.*) dicere. Lex enim Iulia et Papia (*I. et P. om. S.*) ceterae partes iustitiae (*sic; iustū S.*) appellantur.

3. Regulas 'igitur[3] exsequenti 'quae[4] ad haec studia 'pertinent,[5] ante omnia 'genera et[6] (*condiciones hominum explicandae sunt*). nec enim unius sunt condicionis, sed uariae. 'quae singula ad hanc enarrationem pertinentia ordine referenda sunt.[7]

4. Omnes enim aut '(*serui aut liberi et rursus liberi aut*)[8] ingenui sunt aut liberti.[9] Sed ut magis possint sin-

---

[1]) *ICtus sine dubio scripserat* constitutiones principales.
[2]) *Possis tentare:* sed constitutiones principales perinde obseruandae sunt, atque praetoris edictum et simile proconsulis; ex eo enim compositae sunt. *Cf. const. Tanta circa* §. 18. *in fine.* [3]) γὰρ (*corrige* ἄρα) = enim *V. S.* [4]) μοι = mihi *V. S. edd. corrige* οἱ (κανόνες). [5]) ἀναγκαῖον = necessarium *V. S. edd. corr.* ἀνήκουσι. [6]) εἰδέναι = scire *V. S. edd. Sed hoc factum puto ex* εἴδη καὶ, *eaque de causa cum sequentia omitterentur,* ἀνήκουσι *in* ἀναγκαῖον, οἱ *in* μοι *mutatum.* necessarium ante omnia scire, *quae sint condiciones hominum liberorum. Lachm.* [7]) *Sic edd. vetustiores.* ατινα καθ' εκαστον (ἅτινα ἕκαστα *S.*) τα ανηκοντα προς ταυτην την ἐξηγησιν ανενεκταια (ανηνεκτατα *S.*) ἐστιν τη ταξει (ἐν τάξει *S.*) *V. S. Pro* enarrationem *ICtus scripserit* tractatum. [8]) *Supplevi, quod facile excidere, a ICto nullo modo omitti poterat.* [9]) *In lacuna, quam S. asterisco significat, ICtus dixerit, ingenuorum quidem unam condicionem esse, libertorum vero triplicem, aut enim cives Rom. aut Latinos aut*

gula declarari, melius uidetur, incipere a libertis 'et primum de Latinis referre,[1] ne saepius eadem interpretari cogamur. Primum ergo uideamus, quale est, quod dicitur 'apud ueteres, [346] eos,[2] qui inter amicos 'manumittuntur,[3] non esse liberos, sed domini uoluntate in libertate morari et tantum 'seruiendi metu[4] dimitti.

5. [5]Ante 'igitur[6] una libertas erat et manumissio fiebat uindicta uel testamento uel censu, et ciuitas Romana competebat manumissis; quae appellatur iusta ac legitima manumissio. hi autem, qui domini uoluntate in libertate erant, manebant serui, et si manumissores ausi erant in seruitutem denuo eos per uim redigere, interueniebat praetor et non patiebatur manumissum seruire. omnia tamen quasi seruus acquirebat manumissori: 'nam siue quid[7] stipulabatur uel mancipio accipiebat uel ex quibuscunque causis aliis acquisierat, domini hoc faciebat: id est, manumissi omnia bona ad patronum pertinebant.

6. Sed nunc habent propriam libertatem inter amicos manumissi et fiunt Latini Iuniani, quoniam lex Iunia, quae libertatem iis dedit, exaequauit eos Latinis 'coloniariis.[8] '(*sunt uero Latini coloniarii,*)[9] qui cum essent ciues Romani, 'proficiscentes[10] nomen suum in coloniam (*Latinam*) dederunt.[11]

---

dediticiorum numero esse. Cf. Gai. 1, 11. 12. 1) *αναφερειν και πρωτον περι ρωμαικων γραφειν* = adferre et primum de latinis romanis scribere *V. αναφ. και πρωτον om. S. Apparet γράφειν initio glossam superscriptam voci ἀναφέρειν hanc postea loco suo deturbasse. Aliter Lachm.* 2) *αυτους* = eos *V. αὐτοῖς* = (dictur)us eis *et vocem παλαιούς* = ueteres *transpositam post οἱ μεταξὺ φίλους habet S. Initio erat: ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς αὐτούς.* quod dicitur de eis qui inter amicos olim manumittebantur *Lachm.* 3) *ἠλευθεροῦντο* = manumittebantur *S. factum sc., postquam παλαιούς erat transpositum. Eadem de causa idem S. in sequentibus post μὴ εἶναι ἐλευθέρους addidit πάλαι.* 4) *τοῦ δουλικοῦ φόβου V. S.* seruitutis timore *V.* 5) *Hanc §. iam Lachm. fere restituit suo nitori.* 6) *γὰρ* = enim *V. S. edd. Cf. not.* 3. *p.* 428. 7) *ἢ ειτι* = uel si quid *V. S.* uelut si quid *Lachm. Sed ex praecedenti ἐλευθερωκότι geminandum ὅτι.* 8) *κολωμαριους V. κολοναρίοις S.* 9) *Supplevi.* 10) *Scripsi. απελευθεροι* = liberti *V. edd. καί* = et *S. Verum fuerit: ἀπελεύσαντες* = proficiscentes. *Cf. Cic. pro Caec.* 34, 98. *pro domo* 30. 11) *δεδωκεισαν* = dedissent *V.* = dederant *S. edd. 'Latinam' fere geminationis ope supplevi.*

7. In his, qui inter amicos manumittuntur, uoluntas domini spectatur; lex enim Iunia eos fieri Latinos iubet, quos dominus liberos esse uoluit. 'hoc uero cum ita sit,[1] debet 'propositum manumittendi[2] habere dominus. unde si per uim coactus, uerbi gratia 'ab aliquo populo[3] uel a singulis [347]
hominibus manumiserit, non ueniet seruus ad libertatem, quia non intellegitur uoluisse, qui coactus manumisit.

8. Item ut possit habere seruus libertatem, talis esse debet, ut praetor siue proconsul eius libertatem tueatur: nam et hoc lege Iunia cautum est. sunt autem plures causae, in quibus non tueatur '(*praetor uel*)[4] proconsul manumissionem; de quibus procedentes 'exponemus.[5]

9. Sed et illud obseruandum, ut is, qui manumittitur, in bonis manumissoris sit; et ideo, si tantum ex iure Quiritium sit manumissoris, non erit Latinus. necesse est ergo, seruum, '(*si ex iure Quiritium manumissoris sit, eius*)[6] non tantum ex iure Quiritium sed etiam in bonis esse.

10. Communis seruus si ab uno '(*ex sociis uindicta uel testamento*)[7] 'liberatus sit,[8] neque ad libertatem peruenit, et alterius domini totus fit seruus iure accrescendi. Sed inter amicos seruus ab uno ex sociis manumissus 'utriusque seruus manebit;[9] 'ius enim accrescendi[10] in hac manu-

---

1) τουτο δη ουτως εχον = hoc tamen sic habens *V.* τοῦτο δὴ οὕτως ἔχοντος = hoc tamen cum ita habeant *S. Cf. Lachm.*
2) προαίρεσιν ἐλευθεροῦντος *V. S.* = uoluntatem (*sic edd.*) manumittentes *V.* promissum manumittentes *S.* 3) *Velut in circo. Cf. L.* 17 *pr. D. qui et a quib.* (40, 9). 4) *De Lachm. cj. suppl.*
5) ἐπιδείξομεν = ostendemus *V. S. edd. Graecum verbum proprie est exponere, licet alio sensu.* 6) *Aperte flagitante sententia addidi; nam nec placet Buchholtzii cj. ad Fr. Vat.* §. 221., *nec Lachm., qui in fine supplet* '*manumittentis*'. *Praeterea ubique pro* '*manumittens*' (ἐλευθερῶν, *ut Graeci manumissorem appellare solent*) *ex ICtorum more scripsi* '*manumissor*'. 7) *Partim Boeckingi auctore supplevi.* 8) γενηται ελευθερος = manumissus liber fit *V.* 9) εκατερω κυριευσουσιν δουλος μενει = utrique dominabunt, seruus manebit *V. Scilicet* ἑκατέρῳ *vulgari errore pro* ἑκατέρου *scriptum ansam dederat, ut quis sequentibus* δουλος μενει *velut glossam superscriberet* κυριεύσουσιν. utriusque domini s. m. *Lachm.* 10) δικαιον γαρ ου (*pro* του) προσαυξεσθαι = istō enim non accrescere *V.* iustum enim non adcrescere *edd.*

missione' non uersatur;[1] licet[2] Proculus 'existimauerit,[3] accrescere 'eum socio[4]: 'qua sententia non utimur.[5]

[348] **11.** Proprietarius eum seruum, cuius ususfructus ad alium pertinet, non potest uindicta manumittere, obstante usufructu; et si manumiserit eum uindicta, faciet seruum sine domino. sed Latinum (*inter amicos manumittendo facere potest, tum scilicet, cum ususfructus non mutata interim uoluntate finitus erit*).[6]

12. Peregrinus manumissor seruum non potest 'ad Latinitatem perducere,[7] quia lex Iunia, quae Latinorum genus introduxit, non pertinet ad peregrinos, sicut et Octauenus probat. Praetor '(*tamen uel proconsul*)[8] non permittet manumissum seruire, nisi aliter lege peregrina caueatur.

13. Minor uiginti annorum manumittere neque uindicta potest neque testamento, itaque nec Latinum facere potest; tantum enim apud consilium potest manumittere seruum suum causa probata.

14. Is autem, qui manumittitur inter amicos, quotcumque est annorum, Latinus fit,[9] et tantum ei hoc prodest 'triginta

---

1) *ενηστρεφεται* = in qua uertitur (seruatur *Lachm.*) *V. edd. Corruptum illud ex οὐ μὴ στρέφεται.* 2) *ει. και.* = et quam *V.* quamuis *Lachm.* 3) *δοκιμασαι* = ęstimaverit, ꝓbave.rit *V.*
4) *μετα. κονωνων* = cū sotio *V. Ex* eū *cum factum esset* cū, *alius hoc vertit μετα.* 5) *ου τη γνωμη χρωμεθα* = qua sententia utimur *V. Sed οὐ, quod in superiorem versum aberravit, reponendum est ante χρώμεθα. Cf. similem Scaevolae locum L.* 93. §. 3. *D. de solut.* (46, 3) *et L.* 6. §. 2. *D. quib. mod. pign. solv.* (20, 6)*; de re Ulp.* 1, 18. *Paul.* 4, 12 §. 1. 6) *Tale quid supplendum. Non idem valet in manumissione vindicta* (*Ulp.* 1, 19)*, quae expressa condicione vel die vitiatur* (*de tacita vid. L.* 15. *D. de manum.* 40, 1) *et in qua ius et initium, non voluntas spectatur. De testamentaria manumissione ICtus h. l. non agit; idcirco puto, quoniam ea longiorem tractatum habebat; in ea enim, ut condiciones taceam, aetas servi spectatur. Nam minor XXX annorum testamento manumissus Latinus fit ideoque etiam a proprietario recte sic manumittitur; secus in maiore XXX annorum, nisi et hunc testator Latinum tantum facere voluerit. Cf. L.* 15. *cit.*
7) *προς λατινον* (*potius Λάτιον*) *αγειν* = ad latinum perducere *V. ῥωμαικον ποιῆσαι* = Latinum facere *S. Lachm. Sed haec facilior lectio ex glossa videtur enata.* 8) *Supplevi; proconsulis enim quam maxime hic mentio erat facienda.* 9) *si modo XXX annorum*

annorum aetas,[1] ut postea iterum possit uindicta uel testamento manumitti et ciuis Romanus fieri.

15. Mulier sine tutoris auctoritate non potest '(*inter amicos manumittere*),[2] nisi ius liberorum habeat. tunc enim (*uel*)[3] uindicta sine tutore '(*auctore*)[4] potest manumittere. [349] unde si mulier absens liberum esse iusserit, quae ius liberorum non habeat, quaesitum est, 'an Latinum faciat[5] tutore eius auctoritatem accommodante eo tempore, quo epistola scribitur seruo a domina? Iulianus negat; existimat enim, eo tempore debere auctoritatem praestari, quo peragitur manumissio; tunc autem peragi intellegi,[6] cum seruus cognouerit dominae uoluntatem. Sed Neratius Priscus probat, libertatem seruo competere; sufficere enim, quando epistola scribitur, adhiberi auctoritatem tutoris. cuius sententia et constitutione 'principali[7] confirmata est.

16. Seruum pigneri datum ciuem Romanum facere debitor non potest, '(*generaliter obligatum potest*),[8] nisi si forte

---

minor causa apud consilium probata manumissus sit. Sed in eo causa non probata una erat earum causarum, ex quibus praetor libertatem non tuebatur, de quibus causis auctor postea disputaturus erat (§. 8). 1) *τη ελευθερια V. ἐλευθερία S.* = libertas *S. edd. Sed corruptum illud est ex λ' ἐτῶν ἡλικία, postquam pro* aetas *scriptum erat* libtas. *Nisi forte vitii originem in Graecis quaerens emendare mavis: λ' ετη ελευθερῳ* = (tantum hoc) prosunt xxx anni liberto. *Omnino cf.* §. 17. hoc ei procedit manumissione *Lachm. sed absurdum est dicere, manumissionem, quae Latinum facit, nihil amplius efficere, quam ut idem iterando ad civitatem Romanam perduci possit. Verum sensum emendatae lectionis docent Ulp.* 3, 4. *Gai.* 1, 17. 18. 2) *Edd. minus recte om.* inter amicos. 3) *Supplevi: omissum ob sequens* u-indicta.
4) *Supplevi.* 5) *Post εξητηται V. habet τουτο η* = hoc an. *Scilicet του-τοη remansit vel factum est ex -νου ποιῇ, ειλατει- vero periit propter similitudinem antecedentis ἐξ-ητηται. Sic Lachmanni coniectura confirmatur.* 6) *νοειται V. S. pro νοεῖσθαι, ut vidit Schilling. Antea cum Cuiac. pro* enim *scripsi* autem. 7) *Librarii αὐτοκρατορικῇ verterunt* imperatoria. 8) *Addidit Dernburg Pfandrecht II. p.* 14. *idque mihi magis placet, quam quod edd.* 1. 2. *scripseram:* Generaliter servum p. d. c. R. f. d. n. potest, si forte *etc., illo* generaliter *inde effecto, quod V. eo loco habet ει* = si (sed *omissum S.*) *quod ex εν γεν-ει superesse ratus eram.*

soluendo non sit.[1] obstat enim libertati lex Aelia Sentia, quae prohibet seruum creditorum (*fraudandorum*) causa manumissum ciuem Romanum fieri. sed Latinum '(*facere*) potest.[2]

17. Qui censu manumittitur, si triginta annos habeat, ciuitatem 'Romanam 'apiscitur.[3] sed debet hic seruus ex iure Quiritium manumissoris esse, ut ciuis Romanus fiat.

17a. 'Quando Romae census agitur, solet post censum lu-
[350] strum condi:[4] est autem lustrum quinquennale tempus, quo Roma lustratur. Magna 'uero[5] dissensio est inter prudentes, '(*quae in censu aguntur*),[6] utrum eo tempore uires accipiant omnia, quo census '(*eorum agitur*),[7] an eo tempore, quo lustrum conditur. sunt enim, qui existimant, non alias uires accipere quae in censu aguntur, nisi haec dies sequatur, qua lustrum conditur; 'alii uero probant,[8] censum descendere ad

---

1) *εκτος ει μη προς αποδοσιν η* = nisi forte ad credendum sit *V.* *ἐκτὸς εἰ μὴ οὐ πρὸς ἀπόδοσιν* = nisi si soluendum non sit *S.* nisi forte soluendo sit *Lachm.* 2) *και* = et *V. S.* *habent ad insequentis §i initium tractum, ubi molestum est. Mihi superesse videtur ex ποιεῖν δύνα-ται. Latinum vero debitor facit statim; neque enim fraudare videtur creditores, qui retento iure Quiritium manumittens, facit, ut servus diligentius sibi quaerat, unde creditoribus satisfieri possit. Cf. Gai.* 2, 153.
3) *κτᾶται V. S.* = possidet *V.* = pascitur *S.* = potitur *Lachm.*
4) *V. qui haec bis continet: αποτιμησις δε επιρωμης αγεσται ἴωθεν η αποτιμησις καθαρμωκτιζεται* = census autem 'inroma (*secundum:* apud romam) agi solet uel census lustro conditur. *At S.: τίμησις μέντοι ἐπὶ ῥώμης ατηθαις εἴωθεν. τίμησις μέντοι καθαρμῷ κτίζεται* = census tamen Romae agi solet. In census autem lustro conditur. *Graeca igitur sic restituenda sunt: ὁπότε (quod periit propter ἀποτι-μησις) ἀποτίμησις ἐπὶ Ῥώμης ἄγεται, εἴωθεν 'μετὰ (quod abiit in postpositum illud μέντοι) τὴν ἀποτίμησιν κάθαρμος κτίζεσθαι. Et sic convenit his, id quod in fine dicitur:* Sed in urbe Roma *etc.* 5) *μέντοι V. S.* = autem *V. Lachm.* = tamen *S.* 6) *Haec verba, omissa quia paullo post recurrunt, necessario supplenda erant.* 7) *Edd. tantum* agitur *supplent.* 8) *ὑπολαμβάνουσιν γὰρ* = existimant enim *V. S. Sed haec a librario profecta sunt, qui male interpretans ea, quae nunc sequuntur, iis eandem illam sententiam, ex qua census lustro confirmatur, verbis tantum mutatis, iterum referri putavit, quamobrem S. priorem illam sententiam* (sunt enim qui existimant .... lustrum conditur) *tanquam glossema omnino omisit. Hoc enim errore eo perductus est, ut praemissa diversae sententiae verba sic, quasi ea prior esset, mutaret.*

diem lustri, non lustrum 'recurrere[1] ad diem census. Quod ideo quaesitum est, quia '(*si*)[2] omnia, quae in censu aguntur, lustro 'demum confirmantur,[3] (*etiam censu manumissis lustro demum condito libertas competitura est*).[2]

17b. Sed in urbe Roma tantum censum agi notum est; in prouinciis autem magis professionibus utuntur.

---

1) *De Lachm. cj.* κατατρέχειν = decurrere *V. S. Sententia est, lustrum sequi tantum censum, non ita, ut eum confirmet, ad eum referri.* 2) *Supplevi; nam huiusmodi quid excidisse ut ponamus, totius loci ratio facit.* 3) *Ante versum* Θ ἰσχυροποιοῦνται = confirmantur *V. Suspicor,* demum *aliquando pro* decimum *acceptum, idque X notatum, deinde casu IX corruptum, hoc modo Graece redditum esse.*

AEMILII PAPINIANI

EX LIB. I. RESPONSORVM SVB TITVLO DE PACTIS.[1]

[351] Inter uirum et uxorem pacta non solum uerbis 'sed et[2] uoluntate contrahentium constituuntur,[3] ut neuter coniugum locupletior fiat.

---

1) *Hoc fragmentum ex lege Rom. Visigothorum, ubi finem facit, novissime editum est a Boeckingio in edit. Ulp. fragm. Lips.* 1855. *p.* 175. *et ab Haenelio in L. Rom. Visigoth. p.* 452. *Inscriptio pro lubitu librariorum et editorum admodum variatur; attamen omnes hoc ex Papiniani lib. I. resp. sub titulo 'de pactis inter uirum et uxorem' petitum significant. Ex quibus verbis postrema, aperte ex initio ipsius responsi perperam geminata omisimus. Papinianus enim cum responsa sua ad ordinem edicti perpetui disposuisset, habuit quidem libro I. eorum titulum de pactis (cf. Fr. Vat.* 108.), *ex quo etiam sumpta est L.* 40. *D. de pactis* (2, 14). *Titulus autem de pactis inter virum et uxorem quanquam ceterum non inauditus (Paul. S. R.* 2, 22) *ad pacta dotalia pertinuit, de quibus Papinianus, testante L.* 26. *D. de pact. dot.* (23, 4), *lib. quarto resp. egit.* 2) set *edd.* sed ex *unus Cd.* 3) *i. e. stipulatione non interveniente, ita valent, ut non modo exceptionem pariant, sed etiam aut rei uxoriae actioni inesse videantur, aut actio in factum dari debeat. Cf. ex. gr. L.* 9. *L.* 12 *pr.* §. 1. *L.* 14—19. 21. 22. *L.* 26. § 3. *D. de pact. dot.* (23, 4). *Cf. Schol. Basil.* 11, 1, 7. *p.* 561. *Ex stipulatu vero actio nec ex huiusmodi pactis nascebatur, nisi subdita stipulatione. Paul. S. R.* 2, 22. §. 2.

EIVSDEM AEMILII PAPINIANI

EX LIBRO V RESPONSORVM CVM NOTIS PAVLI ET VLPIANI QVAE FOLIO DVPLICATO BEROLINENSI MVTILA SERVATA SVNT.

De quo folio adi (Th. Mommseni et P. Krügeri) *Monatsberichte d. Kön. Akad. d. Wissensch. zu Berlin* 1879 p. 501—518 (adde Eadem a. 1880 p. 363 seq.) et de nostra harum laciniarum restitutione librum meum *die jüngst aufgefund. Bruchstücke aus Schr. Röm. Juristen. Lpz.* 1880. p. 26 seq. Uncinis talibus [ ] inclusa sunt Digestorum loca, in quibus nove reperta iam plenius legebantur.

---

1. Tutores absenti . . . . . *annum* | XIIII inplesset, n . . . . . *cu*|ratores sui[1] ad . . . . | runt iusti c . . . . . . | neque offici . . . . . | t . placuit, ut . . . . . .

2. [*L. 5 pr. D. quando ex facto tut.* (*26*, *9*)]

3. [*L. 5. § 1. D. eod.*]

4. [*L. 8. D. eod.*]

5. [*L. 11. D. de susp. tut.* (*26*, *10*)]

---

6. [*L. 39. §§ 3 . . . 5. D. de adm. et peric.* (*26*, *7*)]

---

7. . . . . [*talibus non opitulatur ius*] ciuile nepotibus. quod uero *contra tabulas bonorum possessionem pet*ere non cogitur, ne minu*atur suum ius*, *cum* nepos ut filius sem*issem habeat*, no*n* minui talis est uit*ii non ferendi*, quod ex filiae persona se*quitur et per ex*ceptionem doli placuit eme*ndari oportere*, *ac*, *si* scriptus is filius per fr*atrem emanci*patum ac praeteritum *edicto commisso* contra tabulas solus possessionem *accepit*, *ut personis ex*trariis legata praestare *non deberet*, comm(*is*)isse uidetur, quam*quam testamen*tum patris tueri

---

[1]) *In C. esse* | ratoresui *Krügerus post monuit. fortasse igitur cu*ratores ui.

po*tuit hereditatem adeundo*. idque optimi maximique principes *nostri* r*escripserunt et sententia* diui Hadriani in persona Co*rnelii Prisci*ani demonstrauit.

8. [*L. 22. D. de bon. poss. c. t. 37, 4*] Bonorum possessione contra tabulas emancipato [1] praeterito filio data scriptus heres alter filius, qui possessionem accepit uel iure ciuili contentus non accepit, legata praecipua non habebit.

PAVLVS. Ergo in filio, qui *coheres scriptus bonorum possessionem* potuit *pe*tere, contra seruabit*ur*, [2] *siue hereditas ad e*um p*ertineat tantum iure ciuili*, *si*ue bonorum *possessio quoque*.

9. Papinianus. *Filia in* causa (*conf*)eren*dae dotis accep*ta bonorum possessione contra tabulas aut intestati *dotem fra*tribus (*con*)ferre non cogitur.

---

10. [*In adoptionem datus filius heres institutus, si condicio institutionis extitisset, commisso per alium edicto, eandem quam*] *emancipatus bonorum* possessionem haberet, ideoque *liberis et pa*rentibus primo lo*co legata re*licta praestar*et*, quae non praesta*bit*, *si con*dicio institutionis de*fecit: et tunc qui hereditatem* adierunt, tabulis quoque non si*gnatis*, *tuentur;* defertur enim ne nuncup*atis quidem aliter*, *et* possessio eius ualuit non ma*gis quam uale*ret, si primus gradus *ruptus esset.*[3]

11. *In eo gradu*, *a q*uo exheredatus non fuit, postu*mo contra tabulas uel nun*cupationem peti posse bonorum possessionem *placuit; legi Vellae*ae enim non offenditur, *cum non sit*, *ut ei*us heredis, qui legem exclu*dit*, *testamenta*ria.

12. *Ex filio herede f*acto nepos alium ex*traneum seque*ns substitutus contra t*abulas bonorum possessionem non acci*pit, quoniam (*e*)i non pro*dest*, *quod primo ab auo s*uo praeteritus est, quem *pater praecedit post* successurum.

13. *Iure ciuili tueri*, qui non iure honorario, potest, *ut qui uxori uel uxor* ei matrimonio successit.

---

1) *Hanc vocem omissam supplendam esse, monet in fine nota Graeca correctoris interlinearis:* Pinp. (= Πίμπλη) ἐλθόντος emancipato praeter. 2) *Hactenus librarius Pauli notam perperam bis scripsit.* 3) *In margine glossae duae partim Graece scriptae legi non potuerunt.*

14. *Cum de iure testamenti disp*utatur, qui negat ne*que ob id probat*, *a*ut sic*ut* in rupto testamento *probat*, *tamen bonorum* possessionem sed contra tabulas *'accipit*, *quia causa liberorum prae*[1] *teritorum me*lior uidetur.

15. [*L. 5. D. de dotis collat. 37, 7.*] •

[2]**16.** [*L. 9. D. de dotis collat. 37, 6. inde a verbis* (Idem) nepos si.][3]

17. [*L. 17. D. de iniusto rupto 28, 3.*]

18. [*L. 5. D. de dotis collat. 37, 7.*][4]

---

1) *In ipso hoc versu ceterum vacuo in fine litteris minutis additum est* lpina (*vu*lpina?) 2) *Num.* 16—18 *alii* (*Krügerus putat eiusdem*) *codicis folio singulari sed binis columnis scripto debentur quod paulo post in eadem farragine repertum et excussum est, de quo vid. Krüger in iisdem 'Monatsberichten'* 1880 *p.* 363 *seq. et Zachariae de Lingenthal in 'Deutsche Litteraturzeitung'* 1881 *p.* 370. *Hic praeter convenientiam fr.* 17 *cum L.* 17 *ibi cit., quam iam Krüger observaverat, etiam fr.* 16 *in L.* 9 *cit. et fr.* 18 *in L.* 5 *cit. recurrere vidit indeque Krügerum folii paginam posteriorem* (col. III. IV) *errore pro priore habuisse demonstravit. Quae praeterea in utraque pagina lecta sunt, in his et quinque scholia Graeca in intercolumniis quorum uni satis clare nomen 'Ριτισιος praescriptum est, et notae semel vel bis Pauli, ter Ulpiani* (*illo hunc certe semel ad idem responsum praecedente*) *et ipsa omnia ad c. t. b. possessionem pertinere mihi videntur. Sed et fere omnia tam lacera sunt, ut vix tuto hic referri, nedum certae sententiae inde effici queant.* 3) *Nam quae paucula praecedunt in novo folio col. II, v.* 1—4 *Tribonianus omisit. Item Ulpiani notam, cuius reliquiae ibidem v.* 10—17 *adiiciuntur. Eam vero statim excepisse videtur sequens fr.* 17 = *col. II v.* 18—23 *sed ita, ut Tribonianus omissis, quas folium v.* 24—30 *subiicit, Pauli et Ulpiani notis, ex iis ipsum Papiniani responsum in fine* (*v.* 23) *mutasse deprehendatur.* 4) *Cf. idem in fr.* 15. *Quod cum ibi prorsus aliis praecedentibus et ex codice fortasse non item binis columnis scripto referatur, vix est, ut nostrum folium ex Krügeri sententia ad eundem codicem pertinuerit, praesertim cum Pauli et Ulpiani nomina in eo non ut ibi rubro colore scripta sint.*

EX

EIVSDEM AEMILII PAPINIANI

OPERIS LIBRO IX.

Incrementum hae ex Papiniani responsorum libris cum Paulli et Ulpiani notis reliquiae nuper senserunt ex laciniis quibusdam membranaciis, quae item ex Aegypto et regione illa antiquae Arsinoes vel, ut post ea relatum est, Serapei oriundae nunc Parisiis in museo 'du Louvre' asservantur, vulgatae inde sub hoc titulo: *Textes inédits de droit romain par R. Dareste. Paris* 1883. Sunt autem quattuor frusta opisthographa perquam lacera et diversi modi, sed, ut visum est Darestio[1], unius eiusdemque folii litteris uncialibus, non raro etiam singularibus sive notis iuris, ab utraque parte et (quod Darestius monere supersedit) per binas quas proprie nunc vocant, columnas scripti: quibus in frustis quod in integro codice, amplo ad dexteram et sinistram margine relicto, scriptum erat legique adhuc potuit, cauta purgatione et chemicis remediis fortasse nondum adhibitis, Darestius cum tamen non octo, sed duodecim, ut ipse appellat, paginis repraesentavit litterisque ABCDEF, GHIJKL insignivit, amplissimum frustum ipsique Darestio primum (AB—GH^{v}), in quo aperte duae versuum quanquam e longinquo iuxta se positae series in tabula heliotypica apparent, itemque aliud, in quo idem licet tectius apparere tamen negari non potest (DE et KL^{v}), utrobique duas illas versuum series eiusdem frusti tacite pro duobus quasi frustis et foliis esse iubens et paginas appellans, sic octo paginas

---

1) An iure? dubito. Primum enim 'paginas' vel fragmenta A et B (in tergo G et H), de quibus statim dicetur, non, ut opineris, binarum eiusdem folii columnarum, sed binorum foliorum tantum complicatorum scripturam continere, iam spatii interiacentis litteris vacui magnitudo evincit, idque confirmant in heliotypia complicationis, qua ex uno duo folia gemina fiebant, conspicua in medio, ni fallor, certa vestigia. idem vero statuendum videtur etiam de DE et KL. Praeterea etiamsi non omnium 'paginarum' (rectarum vel versarum), quae pleraeque tantum columnae incertum sinistra an dextera sunt, versus connumerari posse ad aestimandam ceterum incertam codicis altitudinem in aprico est, tamen etiam hac ratione a statuendo uno tantum folio prohibemur, quod id insolitam codicis altitudinem praeberet.

effecit, quibus ex reliquis duobus frustis minoribus item opisthographis accedunt quattuor. Eorum quidem in uno a Darestio repraesentato tantum in C et I^v item duae versuum series iuxta se verum non e longinquo sed parvo tantum spatio vacuo intermedio ideoque aperte in eadem pagina scriptae sunt, prior sinistra fines, altera dextera initia versuum continens (in tergo vice versa); est scilicet unicum, quod utpote ex medio tantum aliquo folio superstes nobis probat, etiam codicem, unde haec fragmenta servata sunt, per columnas scriptum fuisse. (A scilicet et E^v tantum cum parte aliqua interioris marginis columnam dexteram, in A usque ad marginem, cetera frusta alicuius incertum cuius columnae fragmenta praebent.)

Ceterum quo ordine frusta in integro codice secuta fuerint et quae paginae eorum priores quaeque posteriores fuerint (praeterquam quod de pag. A antecedente B, et de G similiter H, item de columna priore antecedente posteriorem in G et I^v iam dictum est), nunc certe et donec iterum feliciorique successu hae laciniae tractabuntur, dici non potest. Sed et frustra foret mea sententia, qui ex scripturae reliquiis in frustis, quae supersunt, earumque opinata cohaerentia subsidium in iis quae perierunt, restituendis, posse quaeri speraret. A qua sententia interim necdum recedo, postquam comperi, iam superiore anno doctissimum Alibrandi, ut Scialoja in 'studi Senesi' Vol. I (1884) p. 87 seq. ipse cum aliis probans retulit, observasse sibi visum esse, priorem columnam in pag. C partem esse paginae B, cum versibus eius abruptis in fine ab altero usque ad sedecimum coniungendam velut hoc modo:

> (2) Seruos ab eo qui n[*on e*]d‖id[*it*] cen[*sui*] (3) ante crimen inlatu‖m m(anu)miss[*os*] (4) ad lib(erta)tem p(er)venire ‖ placuit s(ed) o-(5)missi[*one peculii eorum*]‖ patronus (6) incensorum crimine ‖ teneb(itur) [*nec ii tene*](7)bunt(ur) *etc.* (*vid. cetera infra ad C.*)

Quod ingeniose sane excogitatum ut in quibusdam speciem habeat, tamen in aliis plane non satisfacit, sed offendit. Et ut alia h. l. taceam, adiuncta ita C ad B nascitur folium immodicae latitudinis; in heliotypia non apparet, sic nihilo interiecto continuari posse versus in B deficientes; solitus litterarum numerus in versu non servatur, nec Darestii lectionem etiam probabilem in tantum decipere credibile est.

Omnes servatae laciniae partim tritura vel scissura partim situ et squalore tam sunt deformatae, ut pauca tantum in iis sive verba sive singula elementa potuerint legi et de restitutione sententiarum plerumque desperandum sit. Darestius quidem praeter lectionem suam litteris capitalibus pro uncialibus expressam, hiatuum vero spatiis anxie non indicatis, cui lectioni ex adverso in alia pagina 'restitutionis' periculum posuit, etiam tabulas heliotypicas addidit, sed

ipse, quod et res confirmat, fatens lectionem iis parum iuvari. Quare nobis editoris lectio, quam vulgaribus litteris repetimus, vice codicis interim esse debet.

Quo ex opere haec fragmenta nobis servata sint, editor ne coniectura quidem significat. Quam tamen iam solius Paulli et Ulpiani nomina similiter ut in Berolinensibus ex Papiniani responsis superstitibus membranis minio passim notis praescripta satis tuto indicabant. Sed coniectura iam opus non est. Rem confecit omneque dubium sustulit a compluribus doctis viris, in Germania a Zachariaeo de Lingenthal, alibi ab Alibrandio, Esmeinio et Scialoja, referente id hoc ipso l. c., facta eodem fere, ut videtur, tempore observatio, ea quae in pag. D media Darestius legit, in L. 35 D. de statulib. (40, 7), quae in media pag. H, in L. 50 D. de manum. testam. (40, 4) modo plenius et emendatius verbo tenus contineri, utroque vero loco Papiniani responsorum libro IX inscripto, in quo constat de manumissionibus eum egisse. Hoc vero inventum etiam alia duo nos docet: primum Darestii lectionem etiam ubi satis certa videtur, eam fidem plerumque non merere, cui coniecturalis restitutio tanquam certo fundamento insistere possit. Alterum, quod rei peritus facile ipse deprehendet, plenos versus in nostri codicis columnis perinde ac in Berolinensi folio duplicato, litteras circiter viginti quinque paulove plures vel pauciores habuisse, ut, cum caetera quoque scripturae, loci, argumenti adeoque similium fatorum indicia aut aperte mirifice consentiant, aut certe in quo discrepantia sit, non appareat[1], utraque fragmenta ex eodem codice superesse maxima cum probabilitate statuas: codice vero praeterea venerandae antiquitatis; nam post abolitas a Constantino a. 321 L. 1 Th. C. de resp. prud. (1, 4) Ulpiani ac Paulli notas, quis facile Papiniani responsa cum his describenda dedisset? Praeterea prius illud me movit, ut non modo quam Darestius suam dicit restitutionem, quanquam interdum ingeniosam et veram, praesertim cum fere nusquam ea plenam sententiam praebeat, sed et ipsam eius lectionem in plerisque 'paginis', cum lacerorum verborum vel litterarum sine sensu relatio magis taedium movere quam utilitatem aliquam lectori afferre possit, omnino omitterem tantumque selecta ex ea, quae usui esse possent, eaque plerumque modo in notis referrem. Excipiendae tamen erant pag. B et C, ubi restitutio aliqua quamquam dubitanter iam nunc effici posse videbatur, et D et H, in quas incidunt L. 35 et L. 50 D. citt., ut quod de iis diximus lector proprio obtutu facilius diiudicare possit.

---

[1]) Noli tamen putare, qui error Darestio fraudi fuisse videtur, eam quam Berolinensis folii habemus imaginem Krügerianam scribendo aliquatenus assimulatam esse photographicam.

Post haec scripta et iisdem paene verbis (paucis nunc additis) in 'Zeitschr. d. Savigny-St.' part. iur. Rom. vol. V (1884) p. 181 seq. publicata, eodem fere tempore et ibid. p. 166 seq. P. Krüger suam lectionem harum laciniarum nec tamen ex ipsis membranis (earum expetita Berolinum transmissio denegata erat) sed ex Darestiana heliotypia, cui magnam tribuit auctoritatem, edidit. Quae etiamsi fortasse quaedam emendavit, satius tamen duxi, in incerta adhuc re, donec ipsae membranae inspectae certius fundamentum praestiterint, in consilio meo et iam scriptis perstare.

B[1]

cessis
Seruosabeoquinod[2]
antecrimeninlatu
adlib.tempuenire
missiqq.similiterui
incensorumcrimine
bunt'

Ulp. Q.amecensus
n.fuerintliberi

Paul.Siclusocensu
necp'teacensus
sorumpoenisn

Paul. Quareipsisicluso
missisunt

Apudu eresātanteq̄
do usiudicaret'
tine eꝯstitit

(Sequuntur trium versuum paucae litterae. Eos antecedens huius columnae pars probabiliter sic restitui posse videtur:)

Seruos ab eo, qui n(on) d*etulit eos*,[3] | ante crimen in-

---

1) Page mutilée à droite. Il manque cinq ou six lettres à chaque ligne (?). La lecture me parait certaine. *Dar. Sunt versus* 20 *col.* 1. — 2) *Littera minuta* o *post* n *si non errore pro littera est habita, potest cum sequente, quae periit, fuisse* de *vel* eo[*s detulit*]. *Ceterum haec Papiniani sunt.* 3) *Versus modus pro* eos *addi patitur* in censu, *quod fortasse non praecesserat.* — dedi-

latu*m*[1] *t*(*estamen*)*t*(*o*) *m*(*anu*)*m*(*issos*)[2] | ad lib(erta)tem p(er)uenire *c*(*on*)*stitit*:[3] *m*(*anu*)|missi q(uo)q(ue) similiter ui*ndicta* | incensorum crimine *non tene*|bunt(ur). |

Ulp(ianus). Q(ui) a me census *temp*(*ore*) *m*(*anu*)*m*(*issi*) *p*(*ro*)*fessi* | n(on) fuerint, liberi *non erunt.* |

Paul(lus). Si cluso[4] census *p*(*ro*)*fessi fuerint*,[5] | nec

---

caverit. *Darest. scilicet secundum Varr. de L. L.* 5, 168. *Cic. pro Flacco* 32. *Gell.* 7, 11. *Sed praestat Zachar. cj. 'detulerit', posteriori aevo conveniens. Senec. de benef.* 1, 3. *L.* 4 *pr.* §§. 5—7 *D. de censib.* (50, 15). *Boëth. in Cic. Top.* 2. qui n[*on* e]d||id[*it*] cen-[*sui*] *Alibr. ex pag. C adiuncta. Sed* edere censui *pro* in censum deferre *vix Latine dicitur. — Servos specialiter in censum deferendos fuisse, docent Cic. pro Flacc. l. c. L.* 4. §. 5. *D. de censib.* (50, 15). *Poena non delati (puta dolo malo), etiam ipsi cohaerens, ut manumissus ad libertatem non perveniret, adhuc incognita (cf. Fragm. de iure fisci* 18. 19). *Item, ut ex proximis patet, similis eius poena, qui census tempore a domino quidem (ita tamen ut censorem adiret, non alio modo iuste) manumissus ipse suam libertatem professus non erat: nec id mirum; nam et civis, qui censeri noluit, libertate indignus est iudicatus. Cic. pro Caec.* 34, 99. 1) *cf. L.* 12. *D. de l. Corn. de fals.* (48, 10). 2) *Sic iam recte Dar., cui etiam proxime sequentia supplementa debentur. Nota, duo effecisse, ut censu servus liberaretur, domini tempore census iussum (manumissionem) et servi ut civis Rom. censualem professionem. Ulp.* 1, 8. *Fr. Dosith.* 17. *Boëth. in Top.* 2. — inlatu||m m(anu)miss[*os*] *Alibr. Sed manumittendi modus desideratur, nec spatium hic et in sequ. versibus expletur. Deinde in his (vid. praef.) immixta 'omissione peculii eorum' aperte vis infertur codicis lectioni, incensi novo modo etiam censi dicuntur, qui 'omiserunt' quasdam res i. e. (?) professi non sunt, et Ulpiani notae omnis certus sensus detrahitur, cum pro 'professi' scribitur 'delati' (?).* 3) *vel* placuit *vel cum Dar.* r(espondi) *fortasse recte.*

4) *Antiquior verbi forma pro* clauso *etiam in Pandectis interdum servata. Ceterum ut quae sequuntur, recte intellegantur, notandum est, legitime finiri censum et cuiusque tempus census tantum lustro condito, eoque censum perfici proprie dictum esse (Liv.* 3, 24). *Quod tamen cum saepe multo post et peculiari semper edicto (Liv.* 1, 44) *fieret, non raro ob causam aliquam, velut ob mortem censoris, omnino intermitteretur, etiam de fine a se censendi operi interim imposito populum monuisse censor credendus est, id quod 'censum claudere' proprie, puto, dicebatur. Nec tamen hoc eum prohibebat, quominus, lustro nondum condito, sive iustam ob causam sive gratia alio edicto vel tacite ipso facto rursus censendi munus susciperet, et maxime quidem, quod nemini*

p(os)tea census *p(er)fectus sit*,[1] *incen*|sorum poenis n(on) *tenentur.* |

Paul(lus). Quare ipsi si cluso censu *alit(er)* *m(anu)*-| missi sunt, *item liberi fiunt.*

Apud u*e*teres a(u)t(em), anteq(uam) *fraudis* | do*min*us iudicaret(ur),[2] *datas li(berta)tes ob*|tine*r*e c(on)stitit.[3]

C[4]

col. 1.	col. 2.
	Ulp. Exceptisquittolib'tem
iducenti	runt[5]
mmmissi	Qsiubisfc.lib'temacce
placuit so	eor.c̄pbandam[6]

---

id fraudi erat, ante censum clusum manumissorum professiones accipere favore libertatis etiam debebat, nec hi ipsi tum ob omissam census tempore professionem censui se subtraxisse et ob id incensorum poena teneri dici poterant. [5]) liberi fiant *Dar. Alibr. nescio quo sensu.*

[1]) actus fuerit *Dar. Non probo. Hoc enim Paullus, ut puto, vult: etiamsi postea lustrum conditum non sit (eo enim facto dubium esse non poterat, cluso censu professos tempore census ideoque recte professos esse). Ipsum lustrum autem non commemorat, quod id iam diu Romae obsoleverat, nec scimus, quid fortasse in eius locum successerit. Quod Alibr. restituit, ut putat, ex pag. C:* (9) Paul. Si cluso censu || [*manu*]missi sunt (10) nec p(os)tea census || a[*ctus est*] ince[n](11)sorum poenis n(on) || [*tenentur*] (12) Paul. Quare ipsi si cluso || [*censu liberi fiant,* recte] (13) [manu]missi sunt *rursus plerumque arbitrarium est mihique sine sensu; nam manumissione quidem liber servus fit, nec vero eo quod liber fit manumittitur.* [2]) *Similiter Tab. Bantina* 21 (*Osk. Sprachdenkm. p.* 67. 110). *Pro 'fraudis' etiam 'ob fraudem' restituere possis et deinde pro 'datas' etc. n(on) eam ad eum p(er)*|tinere.

[3]) Apud veteres autem antequam censum defraudasse | dominus indicaretur . . . . per|tinente constitit. *Dar. Pro 'fraudis' ex tab. C* [*in*]censu[s] (*sed C habet et alio versu et initio* censui) *et* (15) do[*min*]us iudicaret(ur) [*liberta*]||tes ob||tine[*r*]e constitit. *Alibr. Litterae* tes ob *rursus alio versu apud Dar.* [4]) Deux pages mutilées l'une à gauche, l'autre à droite. Lecture en général certaine, sauf à la ligne 8. *Dar. Sunt versus in priore col. fere* 19, *in altera totidem.* [5]) testamento libertatem accepe|runt. *Dar.* [6]) quodsi verbis fideicommissi libertatem acceperint | eorum causam probandam *Dar. Recte, sed post* acceperint *addendum 'pl(acuit)'.* |

col. 1.	*col. 2.*
patronu′	Seruumin
teneb′	commisso ceue
	uindicaripo fru
emfore	mittatistititcump′tfi
	rissinedominoeerdi[1]
missisun̄	priusq̄usucapiat′iusta
asc′ince	tatemafcsio ccipe
	aco intremota
	pristinumreddi[2]
	qpublicanduse
censui	dominieedesinitinte
tesob	iniectioneeteumqre
	lib. ateeiusquinpessus[3]
p. XXX	lib. tes ip dihad[4]
eru	

Sententiam firmant et explicant Gai. 1, 38. *Ulp. L.* 4. §. 18. *D. de fdcs. libert.* (40, 5). *L.* 5. *C. eod.* (7, 4). — *Praecesserat igitur hanc Ulpiani notam Papiniani sententia, servos a domino XX ann. minore nisi vindicta causa probata manumissos cives Rom. non fieri.* [1]) *Inde a. v.* 6: vindicari posse frustra manu|mitti constitit cum poterit filius testato|ris sine domino esse respondi, sed cum | (!!) *Dar. Ex inferioribus patet, de servo in bonis fideicommissarii sermonem esse, eumque statim cum potest i. e. antequam usucaptus sit, a rogato manumissum comparari servo, dum in alieno usufructu est, manumisso, de quo cf. Fr. Dosith.* 11. Statim cum potest *intellego: cum ex. gr. hereditas fideicommissario restituta est nec praeterea condicio vel lex impedit manumissionem, sed tantum, quod nondum pleno iure servum acquisivit, quem testator civem Rom. fieri voluit.* [2]) respondi, sed eum | priusquam usucapiatur iustam liber|tatem a fideicommissario non accipere, non enim posse | iis qui acceperint remota libertate statum | pristinum reddi *Dar. Mea sententia in v.* 11 *tantum fuit:* tatemafcsio *posse accipere. Novam enim incipere sententiam inde a v.* 12, *prodit, quod iam de servis, non, ut antea, de servo sermo est. Eaque videtur fuisse, quam postea informavi.* [3]) PESSUS *pro* PFESSUS *Dar. vitio codicis an typothetae incertum.* [4]) *Inde a v.* 15: qui publicandus est ut incensus | domini esse desinit interea, manus | iniectione et eum qui remota li|bertate eius qui non professus est | libertates rescripto divi Hadriani *Dar. Invito codice et sensu inepto.*

(Alterius huius paginae columnae versus, quorum vestigia scripturae exstant, qui sunt undeviginti, omnes restitui posse videntur, maximam partem non tantum sensu sed etiam verbis certis, in hunc modum:)

Ulp(ianus): Exceptis, qui t(estamen)t(o) lib(erta)tem *merue*|runt. |

[1] Q(uod)si u(er)bis f(idei)c(ommissi) lib(erta)tem acce*perint*, *pl*(*acuit*) | eorum c(ausam) p(ro)bandam. |

[2] Seruum in *bonis f*(*idei*)*c*(*ommis*)*sarii*[3], *fidei* | commisso *data lib*(*erta*)*te*, u*t eum*, *q*(*ui*) | uindicari p(otest) o*b usum* fru*ctum*, *si m*(*anu*)|mittat(*ur*) st*a*ti*m*, cum p(ot)e(st) f(idei)c(ommissa|ri*us*, sine domino e(ss)e r(espon)di, *neque eum* | priusq(uam) usucapiat(ur), iust*am lib*(*er*)|tatem a fideicommissa*r*io *posse a*ccip*ere*. |

In seruos, *si semel iustam liberta*|*tem*[4] accep*er*int, remota *liberta*|*te* pristinum reddi *dominium non potest.*[5] |

I(*nter*) *i*(*n*)*cens*(*um*) *m*(*anu*)*m*(*issum*), qui publicandus e(st)[6] *et* | domini e(ss)e desinit int*erim*[7] *manus* | iniectione,[8] et eum, qui re*cipit*(*ur*)[9] *nulla* | lib(ert)ate eius, qui n(on) p(ro)fessus *e*(*st*) *suam* | libertate(m), s*ec*(*un*)*d*(*um*) *rescri*p*t*(*um*) d(ivi) Had(*riani*)[10] —

---

1) *Fortasse alia eiusdem Ulpiani (an vero Paulli?) nota.*

2) *Haec rursus Papiniani videntur.* 3) *Maxime spectat heredem fideicommissarium, cuius semper res hereditariae tantum in bonis sunt. L.* 63 *pr. D. ad SC. Trebell.* (36, 1). 4) *Nota, iustam libertatem non esse eius, qui liber esse iussus census tempore suam libertatem professus non erat et ob id recte a domino recipiebatur, de quo agit sequens articulus.* 5) *cf. L.* 8. §. 12. *D. de poenis* (48, 10). *In fine fortasse fuit 'n(on) p(osse) r(espondi)'. Quod responsum apte etiam hac ratione transitum faciebat ad sequens, ubi casus refertur, in quo ex contrario libertas data interim infirmata postea redditur.* 6) *Igitur non ante crimen inlatum ex pag. B v.* 2. 7) *Nam postea absoluto criminis domino sine dubio et retro domini fuisse et recte eum manumissum esse apparebat.* 8) *quae fit fisci nomine, et notanda est haec eius virtus.* 9) *a domino, qui census tempore eum manumisit. Vid. pag. B.* 10) *Illud scilicet interest (nam Hadriani rescriptum periit), quod incensi servi manumissio publicatione infirmata poterat resuscitari domino fraudis absoluto, non item eius, qui suam libertatem professus non erat.*

D[1]

ic.sim.
tiliasinta′ante
od. inpleueritif
familiaeh′tari
derat. quant′ea
at
mec̄lib.
tantueni
(9) rstatulib
condiciolib.tisex
eculioqapuduen
iumhabuit[2] pceꝯd
ferren·[3] p′sitadali
tiam[4] uoluntasd
r lucin[5] potuit id ri
culioseruos c cri[6]
nqi iseruos
rcinuserit[7] nq̄q̄ nme
lio[8] tn ap′emptor.pecu
(20) ruosnhabuit
nossep
itmmissusin
eamediti

---

1) Page mutilée, à droite et à gauche. Quelques lignes presque illisibles. *Dar. Hoc quam verum sit, docent versus* 9—20, *quibuscum, ut iam in praefatione dictum est, cum conveniat L.* 35 *D. de statulib.* (40, 7), *quae incipit verbis* Non videtur per statuliberum stare, *explicit* peculium seruus non habuit, *singula verba, quae lecta esse dicuntur, a veris interdum tantum discrepant, ut an eadem utrobique scripta fuerint, facile, sed immerito, dubites, monendumque de ea re fuerit. Ceterum sunt versus* 28. 2) quod apud uenditorem seruus habuit *L.* 35. *cit. Vix crediderim, in L.* 35 *pro* seruus *etiam lectum fuisse* mancipium. 3) pecuniam condicionis offerre non *L.* 35. 4) ad alienum enim peculium *L.* 35. 5) porrigi non *L.* 35. 6) seruus uenierit et *L.* 35. 7) uenditor fide rupta peculium retinuerit *L.* 35. *In v.* 17 *nostri folii sine dubio scriptum erat:* ūditor fide rupta, *in v.* 18 retinuerit. *De* orcino *Dar. cogitaverat.* 8) quamquam enim ex empto sit actio *L.* 35. *deinde corrige* tm *pro* tn.

H[1]

incnispignuslib
modohis
andis
tas
Q diuomarcop
disoletlocūmhabetinrit
pactosibonaueniturasint
atinuacantib.populouin
cat'sn habere ꝯstitution
ap ace
Ulp. tatre
ris denli
sed si
r idecis
a et
siuetantdniin
nueatpiusetsiu
de erat
Sifilio testqq
int

---

[1] Page mutilée à droite. Lecture difficile. Les quatre premières lignes à peu près illisibles. *Dar. Est columna prior in dorso primi frusti ideoque columnae eius alterius* (*supra B*)*: habet versus* 28, *connumeratis tribus, e quibus litterae non referuntur. Propter versus* 5—10, *quos iam dixi consentire verbotenus sub Papiniani nomine cum L.* 50 *D. de manum. testam.* (40, 4), *et totam hanc columnam accuratius secundum Dar. et L.* 50 *cit. eamque ita hic apposui, ut et convenientia simul cum lectionis Dar. dubia fide et versuum in his laciniis mensura facilius cognosci possit.*

Q(uod) diuo Marco p(ro) *li*(*berta*)*ti*(*bus*) *c*(*on*)*seruan*-
dis pla(cu)it, locum habet inrit*o* *t*(*estamen*)*t*(*o*)
facto, si bona uenitura sint; *ali*-
oquin uacantib(us) populo uin*di*-
catis n(on) habere c(on)stitution(em) loc(um),
ap(er)*te* cauet(ur).

Pro populo *Dig. habent* fisco.

ri

nderunt d

(spatium trium versuum)

sĩderantib.[1]

Paul.

---

[1]) considerantibus *Dar. Certe* desiderantibus *illud in L.* 50. § 1. *D. de manum. testam.* 40, 4 (*ex Papiniani lib. IX resp.*) *hanc vocem esse, cum aliis ex ea sola adeoque vi illata vicinis statuere non audeo.*

IVLIVS PAVLLVS.

DE IVLIO PAVLLO EIVSQVE SENTENTIARVM LIBRIS PRAEMONITIO.

Iulius Paullus, non poeta ille temporibus Imp. Antonini [352] Pii clarus (Gell. 5, 4. 16, 10. 19, 7.) sed ICtus, unde oriundus fuerit, plane est incertum. Patavinum fuisse, ex statua Patavii Iulio Paullo cuidam dicata, ut recentis aetatis inscriptionem taceam, nullo iure adstruitur. Fuit autem Domitii Ulpiani aequalis et per omnes fere honorum gradus consors. Primum fortasse advocationibus Romae occupatus (L. 78. §. 6. D. de leg. 3. Artemidor. onirocr. 4, 80 coll. Tzschirnero Zeitschr. f. RG. XII. p. 149.), cum sub impp. Severo et Caracalla Aemilio Papiniano praefecto praetorio scrinium memoriae agens assedisset (Spartian. Pesc. Nig. 7.) et ipsis imperatoribus in consilio fuisset (Lamprid. Alex. 26. Spartian. Pesc. Nig. 7. L. 40. D. de reb. cred. 12, 1. L. 97. D. de acq. v. omitt. her. 29, 2. L. 38 pr. D. de minor. 4, 4. L. 50. D. de i. fisci 49, 14. L. 9. D. de decur. 50, 2), factus est ab Elagabalo vel, quod plerique maiore veri specie tradidere, ab Alexandro demum praefectus praetorio (Lamprid. l. c.); Elagabalus enim eum relegasse vel deportasse, Alexander inter exordia imperii patriae reddidisse dicitur (Victor de Caes. 24). Praeterea nihil de eo constat, quam quod et antiquitas praedicavit, velut Modestinus L. 13. §. 2. D. de excus. (27, 1), Gordianus L. 6. C. de nupt. (5, 4), Diocletianus L. 11. C. ad leg. Corn. de fals. (9, 22), Iustinianus const. Omnem reip. §. 5., et ipsa Paulli scripta, quae supersunt, testantur, eum inter summos iuris conditores fuisse, qui ingenii acumine et iurisprudentia nemini cesserit, scribendi vero ubertate etiam plerosque vicerit.

Inter libros eius vix alii maiorem apud posteros auctoritatem nacti sunt, quam 'Sententiarum ad filium libri quinque', similes illi quidem et fortasse aemuli Ulpiani Opinionibus, nisi quod hoc opus, cuius sex tantum libri priores, Sententiarum primo et alteri fere respondentes, Iustiniani aevum tulerant, multo prolixius videtur fuisse. Ceterum utroque opere id egerunt auctores, ut edicti perpetui ordinem secuti potissimas iuris sententias, quae usu invaluerant, quasi

[353] medullam eorum, quae ad edictum late disputari solebant, nullo tractatu habito nec ullo auctore laudato ius dicentium vel respondentium maxime et iudicantium in usum proponerent. Quod autem de ordine edicti perpetui dixi, Paullus eum ita videtur secutus esse, ut singulis libris quasdam integras edicti partes complecteretur. Nam primo τὰ πρῶτα et partem de iudiciis, altero partem de rebus et eam, quam Iulianus interposuisse fertur, de dotibus et tutelis (cum actione de rationibus distrahendis et de furtis et de operarum obligatione, qua patroni loco legitimae libertarum tutelae in masculis libertis sibi prospiciebant) persecutus est. Tertius deinde liber modo unam sed amplam partem de testamentis et legatis continuisse videtur; similiter quartus praemisso iure fideicommissorum, quod ad intestati b. p. quasi transitum faciebat, partem de intestati b. possessionibus, quo pertinet etiam locus de manumissionibus ut gravissima causa bonorum possessionum, quintus denique extremam edicti partem, quae ad ceteras res imperii pertinebat, et iudicia publica, quorum leges, ab aliis tantum praetoribus exercitae, dudum quasi pro accessione praetorii iuris habitae erant.

Scripti sunt Sententiarum libri non ante Antonini Caracallae tempora; nam et ab hoc cum patre a. 206. de donationibus inter virum et uxorem constituti iuris (L. 32. D. de don. int. vir. et ux. 24, 1) mentionem habent L. 59. D. ib. et 2, 23. §. 5., et eiusdem imp. Antonini esse videtur de servitutibus rescriptum (L. 2. D. comm. praed. 8, 4), ad quod Paullus lib. 1. Sent. L. 9. D. de serv. pr. rust. (8, 3) respicit. Sed et rescripti L. 3. C. de legat. (6, 37), quod post obitum Severi Caracalla cum fratre Geta a. 211. dedit, notitiam habuisse dici potest lib. 3. Sent. 6 §. 16. Contra eum 5, 16. §. 11. non novisse Caracallae rescriptum, quod Ulpianus L. 33. §. 2. D. de procur. (3, 3) allegat, re non intellecta (de qua vid. Geib Röm. Criminalproc. p. 595 seq.) Fittingius 'über d. Alter d. Schr. d. Röm. Jur.' p. 48. sine causa contendit. Equidem existimaverim, aut extremis Caracallae temporibus aut paullo post in exilii otio Paullum hos libros composuisse, cum praefecturam adeptus vix novis libris conscribendis vacaverit.

Ceterum eum, quem supra posui, verum operis titulum fuisse arbitror. Disputatur quidem primum de additamento 'ad filium', quod tantum in quibusdam Legis Rom. Visigothorum codicibus invenitur. Sed in his sunt fide digni, et cum facile id brevitatis causa a librariis plerisque omitti potuerit[1], quemadmodum ab aliis adiiceretur, nisi ab ipsa

[1]) Ut factum videmus in plerisque Macrobii Saturnaliorum codicibus. Cf. Iani ed. p. 3. Si vero librariorum id additamentum sit, certe ipse Paullus filio suo hoc opus ad erudiendum eum dicavisse et

authentica Paulli scriptura profectum et propagatum, vix intellegi potest. Deinde de eo quaeritur, quod in quibusdam Breviarii Alariciani codicibus pro sententiis simpliciter [354] dicuntur 'Sententiae receptae'. Sed cum haec adiectio ignoretur, ubicunque alias harum Sententiarum mentio fit, hoc est in Collatione, in Fragmentis Vaticanis, in Th. C., in L. Rom. Burgundionum, in Indice Florentino, in Iustiniani Digestis et in ipsius Breviarii plerisque codicibus, eam quoque ab ipso Paullo esse, tanto minus habet probabilitatis, quam, qua ratione ea postea invaluerit, facili coniectura assequi liceat. Plane non probo Puchtae sententiam, Visigothos opinantis ab ipsis in legem suam receptas hac cognominatione Sententias a genuinis distinguere voluisse; nam eadem et in Consultatione c. 6, 6. extat, cui fides in hac re nullo iure derogatur, et si haec vera causa esset, non intellegeretur, quin et ceteri libri iuris veteris in legem illam recepti, velut Gregorianus, Hermogenianus et Theodosianus Codices eadem appellatione insigniti fuerint. At Paullum constat alium quoque librum edidisse inscriptum 'Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum lib. VI', qui cum succinctius 'Sententiarum' titulo propagari coepissent, ne cum alteris Sententiarum libris confunderentur, variis adiectionibus a librariis distincti sunt, velut 'Sententiarum sive Decretorum libri' in quibusdam Digestorum locis, vel 'Sententiön ἠτοι facton' in Indice Florentino. Hoc vero si in illo libro factum constat, mirum paene videri deberet, si non etiam in nostro, maxime illa 'ad filium' inscriptione amissa, similis cautio distinguendi causa a quibusdam adhibita esset.[1] Quod autem 'receptas' has Sententias cognominarunt, factum esse puto ratione habita imperialium constitutionum, quae de Paulli scriptis vel confirmandis vel infirmandis postea emissae sunt, maxime L. 2. Th. C. de resp. prud. (1, 4), quae speciatim has Sententias 'recepta auctoritate' firmaverat. Cum tamen his ipsis constitutionibus etiam acceptum quodammodo referendum sit, quod adhuc Paulli Sententiis fruimur, paullo accuratius res enarranda est.

Sciendum est igitur, causam restitutionis damnati cuiusdam, cui Constantinus favebat, cum Paulli et Ulpiani aliquae ad Papinianum notae ei adversarentur, imperatorem, ne ex gratia contra ius commune rescripsisse videretur, permovisse, ut generali epistola ad Maximum praefectum urbi paucis ante Kal. Oct. diebus a. 321. Romam data Ulpiani et Paulli in Papinianum notas, 'qui (ait) dum ingenii laudem sectan-

---

inscripsisse credendus est, ut alii ante eum vel post fecerunt. Cf. M. Hertz Zeitschr. f. d. Alterth. Wiss. 1850. p. 447.

[1]) Idem fere sensit Hugo Gött. gel. Anz. 1833. p. 1299. De aliorum opinionibus vid. Arndtsii edit. Praef. p. XI.

tur, non tam corrigere eum, quam depravare maluerunt', aboleri praeciperet (cf. L. un. Th. C. de sent. pass. 9, 43. L. 1. Th. C. de resp. prud. 1, 4). Quod item deinde, ut tanto magis modo in Papiniani honorem praeceptum videre-
[355] tur, ad Marciani in eum notas translatum est (Const. Deo auctore §. 6). Sed hoc opprobrium in universum Paullo detraxisse videtur, ut vel Sententiarum auctoritas, fortasse ut ab exule editarum[1] et in quibus ex instituto nullus auctor neque laudabatur neque reprehendebatur, iam antea dubia rursus in dubium vocaretur. Igitur sexennio post idem imperator ad eundem Maximum, tum praefectum praetorio Galliarum, ut videtur, Treviris legem 2. Th. C. eod. misit, qua praefatus, universa quae scriptura Paulli contineantur, recepta auctoritate firmanda et omni veneratione celebranda esse, specialiter subiicit: 'ideoque Sententiarum libros, plenissima luce et perfectissima elocutione et iustissima iuris ratione succinctos, in iudiciis prolatos valere non dubitatur.' Quae quidem verba cum ex imperatoris sententia tantum ad commendandam inter cetera Paulli scripta Sententiarum auctoritatem forte tunc lacessitam pertinuisse videantur, poterant tamen etiam ita accipi, ut singulae quaeque sententiae ab imperatore confirmatae essent: praesertim cum ita demum privilegium Paullo in uno libro irrogatum privilegio in altero dato compensatum et iniuria summo viro facta exaequata esse videretur. Et ita revera isto aevo, amplas opes litterarias in dies magis fastidiente, cupide accepta sunt. Nam Theodosius II. et Valentinianus III. lege 3. Th. C. eod. ad senatum urbis Romae a. 426. data leges 1. et 2. citt. repetentes Paulli sententias semper valere praecipiunt, hoc est perinde 'ac divalis constitutio', ut addit Consult. 7, 3.

Hac ratione effectum est, ut in partibus occidentis, maxime in Galliarum praefectura, Paulli Sententiae quasi singulari iure receptae esse censerentur et cunctos ceteros ICtorum libros in iudiciis legi solitos ut auctoritate ita usu superare inciperent et ipse Paullus Iuridicus quasi κατ' ἐξοχὴν cognominaretur (Consult. 7, 3. Isidor. Orig. 5, 24. §. 30). Circa finem enim seculi quinti tam in Consultatione et in lege Rom. Burgundionum, quam in edicto Theodorici hunc solum librum adhibitum videmus, ex quo ius civile praeter imperatorum constitutiones peteretur. Denique cum paucis annis post Alaricus II. vetus ius in epitomen redigendo legem Romanam regni Visigothorum componeret, idem ex iure fere solos Sententiarum libros corpori suo ita inseruit, ut ex his quoque lites dirimerentur; Gaii enim Institutiones magis in

---

[1]) Etiam responsorum libros Paullum non ante Elagabali tempora edidisse, efficitur L. 99 D. de solut. (46, 3) coll. Lamprid. Sever. Alex. 39.

scholarum usum et Papiniani responsa inclyti nominis gratia retinuisse videtur. Et huic quidem breviario Alariciano potissimum debemus, quos nunc Paulli Sententiarum libros appellamus.

Quantam partem ex iis Visigothi suam fecerint, ne coniectura quidem satis certa definiri potest. Cum tamen constet, ex Theodosiano Codice non multum supra decimam partem eos retinuisse (Haenel praef. ad L. Rom. Vis. p. IX.) [356] cumque, ut ipsi aiunt (initio lib. I. tit. 1.), ea tantum ex his Sententiis corpori suo voluerint annecti, 'quae in Theodosiano Codice pro dirimendis litibus non inveniuntur inserta', aegre credas maiorem partem eos Paullo reliquisse. Huic vero si addideris, quae praeterea nobis servata sunt, ne ad quartam quidem partem pervenies, quantam ex genuino opere circiter superesse Schultingius (init. adnot. ad Paullum) et Arndtsius (Praef. p. X.) arbitrati sunt.

Sed satius fuerit quaerere, an ea saltem, quae in breviatis Sententiis legimus, integra ad nos pervenerint. Quod de ipsis sententiis ita affirmare ausim, ut consulto vix quicquam mutatum ab Alarici prudentibus putem, nisi ipsa breviatione eo perducerentur, ut etiam mutarent. Nec enim mutandarum legum sed eligendarum potestatem rex iis dederat, ut ipse in Commonitorio testatur, et si sententias pariter in Breviario et in Collatione vel Consultatione servatas contuleris (quas Haenel l. c. not. 27. collegit), non alias repereris discrepantias, quam quae librariorum vitiis probabiliter tribuantur.[1] Interdum vero excerptionem etiam mutationem secutam esse velut ex I. 1. §§. 2. 3. I. 9 §. 2. II. 26. §. 7. III. 6. §. 15. collatis cum iisdem sententiis alio modo ad nos perlatis colligi potest. Alia omnino causa est titulorum. Quos quidem ipsum Paullum singulis materiis apte praescripsisse dubitare non licet. Sed in his omittendis, fingendis, corrumpendis non minus in his Sententiarum quam in aliis similibus libris nec modo Alarici prudentes sed etiam librarii vetustiores et posteriores ita grassati sunt, ut de eorum genuina facie restituenda prorsus desperandum sit.[2] Hos vero si exceperis, in crisi exercenda nihil quidem obstat, quo minus et in hoc opere, quod ipso Paullo dignum sit, ex scriptura nobis tradita efficere conemur: ut tamen non omnes locos hoc modo sanari posse speremus. Et haec lex critico data tanto maius habet momentum, quod Paulli Sententias, cum maxime inde a seculo quinto quam plurimis

---

[1]) De II. 26. §. 7. coll. cum Collat. IV. 12. §. 6. ad illum locum diximus. [2]) Cf. ex. gr. II. 30. III. 4B. IV. 4. 7. V. 10. 22. Praeterea vid. Cuiac. ad V. 20., Schulting. ad initium libri primi, Heimbach. in Gersdorf. Repert. Lips. 1843. III. p. 139 seq., Haenel. Praefat. ad leg. Rom. Vis. p. XVII seq.

exemplis spargerentur, mature vitiis inquinatas esse, adeo ut nec ii codices, quibus Iustiniani et Alarici prudentes usi sunt, ab hac labe immunes fuerint, non modo credibile est, sed etiam ipsa re comprobatur.

Cum vero iam ad Paullum integritati suae restituendam venerimus, primum sciendum est, epitomae Alaricianae non [357] exiguum numerum supplementorum accedere, partim ex Fragmentis Vaticanis et Collatione et Consultatione et Iustiniani Digestis, partim ex quibusdam codicibus breviarii Alariciani, quibus ex genuinis Paulli Sententiis, ut videtur, singulae sententiae adscriptae erant, quo in numero maxime celebratur codex Vesontinus, a Cuiacio in Obs. 21, 11—13. 15—19. 21. 22. exscriptus et in editione sua a. 1566. adhibitus, nunc vero deperditus.[1]

Quod vero ad ipsam epitomam Alaricianam attinet, ea quidem permultis codicibus mss. ad nos propagata est, quorum nonnulli ab editoribus seculo decimo sexto inspecti, nunc ubi sint, ignoratur, multo maior autem pars adhuc exstat, nec solum exstat sed et in lucem protracta est. Inprimis Gustavi Haenelii doctrinae et indefesso studio debetur, quod triginta quattuor codicum ab ipso descriptorum et collatorum lectionibus uti liceat.[2] Quorum quidem singulorum de dotibus agere et longum est nec tanti refert. Igitur sufficit hoc loco generaliter notasse, duos seculi septimi, ceteros insequentium seculorum esse, alios saepe alias sententias continere nec quemquam ceteros ita praestantia superare, ut eo solo uti liceat. Omnino autem in hunc numerum non veniunt codices epitomarum illarum, velut Aegidianae, Guelferbitanae, aliarum, quae rursus ex breviario Alariciano posterioribus seculis factae, nostra demum aetate eiusdem Haenelii merito in pleniorem notitiam venerunt. Et sane ad genuinum Paullum restituendum vix quidquam conferunt.

---

1) Cf. Stieber Praef. ad Hauboldi opusc. acad. T. II. p. CXLII. Haenel. praef. ad leg. Rom. Visig. p. XVII. XIX. Verisimile est, in caeteris occidentis partibus extra regnum Visigothorum (nam hic antiquum ius per novam legem Romanam abolitum erat) genuinarum Paulli sententiarum codices diutius in usu fuisse et postea Francorum regno prolatato etiam ab his, qui in Gallia meridiana ius docerent, usurpari coepisse. Ibi enim scholas antiquos libros retinuisse, exceptis fortasse Gaii Institutionibus, probat remissio ad 'Paulli Responsa sub titulo de re uxoria' in Interpr. Th. C. III. 13, 2. Cf. Isidor. Orig. 5, 14 et Const. Omnem reip. §. 1. 2) Descriptos invenies post Stieberum l. c. T. II. p. LXXXVII seq. in Haenel. praef. ad L. Rom. Visig. c. III. p. XL. seq. Ipsam 'Variet. scripturae ex Paulli a Visig. epit. codicibus' collegit idem Bonn. 1834. et in Corp. iur. anteiust. Bonnensi p. 163 seq. Unus ex his codd., Berolinensis, ibi collatus est a Rudorffio.

De editionibus Paulli Sententiarum antiquioribus ex instituto non agimus, sed remittimus lectorem ad Arndtsium, qui in suae editionis praefat. p. XV seq. eas recensuit. Illud tamen admonere e re est, post Cuiacium et Schultingium, quorum egregias adnotationes continet 'Iurisprudentia vetus anteiustinianea', neque emendandis neque explicandis his Sententiis multum profectum esse. Quod etiam cadit[1] [358]
in novissimas editiones, Lud. Arndtsii alioqui diligentissimam, quae prodiit in Corpore iuris anteiust. Bonnensi et separatim Bonnae 1833., et Gust. Haenelii in lege Rom. Visigothorum edita Lips. 1849. Nam ne varietas quidem lectionum Haeneliana in his editionibus adhibita est, non ab Arndtsio, qui eam nondum noverat, cum editionem suam componeret, non ab Haenelio, qui omnino non id egit, ut Paullum, sed ut legem Romanam Visigothorum quam plenissimam et integerrimam praestaret.

Nos vero eo quam maxime incubuimus, ut etiam has veteris iuris reliquias ab omnibus vitiis, quoad fieri posset, purgatas suo nitori restitueremus, ceterum totius instituti nostri memores. Itaque in ipso textu eas tantum sententias perscriptas dedimus, quas Breviarii codices subministrant; reliquas, quae in Digestis vel in hoc ipso, quod edimus, corpore exstant, ut chartae parceremus, suo loco allegari satis habendum erat. Quo in loco definiendo licet rectius interdum superioribus editoribus versati esse nobis videamur (quaedam acute monstrante Heimbachio in Repert. Lips. 1843. III. p. 139 seq.), multum tamen abest, ut res iam confecta esse putari possit. Interpretationem Alaricianam omisimus. Codicum mss. diligenter est ratio habita, ita tamen, ut eas tantum lectiones, quae usum aliquem praeberent, indicaremus, qua in re numeri, quibus codices insignire vitandi erroris causa placuit, ad catalogum Haenelianum in praefatione legis Rom. Visig. referendi sunt. Denique ubi nostra lectio cum Arndtsiana consentiret, nihil monentes, ubi vel ab omnibus vel certe a novissimorum editorum editionibus discreparet, hoc quoque in notis indicavimus. Iam vero, num quid profecerimus, tu ipse, lector, vide.

---

1) Nec meum tantum hoc iudicium est. Cf. Heimbach. Repert. Lips. III. p. 137 seq. Boecking. Pandect. §. 22. p. 74.

IVLII PAVLLI SENTENTIARVM AD FILIVM
LIBER PRIMVS.

[*Ex hoc libro sunt et hoc loco videntur locandae*
L. 5. *D. de officio assessorum* (1, 22).
L. 22 *pr.* §§. 1—7. *D. ad municipalem* (50, 1).[1]
L. 7 *pr.* §§. 1—3. *D. de decurionibus* (50, 2).
L. 16. *pr.* §§. 1—3. *D. de muner. et honor.* (50, 4).
L. 10 *pr.* §§. 1—4. *D. de vacat. et excusat. mun.* (50, 5).[2]
L. 12 *pr.* §. 1. *D. eod.*[3]
L. 10 *pr.* §. 1. *D. de legationibus* (50, 7).
L. 5 (7 *Momms.*) *pr.* §. 1. *D. de reb. ad civit. pertinent.* (50, 8).[4]
L. 46 *pr.* §. 1. *D. de damno inf.* 39, 2.)[5]]

TIT. I. DE PACTIS ET CONVENTIS.[6]

[359] [7]1. De his rebus pacisci possumus, de quibus transigere licet; '(*et*)[8] ex his enim pacti obligatio solummodo nascitur. [*Consult.* 4, 3.][9]

---

[1]) *Ad pr. cf. Savigny Zeitschr. f. gesch. RW. IX. p.* 91. (*Op. min. III. p.* 245). — *In* §. 2. *cum van de Water lege* contulerunt; *in* §. 5.: itemque nepotes et (*neptes*), pronepotes et proneptes ex filio. [2]) *In* §. 2. *pro* militi *malim* militib. (bus); *in* §. 3. *cum Rittershus. leg.* aucti. [3]) *Hic et in L.* 8 *pr. D. de legation.* (50, 7) *pro* uacationis *malim* uacationibus. *Cf. L.* 6. 7. *D. ib.* [4]) *In pr. pro* quod *cum I. Cannegietero lege* quam *coll. L.* 3 *pr. D. de lege Iul. de ann.* (48, 12). *L.* 8. *D. ad municip.* (50, 1). [5]) *In* §. 1. *malim* Domo sumptu publico exstructa.

Tit. I. [6]) *Genuinus Paullus etiam transactionum mentionem habuisse videtur. Cf. Consult.* 4, 3. *Tit. Th. C.* 2, 9. *De Gr. C. vid. Haenel. p.* 1. [7]) *Ex Cdd.* 12. 13. 16. 17[a]. [8]) *Geminavi;* et ex his *sc. rebus transactis. Cf. ex. gr. L.* 28. *C. de transact.* (2, 4). [9]) *Ed. Arndts. haec ponit in fine tit.* (§. 6.); *sed in Consult. antecedunt nullis interiectis sequentem sententiam. De hac sententia cf. Schilling Bemerk. p.* 370.

2. [1]In bonae fidei contractibus pactum conuentum alio [360]
pacto dissoluitur, et licet exceptionem pariat, replicatione tamen excluditur. [2]**3.** Pacto conuento Aquiliana stipulatio subiici solet: sed consultius est huic poenam quoque subiungere, quia rescisso quoquo modo pacto poena ex stipulatu repeti potest.

[*Consult.* 7, 5.][3]

4. [4]Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus.

[*Consult.* 4, 7. De criminibus propter *etc.*][5]

[6]**5.** De rebus litigiosis et conuenire et transigere possumus; [5ª.][7] post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, seruari non oportet.[8]

[*L.* 6. *D. de in ius vocando* (2, 4).
L. 19. *D. de iure patronatus* (37, 14).]

TIT. II. DE COGNITORIBVS ET PROCVRATORIBVS.[9]

1. Omnes infames, qui postulare prohibentur,[10] cognitores fieri non possunt, etiam uolentibus aduersariis. **2.** Feminae in rem suam cognitoriam operam suscipere non prohibentur. **3.** In rem suam cognitor procuratorue ille fieri potest, qui [361]
pro omnibus postulat.

---

1) *Ex Consult.* 4, 4. *Brev. Alar. et A. ed. h. l. tantum habent:* Omne pactum posteriore pacto dissoluitur, licet pariat exceptionem, *quae ex illis videntur breviata. De re cf. L.* 7. §. 2. *L.* 27. §. 2. *D. de pact.* (3, 14). *L.* 72. *D. de contr. empt.* (18, 1). *Gai.* 4, 126. 2) *Ex Cdd.* 12. 13. *Eadem exstat et rectior quidem, ut videtur, in L.* 15. *D. de transact.* (2, 15). 3) *Cf. L.* 7. §. 7. *D. de pact.* (2, 14). *Ed. A. hanc* §. *sub numero* 4ª. *post* §. 4. *locavit.* 4) *Extat etiam in Consult.* 4, 7. 7, 4. 5) *In A. ed. est* §. 7. *In Consult.* 4. *nullo verbo interiecto sequitur* §*um* 4., *quem ordinem confirmat Interpr. h. l.* 6) *Ex Cdd.* 12. 13. 16. 17ª. *Cf. Cic. pro Com.* 11. *L.* 1. *D. de transact.* (2, 15). 7) *Extat etiam in Consult.* 4, 6. *Cf. L.* 23. §. 1. *D. de cond. ind.* (12, 6). *L.* 32. *C. de transact.* (2, 4); *infra* 1, 19. §. 2. 8) *De* §§. 6. 7. *cf. not.* 4. 9.

Tit. II. 9) *Ex Cd.* 24. *Omittit ed. A. Cdd. plerique et ed. Haen. invertunt:* de proc. et cogn. *Sed cf. Th.* 2, 12. *et Fr. Vat. fin. Sub hoc tit. Paullus de cognitoribus sententias et de his, quae iis cum procuratoribus erant communia* (*cf. Fr. Vat.* 322. 323), *posuisse videtur.* 10) *Ad ceteros igitur infames pertinebat exceptio cognitoria. Gai.* 4, 124. §. *ult. I. de exc.* (4, 13).

[3a. b. c. d. *Fr. Vat.* 340.]

4. [1] Actio iudicati non solum in dominum aut domino, sed etiam heredi et in heredem datur.

TIT. III. DE PROCVRATORIBVS.

1. Mandari potest procuratio '(*et*) praesenti (*et absenti*),[2] et nudis uerbis et per litteras et per nuntium et apud acta praesidis et magistratus. **2.** Procurator aut ad litem aut ad omne negotium aut ad partem negotii aut ad res administrandas datur.

[**3.** *Consult.* 3, 6.
4. *Fr. Vat.* 336, 1.
5. *Fr. Vat.* 336, 2. = *Consult.* 3, 7.
6. *Consult.* 3, 4.
7. *Consult.* 3, 9.
8. *Fr. Vat.* 337.
L. 30. 71. *D. de procur.* (3, 3).]

TIT. IV. DE NEGOTIIS GESTIS.

1. [3] Qui negotia aliena gerit et bonam fidem et exactam diligentiam rebus eius, pro quo interuenit, praestare debet. **2.** [4] Tutor post finitam tutelam si in administratione duret, actione negotiorum gestorum pupillo uel curatori eius tenebitur.

[*L.* 37 *pr. D. de neg. gest.* (3, 5).]

3. [5] Si pecuniae quis negotium gerat, usuras quoque totius temporis praestare cogetur, et periculum eorum nominum, quibus collocauit, agnoscere, si litis '(*contestatae*)[6] [362] tempore soluendo non sint: hoc enim in bonae fidei iudiciis seruari conuenit. **4.** [7] Mater, quae filiorum suorum rebus

---

[1]) *Cf. Fr. Vat.* 317. 331. *L.* 7. *Th. C. de cognit.* (2, 12). *L.* 28. *D. de procur.* (3, 3).

Tit. III. [2]) *Supplevi. Cf. L.* 1. §§. 1. 3. *D. de procur.* (3, 3). *Vestigia iacturae videntur* praesens praesenti *Cdd.* 5. 9. praesentibus 7.

Tit. IV. [3]) *Cf. L.* 20. *C. de neg. gest.* (2, 19). *L.* 24. *C. de usur.* (4, 32). [4]) *Cf. L.* 13. 14. *D. de tut. et rat. distr.* (27, 3). *L.* 6 *pr. D. de negot. gest.* (3, 5). [5]) *Extat etiam in L.* 37. §. 1. *D. de neg. gest.* (3, 5), *sed mutata.* [6]) *Supplevi. Cf. Dig.* [7]) *Cf. L.* 24. *C. de usur.* (4, 32). *L.* 32. §. 1. *D. neg. gest.* (3, 5).

interuenit, actione negotiorum gestorum et ipsis et eorum tutoribus tenebitur. **5.** [1] Filiusfamilias aut seruus si negotium alicuius gerat, in patrem dominumue peculio tenus actio dabitur. **6.** Si pater uel dominus seruo uel filiofamilias negotia aliena 'gerenda[2] commiserit, in solidum tenebitur. **7.** [3] Pater si emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas administrauerit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur. **8.** Qui, cum tutor curatorue non esset, pro tutore curatoreue res pupilli adultiue administrauit, actione negotiorum gestorum pro tutore curatoreue[4] tenebitur.

[*L.* 47 *pr.* §. 1. *De de neg. gest.* (3, 5).]

TIT. V. DE CALVMNIATORIBVS.

[5] **1.** Calumniosus est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat. **2.** Et in priuatis et in publicis iudiciis omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur.

[6] TIT. VI^A. DE FVGITIVIS.

1. [7] Seruus a fugitiuario comparatus intra decem annos manumitti 'contra[8] prioris domini uoluntatem non potest. **2.** [9] Contra decretum amplissimi ordinis fugitiuum in fuga constitutum nec emere nec uendere permissum est, irrogata [363] poena in utrumque sestertiorum 'D[10] milium. [11] **3.** Limen-

---

1) *Cf. L.* 14. *D. h. t.* 2) *Cd.* 26. agenda (*ubi* a *adhaesit ex* aliena, er *notatum erat*) *reliqui et edd.* aliena agenda negotia *edd. contra omnes paene Cdd.* 3) *Extat mutata in L.* 37. §. 2. *D. h. t.* 4) *Sic ex demonstratione actionem designat, quae vulgo protutelae dicitur. Cf. L.* 1. §§. 1. 3. 4. *L.* 2. 3. 4. 5. *D. de eo, qui pro tut.* (27, 5). *L.* 4. *C. qui dar. tut.* (5, 34).

Tit. V. 5) §§. 1. 2. *extant etiam in Consult.* 6, 2. *praeterea in L.* 3. *D. ad SC. Turpill.* (48, 16).

Tit. VI^A. 6) *Totus est ex C. Vesontino et alieno loco hic auctore Cuiacio insertus. Magis enim pertinet ad officium praefecti vigilum vel magistratuum municipalium, de quo Paullus ante tit. I. Visig. egerat. Cf. inscr. L.* 1. *D. de fugit.* (11, 4). 7) *Cf. L.* 12. *D. de manumiss.* (40, 1). *L.* 2. §. 2. *D. ad leg. Fab.* (48, 15). *L.* 6. *C. eod.* (9, 20). 8) *Malim cum Rittersh.* citra. 9) *Cf. L.* 2. *L.* 6. §. 2. *D. ad leg. Fab.* (48, 15). *L.* 6. *C. eod.* 10) *Corrige* L (*quinquaginta*). *Cf. Collat.* 14, 3. §. 5. 11) §§. 3. 4. *extant in L.* 4. *D. de fugit.* (11, 4).

archae et stationarii fugitiuos deprehensos recte in 'custodia[1] retinent. **4.** Magistratus municipales ad officium praesidis prouinciae uel proconsulis comprehensos fugitiuos recte transmittunt. **5.** [2]Fugitiui in fundis fiscalibus quaeri et comprehendi possunt. **6.** [3]Fugitiui, qui a domino non agnoscuntur, per officium praefecti uigilum distrahuntur. **7.** Intra 'triennium[4] uenditionis agniti fugitiui emptor pretium a fisco recipere potest.

TIT. VI^{B}. DE REIS INSTITVTIS.[5]

[*L.* 6 *pr.* §§. 1. 2. 3. 4. *D. ad SC. Turpill.* (48, 16).]

1. [6]De his criminibus, quibus quis absolutus est, ab eo, qui accusauit, refricari accusatio non potest. **2.** [7]Filius accusatoris si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum persequi uelit, ab accusatione remouendus est. **3.** [8]Crimen, in quo alius destitit uel uictus recessit, alius obiicere non prohibetur.

[*L.* 44. *D. de iure fisci* (49, 14).][9]

TIT. VII. DE INTEGRI RESTITVTIONE.

1. Integri restitutio est redintegrandae rei uel causae actio. **2.** [10]Integri restitutionem praetor tribuit ex his causis: quae per metum, dolum, 'et status permutationem, et iustum
[364] errorem,[11] et absentiam necessariam, et infirmitatem aetatis gesta esse dicuntur. **3.** [12]Integri restitutio plus quam semel

---

1) *Dig.* custodiam *Cd. Ves. edd.* 2) *Cf. L.* 3. *D. eod.* 3) *Cf. L.* 4. *D. de offic. praef. vig.* (1, 15). *L.* 1. §. 8. *D. de fugit.* (11, 4). 4) *An* quadriennium (*sc. ex scriptura* q̀driennium *ut* 5, 18. §§. 1. 3.)? *Cf. L.* 1. *C. de quadr. praescr.* (7, 37).

Tit. VI^{B}. 5) *i. e. accusari coeptis. Cf. L.* 11. §. 3. *D. ad l. Iul. de adult.* (48, 5). *L.* 15. §. 1. *D. de inoff. test.* (5, 2). destitutis *cj. Cuiac.* 6) *Cf. Cic. pro Coel.* 23. 31. 32. *L.* 7. § 2. *D. de accus.* (48, 2). 7) *Cf. L.* 7. §. 3. *D. de accus.* (48, 2). 8) *Cf. Cic. ad. Q. fr.* 2, 6. §. 6. *Sueton. Domit.* 8. *L.* 7. §. 2. *D. de accus.* (48, 2). *L.* 3. §. 1. *D. de praevar.* (47, 15). *De desistente L.* 4. §. 1. *D. ad SC. Turp.* (48, 15). *L.* 11. §. 2. *D. de accus.* (48, 2). 9) *Cf. L.* 15. *pr. D. de i. fisci* (49, 14).

Tit. VII. 10) *Cf. L.* 1. 2. *D. de in int. rest.* (4, 1). 11) *Exstant mutata in L.* 2. *D. ib.* 12) *Cf L.* 3. *C. si saepius* (2, 44).

non est decernenda, ideo quod[1] causa cognita decernitur.[2] [3]**4.** ’*(Cum metus causa decernitur)*[4] integri restitutio, ’*(actio)*[5] aut in rem competit aut in personam. in rem actio competit, ut res ipsa, qua de agitur, reuocetur; in personam ’autem[6] quadrupli poena intra annum uel ’simplum[7] post annum peti potest. **5.** [8]Si aliquis, ut se de ui latronum uel hostium uel populi liberaret, aliquid mancipauit uel promisit, ad metum non pertinet; mercedem enim depulsi metus tribuit. **6.** Seruus per metum mancipatus quicquid acquisierit uel stipulatus sit, ei acquirit qui uim passus est.[9] **7.** [10]Vis est maior rei impetus, qui repelli non potest. **8.** [11]Qui quem in domo inclusit, ut sibi rem mancipare aut promitteret, extorsisse mancipationem ’*(promissionemue)*[12] uidetur. **9.** Qui quem ferro uinxit, ut sibi aliquid traderet uel uenderet, uim intulisse uidetur. **10.** [13]Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius est momenti.

TIT. VIII. DE DOLO MALO.

1. [14]Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. **2.** Si qui dolum, alius[15] metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de ui ’et de dolo[16] actione tenebitur.

TIT. IX. DE MINORIBVS XXV ANNORVM. [365]

1. [17]Minor XXV annorum si aliquod flagitium admiserit, quod ad publicam coercitionem spectet, ob hoc in integrum

---

1) ideoque (*male explicata nota* q.) *Cdd. edd., sed inepte.* 2) *Eamque ob rem habet vim rei iudicatae.* 3) *Ex Cdd.* 38. 39. *Cf. L.* 9. §§. 4. 6. *D. quod metus c.* (4, 2). *L.* 3. 4. *C. de his, quae vi* (2, 20). 4) *Supplevi ad sensum. Genuinum Paullum hinc novum titulum de integri restitutione ex metus causa coepisse, palam est.* 5) *Quae vox ob vicinas periisse videtur.* 6) aut *Cdd. edd.* 7) simpli *Cdd. edd.* 8) *Cf. L.* 9. §. 1. *D. quod met. c.* (4, 2). 9) *Eius enim in bonis est L.* 9. §. 6. *D. eod. Cf. Gai.* 2, 88. 3, 166. 10) *Est L.* 2. *D. quod met. c.* (4, 2), *quae habet* maioris. 11) *Cf. L.* 5 *pr. D. ad leg. Iul. de vi publ.* (48, 6). *L. ult.* §. 2. *D. quod met. c.* (4, 2). 12) *Supplevi; ob similitudinem vicinarum litterarum excidit.* 13) *Extat etiam in L.* 22. *D. quod met. c.* (4, 2).

Tit. VIII. 14) *Cf. L.* 1. §. 2. *D. de dolo* (4, 3). 15) aut (*alii* uel) *Cdd. edd.* 16) *Sic Cd.* 29. et dolo *reliqui, edd. Ceterum cf. L.* 9. §. 1. *L.* 11. *L.* 14. §§. 2. 13. *D. quod met. c.* (4, 2). *L.* 1. §. 4. *D. de dolo* (4, 3).

Tit. IX. 17) *Cf. L.* 37. §. 1. *D. de minor.* (4, 4).

restitui non potest. **2.** [1] Qui minori mandauit, ut negotia sua agat, ex eius persona in integrum restitui non potest; 'quodsi[2] minor sua sponte negotiis eius intervenerit, (*restituendus erit ne maiori damnum accidat*).[3] **3.** [4] Si maior effectus res, quas minor egit, 'facto[5] uel silentio comprobauit, adversus hoc quoque in integrum restitui frustra desiderat. **4.** [6] Si minor minori heres exsistat, ex sua persona, non ex defuncti in integrum restitui potest.

[*L.* 34 *pr.* §. 1. *D. de minor.* (4, 4).]

5. [7] Minor se in his, quae fideiussit uel fidepromisit uel spopondit uel mandauit, in integrum restituendo reum principalem non liberat.

[*L.* 48. §§. 1. 2. *D. eod.*]

6. [8] Qui sciens prudensque se pro minore obligauit, si id consulto consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur. **7.** [9] Minor aduersus emptorem in integrum restitutus pretio restituto fundum recipere potest; fructus enim in compensationem usurarum penes emptorem remanere placuit. **8.** Minor aduersus distractiones 'suorum[10] pignorum et fiduciarum, non quas pater obligauerat, si ita, ut oportuit, a creditore distractae sint, restitui in integrum potest.

[*Hic sub tit. Ex quibus causis maiores etc. quidam locant L.* 39. *D. ex quib. caus. mai.* (4, 6).] [11]

---

1) *Cf. L.* 23. *D. eod.* 2) *Restitui ex L.* 24 *pr. D. h. t.* nisi *Cdd. edd.* 3) *Supplevi ex L.* 24 *pr. cit., cuius insequentia verba ex Paulli lib. XI. ad edictum petita cum hoc loco ex Sententiis sumpto coaluisse, Cuiacius vidit. Visigothi mutato* quodsi *in* nisi *haec finalia verba omitti posse male crediderunt.* 4) *Cf. L.* 3. §. 1. *D. h. t. tit. C. si maior fact.* (2, 46). 5) *Ex Rittershus. cj.* pacto *Cdd. ed. Haen. et A.* 6) *Cf. L.* 19. *D. h. t. L.* 5. §. 1. *C. de temp. in int. rest.* (2, 53). 7) *Mutata extat in L.* 48 *pr. D. h. t.* 8) *Cf. L.* 13 *pr. D. h. t.* 9) *Cf. L.* 24. §. 4. *L.* 27. §. 1. *L.* 40. §. 1. *D. eod. L.* 32. §. 4. *D. de adm. et per.* (26, 7). 10) *Duo mutavi; h. l. pro* eorum *una littera mutata scripsi* suorum *et postea v.* non, *quae in Cdd. et edd. ante* ita *legitur, transposita, scripsi* non quas, *ne toti sententiae L.* 38 *pr. D. h. t.* (*ipsius Paulli*) *et L.* 2. *C. si adv. vend. pign.* (2, 29), *et illis* si non ita — distractae sint *L.* 5. *C. de distr. pign.* (8, 28) *et L.* 2. *C. si vend. pign.* (8, 30) *adversentur. Plane iam Visigothi interpretes vitioso codice usi sunt. Vulgatam lectionem varie tuentur Savigny System VII. p.* 153. *Dernburg Pfandrecht. II. p.* 237. 11) *Quae h. l. dicuntur de eo,*

TIT. X. DE '(*EO, QVI CAVSA CADIT*)[1] PLVS PETENDO. [366]

1. (*Plus petendo*)[2] causa cadimus aut loco, aut summa, aut tempore, aut qualitate: loco, alibi; summa, 'maiorem;[3] tempore, 'ante petendo, quam debetur;[4] qualitate, 'debiti generis speciem (*etsi*) miliorem postulando.[5]

TIT. XI. DE SATISDANDO.

1. [6]Quoties hereditas petitur, satisdatio iure desideratur; 'et si non detur, in petitorem satisdantem hereditas transfertur.[7] si petitor satisdare noluerit, penes possessorem possessio remanet; in pari enim causa potior est possessor. **2.** [8]Usufructuarius 'et[9] de utendo usufructu satisdare debet, 'se[10] perinde usurum, ac si ipse paterfamilias uteretur.

TIT. XII. DE IVDICIIS OMNIBVS.

1. [11]Hi, qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur 'exilio.[12] [[13]**2.** Qui ancillam corrupit alienam, [367]

---

qui reip. causa abfuturus erat, ea cave referas ad reip. causa absentem, de quo loquitur Ulp. L. 26. §. 9. *D. eod. Cf .L.* 14. §. 4. *de solut.* (46, 3).

Tit. X. [1]) *Ex Consult.* 5, 4. *Praeterea cf. Gai.* 4, 53. §. 33. *I. de act.* (4, 6). [2]) *Recte Schult. geminando supplevit, quae etiam in Consult. l. c. ob eandem causam exciderunt.* [3]) *Ex Consult. emendata;* plus *Cdd. edd. Sed Paullus hanc v. generalem repetere non poterat.* [4]) *Ex Consult.* repetendo ante tempus *plerique Cdd. edd. Cum vero in Cd.* 7. *sit* summa, si plus quam damus petimus, *suspicatus sum h. l.* quam debetur *ante simile* qualitate *excidisse, quod mutatum in* quam damus *locum mutaverit.* [5]) eiusdem speciei rem meliorem postulantes *Cdd. pleraeque edd.* non eiusdem pretii sed rem meliorem p. *Cd.* 19. *Minus corruptum locum habet Consult., ad quam vid. not.*

Tit. XI. [6]) *Cf. Cic. Verr.* 1, 45. *Gai.* 4, 89 *seq. Fr. Vat.* 336. *Ulp. Inst. fr. IV. L.* 6. §. *ult. L.* 14. *D. de Carbon.* (37, 10). *L.* 5 *pr.* §. 1. *D. de pet. hered.* (5, 3). [7]) et si satisdatio non detur, in petitorem hereditas transfertur *Cdd. edd. Apparet, v.* satisdantem *aliquando excidisse et mutata sede in* satisdatio *abiisse.* [8]) *Cf.* 3, 6. §. 27. [9]) *Ex plerisque Cdd. ed. Haen. om. ed. A.* [10]) *Recisum videtur:* boni uiri arbitratu id est.

Tit. XII. [11]) *Cf. L.* 4. *C. ad leg. Corn. de fals.* (9, 22). [12]) Ex his *Cdd. edd., quae verba ibi seq. sententiam auspicantur, Cf.* §. 7. *I. de publ. iud.* (4, 18) *ibiq. Schrader. Non accedo Rudorf. Rechtsgesch.* §. 41. *not.* 1. [13]) *Ex Cdd.* 7. 22. 26. 31. *Sed videtur potius barbara (cf. Interpr. ad* 1, 13^a. §. 6. *Lex Burg.* 19.) *quam*

aliam reformare cogendus est.] **3.** [1]Qui falsum nesciens allegauit, falsi poena non tenetur. **4.** [2]In caput domini patroniue nec seruus nec libertus interrogari potest. **5.** [3]Praegnantes neque torqueri neque 'damnatae necari[4] nisi post editum partum possunt. [5]**6.** Qui rescriptum a principe falsa allegatione elicuerint, uti eo prohibentur. **7.** Qui de se[6] confessus est, in alium torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperauit.

[*L.* 22. *D. de quaest.* (48, 18).
L. 54. *D. de iudiciis* (5, 1).
L. 41. *D. ad leg. Iul. de adult.* (48, 5).]

[TIT. XIII^A. DE IVDICATO].[7]

[*L.* 17. *D. de in ius voc.* (2, 4).][8]

1. Qui exhibiturum se aliquem iudicio cauerit,[9] mortuo eo, pro quo cauerat, periculo cautionis liberatur.

2. [10]Filiusfamilias iussu patris manumittere potest, matris non potest. **3.** [11]Is, qui album raserit, corruperit, sustulerit,
[368] mutauerit, quidue aliud propositum edicendi causa turbauerit, extra ordinem punietur. **4.** Si id, quod emptum est, neque tradatur neque mancipetur, uenditor cogi potest, ut tradat aut mancipet.[12]

Paulli sententia. Cf. 1, 13. §. 5. 6. *L.* 21. *D. de offic. praes.* (1, 18). *L.* 2. *D. de servo corr.* (11, 3). [1]) *Cf. L.* 20. *C. ad leg. Corn. de fals.* (9, 22). [2]) *Cf.* 5, 16. §. 5. *L.* 12. *C. de testib.* (4, 20). [3]) *Cf. L.* 3. *D. de poenis* (48, 19). [4]) damnari *Cdd. edd. Sed fuerat* damnaten'ari. [5]) *Ex Cdd.* 12. 13. 24. *Cf. L.* 5. *C. si contra ius* (1, 22). [6]) *Sc. in quaestione. Cf. L. ult. C. de accus.* (9, 2). *L.* 16. *D. de quaest.* (48, 18) *et Schulting. ad h. l.*

Tit. XIII^A. [7]) *Omittit Cd.* 15. *et videtur hic tit. tantum superior perperam repetitus et deinde paullo mutatus. Sententias, quae sequuntur, ex variis genuini Paulli titulis corrasas esse apparet. Cf. Heimbach. in Repert. Lips.* 1843. *III. p.* 143. [8]) *In A. ed. sequitur §um* 1. [9]) *Velut fideiussor: cf. L.* 4. *D. qui satisd. cog.* (2, 8)*; vel in causa noxali: tit. D.* 2, 9. [10]) *Spectat ad manumissionem vindicta. L.* 16. 22. *D. de manumiss.* (40, 1). *L.* 30. §. 1. *D. qui et a quib.* (40, 9). *L.* 4 *pr.* 10. 22. *D. de manum. vind.* (40, 2). *L.* 51. §. 1. *D. de ritu nupt.* (23, 2). *L.* 1. §. 1. *C. comm. de manum.* (7, 15). [11]) *Cf. L.* 7—9. *D. de iurisdict.* (2, 1). *L.* 32 *pr. D. ad leg. Corn. de fals.* (48, 10), *infra* 5, 25. §. 5. [12]) *Puto, genus quoddam fraudis venditoris significatum fuisse; nam de extra-*

[*L.* 45 *pr.* §§. 1. 2. *D. de re iudic.* (42, 1).
L. 54 *pr.* §. 1. *D. eod.*
L. 38 *pr.* §. 1. *D. de reb. auct. iud.* (42, 5).]

5. [1] Deteriorem seruum facit, 'qui fugam suaserit et qui furtum, et qui mores[2] eius corpusue corruperit. **6.** [3] Qui ancillam alienam uirginem immaturam corruperit, poena legis Aquiliae tenebitur.

[*L.* 37. *D. de poenis* (48, 19).]

TIT. XIII^B. SI HEREDITAS VEL QVID ALIVD PETATVR.[4]

1. [5] In petitione hereditatis ea ueniunt, quae defunctus mortis tempore reliquit, 'uel[6] ea, quae post mortem ante aditam hereditatem ex ea acquisita sunt. **2.** [7] Possessor hereditatis pretia earum rerum, quas dolo alienauit, cum usuris praestare cogendus est. [8] **3.** Rerum ex hereditate alienatarum aestimatio in arbitrio petitoris consistit. **4.** [9] Petitio hereditatis, cuius defunctus litem non erat contestatus, ad heredem non transmittitur.[10]

[**5.** *Consult.* 5, 5.
6. *Consult.* 6, 5.
7. *Consult.* 6, 6.]

[11] **8.** [12] Possessor hereditatis, qui ex ea fructus capere uel 'possidere[13] neglexit, duplam eorum aestimationem praestare cogitur. [11] **9.** Hi fructus in restitutione praestandi sunt petitori, quos unusquisque diligens paterfamilias et honestus colligere potuisset. [369]

---

ordinaria coactione Paullus loqui videtur. Cf. Schulting ad h. l.
1) *Cf. L.* 1 *fin. L.* 2. 3. *D. de servo corr.* (11, 3). 2) *Fortasse legendum:* qui fugam suaserit ei, q́ue (quiue) furtum, uel q̊is (quouis) m (modo) mores. 3) *Cf. L.* 25. *D. de iniur.* (47, 10) *et supra* 1, 12. §. 2.

Tit. XIII^B. 4) *Ex Consult.* 5, 5. 6, 5., *ubi vid. not., et append. Cdd.* 12. 13. 14. 17. 5) *Extat etiam in Consult.* 6, 7. *Cf. L.* 16. §. 3. *L.* 19. §. 1. *L.* 20. §. 3. *L.* 36. §. 2. *D. de hered. pet.* (5, 3). 6) ut *Cdd.* 8. 9. *Fuerit* it. = item, *quod habitum pro* ū = uel. 7) *Cf. L.* 20. §. 11. *D. eod.* 8) *Ex Cdd.* 12. 13. *Cf. L.* 20. §. 21. *D. de her. pet.* (5, 3). 9) *Extat etiam in Consult.* 6, 5. 10) *Quoniam in rem actio est, quae semper ante litem contestatam ab herede, si is dominus est, denuo substantiam capit. Cf. L.* 1. §. 21. *D. de collat.* (37, 6). 11) *Ex Cdd.* 12—15. 17. 12) *Cf. Fest. v. Vindiciae p.* 376. *Infra* 5, 9. §. 2. *L.* 1. *Th. C. de fruct.* (4, 18). 13) *i. e. retinere.*

TIT. XIV. DE VIA PVBLICA.

[*L.* 3 *pr. D. de via publ.* (43, 10).]

1. [1]Qui uiam publicam exarauerit, ad munitionem eius solus compellitur.

TIT. XV. SI QVADRVPES DAMNVM INTVLERIT.

1. [2]Si quadrupes pauperiem fecerit damnumue dederit quidue depasta sit, in dominum actio datur, ut aut damni aestimationem subeat aut quadrupedem 'dedat;[3] quod etiam lege 'Pesulania[4] de cane cauetur.

[*Cf. Lex Burg. tit.* 13.][5]

2. [6]Feram bestiam in ea parte, qua 'populi[7] iter est, 'colligari[8] praetor prohibet, et ideo, siue ab ipsa siue propter eam ab alio alteri damnum datum fuerit, pro modo admissi extra ordinem actio in dominum uel custodem datur; maxime
[370] si ex eo homo perierit uel fuerit laesus. **3.** [9]Ei, qui irritatu suo feram bestiam uel quamcumque aliam quadrupedem in se proritauerit, 'itaque damnum ceperit,[10] neque in eius dominum neque in custodem actio datur.

[*L.* 11. *D. de extraord. crim.* (47, 11).]

Tit. XIV. [1]) *Extat etiam in L.* 3. §. 1. *D. de via publ.* (43, 10). *Cf. Lex Burg.* 17.

Tit. XV. [2]) *Cf. tit. I. si quadr. paup.* (4, 9). *L.* 14. §. 3. *D. de praescr. verb.* (19, 5). [3]) quadrupede cedat *ex aliis Cdd. ed. Haen.* [4]) Solonia *cj. Cuiac. Malim* Pessulania *uel* Pisulania (Physolania *Cd.* 31). [5]) *Ubi sic legitur: 'Si animal cuiuscunque damnum intulerit, aut aestimationem damni dominus soluat, aut animal cedat: quod etiam de cane et bipede placuit obseruari secundum speciem Paulli sententiarum lib. I. titulo si quadrupes pauperiem fecerit. De cane etiam sub eodem titulo comprehensum est, ut si quis saeuum canem habens in plateis uel in uiis publicis, eum in ligamen diurnis horis non redegerit, quidquid damni fecerit, a domino soluatur. His illud adiectum, ut si quis caballum quodue aliud animal habens scabidum ita ambulare permiserit, ut uicinorum gregibus permixtus proprium inferat morbum, quidquid damni per eum datum fuerit, similiter a domino sarciatur.'*
[6]) *Cf. L.* 40—42. *D. de aedil. ed.* (21, 1). [7]) populo *multi Cdd.* [8]) quam si ligari *Cdd.* 5. 9. *Unde scribendum videtur:* quamquam alligatam haberi. [9]) *Cf. L.* 1. §. 6. *D. si quadr.* (9, 1). *L.* 11. §. 5. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2). [10]) eaque damnum dederit *Cdd. edd.*

TIT. XVI. FINIVM REGVNDORVM.[1]

1. [2]In eum, qui per uim terminos deiecerit uel amouerit, extra ordinem animaduertitur.

TIT. XVII. DE SERVITVTIBVS.

1. [3]Viam, iter, actum, aquaeductum, qui biennio usus non est, amisisse uidetur; nec enim ea usucapi possunt, quae non utendo amittuntur. **2.** [4]Seruitus hauriendae aquae uel ducendae biennio omissa intercidit, et biennio usurpata recipitur.[5]

[*L.* 9. *D. de servit. pr. rust.* (8, 3).]

TIT. XVIII. FAMILIAE HERCISCVNDAE.[6]

1. [7]Arbiter familiae herciscundae plus quam semel dari non potest: et ideo de his, quae diuisa eo iudicio non sunt, communi diuidundo arbiter postulatus partietur. [8]**2.** De omnibus rebus hereditariis iudex cognoscere debet, celebrata diuisione, ut semel de omnibus pronuntiet. **3.** 'Iudicio[9] familiae herciscundae conuenit, ut ea, quae quis ex communi [371]
accepit,[10] aut ipsa[11] aut aestimationem eorum repraesentet, ut inter coheredes diuidi possint. **4.** Iudex familiae herciscundae '(*non de aliquibus rebus hereditariis, sed de omnibus,*)[12] nec inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est: alio-

---

Tit. XVI. 1) *Ex Collat.* 13, 2. de finium regundorum *Cdd. et ed. A.* 2) *Extat etiam Collat. l. c. Cf. infra* 5, 22. §. 2. *L.* 1. *C. de accus.* (9, 2). *In Cdd.* 46. 52. *additur:* Fines terrae praeter (*L.* per, *cum ter geminatum sit*) terminos regantur; ne dissipentur, ab utroque quinque pedum loco teneantur (*L.* contineantur).

Tit. XVII. 3) *Cf. L.* 6. *D. de serv. pr. urb.* (8, 3). *Schirmer ad Unterholzneri Verjährungsl. II. p.* 187. *Sed pro* amittuntur (admittuntur *plerique Cdd.*) *malim* perimuntur. 4) *Cf. Lex Burg.* 17. *F. A. Schilling Bemerk. p.* 170. 5) *Quod ob summum usum aquae lex Scribonia excepisse videtur. Cf. L.* 4. §. 29. *D. de usurp.* (41, 3). *De vir. doct. sententiis vid. Unterholzner l. c. p.* 133.

Tit. XVIII. 6) *Plerique Cdd. praefigunt* de, *quidam habent* familia. 7) *Cf. L.* 20. §. 4. *D. fam. erc.* (10, 2). 8) §§. 2—5. *debentur app. Cdd.* 12. 13. 14. 15. 17. 9) iudici *Cdd. edd.* 10) *i. e. conferenda. Cf. L.* 1 *pr. D. de dot. coll.* (37, 7). *L.* 8. *C. de collat.* (6, 20). 11) *Cd.* 13. ut ipsa *ceteri;* ipsa *edd.* 12) *Haec fere omissa esse (et consulto quidem, ut puto, ratione habita §i* 2.) *ostendit vocula* nec.

quin inutiliter datur.[1] **5.** Omnes res, quae sociorum sunt,[2] communi diuidundo iudicio inter eos separantur.

TIT. XIX. QVEMADMODVM[3] ACTIONES PER INFITIATIONEM DVPLENTVR.

1. [4]Quaedam actiones, si a reo infitientur, duplantur, uelut iudicati, depensi, legati per damnationem relicti, damni iniuria legis Aquiliae, item de modo agri, cum a uenditore emptor deceptus est. **2.** [5]Ex his causis, quae infitiatione duplantur, pacto decidi non potest.

TIT. XX. DE FIDEIVSSORE ET SPONSORE.

1. [6]Inter fideiussores ex edicto praetoris, si soluendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio diuidetur.

TIT. XXI. DE SEPVLCRIS ET LVGENDIS.

1. [7]Ob incursum fluminis uel metum ruinae corpus iam perpetuae sepulturae traditum, sollennibus redditis sacrificiis,
[372] per noctem in alium transferri locum potest. **2.** [8]Corpus in ciuitatem inferri non licet, ne funestentur sacra ciuitatis; et qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur. [9]**3.** [10]Intra muros ciuitatis corpus sepulturae dari non potest, uel ustrina fieri. **4.** [11]Qui corpus perpetuae sepulturae traditum uel ad tempus alicui loco commendatum nudauerit et solis radiis ostenderit, piaculum committit; atque ideo, si honestior sit, in

1) *Aliud placere videtur Ulp. L.* 2. §. 4. *D. fam. erc.* (10, 2), *item Diocl. L.* 17. *C. eod.* (3, 36) *et in iudicio communi div. ipsi Paullo L.* 8 *pr. D. comm. div.* (10, 3). *Sed hi loquuntur de paucioribus, qui volentes inter se solos iudicium accipiunt. Quisque igitur provocatus, ut inter omnes iudicium detur, recte postulat, et si nihilominus inter paucos detur, inutiliter datur. Et hactenus interest, utrum ex conventu arbiter petatur, an ad iudicem provocetur. L.* 43. *D. h. t.* 2) *Ergo etiam ex hereditate communes. L.* 44 *pr. D. h. t.*

Tit. XIX. 3) *Malim* quaenam (*ut fuerit* q̄nam *omisso postea* n). 4) *Cf. Gai.* 2, 282. 3, 127. 4, 9. 171. *infra* 2, 17. §. 4. 5) *Cf.* 1, 1. §. 5.

Tit. XX. 6) *Cf. Gai.* 3, 121.

Tit. XXI. 7) *Cf. L.* 1. 10. *C. de relig.* (3, 44). *Gruter* 578, 1. *Plin. ep.* 10, 69. 70 (73. 74). 8) *Cf. L.* 3. §. 4. *D. de sepulcro viol.* (47, 12). 9) §§. 3—13. *debentur Cd. Ves.* 10) *Cf. Cic. de legib.* 2, 23. *Dionys.* 5, 48. *L.* 3. §. 5. *D. de sepulcro viol.* (47, 12). *Capitol. in Pio* 12. *L.* 12. *C. de relig.* (3, 44). 11) *Cf. L.* 3. §. 7. *L. ult. D. de sep. viol.* (47, 12). *Nov. Valent. tit.* 22 *pr.*

insulam, si humilior, in metallum dari solet. **5.** Qui sepulcrum uiolauerint aut de sepulcro aliquid sustulerint, pro personarum qualitate aut in metallum dantur aut in insulam deportantur. **6.** [1]Qui sepulcrum alienum effregerit uel aperuerit, eoque mortuum suum alienumue intulerit, sepulcrum uiolasse uidetur. **7.** [2]Vendito fundo religiosa loca ad emptorem non transeunt, nec in his ius inferre mortuum habet. **8.** [3]Qui monumento inscriptos titulos eraserit, uel statuam euerterit, uel quid ex eodem traxerit, lapidem columnamue sustulerit, sepulcrum uiolasse uidetur. **9.** In eo sarcophago uel 'solio,[4] ubi corpus iam depositum est, aliud corpus inferri non potest, et qui intulerit, reus sepulcri uiolati postulari potest. **10.** [5]Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus [373] eius aliquid impenderit, recipere id ab herede uel a patre uel a domino potest. **11.** [6]Maritus id, quod in funus uxoris impendit, ex dote retinere potest. **12.** [7]Neque iuxta monumentum neque supra monumentum habitandi ius est; attactu enim conuersationis humanae piaculum admittitur; et qui contra ea fecerit, pro qualitate personae uel opere publico uel exsilio mulctatur. **13.** [8]Parentes et filii maiores 'x[9] annis anno 'lugendi sunt;[10] minores '(*usque ad trimatum, quot annorum decesserint, pro quoque anno*)[11] mense; maritus decem mensibus; et cognati 'proximiores gradu sexto[12] octo. Qui contra fecit, infamium numero habetur. **14.** [13]Qui luget, abstinere debet a conuiuiis, ornamentis, purpura et alba ueste. **15.** [14]Quicquid in funus erogatur, inter aes alienum primo loco deducitur.

[*L.* 3. *D. de cadav. punit.* (48, 24).]

---

1) *Cf. L.* 3. §. 3. *D. de sep. viol.* (47, 12). 2) *Cf. L.* 9. *de relig.* (3, 44). 3) *Cf. L.* 4. *C. de sep. viol.* (9, 19). 4) *Ex Schult. cj.* solo *Cd. edd. Cf. Plin. N. H.* 35, 12. §. 160. *Suet. Ner.* 50. 5) *Haec sententia a Cuiacio ex Cd. Ves. h. l. posita, in Brev. Alar. Cdd. legitur post* §. 15. *De re cf. L.* 14. §. *ult. L.* 21. *L.* 31 *pr.* §. 1. *D. de relig.* (11, 7). 6) *Cf. L.* 17. *D eod.* 7) *Cf. L.* 3 *pr. D. de sep. viol.* (47, 12). 8) *Cf. Fr. Vat.* 321. 9) sex (*adhaesit sc.* s *ex* maiores) *Cdd. edd.* 10) lugere possunt *Cdd. edd. Cf. Fr. Vat.* 321. *Iam dudum enim exoleverat, quae initio haec tempora statuendi ratio fuerat, ne amplius iis lugere cuiquam liceret.* 11) *Ad sensum restitui.* 12) proximioris gradus *Cdd. edd. sine sensu. Fuerit:* proximiores gradu VI. *Cf. Fr. Vat.* 299. 13) *Cf. Dionys.* 5, 48. *Liv.* 34, 7. — *Kirchmann de fun. Rom.* 2, 18. 14) *Cf. L.* 45. *D. de relig.* (11, 7).

IVLII PAVLLI SENTENTIARVM
LIBER SECVNDVS.

TIT. I. DE REBVS CREDITIS ET DE IVREIVRANDO.[1]

[*L.* 34 *pr.* §. 1. *D. de reb. cred.* (12, 1).]

[374] **1.** [2] In pecuniariis causis si alter ex litigatoribus iusiurandum deferat, audiendus est: hoc enim et compendio litium et aequitatis ratione prouisum est. [3] **2.** [4] Deferre iusiurandum prior actor potest: contrarium autem de calumnia iusiurandum reo competit. **3.** [5] Si, reus cum iurare uelit, actor illi necessitatem iurisiurandi remisit, et hoc liquido appareat, actio in eum non datur. **4.** [6] Heredi eius, cum quo contractum est, iusiurandum deferri non potest, quoniam contractum ignorare potest. **5.** [7] Si qui debitum quocumque modo confessus docetur, ex ea re actio creditori non datur, sed ad solutionem compellitur.

Tit. I. [1]) *Multi Cdd.* iureiurando *ed. A. L.* 34 *cit. initio huius tit. posui auctore Heimbach. in Repert. Lips.* 1843. *III. p.* 141. [2]) *Cf. L.* 34. §§. 6. 9. *D. de iureiur.* (12, 2). *L.* 9. *C. de reb. cred.* (4, 2). [3]) *Cd.* 8. *sub rubrica* De dubiis rebus solum iurare debere *hanc interserit sententiam:* Qui suspectus dicitur, quum nulla ueritas petitori in eo exprimitur, qui calumniam se pati dicit. *Corrige:* Cum suspectus dicitur calumniae, ueritas petitorum ab eo exprimitur, q. c. s. p. d. *Videtur igitur opposita Interpretationi sequentis sententiae parum rectae et petita esse ex vetere ICto.* [4]) *Cf. L.* 34. §. 4. *L.* 37. *D. de iureiur.* (12, 2). [5]) *Cf. L.* 6. *D. eod.* [6]) *Cf. L.* 11. §. 2. *D. rer. amot.* (25, 2). *L.* 12 *pr. C. de iureiur.* (12, 1). non potest] *sc. ita, ut iurare aut referre cogi possit. Cf. Zimmermann Glaubenseid p.* 19. [7]) *Cf.* 5, 5[a]. §§. 2—4. *L.* 23. §. 11. *L.* 25. §. 2. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2). *L.* 56. *D. re iudic.* (42, 1). *L.* 4. *D. de confess.* (42, 2).

TIT. II. DE PECVNIA CONSTITVTA.

1. Si id, quod mihi Lucius Titius debet, soluturum te [375] constituas, teneris actione pecuniae constitutae.
[*L.* 6. 30. *D. de const. pec.* (13, 5).]

TIT. III. DE CONTRACTIBVS.[1]

1. [2]Stipulatio est uerborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus respondet: uelut 'SPONDES? SPONDEO:' 'DABIS? DABO:' 'PROMITTIS? PROMITTO:' 'FIDEI TVAE ERIT? FIDEI MEAE ERIT:' et tam pure quam sub condicione concipi potest.

TIT. IV. DE COMMODATO ET DEPOSITO (*ITEM DE*) PIGNORE FIDVCIAVE.[3]

1. [4]Quicquid in rem commodatam ob morbum uel aliam rationem impensum est, a domino recipi potest. **2.** [5]Si facto incendio, ruina, naufragio aut quo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata est: nisi forte, cum posset rem commodatam saluam facere, suam praetulit. **3.** [6]Seruus uel equus 'in aliam causam commodati[7] si a latronibus uel in bello occisi sunt, actio commodati datur; custodia enim et diligentia rei commodatae praestanda est. **4.** [8]Si rem aestimatam tibi dedero, ut ea distracta pretium ad me deferres, eaque perierit, siquidem ego

---

Tit. III. [1]) *Paullus scripserit, si modo eius est hic titulus:* De stricti iuris contractibus. [2]) *Cf. infra* 5, 6. §. 1. *L.* 5. §. 1. *D. de verb. obl.* (45, 1). *Gai.* 3, 92.

Tit. IV. [3]) *Paullus singulis his contractibus communem titulum praemisisse videtur, qui in Breviario cum tit. de commodato conflatus est; cf. Collat.* 10, 2. ITĒ DE *post* DEPOSITO *facile excidere potuit.* [4]) *Cf. L.* 18. §. 2. *D. commod.* (13, 6). *Collat.* 10, 2. §. 5. [5]) *Cf. L.* 5. §. 4. *D. commod.* (13, 6). *Lex. Burg.* 14. [6]) *Cf. L.* 5. §. 7. *D. commod.* (13, 6). *L.* 1. §. 4. *D. de obl. et act.* (44, 7). [7]) *In Cdd. et edd. leguntur post* in bello. *Suadente Boeckingio huc revocavi. Vestigium turbatae orationis est, quod plerique Cdd. habent* seruus uel alius ecus *et prope omnes* uel in aliam. [8]) *Cf. L.* 17. §. 1. *D. de praescr. verb.* (19, 5).

[376] te 'de uendenda[1] rogaui, meo periculo erit; si tu 'me prouocasti,[2] tuo periculo erit.

[*L.* 223 *pr. D. de verb. signif.* (50, 16).][3]

TIT. V. DE PIGNORIBVS.

1. [4]Creditor si simpliciter sibi pignus 'depositum[5] distrahere uelit, ter ante denuntiare debitori suo debet, ut pignus luat, ne a se distrahatur. **2.** [6]*Cum debitor gratuita pecunia utatur, potest creditor de fructibus rei sibi pigneratae ad modum legitimum 'usurarum[7] retinere;* (*sed*) fetus uel partus eius rei, quae pignori data est, pignoris 'iure non retinetur,[8] nisi hoc inter contrahentes conuenerit. **3.** [9]Compensatio debiti 'paris speciei et ex causa dispari admittitur:[10] uelut, si pecuniam tibi debeam et tu mihi pecuniam debeas, aut frumentum aut cetera huiusmodi, licet ex diuerso contractu,

---

[1]) *Haec verba in Cdd. et edd. transposita post* si tu *huc revocavi.* [2]) de uendenda (*sed plerique Cdd.:* defendenda) promisisti *Cdd. edd. Apparet, verba* de uendenda *scripta* deuendenda *et inde mutata in* defendenda, *cum locum mutassent, et ut* promisisti *scriberetur, et ut* me *eiiceretur, effecisse.* [3]) *A. ed. h. l. retulit ad* 2, 12 (§. 6[a]).

Tit. V. [4]) *Cf. L.* 4. *D. de pign. act.* (13, 7)*; infra* 2, 13. §. 5. *L.* 73. *D. de furt.* (47, 2). [5]) *Malim* positum; *nam dicitur apud aliquem deponi pignus. Cf. L.* 36. *D. de cond. ind.* (12, 6). [6]) *Est L.* 8. *D. in quib. caus. pign. tac.* (20, 2), *quam cum hac* §. 2. *interposito tantum voc.* sed *primitus cohaesisse* (*sed sequentem, cum nunc potius praecessisse videatur*) *suspicatus sum 'Studien d. R. R.' p.* 371. *Plerumque locatur post* 2, 13. §. 1. [7]) *'usuras'* (*pro 'usurar.'*) *Dig. Cdd. et edd.* [8]) *Scripsi in 'Studien d. R. R.' l. c. eo sensu, quo interpretatio h. l. cepit* (*nam ita cepisse, nullo iure negat Puchta Pand.* §. 203. *not. f*) *et suadente nexu huius* §*i cum sequenti. Denique sic vitatur antinomia L.* 29. §. 1. *L.* 26. §. 2. *D. de pign.* (20, 1). *L.* 3. *C. in quib. c. pign.* (8, 15). *L.* 1. *C. de partu pign.* (8, 25), *nec plane refragantur Cdd. Nam* iure retinetur *sex Cdd.* iure continentur *Cd.* 4. iure non tenetur (*vel* tenentur) *ceteri, edd. Vide tamen, ne haec ipsa scripturae discrepantia frequentissimo errore inde nata sit, quod initio fuerit:* pignoris iure (*tenetur, dominii iure non re*)tinetur. *De aliorum sententiis vid. L. Wittgenstein quaten. rei pign. fr. cred. ten. Berol.* 1858. *p.* 43 *seq.*

[9]) *Cf. Gai.* 4, 64 *seq.* §. 30. *I. de act.* (4, 6). *L.* 4. *D. de compens.* (16, 2). [10]) ex pari specie et causa dispari admittitur (ad legem mittitur *Cd.* 6.) *Cdd. edd., ubi* ex *transpositum; fortasse etiam pro* et *legendum* licet, *quod in* legem *potest abiisse.*

compensare 'uel deducere[1] debes; si totum petas, plus petendo [377] causa cadis.[2]

TIT. VI. DE EXERCITORIBVS.

1. [3]Filiusfamilias si uoluntate patris nauem exerceat, patrem in solidum ob ea, quae salua receperit, obligat.

TIT. VII. AD LEGEM RHODIAM.

1. [4](*Lege Rhodia cauetur, ut si*)[5] leuandae nauis gratia 'iactus mercium[6] factus est, '(*damnum*)[7] omnium intributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. **2.** [8]Iactu nauis leuata si perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, eius quoque rationem haberi placuit, qui merces salua naue iactauit. **3.** [9]Naue uel arbore ui tempestatis amissa uectores ad contributionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa eruentibus nauis salua sit. **4.** [10]Leuandae nauis gratia merces in scapham transiectas atque ideo amissas intributione earum, quae in naui saluae 'fuerunt,[11] refici conuenit; naue autem perdita conseruatae cum mercibus scaphae ratio non habetur. **5.** Collatio intributionis ob iactum salua naue fieri debet.

TIT. VIII. DE INSTITORIBVS.

1. [12]Sicut commoda sentimus ex actu praepositi institoris, ita et incommoda sentire debemus. et ideo qui seruum 'uel ancillam[13] siue filium filiamue familias praeposuit negotiis uel mercibus exercendis, eorum nomine in solidum conuenitur. **2.** [14]Si quis pecuniae foenerandae 'agroue[15] colendo, 'conden-

---

[1]) *Rescriptum D. Marci petitori ad evitandam doli exceptionem optionem dedisse videtur vel in intentione cum compensatione vel in condemnatione cum deductione agendi. De aliorum sent. cf. Dernburg Compens. p.* 247—257. [2]) *Aut ipso iure aut per doli exceptionem.*

Tit. VI. [3]) *Cf. L.* 1. §§. 19—23. *D. de exerc. act.* (14, 1). *L.* 1. §. 8. *D. nautae caup.* (4, 9).

Tit. VII. [4]) *Est L.* 1. *D. de lege Rhod.* (14, 2). [5]) *Ex Dig.* si *etiam habet Cd.* 21. [6]) iactus commercium (*vel* cum mercium) *Cdd., unde* cum iactus mercium *edd. A. Haen.* [7]) *Supplevi; excidit ob v. sequens.* [8]) *Cf. L.* 4. §. 1. *D. h. t.* (14, 2). [9]) *Cf. L.* 2. §. 1. *L.* 3. *D. eod.* [10]) *Cf. L.* 4 *pr. D. eod.* [11]) erunt *Cdd. ed. A.*

Tit. VIII. [12]) *Cf. L.* 1. *D. de instit. act.* (14, 3). [13]) *Haec verba* (siue ancillam *alii Cdd.*) *in Cdd. edd. post* familias *posita, huc revocavi.* [14]) *Cf. L.* 5. §§. 1. 2. *D. h. t.* (14, 3), [15]) agroque *Cdd. edd.*

[378] dis(*ue*)[1] uendendisque frugibus praepositus est, ex eo nomine, quod cum illo contractum est, in solidum '(*pecuniae uel*)[2] fundi dominus obligatur; nec interest, seruus an liber sit. **3.** Quod cum discipulis eorum, qui officinis uel tabernis praesunt, contractum est, in magistros uel institores tabernae in solidum actio 'datur.[3]

TIT. IX. DE IN REM VERSO.

1. [4]Seruus uel filiusfamilias si acceptam pecuniam in rem patris uel domini uerterit, hoc modo, agrum puta colendo, domum fulciendo, mancipia uestiendo,[5] mercando, uel creditori soluendo, uel quid tale faciendo, de in rem uerso in solidum uel patrem uel dominum obligat: si tamen ob hanc causam pecunia data sit.[6]

[*L.* 17. *D. de SC. Maced.* (14, 6).][7]

TIT. X. DE SENATVS CONSVLTO MACEDONIANO.

1. [8]Qui filiofamilias contra interdictum amplissimi ordinis pecuniam mutuam crediderit, post mortem patris ex eo, quod uiuo patre credidit, cum eo agere non potest.

TIT. XI. AD SENATVS CONSVLTVM VELLEIANVM.[9]

1. [10]In omni genere negotiorum et obligationum tam pro uiris quam pro feminis intercedere mulieres prohibentur. **2.** Mulier, quae pro '(*se*)[11] tutoribus filiorum suorum in-

---

1) *Geminando addidi. Cf. Interpr.* 2) *Supplevi; excidit* pū *ob sequentes litteras* fu. 3) *Plerique Cdd.* dabitur *alii Cdd. edd. Ceterum cf. L.* 5. §. 10. *D. h. t.*

Tit. IX. 4) *Cf.* §. 4. *I. quod cum eo q. in alien.* (4, 7). 5) *Excidisse videtur* frumentum. *Cf. L.* 3. §§. 1. 7. *D. h. t.* 6) *i. e. si filiusfam. eo animo, ut patris negotia gereret, pecuniam in eius rem verterit. Cf. Unterholzner Schuldverh.* §. 200. *m.* 7) *Plerique h. l. ad sequentem tit. retulerunt.*

Tit. X. 8) *Cf. L.* 1 *pr. D. de SC. Maced.* (14, 6).

Tit. XI. 9) *Proprie Vellaeanum, a.* 27. *Cf. Borghes. in Annal. dell' Inst. arch.* 1849. *p.* 45. 10) *Recisum esse puta* 'SCto Velleiano'. 11) *Supplevi. Intellige: ut ipsa administrationem rerum filiorum suorum acciperet, pro hac administratione. L.* 6 *pr. C. ad SC. Vellei* (4, 29). *L.* 2. *C. si mater indemnit.* (5, 46). *Vocula* se *cum excidisset, Interpres Visig. locum accepit de matre filiis pro tutore a se petito fideiussione obligata, quam non aliter teneri constat, nisi si hoc specialiter decreto comprehensum sit. L.* 1. 3.

demnitatem promisit, ad beneficium senatus consulti non [379] pertinet.

[*L.* 30 *pr.* §. 1. *D. ad SC. Vellei.* (16, 1).][1]

TIT. XII. DE DEPOSITO.

[1—4. *Collat.* 10, 7. §§. 1—4.]

5. [2]Si sacculum uel argentum signatum deposuero, et is, penes quem depositum fuit, me inuito contrectauerit, et depositi et furti actio mihi in eum competit.

[*L.* 29. §. 1. *D. depositi* (16, 3).[3]
6. *Collat.* 10, 7, §. 6.]

7. [4]In iudicio depositi ex mora *et* fructus ueniunt et usurae rei depositae 'praestantur.[5]

[**8—11.** *Collat.* 10, 7. §§. 8—11.]

12. In causa depositi compensationi locus non est, sed res ipsa reddenda est.[6]

TIT. XIII. [DE LEGE COMMISSORIA.][7]

1. Debitor distractis fiduciis a creditore de superfluo aduersus eum 'habet[8] actionem.

[*L.* 3. *D. de pignor. act.* (13, 7).][9]

2. [10]Quicquid creditor per fiduciarium seruum quaesiuit, sortem debiti minuit. **3.** [11]Debitor creditori 'uendere fiduciam[12] non potest: sed aliis si uelit uendere potest, ita ut ex pretio eiusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam sibi rem emptori praestet. **4.** [13]Si per suppositam personam creditor pignus suum inuito debitore comparauerit,

---

C. eod. L. 6. §§. 1. 2. *C. ad SC. Vell.* (4, 19). 1) *In fine lege: 'ne alia actio intercedat' i. e. ne actio mandati contra mulierem competat. Cf. L.* 19. §. 5. *D. eod.*

Tit. XII. 2) *Extat etiam in Collat.* 10, 7. §. 5. *et L.* 29 *pr. D. h. t.* (16, 3). 3) *Pro 'ex permissu' malim 'impermissu'.* 4) *Extat etiam in Collat.* 10, 7. §. 7. 5) *Ex Collat.* postulantur *Cdd. edd.* 6) *Cf. L.* 18. §. 4. *D. commod.* (13, 6).

Tit. XIII. 7) *Haec rubrica in Cdd. et ed. Haen. legitur post* §. 8. *ibi quoque inepta.* 8) habebit *Cdd. multi, ed. Haen.* 9) *De L.* 8. *D. in quib caus. p. tac.* (20, 2) *vid.* 2, 5. §. 2. 10) *Cf. L.* 1—3. *C. de pign. act.* (4, 24). 11) *Cf. L.* 12 *pr. D. de distr. pign.* (20, 5). *L.* 20. §. *ult. D. de pign. act.* (13, 7). 12) *Plerique Cdd.* fiduciam uendere *ed. A.* 13) *Cf. L.* 10. *C. de distr. pign.* (8, 28).

[380] emptio non uidetur; et ideo quandoque lui potest. ex hoc enim causa pignoris uel fiduciae finiri non potest. **5.** [1]Si inter creditorem et debitorem conuenerit, ut fiduciam sibi uendere non liceat, non soluente debitore, creditor denuntiare ei solenniter potest et distrahere: nec enim ex tali conuentione fiduciae actio nasci potest. **6.** Si creditor rem fiduciae datam uni ex heredibus uel extraneo legauerit,[2] aduersus omnes heredes actio fiduciae competit. **7.** [3]Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ob ea recuperanda, quae impendit, iudicio fiduciae debitorem habebit obnoxium. **8.** Nouissimus creditor priorem, oblata pecunia, 'ne inique[4] possessio in eum transferatur, dimittere potest. sed et prior creditor secundum creditorem, si uoluerit, dimittere non prohibetur, quamquam ipse in pignore potior sit. **9.** [5]Seruus si mutuam pecuniam seruitutis tempore acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conueniri non potest.

TIT. XIV. DE VSVRIS.

1. [6]Si pactum nudum de praestandis usuris interpositum sit, nullius est momenti; ex nudo enim pacto inter ciues Romanos[7] actio non nascitur. **2.** [8]Usurae supra centesimam solutae sortem minuunt: consumpta sorte repeti possunt. **3.** [9]Traiectitia pecunia propter periculum creditoris, quamdiu

---

1) *Cf. supra* 2, 5. §. 1. 2) *Cf.* 3, 6. §. 69. 3) *Cf. L.* 8 *pr.* 25. *D. de pign. act.* (13, 7). 4) quo *edd. ex Cuiac. cj., cui Interpr. videtur favere. Sed tunc exspectas* in se transferatur, *et ius offerendi plerumque tantum a possidente posteriore creditore adversus vindicantem priorem* (*nisi ponas priorem possidentem in eo esse, ut pignus distrahat*) *exerceri potest. Cf. L.* 11. §. *ult. D. qui pot.* (20, 4). *Cum in plerisque Cdd. sit* obligatam pecuniam quo, *ex geminato* -niam *facile effeceris* ne ini; *itaque scripsi:* ne inique. *Iniqua foret possessionis in priorem creditorem translatio, quoniam vendente illo pro lubitu posterioris pignoris causa periclitatur.*
5) *Cf. L.* 14. *D. de obl. et act.* (44, 7). *L.* 1. 2. *C. an serv. ex suo facto* (4, 14).

Tit. XIV. 6) *Cf. L.* 3. *C. de usur.* (4, 32). *L.* 27. *C. de loc.* (4, 65). 7) *Idem Ulpianus videtur dixisse L.* 7. §. 4. *D. de pactis* (2, 14): Cum nulla causa subest, propter conuentionem hic constat non posse constitui obligationem, *ubi pro inepta v.* hic *reponendum* ic = iure ciuili. 8) *Cf. L.* 26 *pr. D. de cond. indeb.* (12, 6).
9) *Cf. L.* 1. *C. de naut. foen.* (4, 33). *L.* 4 *pr. D. eod.* (22, 2).

nauigat nauis, infinitas usuras recipere potest. **4.** Usurae, quae centesimam excedunt, 'per errorem[1] solutae repeti possunt. **5.** [2]Si quis pignora debitoris citra auctoritatem iudicantis abduxerit, uiolentiae crimen admittit. **6.** [3]Tutor in usuras non conuenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocauit, quod idonea nomina non habebat, quibus pecunia collocaretur: cuius rei contestatio apud praesidem prouinciae deponenda est. [381]

[*L.* 15. 49. *D. de peric. et adm. tut.* (26, 7).]

TIT. XV. DE MANDATIS.

1. [4]Ob subitam ualetudinem, ob necessariam peregrinationem, ob inimicitiam, et 'inanis rei actionem[5] '(*nec*)[6] integra adhuc causa mandati 'negotii ei[7] renuntiari potest. **2.** [8]Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparauero, etsi rem postea accipere nolis, mandati actio mihi aduersus te competit. 'nec etiam[9] tantum quod impensum est, sed et usuras eius consequi possum. **3.** [10]Certo pretio rem iussus distrahere si minoris uendiderit, mandati iudicio pretii summa poterit integrari. uenditionem enim dissolui non placuit.

TIT. XVI. PRO SOCIO.

1. [11]Sicut lucrum, ita et damnum inter socios communicatur: nisi quid culpa socii uel fraude euersum sit.

TIT. XVII. EX EMPTO ET VENDITO.

1. [12]Venditor si eius rei, quam uendiderit, dominus non sit, pretio accepto auctoritatis manebit obnoxius: aliter enim

---

1) *Sive per calculi errorem, sive quis maiores usuras promissas esse falso putaverit. Utraeque solutae usurae sortem non minuunt, quia solutio illicitam causam non habet, sicut in casu* §. 2.
2) *Cf.* 5, 26. §. 4. 3) *Cf. L.* 3. *C. de usur. pupill.* (5, 56).
Tit. XV. 4) *Cf.* §. 11. *I. de mand.* (3, 26). *L.* 23—25. *D. mand.* (17, 1). 5) *Cdd.* 1. 2. 6. 7. *Sensus: quia inanem rem acturus esset.* inanes rei actiones *ex aliis Cdd. et L.* 24. *D. eod. ed. A. Pro* et *malim* aut; *nam haec causa non in persona sed in re posita est.*
6) *Addidi; periit, cum scriptum esset* actioñ. *De re cf. ll. cc.*
7) negotium *optimi Cdd.* negotio *alii, edd.* 8) *Cf. L.* 12. §. 9. *D. mand.* (17, 1). 9) non enim *Cdd. edd.* 10) *Cf. L.* 5. §§. 3. 4. *D. h. t.*
Tit. XVI. 11) *Cf. L.* 52. §. 4. *D. pro soc.* (17, 2).
Tit. XVII. 12) *Cf. L.* 13. §§. 8. 9. *D. de act. empti* (19, 1).

non potest obligari. **2.** [1]Si res simpliciter traditae euincan-
[382] tur, tanto uenditor emptori condemnandus est, quanto si stipulatione pro euictione cauisset. **3.** [2]Res empta, mancipatione et traditione perfecta, si euincatur, auctoritatis uenditor duplo tenus obligatur. **4.** [3]Distracto fundo si quis de modo mentiatur, in 'duplum[4] eius, quod mentitus est, officio iudicis aestimatione facta conuenitur. **5.** [5]Redhibitio uitiosi mancipii intra sex menses fieri potest propter latens uitium. **6.** [6]Si, ut seruum quis pluris uenderet, de artificio eius uel peculio mentitus est, actione ex empto conuentus, quanto minoris ualuisset, emptori praestare compellitur, nisi paratus sit eum redhibere.[7] **7.** [8]Ex die emptionis[9] et fructus et operae seruorum et fetus pecorum et ancillarum partus ad emptorem pertinent. **8.** [10]Fundum alienum mihi uendidisti; postea idem ex causa lucratiua meus factus est; 'si pars pretii numerata sit,[11] competet mihi aduersus te ad pretium recuperandum actio ex empto. **9.** [12]Post rem traditam nisi emptor pretium statim exsoluat, usuras eius praestare cogendus est. **10.** Mutus emere et uendere potest; furiosus autem neque emere neque uendere potest. **11.** [13]Seruus bona fide comparatus si ex ueteri uitio fugerit, '(*qui uendidit*) doli conscius[14] non tan-

---

1) *Cf. L.* 2. *D. de evict.* (21, 2). *L.* 31. §. 20. *D. de aedil. ed.* (21, 1). *Huc spectare videtur Lex Burg. tit. XXXV. p.* 99. *coll. p. LXIII. ed. Bark.* 2) *Cf. Huschke Recht d. nexum p.* 171.
3) *Cf. ibid. p.* 174—179. *supra* 1, 19. §. 1. — *Ed. Haen. ex Cdd. hic novam habet rubricam* de modo, *ut sit tit. XVIII et dehinc mutetur titulorum numerus.* 4) duplo *Cdd. edd.* 5) *Cf. L.* 19 *fin. L.* 55. *D. de aedil. ed.* (21, 1). 6) *Cf. L.* 13. §. 4. *D. de act. empti* (19, 1).
7) *Actore hoc desiderante. Cf. L.* 11. §. 5. *D. eod. L.* 43. §. 6. *D. de aedil. ed.* (21, 1). 8) *Cf. L.* 13. §§. 10. 13. *D. de act. empti* (19, 1). *L.* 13. 16. *C. eod.* (4, 49). 9) si pars pretii numerata sit *Cdd. omnes Brev. ed. Haen. h. l. interponunt;* si pretium numeratum sit *C. Ves. edd. pleraeque, ex correctione, ut puto. Sed totum hoc fugitivum est et sequenti* §o *ante* competet *restituendum, quod fecimus.* 10) *Cf. L.* 13. §. 15. *D. de act. empti* (19, 1). *L.* 9. *D. de evict.* (21, 2). 11) *Cf. not.* 9. 12) *Cf. Fr. Vat.* 2. 13) *Cf. L.* 1. *C. de aedil. act.* (4, 58). *L.* 13. §. 1. *D. de act. empti* (19, 1).
14) *Scripsi; nam qui ignorans vendidit, de pretio tantum et ut servum apud emptorem relinquat, conveniri potest. L.* 23. §. 8. *L.* 58 *pr. D. de aedil. ed.* (21, 1). *Verba* q. ūdidit *ob similitudinem cum v.* fugerit *aliquando omissa effecisse videntur, ut v.* doli c'scius *mutata in* dominus, *quod Cdd. habent post* pretium, *in locum v.* ser̄, *quo* sed

tum pretium (*serui*), sed et 'eorum,[1] quae per fugam abstulit, [383] reddere cogetur.[2]

12 (13). [3]Cum probatio prioris fugae defecerit, serui responsioni credendum est: in se enim interrogari, non pro domino aut in dominum, uidetur. **13 (14).** [4]In eo contractu, qui ex bona fide descendit, instrumentorum 'obligatio[5] sine causa 'desideratur,[6] si quo modo 'ueritas[7] de fide contractus possit ostendi.

[*L.* 1. *D. de fide instrum.* (22, 4).]

14 (15). [8]Fundus eius esse uidetur, cuius nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est: si tamen fundus comparatori sit traditus.

[**15.** *Consult.* 6, 8.][9]

15 (16). [10]Electo reo principali fideiussor uel heres eius liberatur. non idem in mandatoribus obseruatur.[11]

TIT. XVIII. DE LOCATO ET CONDVCTO.

1. [12]Homo liber, qui statum suum in potestate habet, et

---

geminatum videbatur, substitueretur. Schult. pro dominus *cj.* venditor. 1) ea (*pro* eor.) *Cdd. edd.* 2) *De* §. 12. *editionum vid. not.* 9. 3) *Paullum mutata extat in L.* 7. *D. de prob.* (22, 3). *Cf. L.* 58. §. 2. *D. de aedil. ed.* (21, 1). *L.* 1 *pr. L.* 20. *D. de quaest.* (48, 18), *infra* 5, 16. §. 5. 4) *Cf. L.* 10. *C. de fide instr.* (4, 21). 5) *Optimi et plerique Cdd.* oblatio *alii, ed. A. Cf. Gai.* 3, 131. 6) demonstratur *multi et optimi Cdd. et ed. Haen.* 7) uoluntas *ex multis Cdd. ed. Haen.* 8) *Cf. L.* 1. *C. si quis alteri* (4, 50). 9) *Pleraeque edd. h. l. post* §. 11. *ponunt, ut sit* §. 12. *De re cf. L.* 2. *C. si vend. pign.* (8 30). *Creditoris venditione, quae exsequendi pignoris causa ex pacto fit vel fieri videtur, pignoris causa finitur* (2, 13. §. 4) *et sola in rem actio, si non iure venditum sit, debitori eiusve heredibus relinquitur: extra quam si contra fidem pacti creditor egisse arguatur ab eo, qui pepigit vel pepigisse intelligitur: quod arguere licere cum in contractu pignoris dati inesse videatur, et debitor hoc casu recte pignoratitia agit, et si arguit* (*nam personale pactum est*), *actionem ad heredem transmittit. Aliter rem expedire sibi videntur Cuiac. et Schult. ad h. l.* 10) *Cf. Cic. ad Att.* 16, 15. *L.* 45. §. 8. *D. mand.* (17, 1). *L. ult. C. de fideiuss.* (8, 41). — *L.* 13. *D. de fideiuss.* (46, 1). *L.* 23. *C. eod.* 11) *Ad h. tit. spectare etiam videtur L. Rom. Burg.* 35. '*Arra pro quibuscunque rebus a uenditore accepta ab eo, qui emit, uenditionem perfectam esse: pretium tamen postmodum emptor* (*L. emptore*) *uenditori impleturus* (*L. impleturo*), *si aut inter ipsos conuenerit aut uirorum bonorum aestimatione constiterit, secundum speciem Paulli.*'

Tit. XVIII. 12) *Cf. L.* 3. *D. de usufr. leg.* (33, 2).

[384] 'peiorem[1] eum et meliorem facere potest: atque ideo operas suas diurnas nocturnasque[2] locat. **2.** [3]Fundi deterioris facti et cultura non exercitati et aedificiorum non refectorum 'culpam[4] arbitrio iudicis domino a conductore sarciri 'oportet.[5]

[*L.* 55 *pr.* §§. 1. 2. *D. locati* (19, 2).]

TIT. XIX. DE NVPTIIS.

1. [6]Sponsalia tam inter puberes quam inter impuberes contrahi possunt. **2.** [7]Eorum, qui in potestate patris sunt, sine uoluntate eius matrimonia iure non contrahuntur; sed '(*et*)[8] contracta non soluuntur: contemplatio enim publicae utilitatis priuatorum commodis praefertur.

[**3—5.** *Collat.* 6, 3. §§. 1. 2. 3.]

6. [9]Inter seruos et liberos matrimonium contrahi non potest, contubernium potest. **7.** [10]Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt; sed contractum matrimonium furore non tollitur. **8.** [11]Vir absens uxorem ducere potest; femina absens nubere non potest. **9.** [12]Libertum, qui 'ad nuptias[13] patronae uel uxoris 'filiaeue[14] patroni affectauerit, pro dignitate personae metalli poena uel operis publici coerceri placuit.

[*L.* 38 *pr.*[15] §§. 1. 2. *L.* 66 *pr.* §. 1. *D. de ritu nupt.* (23, 2).]

TIT. XX. DE CONCVBINIS.

1. [16]Eo tempore, quo quis uxorem habet, concubinam

---

1) *Cd.* 15. peiorare *ceteri Cdd. edd.* 2) *Excidisse* 'iure' *puto.* 3) *Cf. L.* 25. §. 3. *D. loc.* (19, 2). 4) *Multi Cdd.* culpa *alii Cdd. edd.* 5) potest *Cdd. edd.*

Tit. XIX. 6) *Cf. L.* 14. *D. de sponsal.* (23, 1). 7) *Cf.* §. 1. *I. de nupt.* (1, 10). 8) *Geminavi. De sensu adhuc non capto cf. L. ult. C. de repud.* (5, 17) *et infra* §. 4. *Respicit constitutionem D. Marci, quae publicae utilitatis ratione filiosfam. sine consensu patris matrimonium solvere vetuit.* 9) *Cf. L.* 3. *C. de incest.* (5, 5). 10) *Cf. L.* 16. §. *ult. D. de ritu nupt.* (23, 2). 11) *Cf. L.* 7. *D. eod.* 12) *Cf. L.* 3. *C. de nupt.* (5, 5). *L.* 62. §. 1. *D. de ritu nupt.* (23, 2). 13) *Ex plerisq. Cdd. ed. Haen.* nuptias *ed. A.* 14) filiaeque *Cdd. edd.* 15) *Pro* sponsare *leg.* sponsam habere.

Tit. XX. 16) *Cf. L.* 1. *C. de concub.* (5, 26). *L. ult. fin. D. de divort.* (24, 2).

habere non potest. — [1]Concubina igitur ab uxore solo dilectu [385] separatur.

[*L.* 5. *D. de concub.* (25, 7).]

TIT. XXI[A]. DE MVLIERIBVS, QVAE SE SERVIS ALIENIS IVNXERINT, VEL AD SENATVS CONSVLTVM CLAVDIANVM.[2]

1. [3]Si mulier ingenua ciuisque Romana uel Latina alieno se seruo coniunxerit, siquidem inuito et denuntiante domino in eodem contubernio perseuerauerit, efficitur ancilla. **2.** [4]Si seruo pupilli ingenua mulier se coniungat, denuntiatione tutoris efficitur ancilla. **3.** Mulier etsi '(*libertae suae in contubernio alieni serui morari sine tutore auctore permittere non possit,*)[5] tamen ei, quae se seruo '(*suo*)[6] iunxerit, denuntiando acquirit ancillam. **4.** [7]Procurator et filiusfamilias et seruus iussu patris aut domini denuntiando faciunt ancillam. **5.** Si peculiari seruo filiifamilias libera se mulier coniunxerit, nulla 'disquisitione[8] paternae uoluntatis iure sollenni decurso 'acquiret ancillam.[9] **6.** Liberta sciente 'patrono[10] alieni serui secuta contubernium, eius, qui denuntiauit, efficitur ancilla. **7.** Liberta si ignorante patrono seruo se alieno coniunxerit, ancilla patroni efficitur ea condicione, ne aliquando ab eo ad ciuitatem Romanam perducatur.[11] **8.** Filiifamilias seruo, quem ex castrensi peculio habet, si se ingenua mulier coniunxerit, eius denuntiatione efficitur ancilla. **9.** Filiafamilias si inuito uel ignorante patre seruo alieno se iunxerit, etiam post denuntiationem statum suum retinet, quia facto filiorum peior condicio parentum fieri non potest. **10.** [12]Filia- [386]

---

1) *Hic quaedam esse recisa, sequens* igitur *arguit. De re cf. L.* 4. *D. de concub.* (25, 7). *L.* 16. §. 1. *D. de his, q. ut ind.* (34, 9). *Tit. XXI*ᴬ. *totus debetur Cd. Ves.* 2) *a.* 53. *factum. Cf. Tacit. A.* 12, 53. 3) *Cf. Ulp.* 11, 11. *Tertull. ad uxor.* 2, 8. *L.* 2. 5—8. *Th. C. ad SC. Claud.* (4, 11). 4) *Cf. L.* 18. *C. de admin. tut.* (5, 37). 5) *Supplevi* (*Excidit, quia utrobique in fine erat* sit.) *Cf. Ulp.* 11, 27. *Cuiac. supplebat* '*deferre non possit*', *quod non est huius loci.* 6) *Supplevi.* 7) *Cf. Fr. Vat.* 334. 8) discione *Cd.* (*ex* disqsicione, *ut puto*). discretione *ex Cuiac. cj. edd.* 9) *Malim* acquiret' ancilla. *De re cf. L.* 44. §. 1. *D. de acq. vel amitt. poss.* (41, 2). 10) *Non* patrona, *cf. Ulp.* 11, 27. 11) *Ad Latinitatem igitur poterat.* 12) *Cf. L.* 27. *D. depos.* (16, 3).

familias si iubente patre, inuito domino, serui alieni contubernium secuta sit, ancilla efficitur, quia parentes deteriorem filiorum condicionem facere possunt. **11.** Liberta serui patroni contubernium secuta etiam post denuntiationem in eo statu manebit, quia domum patroni uidetur deserere noluisse. **12.** Errore quae se putauit ancillam, atque ideo alieni serui contubernium secuta est, ’(*si*)[1] postea liberam se sciens in contubernio eodem perseuerauerit, efficitur ancilla. **13.** Si patrona seruo liberti sui se coniunxerit, ’eius[2] denuntiatione conuentam ancillam fieri non placuit. **14.** [3]Mulier ingenua, quae se sciens seruo municipum iunxerit, etiam citra denuntiationem ancilla efficitur; non idem, si nesciat: nescisse autem uidetur, quae comperta condicione contubernio se abstinuit, aut libertum putauit. **15.** Libera mulier contubernium eius secuta, qui plures dominos habuit, eius fit ancilla, qui prior denuntiavit, nisi forte ab omnibus factum sit. **16.** Si mater seruo filii se iunxerit, non tollit senatus consultum Claudianum erubescendam matris etiam in re turpi reuerentiam, exemplo eius, quae se seruo liberti sui coniunxerit.[4] **17.** Tribus denuntiationibus conuenta etsi ex senatus consulto facta uideatur ancilla, domino tamen adiudicata citra auctoritatem interpositi per ’(*praetorem*) praesidem(*ue*)[5] decreti non uidetur: ipse enim debet auferre, qui dare potest libertatem. **18.** [6]Filiafamilias mortuo patre si in serui contubernio perseuerauerit, pro tenore senatus consulti Claudiani conuenta efficitur ancilla.

TIT. XXIᴮ. DE DOTIBVS.

1. [7]Dos aut antecedit aut sequitur matrimonium, et ideo uel ante nuptias uel post nuptias dari potest: sed ante nuptias data earum exspectat aduentum.

[*L.* 73 *pr.* §. 1. *D. de iure dot.* (23, 3).]

[387] **2.** [8]Lege Iulia de adulteriis cauetur, ne dotale praedium maritus inuita uxore alienet.

---

1) *Ex Rittersh. et Schult. cj. addidi* (*fuerat* ēsi). 2) etiam (*factum, ut puto ex* ei', *quod accipiebatur* et.) *Cd. edd.* 3) *Cf. L.* 3. 6. *Th. C. ad SC. Claud.* (4, 11). 4) *Cf.* §. 13. 5) *Supplevi. De re cf. Theophil.* 3, 12. §. 1. 6) *Cf.* §. 9.
*Tit. XXI*ᴮ. 7) *Cf. L.* 7. §. 3. *L.* 47. *D. de i. dot.* (23, 3). 8) *Cf. Gai.* 2, 63.

TIT. XXII. DE PACTIS INTER VIRVM ET VXOREM.

1. [1]Fructus fundi dotalis constante matrimonio percepti lucro mariti cedunt, etiam pro rata anni eius, quo factum est diuortium. **2.** [2]Omnibus pactis stipulatio subiici debet, ut ex stipulatu actio nasci possit.

TIT. XXIII. DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM.

1. Mortis causa donatio est, quae 'impendentis[3] metu mortis fit, ut 'ex causa[4] ualetudinis, peregrinationis, nauigationis uel belli. **2.** [5]Manumissionis gratia inter uirum et uxorem donatio fauore libertatis recepta est, uel certe, quod nemo ex hac fiat locupletior: ideoque seruum manumittendi causa inuicem sibi donare non prohibentur. **3.** [6]Inter uirum et uxorem nec per interpositam personam donatio fieri potest. **4.** [7]Inter uirum et uxorem contemplatione donationis imaginaria uenditio contrahi non potest. **5.** [8]Superstite eo, qui matrimonii tempore donauerat, ante decedente, cui fuerat donatum, id, quod donatum est, penes donatorem remanet. **6.** Quocumque 'tempore[9] contemplatione mortis inter uirum et uxorem donatio facta est, morte secuta conualescit.

[*L.* 59. *D. de don. vir. et ux.* (24, 1).
L. 56. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2).]

TIT. XXIV. DE LIBERIS AGNOSCENDIS.

1. [10]Si serua conceperit et postea manumissa pepererit, [388]

Tit. XXII. 1) *Cf. L.* 78. §. 2. *D. de i. dot.* (23, 3). *L.* 7. §. 1. *L.* 11. *D. sol. matr.* (24, 3). *L. un.* §. 9. *C. de rei uxor. act.* (5, 13). *Sententiam hanc errore in principio huius tit. locatam esse, cum prioris ultima esse deberet, observavit Heimbach. Repert. Lips.* 1843. *III. p.* 141. 2) *Cf.* 2, 14. §. 1.

Tit. XXIII. 3) impendente *Cdd. edd. Cf. L.* 2. *D. de mort. c. don.* (39, 6) *et de re infra* 3, 7. §. 1. §. 1. *I. de don.* (2, 7). 4) est (*puta pro* exc̄) *Cdd.* (*sed Cdd.* 5. 9. *omittunt*) *edd. A. Haen.* 5) *Cf. L.* 7. §. 9. — *L.* 9. §. 1. *D. de don. int. vir.* (24, 1). *L.* 126. §. 1. *D. de div. reg. iur.* (50, 17). 6) *Cf. L.* 3. §. 9. *D. de don. int. vir.* (24, 1) *cum Basil. L.* 5. §. 2. *D. eod.* 7) *Cf. L.* 5. §. 5. *D. eod.* 8) *Eadem sententia sed aliis verbis et respectu habito commorientium extat L.* 8. *D. de reb. dub.* (34, 5). 9) *i. e. sive ut statim sive ut mortis tempore rei dominium transeat. Cf. L.* 11. §. 1. *D. h. t.*

Tit. XXIV. 10) *Cf. Gai.* 1, 82. 89. *Ulp.* 5, 10.

liberum parit.[1] **2.** [2]Si libera conceperit et ancilla facta pepererit, liberum parit: id enim fauor libertatis exposcit. **3.** [3]Si ancilla conceperit, et medio tempore 'manumissa, sed[4] rursus facta ancilla pepererit, liberum parit; media enim tempora libertati prodesse, non nocere etiam possunt. **4.** [5]Ex ea muliere natus, quae ex causa fideicommissi manumitti debuit, si post moram libertati factam nascatur, ingenuus nascitur. **5.** Si mulier diuortio facto grauidam se sciat, intra tricesimum diem uiro denuntiare debet uel patri eius, ut ad uentrem inspiciendum obseruandumque custodes mittant: 'quo omisso[6] partum mulieris omnimodo coguntur agnoscere. **6.** [7]Si praegnantem se 'esse mulier[8] non denuntiauerit, uel custodes uentris missos non admiserit, liberum 'est[9] patri uel auo natum non alere. ceterum negligentia matris, quominus suus patri heres sit, obesse non debet. **7.** [10]Si mulier se ex uiro praegnantem 'neget,[11] permittitur marito uentrem inspicere et uentri custodes dare. **8.** Venter inspicitur per quinque obstetrices,[12] et quod maxima pars earum denuntiauerit, pro uero habetur. **9.** [13]Obstetricem, quae partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio affici placuit.

[389] [*L.* 4. *D. de agnosc. et al. lib.* (25, 3).
L. 34. *D. de adopt.* (1, 7).]

---

1) *Ed. Haen. addit ex permultis Cdd.:* id enim fauor libertatis exposcit. 2) *Cf. L.* 5. §. 2. *D. de statu hom.* (1, 5). 3) *Cf. L.* 5. §. 3. *D. eod. pr. I. de ingen.* (1, 4). 4) manumissa sit *Cdd. edd.* 5) *Cf. L.* 1. §. 1. *D. de suis et leg.* (38, 16). *L.* 53 *pr. D. de fideicomm. lib.* (40, 5). *L.* 3. *C. eod.* (7, 4). 6) *Sic Cdd.* 6. 8. 24. 30. 34. *Alii* omisso *vel* amissum. *Sed* quibus missis *ex quibusdam Cdd. et Interpr. edd., unde Schult. emendabat* quibus non missis. *Male; nam* quo omisso *etiam est: insuper habita denunciatione, ut neque protestarentur, mulierem praegnantem ex marito non esse, neque custodes mitterent; itaque demum verum est, quod Paullus dicit. Cf. L.* 1. §§. 1. 3. 4. 11. 12. 15. *D. de agnosc.* (25, 3). 7) *Cf. L.* 1. §§. 6. 13. *D. eod.* 8) mulier esse *plerique Cdd. et ed. Haen. Fortasse:* esse mulier eis. 9) esse *per errorem ed. A.* 10) *Cf. L.* 1 *pr. D. de inspic. ventre* (25, 4). 11) *Sic plerique Cdd.* negat *edd.* 12) *Non in superiori casu, cui tres statutae sunt, sed si post mortem viri mulier ex eo praegnantem se dixerit. L.* 1. § 10. *D. eod.* 13) *Cf. L.* 1. *C. ad l. Corn. de fals.* (9, 22). *Philostr. vit. Apollon.* 2, 29. *L.* 2. *D. de Carb. ed.* (37, 10).

TIT. XXV. QVEMADMODVM FILII SVI IVRIS EFFICIVNTVR.

1. [1]Pater ab hostibus captus desinit habere filios in potestate: postliminio uero reuersus tam filios quam omnia sui iuris in potestatem recipit, ac si numquam ab hostibus captus sit. **2.** [2]Singulae mancipationes uel iisdem uel aliis testibus fieri possunt, uel eodem die uel intermisso tempore. **3.** Emancipatio etiam die feriato fieri potest.[3] **4.** [4]Apud magistratus municipales, si habeant legis actionem, emancipari et manumitti potest. **5.** [5]Filiusfamilias emancipari inuitus non cogitur.

TIT. XXVI. DE ADVLTERIIS.

[6]**1.** Capite secundo legis Iuliae de adulteriis permittitur patri, tam adoptiuo quam naturali, adulterum cum filia cuiuscumque dignitatis domi suae uel generi sui deprehensum '(*sua manu*)[7] occidere. **2.** Filiusfamilias pater si filiam in adulterio deprehenderit, uerbis quidem legis prope est, ut non possit occidere; permitti tamen '(*etiam*)[8] ei debet, ut occidat. **3.** [9]Rursusque capite quinto legis Iuliae cauetur, ut adulterum deprehensum uiginti horis 'ad testandos[10] uicinos retinere liceat. **4.** Maritus in adulterio deprehensos non alios quam infames et eos, qui corpore quaestum faciunt, seruos etiam '(*et libertos tam uxoris et suos quam parentium ac liberorum*),[11] excepta uxore, quam prohibetur, occidere potest. **5.** Maritum, qui uxorem deprehensam cum adultero occidit, quia hoc impatientia iusti doloris admisit, lenius puniri placuit. [390]
6. Occiso adultero dimittere statim maritus debet uxorem, atque ita triduo proximo profiteri, cum quo adultero et in quo loco uxorem deprehenderit. **7.** Inuenta in adulterio uxore

---

Tit. XXV. 1) *Cf. Gai.* 1, 129. 2) *Cf. Gai.* 1, 132. 3) *Die* NP. *Cf. L.* 1. *Th. C. de fer.* (2, 8). *Theophil.* 1, 5. §. 2. *L.* 8. *C. de fer.* (3, 12). *De die nefasto cf. Varro de L. L.* 6, 4. §. 30. 4) *Cf. L.* 4. *D. de adopt.* (1, 7). *L.* 4. *C. de vindicta* (7, 1). 5) *Cf. L.* 5. *C. de emancip.* (8, 49). *Nov.* 89. *c.* 11 *pr.*

Tit. XXVI. 6) §§. 1—6. *sunt ex Cd. Ves. et extant praeter* §. 3. *in Collat.* 4, 12. §§. 1—5., *ubi vid. notata.* 7) *Ex Collat.* 8) *Ex Collat. addidi.* 9) *Cf. L.* 25. *D. ad leg. Iul. de adult.* (48, 5). 10) *Ex Schult. cj.* attestando *Cdd. edd.* 11) *Cf. Collat.*

maritus ita demum adulterum iratus occidere potest, si eum domi suae deprehendat.[1] **8.** [2]Eum, qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulari placuit.

[**9.** *Collat.* 4, 12. §. 8.]

[3]**10.** [4]Duos uno tempore uxoris adulteros accusari posse sciendum est: plures uero non posse. **11.** [5]Cum his, quae publice mercibus uel tabernis exercendis procurant, adulterium fieri non placuit. **12.** [6]Qui masculum liberum inuitum stuprauerit, capite punitur.

[**13.** *Collat.* 5, 2. §. 2.]

14. [7]Adulterii conuictas mulieres dimidia parte dotis et tertia parte bonorum ac relegatione in insulam placuit coerceri, adulteris uero uiris pari in insulam relegatione dimidiam bonorum partem auferri: dummodo in diuersas insulas relegentur. **15.** [8]Incesti poenam, 'quae in uiro in insulam deportatio[9] est, mulieri placuit remitti, hactenus tamen, 'quatenus[10] lege Iulia de adulteriis non apprehenditur. **16.** [11]An-
[391] cillarum sane stuprum, nisi deteriores fiant, aut per eas ad dominam 'affectetur,[12] citra noxam habetur. **17.** [13]In causa adulterii dilatio postulata 'impertiri[14] non potest.

---

1) *Ex Collat.* 4, 12. §. 6. Inuentam in adulterio uxorem maritus ita demum occidere potest, si adulterum domi suae deprehendat *omnes Brev. Cdd. ed. Haen. Visigothi corruptos Paulli libros, quibus utebantur, ad sui iuris rationem conformasse videntur.* 2) = *Collat.* 4, 12. §. 7. 3) §§. 10—12. 14—16. *sunt ex C. Ves.* 4) *Cf. L.* 8. *D. de accus.* (48, 2). *L.* 16. *C. de his qui accus.* (9, 1). *L.* 6. §. *ult. D. ad leg. Iul. de adult.* (48, 5). 5) *Cf. L.* 43 *pr. D. de ritu nupt.* (23, 2). *I. Gothofr. ad L.* 1. *Th. C. ad leg. Iul. de adult.* (9, 7). 6) *Etiam extat in Collat.* 5, 2. §. 1. 7) *Cf. Tacit. A.* 2, 50. *Plin. ep.* 6, 31. *L.* 9. *C. ad leg. Iul. de adult.* (9, 9). 8) *Cf. L.* 5. *D. de quaest.* (48, 18). *L.* 38. §. 1. *D. h. t.* (48, 5). — *Collat.* 6, 3. §. 3. 9) *Quae latiori sensu etiam dicitur in insulam relegatio s. legis Iuliae de adulteriis poena Collat.* 6, 3. §. 3. *L.* 11. §. 1. *D. h. t.* (48, 5). *Qua ratione vulgarem adulteri poenam, quae non est deportatio,* §. 14. *dixit parem in insulam relegationem.* 10) *i. e. nisi ipsa adulterium simul commiserit. Cf. L.* 38. §. 4. *D. h. t.* (48, 5). 11) *Cf. L.* 6 *pr. D. eod. L.* 21. *D. de offic. praes.* (1, 18). *supra* 1, 13[A]. §. 6. 12) affectet *Cdd. edd. Cf. Terent. Heaut.* 2, 3. *v.* 59. 13) *Cf. L.* 41. *D. h. t.* (48, 5). 14) *Plerique Cdd.* impartiri *edd. A. Haen.*

TIT. XXVII. DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM.

1. [1]Inimicitiae capitales, quas quis cum patre pupillorum habuit, a tutelis excusant, ne paterno inimico pupilli committantur. **2.** [2]Ad curam eius, cuius quis tutelam administrauit, inuitus uocari non potest.

[*L.* 38. *L.* 40 *pr.* 1. *D. de excus. tut.* (27, 1).]

TIT. XXVIII. DE POTIORIBVS NOMINANDIS.

1. [3]Non recte potiorem uidetur nominare, qui causam nominati potioris non expresserit. **2.** [4]Potior quis esse debet non solum gradu generis, sed et substantia rei familiaris.

[*L.* 223. §. 1. *D. de verb. sign.* (50, 16).
Fr. Vat. 172.]

TIT. XXIX. QVI POTIORES NOMINARE NON POSSINT.

1. [5]Libertus, quem pater tutorem dedit, si minus idoneus dicatur, excusari quidem non potest, sed adiungi illi curator potest.

TIT. XXX. AD ORATIONEM DIVI SEVERI.[6]

1. [7]Dolo tutoris curatorisue detecto in duplum eius pecuniae condemnatione conueniuntur, qua minorem fraudare uoluerunt.

[*L.* 24. *D. de tut. rat. distr.* (27, 3).]

TIT. XXXI. DE FVRTIS.

1. [8]Fur est, qui dolo malo rem alienam contrectat. [392]

Tit. XXVII. 1) *Cf.* §. 11. *I. de excus.* (1, 25). 2) *Cf. Fr. Vat.* 200.

Tit. XXVIII. 3) *Cf. Fr. Vat.* 210. 4) *Cf. Fr. Vat.* 157. 210.

Tit. XXIX. 5) *Cf. Fr. Vat.* 152.

Tit. XXX. 6) *Rubrica h. l. manifesto inepta.* Ad Rationem D. S. *quinque Cdd., unde Cuiac. cj.:* de rationibus distrahendis. *Sed spectabat rubrica orationem D. Severi de rebus minorum non alienandis et in eo tantum peccatum est, quod Visigothi vel potius librarii nihil ex hac materia, sed frustulum ex sequenti titulo, qui periit, retinuerunt.* 7) *Cf. L.* 55. §. 1. *D. de adm. tut.* (26, 7). *L.* 1. §§. 19 *seq. L.* 2. *D. de tut. et rat. distr.* (27, 3).

Tit. XXXI. 8) §§. 1—5. *etiam in Collat.* 7, 5. §§. 1—5. *extant, ubi vid. notata.*

2. Furtorum genera sunt quattuor: manifesti, nec manifesti, concepti et oblati. manifestus fur est, qui in faciendo deprehensus est, et qui intra terminos eius loci, unde quid sustulerat, 'cum re deprehensus[1] est, uel antequam ad eum locum, quo '(*eo die*)[2] destinauerat, 'peruenerit.[3] nec manifestus fur est, qui in faciendo quidem '(*uel*) cum (*re*) deprehensus[4] non est, sed 'furtum[5] fecisse negari non potest. **3.** Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quaesitum et inuentum est: oblati actione is tenetur, qui rem furtiuam alii obtulit, ne apud se inueniretur. **4.** Furti actione is agere potest, cuius interest, rem non 'perisse.[6] **5.** Concepti is agere potest, qui rem concepit ['(*id*) est[7] inuenit]. oblati is agere potest, penes quem res concepta ['(*id*) est[8] inuenta] est. **6.** [9]Manifesti furti actio et nec manifesti et concepti et oblati heredi quidem competit, sed in heredem non datur. **7.** [10]Seruus, qui furtum fecerit damnumue dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxae dedi potest. **8.** [11]Si seruus furtum fecerit, deinde manumissus fuerit aut alienatus, cum ipso manumisso uel emptore agi potest; noxa enim caput sequitur. **9.** [12]Filiusfamilias si furtum fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eum datur; quia in omnibus noxa caput sequitur. **10.** [13]Non tantum qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius 'ope[14] aut consilio furtum factum fuerit,
[393] furti actione 'tenetur.[15] [16]**11.** Rei hereditariae, antequam ab herede possideatur, furtum fieri non potest. [**12.** [17]Qui meretricem libidinis causa rapuit et celauit, eum quoque furti

---

1) deprehensus *Cdd. edd. vid. Collat.* 2) *Addidi; vid. Collat.* 3) *Collat. et Cdd.* 25. 33. perueniret *Cdd. pleriq. edd.* 4) *Vid. Collat.* deprehensus *Cdd. edd.* 5) eum furtum *Cdd. edd. Vid. Collat.* 6) *Ita Cdd. paene omnes. Cf.* §. 16. perdidisse *edd.*
7) et *Cdd. edd.* 8) et *Cdd. edd. Et hic tamen et antea verba* id est inuenta (id est inuenit) *in glossematis suspicionem veniunt.*
9) *Cf. L.* 1. *D. de priv. del.* (47, 1). *L.* 47. *D. de furt.* (47, 2). *L.* 111. §. 1. *D. de div. reg. iur.* (50, 17). 10) *Paullum mutata extat in Ed. Theoder.* 117. *Cf. leg. Rom. Burg.* 4. *et Gai.* 4, 75.
11) *Extat mutata etiam in Ed. Theoder.* 120. *Cf. Gai.* 4, 77.
12) *Cf. Gai. l. c.* 13) *Cf. Gai.* 3, 202. 14) *Aliqui Cdd.* opera *plerique et edd.* (*factum ex* ope *accepta* p *pro nota*). 15) *Cdd. paene omnes.* tenebitur *edd.* 16) *Ex C. Ves. Cf. Gai.* 3, 201. 17) *Recte hanc Interpretis sententiam esse, Cuiacius censuit. Cf.* §. 31.

actione teneri placuit.] **13.** [1]Furti manifesti actio 'poenam quadrupli praeter[2] ipsius rei persecutionem genere uindicationis et condictionis continet. **14.** Furti 'concepti oblatique[3] aduersus eum, qui obtulit, tripli est poena, et ipsius rei repetitio. **15.** [4]Furti quocumque genere condemnatus famosus efficitur. **16.** [5]Quaecumque in caupona uel in meritorio stabulo diuersorioue perierint, in exercitores eorum furti actio competit. [6]**17.** Si res uendita ante traditionem subrepta sit, emptor et uenditor furti agere possunt;[7] utriusque enim interest, rem tradi uel tradere. **18.** [5]Si quid in naue rateue perierit, furti actio in exercitorem nauis datur. **19.** [8]Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit; quam si et ipse similiter amiserit, suo nomine persequi potest. **20.** [9]Pater uel dominus de ea re, quae filiofamilias uel seruo subrepta est, furti agere potest: interest enim ei deferri actionem, qui de peculio conuenitur. **21.** [10]Si rem, quam tibi commendaui, postea subripui, furti actio competere tibi non poterit: rei enim nostrae furtum facere non possumus. [11]**22.** [12]Qui furtum quaesiturus est, antequam quaerat, debet dicere, quid quaerat, et rem suo nomine et sua specie designare. **23.** Si, cum furtum quis quaerit, damnum iniuriae dederit, actione legis Aquiliae tenebitur. **24.** [13]Ob indicium comprehendendi furis praemium promissum iure debetur. **25.** [14]Siue [394] segetes per furtum siue quaelibet arbores caesae sint, in duplum eius rei nomine reus conuenitur. [15]**26.** [16]Si seruum

---

[1]) *Cf. L.* 54. §. 3. *D. h. t.* (47, 2). [2]) praeter poenam quadrupli *Cdd. edd. Significatur haec sententia in L. Rom. Burg. tit.* 4. [3]) concepti actio *Cdd. plerique.* oblati actio *alii, edd. A. Haen. nato errore ex scriptura* concepti oblatiq. *Coniunguntur haec duo, quia poena tripli ex concepto furto semper in eum, qui obtulit, recidit. Cf. Gell.* 11, *ult. Gai.* 3, 191. 187. 4, 173. [4]) *Extat etiam in Collat.* 7, 5. §. 6. [5]) *Cf. tit. D. furti adv. naut.* (47, 5). [6]) §§. 17. 18. *ex C. Ves.* [7]) *Quod non omnibus placuit. L.* 14 *pr.* §. 1. *L.* 80 *pr. D. h. t.* (47, 2). [8]) *Cf. L.* 12. §. 2. *D. h. t.* [9]) *Cf. L.* 52. §. 5. *D. h. t.* [10]) *Cf. L.* 15. §. 2. *L.* 59. *D. h. t.* [11]) *Ex C. Ves.* [12]) *Cf. L.* 19 *pr.* §§. 1—4. *D. h. t.* [13]) *Cf. L.* 15. *D. de praescr. verb.* (19, 5). *Edict. Theoder.* 135. [14]) *Cf. L.* 8. §. 2. *D. arb. furt. caes.* (47, 7). *L.* 21 *pr. D. de furt.* (47, 2). *Ed. Theoder.* 151. [15]) §§. 26—31. *ex C. Ves.* [16]) *Cf. L.* 45. *D. h. t. L.* 45. *D. pro soc.* (17, 2).

communem quis furatus sit, socio quoque actio furti dabitur. **27.** [1]Qui pro derelicto rem iacentem occupauit, furtum non committit, tametsi a domino derelinquendi animo 'relicta non (*sit*).[2] **28.** Si seruus furtum fecerit 'cum[3] domino, praeter rei condictionem furti actio in dominum datur. **29.** [4]Fullo et sarcinator, qui polienda uel sarcienda uestimenta accepit, si forte his utatur, ex contrectatione eorum furtum fecisse uidetur; quia non in eam causam uidentur accepta. **30.** [5]Frugibus ex fundo subreptis tam colonus quam dominus furti agere 'possunt;[6] quia utriusque interest rem persequi. **31.** [7]Qui ancillam non meretricem libidinis causa subripuit, furti actione tenebitur, et si suppressit, poena legis Fauiae coercetur. **32.** [8]Qui tabulas cautionesue subripuit, in adscriptam summam furti actione tenebitur: nec interest, cancellatae necne sint; quia ex his debitum 'dissolutum[9] esse 'comprobari potest.[10] [11]**33.** [12]Qui seruo fugae consilium dedit, furti quidem actione non tenetur, sed serui corrupti. **34.** [13]Res subrepta si in domini potestatem reuersa sit, cessat 'furti actio.[14] **35.** [15]Qui furandi animo conclaue effregit uel aperuit, sed nihil abstulit, furti actione conueniri non potest, iniuriarum potest. **36.** [16]Qui rem suam furatur, ita demum furti actione non tenetur, si alteri ex hoc non noceatur. **37.** [17]Ser-
395] uus, qui in fuga est, a domino quidem possidetur, sed dominus furti actione eius nomine non tenetur,[18] quia in potestate eum non habet.[19]

---

1) *Cf. L.* 43. §§. 5. 6. *D. h. t.* 2) relictam (*puta, ex* relictā *factum et* sit *ob sequens* si *omissum*) *Cdd. edd.* 3) *Puto legendum* c'scio (conscio). *Cf. L.* 3. *L.* 4. §. 3. *D. de nox. act.* (9, 4). 4) §§. 29—32. *etiam in L.* 82. *D. h. t. extant.* 5) *Cf. L.* 14. §. 2. *L.* 26. §. 1. *D. h. t.* 6) *Hal. et Vulg.* possit *C. Ves. Flor. edd.* 7) *Cf. L.* 39. *D. h. t.* 8) *Cf. L.* 27 *pr. D. h. t.* 9) *Ita vel* solutum *Cdd.* magis (*quod factum ex* dis- *antea* m *repetito*) solutum *Dig. edd.* 10) *Ita Dig.* interest comprobari *Cdd.* 11) §§. 33 — 36. *debentur C. Ves.* 12) *Cf.* 1, 13. §. 5. *L.* 36 *pr. D. h. t.* 13) *Cf. L.* 10 *pr. D. de condict. furt.* (13, 1). 14) *Suspicor:* cessat (*furtiua condictio, non*) furti actio. 15) *Cf. L.* 21. §. 7. *D. h. t.* 16) *Cf.* §. 19. *L.* 53. §. 4. *D. h. t.* 17) *Cf. L.* 17. §. 3. *D. h. t. L.* 21. §. 3. *L.* 11. *D. de noxal. act.* (9, 4). 18) *Secus, si damnum iniuria dederit, ubi dominus ex lege Aquilia noxali iudicio tenetur. L.* 27. §. 3. *D. ad l. Aquil.* (9, 2). *Cf. L.* 8. *D. de interrog.* (11, 1). 19) *L. Rom. Burg.* 15.: '*Seruus etiam in fuga positus*

TIT. XXXII. DE OPERIS LIBERTORVM.

1. [1] Egentem patronum libertus obligatione doni, muneris et operarum solutus alere cogendus est pro modo facultatum suarum.

---

si furtum fecerit damnumue dederit, et reuersus ad dominum fuerit, nisi pro sui qualitate dominus soluere paratus sit, aut seruum pro culpa dare praesentem, aut absentem cedere cogendus est secundum regulam Paulli sententiarum.' De quo loco vid. Barkow. praef. p. XLIII seq. Cf. supra §. 7.

Tit. XXXII. 1) *Cf. L.* 41. *D. de oper. lib.* (38, 1). *L.* 5. §§. 18. 19. *D. de agnosc. et al.* (25, 3).

96]

IVLII PAVLLI SENTENTIARVM
LIBER TERTIVS.

[*Ad bonorum possessionem ex hoc libro pertinet*
L. 16. *D. de bon. poss.* (37, 1).
L. 7. *D. ratam rem* (46, 8).]

TIT. I. DE CARBONIANO EDICTO.

1. Si '(*et*) fratri puberi[1] controuersia fiat, an 'propter (*impuberis*) et puberis[2] differri causa debeat, uariatum est: sed magis est, ut differri non debeat.

TIT. II. DE BONIS LIBERTI.

1. [3]In bonis liberti prior est patronus, quam filius alterius patroni: itemque prior est filius patroni, quam nepos alterius patroni. **2.** [4]Libertus 'duorum patronorum (*alios*)[5] heredes instituit: alter eorum uiuo liberto moritur: is, qui superest, contra tabulas testamenti bonorum possessionem recte postulat. **3.** [6]Libertorum hereditas in capita, non in stirpes, diuiditur; et ideo si unius patroni duo sint liberi, alterius quattuor, singuli uiriles, id est aequales portiones habebunt. **4.** Patronus uel patroni liberi ex parte dimidia heredes instituti aes alienum liberti pro portionibus exsoluere coguntur.

[*L.* 20. *D. de iure patron.* (37, 14).
L. 49. *D. de bon. libert.* (38, 2).]

Tit. I. 1) *Supplevi.* fratri impuberi *cj. Cuiac.* (*favente Cd.* 33.: fratrum puberi). *Fortasse restituendum:* (*impuberi et*) fratri ei. puberi; *cf. Interpr.* 2) *Scripsi.* pro parte impuberis (et impuberis *Cd.* 7.) *Cdd. ed. A.* pro parte puberis *Cuiac. cj. De re cf. L.* 3. §. 8. *D. de Carb. ed.* (37, 10).

Tit. II. 3) *Cf. Ulp.* 27, 2. 3. 4) *Cf. Gai.* 3, 62. *L.* 24. *D. de bon. lib.* (38, 2). 5) *Scripsi.* duos patronos (*factum puta ex* duor. patronor. *et ob similitudinem 'alios' excidisse*) *Cdd. edd.* duos patronos habuit (*pro* heredes instituit) *Cuiac. cj., qui quod ait, in quibusdam Cdd. legi* habere instituit, *ab Haen. non confirmatur,* duos patronos habens alios *Schult. cj.* 6) *Cf. Ulp.* 27, 4.

TIT. III. DE FORMVLA FABIANA.[1]

1. [2]Ea, quae in fraudem patroni a liberto quoquo modo alienata sunt, Fabiana formula tam ab ipso patrono quam a liberis eius reuocantur. [397]

TIT. IV^A. DE TESTAMENTIS.

1. [3]Testamentum facere possunt masculi post 'impletum[4] quartum decimum annum, feminae post duodecimum, '(*sed non*) habentes ius liberorum tutore auctore.[5] **2.** Spadones eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique pubescunt, i. e. 'anno decimo octauo.[6] **3.** [7]Filiusfamilias '(*miles*), qui(*ue*) militauit,[8] de castrensi peculio, tam communi quam proprio iure, testamentum facere potest. castrense[9] autem peculium est, quod in castris acquiritur, uel quod proficiscenti ad militiam datur. **4.** Caecus testamentum potest facere, quia accire potest adhibitos testes et audire sibi testimonium perhibentes.

[*L.* 10. *D. qui testam. fac.* (28, 1).]

5. [10]Furiosus tempore intermissi furoris testamentum facere potest.[11] [12]**6.** '(*Et*) mulieri,[13] quae luxuriose uiuit, bonis interdici potest. **7.** ·[14]Moribus per praetorem bonis [398]

Tit. III. 1) *Ex Schult. cj.* de lege (*factum ex* (formu)l.) Fabiana *Cdd. edd.* 2) *Cf. L.* 1. §. 27. *D. si quid in fraud. patr.* (38, 5).

Tit. IV^A. 3) *Cf. Gai.* 2, 113. *Ulp.* 20, 12. 4) *Cdd. paene omnes;* completum *ed. A.* 5) *Addidi, correctum tamen, ex Cdd.* 14. 24., *in quibus est* habet in libro tutore actore. 6) annorum decim et octo *alii Cdd.* (*cf. etiam Schrader ad* §. 4. *I. de adopt.* 1, 11). *Sed ceterorum lectio retinenda ex Censorin. de die nat.* 7, 4. anno XIIII. *cj. Arndtsii et aliorum, quam non probo. — Cf. L.* 5. *C. qui testam. fac.* (6, 22). 7) *Cf. Ulp.* 20, 10. 8) *Supplevi ex vicinis.* qui militat *Rittersh. cj. In sequentibus* communi iure *ad eum, qui militavit,* proprio iure *ad militem spectat. Cf. pr. I. quib. n. e. perm. fac.* (2, 12). *pr.* §. 3. *I. de mil. test.* (2, 11). *L.* 37 *pr. C. de inoff. test.* (3, 28). 9) *Cf. L.* 11. *D. de castr. pec.* (49, 17). 10) *Cf.* §. 1. *I. quib. n. e. perm. fac. t.* (2, 12). 11) *Sequitur in omnibus Cdd. rubrica* (*in ed. Haen. tit. V.*) de eo cui bonis interdicitur. 12) *Ex Cd.* 12. (*qui habet* interdicitur *pro* interdici potest) = *L.* 15 *pr. D. de curat. fur.* (27, 10). *Quae ibi sequitur* §. 1. *quo pertinuerit, merito quaeritur.* 13) *Ex Dig. supplevi.* 14) *Cf. L.* 1 *pr.*

interdicitur hoc modo: QVANDO 'TIBI[1] BONA PATERNA AVITAQVE NEQVITIA TVA DISPERDIS, LIBEROSQVE TVOS AD EGESTATEM PERDVCIS, OB EAM REM TIBI 'LARE[2] COMMERCIOQVE INTERDICO.[3] **8.** [4]Qui ab hostibus captus est, testamentum quasi seruus facere non potest. sane ualet testamentum id, quod ante captiuitatem factum est, si reuertatur, iure postliminii; aut si ibidem decedat, beneficio legis Corneliae, qua lege etiam legitimae tutelae hereditatesque 'firmantur.[5] **9.** [6]In insulam relegatus et in opus publicum ad tempus damnatus quia retinet ciuitatem, testamentum facere potest, et ex testamento capere. **10.** [7]Plures quam septem ad testamentum adhibiti non nocent. superflua enim facta prodesse iuri 'testamenti,[8] nocere non possunt. **11.** [9]In aduersa corporis ualetudine mente captus eo tempore testamentum facere non potest. **12.** [10]Prodigus recepta uitae sanitate ad bonos mores reuersus et testamentum facere et ad testamenti sollennia ad-
[399] hiberi potest. **13.** [11]Ex his, qui ad testamentum adhibentur,

---

D. de curat. fur. (27, 10). *Dionys.* 4, 77. *Cic. de senect.* 7. *Valer. Max.* 3, 5. §. 2. 8, 6. §. 1. [1]) *Nec hoc placet, nec* tibi relicta, *ut vitium supplevit Cd.* 19. *Vero propior videtur scriptura Cdd.* 5. 9.: tradis, *pro quo fere tantum geminationis ope restituendum*: tu ira(*tis*) Dis. *Poena enim Deorum iratorum furor est* (*Cic. de harusp. resp.* 18, 39.) *ideo piaculo placandus* (*Plaut. Men.* 2, 2, 17. *Fest. v. Piari p.* 213): *cui prodigendi insanam cupidinem assimilari placuit. Vid. etiam not. seq.* [2]) ea re *quidam Cdd. edd.* aere *plerique Cdd. Neutrum placet. Scripsi* Lare, *a cuius cultu domus paterna avitaque eoque dominium familiare pendebat. Cf. Paut. Aulul. init. Horat. Od.* 1, 12, 43. *Sat.* 1, 2, 56. *Itaque et sacrificio* (*domestico*) *et commercio interdicendum erat, idque recte fiebat a praetore, cum Lar non minus quam iustae nuptiae et legitimi liberi iuris civilis sit. Cic. de rep.* 5, 5. *Nam et cum domo venditur.* [3]) *In plerisque Cdd. sequitur nova rubr.* (*in ed. Haen. tit. VI.*) item de testamentis. [4]) *Cf.* §. *ult. I. quib. n. e. perm. fac. test.* (2, 12). [5]) *Malim* c'firmantur. *De re cf. L.* 22 *pr. D. de capt.* (49, 15). *L.* 1. §. 1. *D. de suis et leg.* (38, 16). [6]) *Cf. L.* 8. §. 3. *D. qui testam. fac.* (28, 1). *L.* 7. §. 3. *D. de interd. et rel.* (48, 22). *L.* 8. §. 8. *L.* 17. §. 1. *L.* 28. §§. 1. 6. *D. de poen.* (48, 19). [7]) *Cf. L.* 21 *pr. D. qui testam fac.* (28, 1). *L.* 17. *C. de testam.* (6, 23). [8]) testamentum *Cdd.* 17b. 34. tantum (*alii* tamen) *ceteri Cdd. edd. errore ex nota orto.* [9]) *Est etiam L.* 17. *D. qui test.* (28, 1). [10]) *Cf. L.* 1 *pr. D. de curat. fur.* (27, 10). [11]) *Cf. L.* 20. §. 9. *D. qui testam.* (28, 1).

si qui sint, qui Latine nesciant uel non intelligant, sed tamen sentiant, cui rei intersint, adhibiti non uitiant testamentum.

[*L.* 15. *pr.* §. 1. *D. de testib.* (22, 5).
L. 30. *D. qui testam. fac.* (28, 1.)]

TIT. IV[B.] *DE INSTITVTIONE HEREDVM.*[1]

1. [2]Condicionum duo sunt genera; aut enim possibilis est, aut impossibilis. possibilis est, quae per rerum naturam admitti potest; impossibilis, quae non potest: quarum ex euentu altera exspectatur, altera '[impossibilis][3] submouetur. **2.** [4]Condiciones contra leges et decreta principum uel bonos mores adscriptae nullius sunt momenti; ueluti SI VXOREM NON DVXERIS, SI FILIOS NON SVSCEPERIS, SI HOMICIDIVM FECERIS, SI 'BARBARO aut LARVALI[5] HABITV PROCESSERIS et his similia. **3.** [6]Quoties non apparet, quis sit heres institutus, institutio non ualet: quod euenit, si testator plures amicos unius nominis habeat. **4.** [7]Heredes aut instituti aut substituti dicuntur: instituuntur primo gradu, substituuntur secundo uel tertio scripti. **5.** [8]Substituere quis et pure et sub condicione potest, et tam suis quam extraneis, tam puberibus quam impuberibus. **6.** [9]In quot uult uncias testator hereditatem suam diuidere potest. impleto asse, sine parte heredes instituti ad prioris assis semissem aequis portionibus ueniunt. **7.** [10]Seruus alienus cum libertate heres institutus institutionem non infirmat; sed libertas, ut alieno, superuacue data uidetur.

[*L.* 26. *D. de lib. et post.* (28, 2).][11]

8. '(*Filia*)[12] filio et extraneo aequis partibus heredibus [400]

Tit. IV[B]. 1) *Extat haec rubr. in Consult.* 4. 2) *Cf.* §. 10. *I. de her. inst.* (2, 14). 3) *Uncis inclusi ut glossema.* 4) *Extat etiam in Consult.* 4., *ubi in fronte additur* pacta uel, *certe non ex Paullo. De re cf. L.* 14. *D. de condic. inst.* (28, 7). *L.* 64. §. 1. *L.* 74. *D. de condit. et dem.* (35, 1). 5) aut *paene omnes Cdd. sequente in plerisque* laruali (*eiusve corruptelis*), *in aliis* barbaro. *Cf. Cuiac. Obs.* 21, 22. barbaro *ed. A.* laruali *ed. Haen.* 6) *L.* 62. §. 1. *D. de her. inst.* (28, 5). 7) *Cf. L.* 1 *pr. D. de vulg. v. pup. subst.* (28, 6). 8) *Cf. L.* 8 *pr. L.* 48. §. 1. *D. eod.* 9) *Cf. L.* 13. §. 1. *L.* 17. §§. 2—4. *D. de her. inst.* (28, 5). 10) *Cf. L.* 49 *pr. D. eod.* 11) *Ed. A. h. l. habet post* §. 10. 12) *Fere geminavi. Cf. Ulp.* 22, 17. *Gai.* 2, 124.

institutis si praeterita accrescat, tantum suo auocabit, quantum extraneo; si uero duo sint filii instituti, suis tertiam extraneis dimidiam tollit. **9.** [1] Si talis [2] postumorum institutio 'sit:[3] QVI POST MORTEM MEAM POSTVMI NATI FVERINT, HEREDES 'SVNTO, ii, qui [4] uiuo eo 'nascuntur,[5] rumpunt testamentum. **10.** [6] Nepos postumus, qui in locum patris succedere potest, ab auo aut heres instituendus est aut nominatim exheredandus, ne agnascendo rumpat testamentum.

[*L.* 26. *D. de lib. et post.* (28, 2).]

11. [7] Qui semel constituit ad se hereditatem pertinere ac se rebus eius immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi damnosa sit.

[*L.* 93 *pr.* §§. 1. 2. *D. de acq. vel om. her.* (29, 2).]

TIT. V. AD SENATVS CONSVLTVM SILANIANVM.[8]

1. 'Ex senatus consulto Silaniano [9] hereditas eius, qui a familia occisus esse dicitur, ante habitam quaestionem adiri non potest, neque bonorum possessio postulari. **2.** [10] Occisus uidetur non tantum qui per uim aut per caedem interfectus est, uelut iugulatus aut praecipitatus, sed et is, qui ueneno necatus dicitur. honestati enim heredis conuenit, qualemcum-
[401] que mortem testatoris inultam non praetermittere. **3.** [11] Domino occiso de ea familia quaestio habenda est, quae intra tectum fuerit, uel certe extra tectum cum domino eo tempore,

---

1) *Cf. L.* 10. *D. de lib. et post.* (28, 2). 2) talis est *Cdd. multi edd.* talis *Cdd. alii.* 3) si *Cdd.* (*unus omittit*), *quod edd. cum sequente* qui *coniunxerunt.* 4) suntote si *vel* sumptote si *vel* sunto (*vel* sunt) item si *et similia Cdd., facta, ut puto, ex* sunto ii q (*quod* q *quia coaluerat cum sequente* uiuo, *mutatum est in* si). 5) *Complures Cdd.,* nascantur *alii, edd.* 6) *Cf. Gai.* 2, 133. 134. *L.* 29. §§. 13 *seq. D. de lib. et post.* (28, 2). 7) *Cf.* §. 5. *I. de hered. qual.* (2, 19).

Tit. V. 8) *Factum a.* 763. *Cf. Tacit. A.* 14, 42. 43. 9) *Addidi ex multis Cdd., qui habent rubricam* de (*vel* ad) SCto Silaniano, *quae sc. cum initio ipsius orationis coaluerat. Sed fortasse fuerat* ex ed. de SCto Silaniano. *Cf. L.* 3. §. 29. *L.* 5 *pr.* §. 1. *D. de SC. Silan.* (29, 5). 10) *In fine* §. 1. *omissum aliquid videtur velut* 'nec aditam hereditatem retineri, nisi mortem testatoris heres ultus sit.' *Cf. L.* 1. §§. 17—21. *L.* 5. §. 3. *L.* 8. §. 1. *L.* 15. §§. 1. 2. *L.* 20. 21. *pr. D. eod. L.* 9. *C. de his, quib. ut ind.* (6, 35). 11) *Cf. L.* 1. §§. 26—31. *D. h. t.*

quo occidebatur. **4.** [1]Qui occisus dicitur, si constet, eum sibi quoquo modo manus intulisse, de familia eius quaestio non est habenda: nisi forte prohibere potuit nec prohibuit. **5.** 'Neroniano senatus consulto[2] cauetur, ut occisa uxore etiam de familia uiri quaestio habeatur, idemque ut 'iuxta (*id*) uxoris[3] 'familia[4] obseruetur, si uir dicatur occisus. **6.** [5]Serui, qui sub eodem tecto fuerint, ubi dominus perhibetur occisus, et torquentur et puniuntur, etsi testamento occisi manumissi sint. sed et hi torquentur, qui cum occiso in itinere fuerunt. **7.** [6]Serui de proximo si, cum possent ferre auditis clamoribus, auxilium domino non tulerunt, puniuntur. **8.** [7]Seruos, qui in itinere circumdatum a latronibus dominum per fugam deseruerunt, apprehensos et torqueri et summo supplicio affici placuit. **9.** [8]Habetur de familia quaestio et si heres testatorem occidisse dicatur: nec interest, [9]extraneus an ex liberis sit. [10]**10.** Hereditas a fisco ut indignis aufertur his primum, qui, cum 'suspecta nex esset testatoris,[11] apertis tabulis testamenti uel ab intestato adierunt hereditatem, bonorumue possessionem acceperunt: amplius his et in centum milia sestertiorum poena irrogatur.[12] nec refert, a quibus paterfamilias nec quemadmodum 'occisus dicatur.[13] **10a.** [14]In summa tamen sciendum 'est,[15] de his omnibus habendam esse quaestionem, [402] qui in suspicionem quacunque ratione ueniunt. **11.** [16]In dis-

1) *Cf. L.* 1. §. 22. *D. h. t.* 2) *Facto a.* 58? *Cf. Tacit. A.* 13, 32. *L.* 1. §. 15. *D. h. t.* 3) iuxta uxoris *Cdd. edd. Sed nusquam iuxta significat erga vel circa: contra saepe significat similiter, aeque. itaque* in *omissum restituendum erat.* 4) familiam *alii Cdd. edd* 5) *Cf. Tacit. A.* 13, 32. *L.* 3. §§. 16. 17. *D. h. t. supra* §. 3. 6) *Cf. L.* 1. §§. 27. 28. *D. h. t. L.* 12. *C. de his quib. ut ind.* (6, 35). 7) *Cf. L.* 1. §. 31. *D. h. t.* 8) *Cf. L.* 6. §. 1. *D. h. t.* 9) *Plerique Cdd. et ed. A. interserunt* an.
10) §§. 10—12. *inveniuntur in solo Cd.* 17. *Vid. etiam Boeckingii Ulp. ed.* 4. *p.* 171. 11) suscepta re esset testatoris *Cd.* interfectus esset testator *ex Cuiacii cj. edd. Cf. L.* 5. §. 2. *D. h. t. L.* 9. *C. de his quib. ut ind.* (6, 35). 12) *Cf. L.* 3. §. 18. *L.* 25. §. 2. *D. h. t.* 13) dicatur (*ut* occisus *absumtum videatur voce* quemadm-odum) *Cd.* occidatur *ex Cuiac. cj. edd. Ceterum cf. L.* 1. §. 17. *D. h. t.* 14) *Antecedunt in Cd. haec verba:* Titulus ex corpore eo (*corrige* titulo et corpore eod. [eodem]), *ut appareat* §. 10a. *non continuo secutam esse verba* §i 10. *De re cf. L.* 1. §§. 1. 2. *D. de quaest.* (48, 18). 15) et *Cd. edd.* 16) *Cf. L.* 1. §. 24. *D. h. t.*

ponenda eorum quaestione, quorum dominus dicitur interemptus, hic ordo seruatur: primum, ut constet, occisum dominum; deinde, ut liqueat, de quibus ea quaestio habenda sit; atque ita de reis inquirendum. **12.** [1] Etsi percussor certus sit, tamen de familia habenda quaestio est, ut caedis mandator inueniri possit. **13.** [2] Omnibus, qui contra uoluntatem defuncti faciunt, ut indignis aufertur hereditas, si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum.[3] **14.** [4] Siue falsum siue ruptum siue irritum dicatur esse testamentum, salua eorum disceptatione, scriptus heres iure in possessionem mitti desiderat. **15.** [5] Si inter heredem institutum et substitutum controuersia sit, magis 'placet,[6] eum in possessionem rerum hereditariarum mitti, qui primo loco scriptus est. **16.** [7] Scriptus heres, ut statim in possessionem 'mittatur, iure desiderat.[8] hoc post annum iure impetrare non poterit. **17.** [9] In eo testamento, quod nec, ut oportuit, oblatum nec publice recitatum est, heres scriptus in possessionem mitti frustra desiderat. **18.** In possessionem earum rerum, quas mortis tempore testator non possedit, heres scriptus, priusquam iure ordinario experiatur, improbe mitti desiderat.

[*L.* 17. *D. de iure codicill.* (29, 7).]

TIT. VI. DE LEGATIS.

1. [10] Per praeceptionem uni ex heredibus numi legati, qui domi non erant, officio iudicis familiae herciscundae a coheredibus praestabuntur. **2.** [11] Ante heredis institutionem legari non potest: inter medias heredum institutiones, siue alter siue uterque adeat,[12] potest, '(*et*)[13] interdum dimidium, inter-

[403]

---

[1]) *Cf. L.* 6 *pr. L.* 17. *D. h. t.* [2]) *Cf. L. ult. fin. C. de fideic.* (6, 42). — *L.* 5. *C. de relig.* (3, 44). *L.* 5. *C. de his quib. ut ind.* (6, 35). *F. A. Schilling Bemerk. p.* 315. [3]) *Velut interposito tacito fideicommisso.* [4]) *Cf. L.* 2. *C. de edicto D. Hadr.* (6, 33). [5]) *Cf. L.* 1. *C. eod.* [6]) *Sic plerique Cdd.* placuit *ex aliis edd.* [7]) *Cf. L.* 3. *C. eod.* [8]) *Malim* mitti iure desiderat, ita. [9]) *Cf. L.* 3 *cit. Tit. VI.* [10]) *Cf. L.* 25. §. 22. *L.* 26. *D. fam. erc.* (10, 2). *Valet hoc pecuniae legatum iure bonae fidei; aliis rebus legatis valeret iure SCti Neroniani.* [11]) *Cf. Ulp.* 24, 15. 1, 21. *et de sententia Goeschen Obs. iur. p.* 40. [12]) *Quod in libertate tantum data refert, cuius dies ab adita hereditate cedit. Cf. Ulp.* 1, 21. [13]) *Ex Arndtsii cj. addidi. Scriptum erat* potē͞ct.

dum totum debetur:[1] dimidium, si per uindicationem legatum sit;[2] totum, si per damnationem.

[3. *Consult.* 6, 9.][3]

4. [4]Communi seruo cum libertate et sine libertate legari potest, totumque legatum socio testatoris acquiritur. **5.** [5]Post mortem heredis legari non potest, quia nihil ab herede heredis relinqui potest. **6.** [6]In mortis tempus 'tamen siue quum heres decedat,[7] legata conferri possunt, hoc modo: LVCIO TITIO, CVM '(*HERES*)[8] MORIETVR, DO LEGO aut HERES MEVS DARE DAMNAS ESTO. **7.** [9]Per uindicationem legatum etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere, atque ita post apertas tabulas[10] ante aditam hereditatem decesserit, ad heredem suum transmittit. [404]

[*L.* 19. *D. de opt. legata* (33, 5).]

8. [11]Si res obligata creditori, cuius causam testator non ignorauit, per damnationem legata sit, luitio ad heredis solli-

---

1) *Deberi etiam de do lego legato recte dicitur.* 2) *Nec SCto Neroniano altera pars confirmatur, quod locum habet, ubi legatum ob verba minus rata non valet; hoc vero valet.* 3) *Post diem legati cedentem licet legatum ad heredem transmittatur, tamen actio (si et dies venerit), quae inchoata non est, non transmittitur, ut fructus quoque heredi debeantur, quia inchoata demum actione utrum vindicare legatarius an condicere voluerit, diiudicari potest. L.* 76. §. 8. *D. de leg.* 2. *Ad legatum per vindicationem igitur haec sententia maxime referenda est, quod ex interpretatione SC. Neroniani etiam per condictionem peti poterat. Ceterum ipsum legatum vel per damnationem sicut fideicommissum etiam ignoranti acquiri ideoque post diem cedentem ad heredem transmitti dubitari non debet. L.* 16. §. 1. *D. qui testam.* (28, 1). *L. ult. C. quando dies leg.* (6, 53). 4) *Cf. Ulp.* 1, 18. 22, 10. *L.* 12. *D. de auct. et cons.* (26, 8). *L.* 11. *D. de optione leg.* (33, 5). *L.* 63. §. 9. *D. pro soc.* (17, 2). *L.* 49 *pr. D. ad leg. Falc.* (35, 2). — *Ches. different.* 1, 7. 8. 5) *Cf. Gai.* 2, 232. *Ulp.* 24, 16. 6) *Cf. Gai. et Ulp. ll. cc. item Interpr. h. l.* '*Si quis faciens testamentum iniungat heredi, ut tempore, quo ipse heres moritur, legatum legatario tradat, ualet legatum.*' 7) *Scripsi.* tam suae quam heredis eius *edd.* tam (tam in *Cdd. aliqui*) sua (*vel* suam) quam heredis eius *Cdd.* 8) *Supplevi, ut suppletum est L.* 4 *pr. D. quando dies* (35, 2). *Deinde* moritur *ed. A. typorum mendo.* 9) *Intellige: etiam per vindicationem leg. Cf. Gai.* 2, 195. 290 *fin.* §. 23. *I. de leg.* (2, 20) *et supra not.* 7. 10) *Cf. L. un.* §. 1. *C. de caduc. toll.* (6, 51). 11) *Cf.* §. 5. *I. de leg.* (2, 20).

citudinem spectat. **9.** [1]Seruo fataliter interempto legatarii damnum est, quia legatum nulla culpa heredis intercidit. **10.** [2]Damnari heres potest, ut alicui domum exstruat, aut aere alieno eum liberet. **11.** [3]Sinendi modo tam corporales res, quam quae in iure consistunt, legari possunt, et 'ideo[4] debitori id, quod debet, recte legatur. **12.** [5]Eius rei, quae legata est, exemplo heredis partem agnoscere, partem repudiare legatarius non potest. **13.** [6]Legatum nisi certae rei sit et ad certam personam deferatur, nullius est momenti. **14.** [7]Si quis sibi et Titio legatum adscripserit, magis est ut totum legatum ad coniunctum pertineat.

[*L.* 18 *pr. D. ad leg. Corn. de fals.* (48, 10).]

15. [8]Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, ut suspectus a tutela remouendus est, ad quam ultro uidetur affectasse. **16.** [9]Rem legatam testator si postea pignori uel fiduciae dederit, ex eo uoluntatem mutasse non uidetur. [10]**17.** Ususfructus uniuscuiusque rei legari potest, et aut ipso iure constituetur aut per heredem praestabitur. ex causa quidem damnationis per heredem praestabitur; ipso autem iure per
[405] uindicationem. **18.** [11]Furiosi et aegrotantis et infantis ususfructus utiliter relinquitur. horum enim alius resipiscere, alius conualescere, alius crescere potest. **19.** [12]Ancillae usufructu legato, partus eius ad fructuarium non pertinent. **20.** [13]Gregis usufructu legato, grege integro manente, fetus

---

[1]) *Cf.* §. 16. *I. eod.* [2]) *Cf.* §. 21. *I. eod.* [3]) *Cf.* 21. *cit. L.* 41 *pr. D. de leg.* 1. [4]) *Malim* adeo. *Cogitat vero Paullus de hoc legato: heres meus sinito, ut Titius quod mihi debet, sibi habeat.* [5]) *Cf. L.* 4. *D. de leg.* 2. *L.* 38 *pr. D. de leg.* 1. [6]) *Cf. L.* 69. §. 4. *D. de iure dot.* (23, 3). *L.* 71 *pr. D. de leg.* 1. *L.* 3. §. 7. *D. de adim. v. transf. leg.* (34, 4). [7]) *Cf. L.* 14 *pr.* §. 1. *D. ad leg. Corn. de fals.* (48, 10). [8]) *Plenior videtur extare in L.* 18. §. 1. *D. ad leg. Corn. de fals.* (48, 10). '*Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, etsi suspectus esse praesumitur, quod ultro tutelam uidebitur affectasse, tamen si idoneus esse approbetur, non ex testamento, sed ex decreto tutor dandus est: nec excusatio eius admittetur, quia consensisse uidetur uoluntati testatoris.*' [9]) *Cf.* §. 12. *I. de leg.* (2, 20). *L.* 3. *C. eod.* (6, 37).
[10]) Tit. IX. de usufructu *ed. Haen. ex Cdd.* [11]) *Cf. L.* 12. §. 3. *L.* 55. *D. de usufr.* (7, 1). [12]) *Cf. L.* 68 *pr. D. eod. L.* 28. §. 1. *D. de usur.* (22, 1). §. 37. *I. de rer. div.* (2, 1). [13]) *Cf. L.* 68. §. 2 *seq. D. de usufr.* (7, 1).

ad usufructuarium pertinent, ’*(id est)*[1] saluo eo, ut quicquid gregi deperierit, ex fetibus impleatur. **21.** [2]Areae usufructu legato, aedificia in ea constitui non possunt. **22.** [3]Accessio alluuionum ad fructuarium ’fundi,[4] quia fructus fundi non est, non pertinet: uenationis uero et aucupii reditus ad fructuarium pertinet. **23.** [5]Seruos nec torquere, neque flagellis caedere, neque in eum casum facto suo perducere usufructuarius potest, quo deteriores fiant. **24.** [6]Fructu legato, si usus non adscribatur, magis placuit ’usumfructum[7] uideri adscriptum. fructus enim sine usu esse non potest. **25.** [8]Si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit, quod in fructu usuarius facere non potest. **26.** [9]Coniunctim duobus ’ususfructus DO LEGO legatus[10] altero mortuo ad alterum in solidum pertinebit. **27.** [11]Usufructu legato, de modo utendi cautio a fructuario solet interponi, et ideo perinde ’omnino[12] se usurum, ac si optimus paterfamilias uteretur, fideiussoribus oblatis cauere cogetur.

[*L.* 59 *pr.* §§. 1. 2. *D. de usufr.* (7, 1).]

28. [13]Ususfructus amissus ad proprietatem recurrit. amittitur autem quinque modis: capitis minutione, rei mutatione, non utendo, in iure cessione, dominii comparatione. [406] **29.** Capitis minutione amittitur, si in insulam fructuarius deportetur, uel si ex causa metalli seruus poenae efficiatur, aut si statum ex arrogatione uel adoptione mutauerit. **30.** Non utendo amittitur ususfructus, si possessione fundi biennio fructuarius non utatur, uel rei mobilis anno. **31.** [14]Rei mutatione amittitur ususfructus, si domus ’*(usufructu)* legato[15] incendio conflagrauerit aut ruina perierit, licet postea resti-

---

1) *Supplevi; sed fortasse plura Visigothi resecuerunt.* 2) *Cf. L.* 7. §. 1. *D. de usufr.* (7, 1). 3) *Cf. L.* 9. §§. 4. 5. *D. eod.* 4) *Ex Schult. cj.* fundum *Cdd. edd.* 5) *Cf. L.* 17. §. 1. *L.* 23. §. 1. *D. eod.* 6) *Cf. L.* 14. §. 1. *D. de usu et habit.* (7, 8). 7) *Fortasse scrib.:* usum fructui. 8) *Cf. L.* 14. §. 2. *D. eod.* 9) *Cf. Fr. Vat.* 75 (1). 77. 10) *Ex Arndtsii cj.* Cum (*quod in plerisque Cdd. omittitur*) coniunctim .... usumfructum do lego, legatum *ex Cdd. edd. Cf.* §. 69. 11) *Cf. L.* 13 *pr. D. de usufr.* (7, 1). *L.* 4. *C. eod.* (3, 33). 12) omnia *Cdd. edd.* 13) *Cf.* §. *ult. I. de usufr.* (2, 4). *Gai.* 3, 83. 14) *Cf. L.* 5. §. 2. *L.* 10. §. 1. *quib. mod. usufr. am.* (7, 4). 15) *Ex Noodtii cj.* legata *Cdd. edd. Scilicet post* dom-us *periit nota* uf.

tuatur. **32.** [1]In iure cessione amittitur ususfructus, quoties domino proprietatis eum fructuarius in iure cesserit. **33.** Finitur ususfructus aut morte aut tempore: morte, cum usufructuarius moritur; tempore, quoties ad certum tempus ususfructus legatur, uelut biennio aut triennio. **34.** [2]Fundo uel seruo legato 'neque[3] fundi instrumentum 'neque[3] serui peculium ad legatarium pertinet. **35.** [4]Quaerendorum fructuum causa esse uidentur, qui opus rusticum faciunt, et monitores et uillici et saltuarii; item boues aratorii, aratra, bidentes, et falces putatoriae; frumentum quoque ad sementem repositum. **36.** [5]Cogendorum fructuum causa comparata instrumento cedunt, uelut corbes, 'quali,[6] falces messoriae et foenariae, item molae oliuariae. **37.** [7]Conseruandorum fructuum causa comparata instrumento cedunt, uelut dolia, cupae, uehicula rustica, cibaria, pistores, asini, focariae; item ancillae, quae uestimenta rusticis faciunt; 'scortea[8] quoque et sutor continebuntur. **38.** [9]Uxores eorum, qui operantur, magis est ut instrumento cedant. Pecora quoque, et pastores eorum, '(*si*) stercorandi causa comparata
[407] (*sint*),[10] instrumento continentur. **39.** [11]Ea autem, quae custodiae magis causa quam ad usus patrisfamilias eo delata sunt, instrumenti nomine non continentur. **40.** [12]Uxores uero eorum, qui mercedes praestare consueuerunt, neque

---

1) *Cf. Gai.* 2, 30. 2) *Cf. L.* 24. *D. de pecul. leg.* (33, 8). *L. ult. D. de supell. leg.* (33, 10). 3) tam — quam *Cdd. edd. Scriptura* instrumentūnq *in posteriore loco male explicata* instrumentum quam *primum mendum peperisse videtur.* 4) *Cf. L.* 8 *pr. L.* 12 *pr.* §. 4. *L.* 15. §. 2. *D. de instructo leg.* (33, 7). 5) *Cf. L.* 8 *pr. cit. L.* 21. *D. eod.* 6) *Scripsi;* aluei *Cdd. edd., qui quidem etiam in instrumento esse possunt* (*L.* 10. *D. eod.*), *sed non sunt huius loci.* 7) *Cf. L.* 8 *pr. L.* 12 *pr.* §§. 1. 5. 6. *D. eod.* 8) *Ex Roeveri cj.* scotra *Cdd. edd.* 9) *Cf. L.* 8 *pr. L.* 12. §. 7. *D. eod. L.* 60. §. 3. *D. de leg.* 3. 10) *Supplevi, quae ob similia sequentia exciderunt. Cf. L.* 9. *D. de instrum.* (33, 7). *Quae pascendi tantum causa comparata sunt, ut ex iis fructus capiatur, ita continentur, si fundus saltus vel pastiones habeat, vel si instructus legatus sit. L.* 11 *fin. D. h. t. L.* 2. *C. de verb. et rer. sign.* (6, 38). 11) *Cf.* §. 44. *L.* 12. §. 29. *D. de instrum.* (33, 7). *L.* 1. *C. de verb. et rer. sign.* (6, 38). 12) *Cf. L.* 12. §. 8. *L.* 19. §. 1. *D. de instrum.* (33, 7). *Ceterum haec sententia locum mutasse et* §. 38. *post v.* cedant *restituenda videtur.*

'instructionis[1] neque instrumenti appellatione continentur. **41.** [2] Piscationis et uenationis instrumentum ita demum instrumento fundi continetur, si ex his maxime[3] fundi reditus cogatur. **42.** [4] Fructus percepti instrumento fundi ita demum cedunt, si ibidem absumi a testatore consueuerant. **43.** [5] Fundo cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis, quae ibi sunt, legato, semina quoque et cibaria debebuntur. **44.** [6] Fundo cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis, quae ibi sunt, legato, tam supellex quam aeramentum, itemque argentum, et uestes, quae ibi paterfamilias '(*sui*) instruendi[7] gratia habere solet, debebuntur; item ea mancipia, quae usui patrifamilias esse solent, itemque aues et pecora, quae instruendarum epularum gratia in fundo comparata sunt; exceptis his, quae ibi custodiae causa deposita sunt.[8] **45.** [9] Fundo legato VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST, retia apraria et cetera uenationis instrumenta continebuntur: quae etiam ad instrumentum pertinent, si quaestus fundi ex maxima parte in uenationibus consistat. **46.** [10] Fructus, qui solo cohaerebant mortis testatoris tempore, ad legatarium pertinent; ante percepti ad heredem. **47.** [11] Fundo legato cum mancipiis et pecoribus et omni instrumento rustico et [408] urbano, peculium actoris ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere. **48.** [12] Actor uel colonus ex alio fundo in eodem constitutus, qui cum omni instrumento legatus erat, ad legatarium non pertinet, nisi eum ad ius eius fundi testator uoluerit pertinere. **49.** [13] Adiunctiones, quas fundo legato testator ex diuersis emptionibus applicauerat, legatario cedere placuit. **50.** [14] Instructo praedio legato, fabri ferrarii, item tignarii 'et putato-

---

1) *Malim* instructi fundi *vel* instructi omnis. 2) *Cf. L.* 12. §§. 12. 13. *D. eod.* 3) *Cf.* §. 45. 4) *Cf. L.* 12 *pr.* §. 30. *D. eod. L.* 1. *C. de verb. et rer. sign.* (6, 38). 5) *Cf. L.* 12 *pr. L.* 18. §. 9. *D. de instrum.* (33, 7). 6) *Cf. L.* 12. §. 15. *L.* 16 *pr. L.* 19. §. 1. *D. eod.* 7) *Supplevi fere geminando. Cf. L.* 12. §. 37. *D. eod. infra* §. 55. 8) *Cf.* §. 39. 9) *Est L.* 22 *pr. D. de instr. v. instrum. leg.* (33, 7). 10) *Cf. L.* 44. *D. de rei vind.* (6, 1). 11) *Est L.* 22. §. 1. *D. de instr. v. instrum.* (33, 7). *Cf. L.* 39. §. 4. *D. famil. ercisc.* (10, 2). 12) *Cf. L.* 12. §. 37. *L.* 20. §. 5. *D. de instr.* (33, 7). 13) *Cf. L.* 20. §. 7. *D. eod. L.* 91. §. 5. *D. de leg.* 3. *infra* §. 54. 14) *Cf. L.* 12. §. 5. *L.* 18. §. 7. *D. de instr. v. instr.* (33, 7).

res,[1] qui instruendi fundi gratia ibidem morabantur, legato cedunt. **51.** [2]Instructo fundo legato, libri quoque et bibliothecae, quae in eodem fundo sunt, legato continebuntur. **52.** [3]Seruum studendi gratia ex eodem fundo, qui cum mancipiis fuerat legatus, alio translatum ad legatarium placuit pertinere. **53.** [4]Fundo ita ut possederat legato, mancipia tam urbana quam rustica, itemque aurum et uestes, quae eodem tempore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent. **54.** [5]Pascua, quae postea comparata ad fundum legatum testator adiunxerat, si eius appellatione contineantur, ad legatarium pertinent. **55.** [6]Quicquid in eadem domo, quam instructam legauit paterfamilias, perpetuo instruendi se gratia habuit, legatario cedit. **56.** [7]Instructa domo legata, ea legato continentur, quibus domus munitior uel tuta ab incendio praestatur, '(*itaque*)[8] tegulae, specularia et uela legato continebuntur; item 'stramenta,[9] lecti, culcitae, puluini, subsellia, cathedrae, mensae, armaria, delphicae, pelues, conchae, aquimanilia, candelabra, lucernae, et similia quacumque materia expressa. **57.** [10]Domo legata, balneum eius, quod publice praebetur, nisi alias separetur, legato cedit. **58.** [11]Domo cum
[409] omni iure suo, sicut instructa est, legata, urbana familia, item artifices et 'ostiarii[12] et zetarii et aquarii eidem domui seruientes legato cedunt. **59.** Omnibus, quae in domo sunt, legatis, cautiones debitorum 'emptionesque[13] seruorum legato '(*non*)[14] cedunt. **60.** 'Monilibus[15] legatis, aurum uel argen-

---

1) putatores, et *Cdd. edd. Vid. L.* 18. §. 7 *cit.* 2) *Cf. L.* 12. §. 34. *D. eod.* 3) *Cf. L.* 20. §. 6. *D. eod.* = *L.* 78 *pr. D. de leg.* 3. 4) *Cf. L.* 91. §. 1. *D. de leg.* 3. 5) *Cf.* §. 49. 6) *Cf. L.* 12. §§. 42. 43. *D. de instr. v. instrum.* (33, 7). 7) *Cf. L.* 12. §§. 16 *seq. D. eod.* 8) *Addidi.* 9) *Cdd.* 5. 9. aeramenta *ceteri, edd.* 10) *Cf. L.* 91. §. 4. *D. de leg.* 3. 11) *Cf. L.* 12. §. 41. *D. de instr. v. instrum.* (33, 7). 12) *Ex Cuiac. cj.* uestiarii *Cdd. edd.* 13) *Ex Cuiac. cj.* rationesque *Cdd. edd. Sed cf. L.* 12. §. 45. *D. eod. L.* 92 *pr.* §. 1. *D. de leg.* 3. 14) *Ex Cuiac. cj. addidi. Cf. LL. cit. et L.* 41. §. 6. *L.* 78. §. 1. *D. de leg.* 3. *L.* 86 *pr. D. de leg.* 2. 15) *Hoc in Cdd. extare, Haen. non nominato Cd. animadvertit;* mobilibus *Cdd. plerique et edd. Sed mobilibus legatis aurum et argentum non contineri, quis credat Paullum statuisse, cum uel pecunia praesidii causa reposita contineatur? L.* 79. §. 1. *D. de leg.* 3. *Et v.* '*monilia*' *in L.* 2. *Th. C. de thesaur.* (10, 18) *pariter in* '*mobilia*' *mutata est in L. un. I. C.*

tum non debetur, nisi de his quoque manifeste sensisse testatorem possit ostendi. **61.** Instrumento cauponio legato, '(*cum*) cauponis tabernarii dicitur,[1] ea debentur, quae in cauponis usum parata sunt, uelut uasa, in quibus uinum defunditur; escaria quoque et popularia uasa debentur. sane ministri earum rerum legato non cedunt. **62.** [2]Instrumento medici legato, collyria et emplastra et apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato cedunt. **63.** [3]Instrumento pictoris legato, colores, penicilli, cauteria et temperandorum colorum uasa debebuntur. **64.** [4]Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molae et serui, qui pistrinum exercent, item machinae, quibus farinae subiguntur, legato cedunt. **65.** [5]Instrumento balneatorio legato, balneator ipse, et scamna, et 'hypopodia,[6] fistulae, miliaria, epistomia, rotae aquariae, iumenta quoque, quibus ligna deferuntur, legato cedunt. **66.** [7]Instrumento piscatoris legato, et retia et nas- [410] sae et fuscinae et nauiculae, hami quoque et cetera eiusmodi usibus destinata debentur. **67.** [8]Supellectile legata, capsae '(*et*)[9] armaria, 'nisi quae solum librorum aut uestis[10] ponen-

---

eod. (10, 1.). *Ab auro et argento autem separantur monilia etiam in L.* 27. *Th. C. de episc. eccl.* (16, 2). *L.* 7. *Th. C. de bon. proscr.* (9, 42). *Ceterum in nostro loco vetus vitium; unde enim nisi ex hoc Byzantini, Harmenopulum dico* 5, 11 (10). §. 22., *sua hauserunt?*
1) *Verba* caupones (*vel* cauponis) tabernarii dicuntur *in multis Cdd. leguntur, variis locis posita. Quibus ut glossemate eiectis* (*quod hactenus ab edd. factum*), *pugnat haec sententia cum L.* 17. §. 2. *D. de instr. v. instrum.* (33, 7), *nec concordat cum ipsius Paulli sententia in L.* 13 *pr. D. eod.; adhibita vero et sic ut fecimus emendata demonstrant instrumentum cauponis tabernarii, i. e. qui ipse, non per institorem, cauponam exercet* (*cf. L.* 1. §. 5. *D. nautae caup.* 4, 9), *unde postea tantum ministri vini defundendi vel cibi porrigendi commemorantur; itaque locus cum ceteris optime consentit, quibus adde L.* 18. §. 1. *eod.* 2) *Cf. L.* 18. §. 10. *D. eod.* 3) *Cf. L.* 17. *D. eod.* 4) *Cf. L.* 18. §. 1. *D. eod.* 5) *L.* 13. §. 1. *L.* 17. §. 2. *D. eod.* 6) hypodia, epytomia *et similia Cdd.* hypodia *edd.* 7) *Cf. L.* 1[illegible] §. 1. *D. eod.* 8) *Cf. L.* 3—5. *L.* 7. §. 2. *L.* 8. *D. de supell. leg.* (33, 10). 9) *De Schult. cj. addidi.* 10) non solum librorum aut quae uestis *pars Cdd. edd., quod et aperte corruptum est et pugnat cum L.* 3. §. 2. *D. eod. In Cdd.* quae *est sedis incertae; plerique omittunt*, solum quae aut librorum *Cd.* 26. *Praeterea notae vv.* nisi *et* non *permutatae.*

dae gratia parata sint, debebuntur; sed et 'buxina[1] et cristallina et argentea et uitrea uasa, tam escaria quam pocularia, et uestes stratoriae legato cedunt. **68.** [2] Villis uel agris separatim legatis alterum alteri cedit. **69.** [3] Seruis 'do lego' legatis,[4] ancillae quoque debebuntur: non item serui, legatis ancillis. sed ancillarum appellatione tam uirgines, quam seruorum[5] pueri continentur: iis scilicet exceptis, quae fiduciae 'data[6] sunt. **70.** Seruis amanuensibus legatis, omnes, qui ex conuersatione urbana[7] 'eo[8] in ministerio fuerint, debebuntur, nisi ex his aliqui perpetuo ad opus rusticum transferantur. **71.** [9] Venatores serui uel aucupes an inter urbana ministeria contineantur, dubium remansit: et ideo uoluntatis est quaestio. tamen si instruendarum quotidianarum epularum gratia habentur, debentur. **72.** [10] Muliones et 'institores[11] inter
[411] urbana ministeria continentur; item opsonatores et uestiarii et 'cellarii[12] et cubicularii et arcarii et coqui, placentarii, tonsores, pistores, lecticarii, 'stabularii.[13] **73.** [14] Pecoribus legatis quadrupedes omnes continentur, quae gregatim pascuntur. **74.** [15] Iumentis legatis boues non continentur: equis uero legatis equas quoque placuit contineri, ouibus autem legatis agni non continentur, nisi annuales sint. **75.** [16] Grege

---

1) *Sic nunc auctore Rudorffio ad leg. Acil. p.* 485. *pro eo, quod Cuiacius volebat:* myrrina *scripsi.* byssina *Cdd. edd.* 2) *Cf. L.* 35. *D. de usu et usufr.* (33, 2). *L.* 15 *fin. D. de instr. v. instr.* (33, 7). 3) *Cf. L.* 81 *pr. L.* 62. *D. de leg.* 3. 4) *Sic plerique Cdd.* Seruis legatis *edd. Servis generaliter per damnationem legatis non etiam ancillae dari possunt.* 5) *Intellige: appellatione.*
6) *Intellige omnia mancipia testatori fiduciae data, sive servi sive ancillae legati sint.* datae *Cdd. edd. Licet enim et haec mancipia testatoris ex iure Quiritium sint ideoque do lego legari possint* (2, 13. §. 6), *generali tamen legato ex sententia eius non continentur. Cf. L.* 9. §. 2. *D. de supell. leg.* (33, 10). 7) *Licet ruri cum domino agentes.* 8) et *Cdd. edd. Intellige: in ministerio scribendi, quae dominus iubet. Visigothi dum amanuenses interpretantur, qui ad manum serviunt,* eo *in* et *mutaverunt.* 9) *Cf. L.* 99. §. 1. *D. de leg.* 3. 10) *Cf. L.* 99. §. 2. *D. de leg.* 3. *Sed praeter servos et ancillis urbanis legatis aliter haec vox accipitur. L.* 61. §. 1. *D. eod.* 11) institutores *plerique Cdd. Lege* stratores. 12) *Sic aliqui Cdd.* cellararii *alii, edd.* 13) *Cdd. paene omnes omittunt.* 14) *Cf. L.* 65. §. 4. *D. de leg.* 3. 15) *Cf. L.* 38. §. 6. *D. de aedil. ed.* (21, 1). *L.* 60 *pr. L.* 62. *D. de leg.* 3. 16) *Cf. L.* 81. §. 5. *D. eod.*

ouium legato arietes etiam continentur. **76.** [1]Auibus legatis, anseres, phasiani, gallinae et auiaria debebuntur: an autem phasianarii et pastores anserum, uoluntatis quaestio est. **77.** [2]Dulcibus legatis, sapa, defrutum, mulsum, dulce etiam uinum, palmae, caricae, uuae passae debebuntur. sed in hoc quoque uoluntatis est quaestio; 'quia[3] et in specie pomorum comprehendi possunt. **78.** [4]Frugibus legatis tam legumina, quam hordeum et triticum continentur. **79.** [5]Veste legata, ea cedunt, quae ex lana et lino texta sunt; item serica et bombycina, quae tamen induendi, operiendi, cingendi, sternendi, iniiciendique causa parata sunt: pelles quoque indutoriae continebuntur. **80.** [6]Veste uirili legata, ea tantummodo debebuntur, quae ad usum uirilem saluo pudore 'uirilitatis[7] attinent. stragula quoque huic legato cedunt. **81.** [8]Muliebri ueste legata, omnia, quae ad usum muliebrem spectant, debebuntur. **82.** [9]Lana legata, siue succida siue lota sit, siue pectinata siue uersicoloria, legato cedit: purpura uero aut stamen subtemenue hoc nomine non continentur. **83.** [10]Mundo muliebri legato, ea cedunt, per quae mundior mulier lautiorque efficitur, uelut speculum, conchae, situli, item buxides, unguenta et uasa, in quibus ea sunt; item sella balnearis et cetera eiusmodi. **84.** [11]Ornamentis legatis, ea cedunt, per quae ornatior efficitur mulier, ueluti annuli, catenae, reticuli, et cetera, quibus collo uel capite uel manibus mulieres ornantur. **85.** [12]Argento legato, massae tantummodo debebuntur:[13] uasa enim, quae proprio nomine separantur, legato non cedunt, quia nec lana legata uestimenta debebuntur. **86.** [14]Vasis argenteis legatis ea omnia continentur, quae capa- [412]

1) *Extat etiam sed mutata in L.* 66. *D. de leg.* 3. 2) *Cf. L.* 16. §. 1. *D. de trit. vino* (33, 6). *L.* 205. *D. de verb. sign.* (50, 16). 3) *Malim* quia quaedam. 4) *Cf. L.* 77. *D. eod. Plin. H. N.* 18, 7, 9. 5) *Cf. L.* 23. §§. 1. 3. *L.* 24. 25 *pr. D. de auro arg.* (34, 2). 6) *Cf. L.* 23. §. 2. *D. eod.* 7) *Ita Cdd. omnes praeter tres. Omittunt edd. A. et Haen.* 8) *Cf. L.* 23. §. 2. *cit.* 9) *Cf. L.* 32. §. 6. *D. de auro arg.* (34, 2) *et L.* 70 *pr.* §§. 1—4. 12. *D. de leg.* 3., *ubi Ulpianus a Paullo dissentit.* 10) *Cf. L.* 25. §. 10. *L.* 32. §. 7. *D. de auro arg.* (34, 2). 11) *Cf. L.* 25. §. 10. *cit.* 12) *Cf. L.* 19 *pr.* §§. 1. 20. *D. eod.* 13) *Nisi alia voluntas sit testatoris* (§. 88.), *quam plerique fere semper accipiendam putaverunt, cuius sententiae ipse Paullus L.* 78. §. 4. *D. eod. rationem reddit.* 14) *Cf. L.* 19. §. 10.

citati alicui parata sunt, et ideo tam potoria quam escaria, item 'ministeria[1] omnia debebuntur, ueluti urceoli, paterae, lances, piperatoria; cochlearia quoque, itemque trullae, calices, scyphi et his similia. **87.** [2]Libris legatis, chartae uolumina uel membranae et philurae continentur; codices quoque debentur: librorum enim appellatione non uolumina chartarum, sed scripturae modus, qui certo fine concluditur, aestimatur. **88.** [3]Auro legato, gemmae quoque inclusae, itemque margaritae et smaragdi legato cedunt. sed magis est, uoluntatis esse quaestionem: infectum enim aurum debetur; 'factum[4] ornamentorum genere continetur. **89.** [5]Vasis argenteis legatis, emblemata quoque ex auro infixa legato cedunt. **90.** [6]Argento potorio legato, omnia, quae ad poculorum speciem comparata sunt, debebuntur, ueluti paterae, calices, scyphi, urceoli, oenophoria et conchae. **91.** [7]Carruca cum iunctura legata, mulae quoque legatae, non mulio uidetur, propter quotidianam loquendi consuetudinem.

[*L.* 28. *D. qui et a quib. manum.* (40, 9).
L. 29. *D. de adim. v. transfer. leg.* (34, 4).]

[413] **92.** [8]Prolatis codicillis uel alio testamento, quibus ademptum est legatum uel certe rescissum,[9] perperam soluta repetuntur.

TIT. VII. DE MORTIS CAVSA DONATIONIBVS.

1. [10]Mortis causa donat, qui ad bellum proficiscitur, et qui nauigat, ea scilicet condicione, ut, si reuersus fuerit, sibi restituatur; si perierit, penes eum remaneat, cui donauit. **2.** [11]Donatio mortis causa cessante ualetudine et secuta sani-

---

D. de auro arg. (34, 2). 1) *i. e. quibus in conviviis ministratur.* 2) *Cf. L.* 52 *pr. D. de leg.* 3. 3) *Cf. L.* 19. §§. 13 *seq. L.* 29. *D. de auro arg.* (34, 2). *Plin. N. H.* 33. *praef. supra* §. 85. 4) factum enim *Cdd. edd.; sed* enim *ex* fa-ctum *geminatum.* 5) *Cf. L.* 19. §. 5. *D. eod.* 6) *Cf. L.* 21 *pr. L.* 36. *D. eod. Iuvenal.* 6, 425. *Martial.* 4, 89. 7) *Cf. L.* 13. *L.* 19. §. 8. *D. eod. L.* 38. §. 8. *D. de aedil. ed.* (21, 1). 8) *Cf. L.* 2. §. 1. *L.* 3. 4. *D. de cond. ind.* (12, 6). *An etiam per damnationem? Cf. Gai.* 2, 283. 9) *Alio facto testamento priore rupto. Nam et donationes et emptiones rescindi dicuntur.*

Tit. VII. 10) *Cf.* 2, 23. §. 1. 11) *Cf.* §. 1. *I. de donat.* (2, 6).

tate,[1] paenitentia etiam reuocatur: morte enim tantummodo conualescit.

TIT. VIII. AD LEGEM FALCIDIAM.

1. [2] Exhausta legatis aut fideicommissis uel mortis causa donationibus hereditate auxilio Falcidiae institutus heres quadrantem retinere potest. **2.** Quoties de modo 'partis[3] retinendae quaeritur propter periculum plus petendi,[4] officio 'iudicis[5] omnibus aestimatis, quarta facienda est, quae apud heredem remaneat, aut certe exigenda cautio[6] a legatario, ut quod plus dodrante 'perceperit,[7] restituat. **3.** [8] Ea, quae mater uiua filio donauit, in quartam non imputantur.

[*L.* 39. *D. ad leg. Falcid.* (35, 2).]

4. [9] Ex mora praestandorum fideicommissorum uel legatorum fructus et usurae peti possunt; mora autem fieri uidetur, cum postulanti non datur. [414]

[*L.* 10. *D. ut in possess. legat.* (36, 4).]

---

[1]) et *ex paucis Cdd. addunt edd.*

Tit. VIII. [2]) *Cf. Gai.* 2, 227. 254. *L.* 5. *C. ad leg. Falc.* (6, 50). [3]) *Cdd.* 1. 2. 5. 6. 9. (parte 27) quartae *ceteri Cdd. edd.* [4]) *Data incertae partis rei vindicatione vel condictione. L.* 76. §. 1. *D. de rei vind.* (6, 1). *Alia ratio est arbitri dati a praetore ad rationem ineundam L.* 1. §. 6. *D. si plus q. per leg. Falc.* (35, 3). [5]) iudicantis *quinque Cdd. Fortasse:* iudicis ante. [6]) *Quae hoc casu est iudicialis, et plerumque necessaria, quia et apud iudicem incerta detractio vix examinabitur. L.* 76. *cit.* [7]) *Plerique Cdd.* percepit *alii, edd.* [8]) *Cf. L.* 56. §. *ult. D. ad leg. Falc.* (35, 2). *L.* 35. §. 2. *C. de inoff. test.* (3, 28). [9]) *Cf. Gai.* 2, 280. *Unde ante* legatorum *omissum videtur* sinendi modo.

IVLII PAVLLI SENTENTIARVM
LIBER QVARTVS.

TIT. I. DE FIDEICOMMISSIS.

[415] **1.** [1] Ab uxore, cui uir dotem praelegauit, fideicommissum relinqui non potest, quia non ex lucratiua causa testamento aliquid capit, sed proprium recipere uidetur. **2.** [2] A postumo herede instituto fideicommissum dari potest. **3.** [3] Ab imperatore herede instituto legatum et fideicommissum 'dari[4] potest. **4.** A surdo uel muto, siue legatum acceperit, siue heres institutus sit, uel ab intestato successerit, fideicommissum '(*recte*)[5] relinquitur.

[*L.* 4. *D. de leg.* 3.]

5. [6]Qui fideicommissum relinquit, etiam cum eo, cui relinquit, loqui potest, uelut PETO, GAI SEI, CONTENTVS SIS ILLA RE, aut VOLO TIBI ILLVD PRAESTARI. **6.** [7] Fideicommittere his uerbis possumus ROGO, PETO, VOLO, MANDO, DEPRECOR, CVPIO, INIVNGO. DESIDERO quoque et IMPERO uerba utile faciunt fideicommissum. RELINQVO uero et COMMENDO nullam fideicommissi pariunt actionem.

[*L.* 21 *pr. D. de leg.* 3.]

7. [8] Tam nostras res quam alienas per fideicommissum relinquere possumus; sed nostrae statim, alienae autem aestimatae aut redemptae praestantur. **8.** [9] Si alienam rem tam-

---

Tit. I. 1) *Cf. L.* 77. §. 12. *D. de leg.* 2. 2) *Cf. L.* 127. *D. de leg.* 1. *L.* 1. §. 8. *D. de leg.* 3. 3) *Cf. L.* 7. *C. qui testam. fac.* (6, 22). *pr. I. de codic.* (2, 25). 4) *Cdd.* 4. 12. peti *reliqui, edd.* 5) *Supplevi. Cf. L.* 77. §. 3. *D. de leg.* 2. 6) *Cf. L.* 69 *pr. D. de leg.* 2. *L.* 11. §. 4. *D. de leg.* 3. 7) *Cf. Gai.* 2, 249. *L.* 115. 118. *D. de leg.* 1. *L.* 11. §. 2. *D. de leg.* 3. *L.* 12. *C. de fideic. lib.* (7, 4). *L.* 78. §. 8. *D. ad SC. Trebell.* (36, 1). 8) *Cf. Gai.* 2, 261. 262. *Ulp.* 25, 5. 9) *Cf. L.* 10. *C. de leg.* (6, 37). *L.* 6. *C. de fideic.* (6, 42).

quam suam testator per fideicommissum reliquerit, non re- [416] licturus, si alienam scisset, ut solet legatum, ita inutile erit fideicommissum. **9.** [1] Testator superuiuens si eam rem, quam reliquerat, uendiderit, extinguitur fideicommissum. **10.** [2] Codicillis, qui testamento confirmati non sunt, adscriptum fideicommissum iure debetur. **11.** Filio quibuscumque uerbis a patre fideicommissum relictum iure debetur: sufficit enim inter coniunctas personas quibuscumque uerbis, ut in donatione,[3] uoluntas expressa. et ideo etiam pridie, quam moriatur,[4] recte relictum uidetur. **12.** [5] In tempus emancipationis, uel cum sui iuris erit, fideicommissum relictum quocumque modo patria potestate liberato debetur. **13.** Rogati inuicem sibi, si sine liberis decesserint, hereditatem restituere, altero decedente sine liberis hereditas ad eum peruenit, qui superuixit; nec ex eo pacisci[6] contra uoluntatem testatoris possunt. **14.** Heres ante aditam hereditatem, legatarius antequam legatum accipiat,[7] fideicommissum praestare non possunt. **15.** [8] Rem fideicommissam si heres uendiderit, eamque sciens comparauerit, nihilominus in possessionem eius fideicommissarius mitti iure desiderat. **16.** Quoties libertis fideicommissum relinquitur, ad eos tantummodo placuit pertinere, qui[9] manumissi sunt, uel qui in eodem testamento libertatem intra numerum legitimum consecuti sunt.[10] **17.** Cui ab herede fideicommissum non praestatur, non solum in res hereditarias, sed et in proprias heredis inducitur. **18.** [11] Ius omne fideicommissi non in uindicatione, sed in petitione consistit.

[*L.* 21. §§. 1. 2. *D. de leg.* 3.]

---

1) *Cf.* §. 12. *I. de legat.* (2, 20). 2) *Cf. Gai.* 2, 270a. 273. *Ulp.* 25, 4. 8. 11. 3) *Cf. L.* 4. *Th. C. de donat.* (8, 12). *Fr. Vat.* 249 (1). 4) *Cf. Gai.* 3, 100. 5) *Cf. L.* 11. §. 11. *D. de leg.* 3. *L.* 15. *D. quando dies leg.* (36, 2). *L.* 3. *C. de inst. et subst.* (6, 25). 6) *Quo pacto studium quaerendi liberos iniunctum remittere sibi videbantur. Sed hoc alia ratione postea mutatum L.* 11. *C. de transact.* (2, 4). 7) *Cf. L.* 78 *pr. D. de leg.* 2. *L.* 8 *pr. D. de leg.* 3. 8) *Cf. L.* 2. *D. de litig.* (44, 6). *L.* 1. 3. §. 2. *C. comm. de leg.* (6, 43). *Nov.* 39 *pr. infra* §. 17. 9) *Excidisse videtur* a uiuo *vel* uindicta. 10) *Excipe alimentorum fideicommissum. L.* 2 *pr. D. de alim. leg.* (34, 1). 11) *Cf. Ulp.* 25, 12.

TIT. II. DE SENATVS CONSVLTO TREBELLIANO.

417] **1.** [1]Senatus consulto Trebelliano prospectum est, ne solus heres omnibus hereditariis actionibus oneretur. et ideo, quoties hereditas ex causa fideicommissi restituitur, actiones eius in fideicommissarium transferuntur, quia unicuique damnosam esse fidem suam non oportet.

TIT. III. DE SENATVS CONSVLTO PEGASIANO.

1. [2]Inter heredem et fideicommissarium, cui ex Pegasiano hereditas restituitur, partis et pro parte stipulatio interponitur, ut heredi instituto pro quarta actiones, pro ceteris uero portionibus fideicommissario competant. **2.** [3]Totam hereditatem restituere rogatus si quartam retinere nolit, magis est, ut eam ex Trebelliano debeat restituere: tunc enim omnes actiones in fideicommissarium dantur. **3.** Lex Falcidia itemque senatus consultum Pegasianum deducto omni aere alieno 'deorumque donis[4] quartam residuae hereditatis ad heredem uoluit pertinere. **4.** Qui totam hereditatem restituit, cum quartam retinere ex Pegasiano debuisset, 'si non retineat,[5] repetere eam non potest. nec enim indebitum soluisse uidetur, qui plenam fidem defuncto praestare maluit.[6]

[TIT. IV. DE REPVDIANDA HEREDITATE.][7]

1. [8]Recusari hereditas non tantum uerbis, sed etiam re potest et alio quouis indicio uoluntatis. **2.** Heres per magi-

---

Tit. II. [1]) *Cf. Gai.* 2, 255. *Ulp.* 25, 14. *L.* 1. §. 2. *D. ad SC. Treb.* (36, 1).

Tit. III. [2]) *Cf. Gai.* 2, 254. 256. *Ulp.* 25, 14. 15. [3]) *Cf. L.* 45. *D. ad SC. Treb.* (36, 1). *L.* 20. *D. quae in fr. cred.* (42, 8). *Gai.* 2, 257. [4]) *Intellige sacra privata i. e. quaecunque Diis danda sive sacrificanda ex his bonis erant* (*Gai.* 2, 55). *Haec enim proprie dona dicuntur. Brisson. de form.* 1, 48. *Ad ea vero, quae testamento Diis relinquuntur, pertinet lex Falcidia. L.* 1. §. 5. *D. ad l. Falc.* (35, 2). [5]) *i. e. si ex Trebelliano restituat* (§. 2). *In omnibus Cdd. haec verba extant.* [6]) *Cf. L.* 1. 19. *C. ad leg. Falc.* (6, 50). *L.* 5. §. 15. *D. de don. int. vir.* (24, 1).

Tit. IV. [7]) *Recte Cuiac. observat, hic non agi de repudianda hereditate, sed de eo, qui desiderante fideicommissario hereditatem adire nolit.* [8]) *Est L.* 95. *D. de acq. v. omitt. her.* (29, 2).

stratus municipales[1] ex auctoritate praesidis, fideicommissario [418] postulante, hereditatem adire et restituere compellitur. **3.** [2]Fideicommissarius si affirmet, heredem nolle adire hereditatem, absente eo interponi decretum et in possessionem mitti iure desiderat. **4.** [3]Suspectam hereditatem adire compulsus omnia ex Trebelliano restituit.

TIT. V. DE INOFFICIOSI QVERELA.

1. Inofficiosum dicitur testamentum, 'quod, frustra liberis[4] exheredatis, non ex officio pietatis uidetur esse conscriptum. **2.** [5]Post factum a matre testamentum filius procreatus, non mutata ab ea, cum posset, uoluntate, ad exemplum praeteriti, inofficiosi querelam recte instituit. **3.** [6]Testamentum, in quo imperator scriptus heres est, inofficiosum argui potest: eum enim, qui leges facit, pari maiestate legibus obtemperare conuenit. **4.** [7]Qui inofficiosum dicere potest, hereditatem petere non prohibetur. **5.** [8]Filius ex asse heres institutus inofficiosum dicere non potest: nec interest, exhausta nec ne sit hereditas; cum apud eum quarta aut legis Falcidiae aut senatus consulti Pegasiani beneficio sit remansura. **6.** [9]Quartae portionis portio[10] liberis, deducto aere alieno et funeris impensa, praestanda est, ut ab inofficiosi querela excludantur. Libertates quoque eam portionem minuere placet. **7.** Filius 'iudicio[11] patris si minus quarta portione consecutus sit, ut quarta sibi a coheredibus fratribus citra inofficiosi querelam impleatur, iure desiderat.[12] **8.** [13]Pactio talis, ne de inofficioso testamento dicatur, querelam super iudicio futuram non excludit: meritis enim liberos magis quam pactionibus ad- [419]

---

1) *Cf. L.* 1. 4. §§. 3. 4. 9. *D. de damn. inf.* (39, 2). *L.* 46. §. 6. *D. de adm. et per.* (26, 7). 2) *Cf. L.* 6 *pr.* 67 *pr. D. ad SC. Treb.* (36, 1); *supra* 4, 1. §. 17. 3) *Cf. Gai.* 2, 258. *L.* 4. 45. *D. ad SC. Treb.* (36, 1).

Tit. V. 4) quod frustra, liberis *edd.* 5) *Cf. L.* 3. *C. de inoff. test.* (3, 28). 6) *Cf. L.* 8. §. 2. *D. de inoff. test.* (5, 2). §. *ult. I. quib. mod. test.* (2, 17). *L.* 23. *D. de leg.* 3. — *Suet. Aug.* 46. *Tacit. Agric.* 43. *Spartian. Hadr.* 18. 7) *Cf. L.* 8. §. 12. *D. h. t. L.* 14. *C. eod.* (3, 28). 8) *Cf. L.* 8. §. 9. *D. h. t. Plin. ep.* 5, 1. 9) *Cf. L.* 8. §. 9. *D. h. t.* 10) *Cf.* §. *ult. fin. I. de inoff. test.* (2, 18). 11) in iudicio *edd. ex uno Cd.* 12) *Nisi querelam movere malit. L.* 2. *Gr. C. h. t.* (2, 5). 13) *Cf. L.* 35. §. 1. *C. h. t.* (3, 28).

stringi placuit. **9.** [1]Rogatus hereditatem restituere etsi inofficiosi querelam instituerit, fideicommisso non fit iniuria: quartam enim solummodo hereditatis amittit, quam beneficio senatus consulti habere potuisset. **10.** [2]Heres institutus, habens substitutum, si de inofficioso dixerit nec obtinuerit, non id ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

TIT. VI. DE VICESIMA.

1. [3]Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes uel maxima pars eorum adhibeatur, qui signauerint testamentum, ita ut agnitis signis, rupto lino, aperiatur et recitetur, atque ita describendi exempli fiat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archium redigatur, ut, si quando exemplum eius interciderit, sit, unde peti possit. **2.** [4]Testamenta in[5] municipiis, coloniis, oppidis, 'praefecturis, uicis, castellis, conciliabulis[6] facta in foro[7] uel basilica praesentibus testibus uel honestis uiris inter[8] horam secundam et decimam diei '(*aperiri*) recitarique[9] debebunt, exemploque sublato, ab iisdem rursus 'coram[10] magistratibus obsignari, 'in quorum[11] praesentia 'aperta sunt.[12] **2*.** Qui aliter aut alibi, quam uti

---

1) *Cf. L.* 8. §. 14. *D. h. t.* 2) *Hic et* §. 9. *intellige heredem institutum ex parte minore quam debita.*

Tit. VI. hic sequitur, quia ut personis coniunctis certa portio, ita vicesima populo Romano testamento facto debetur. 3) *Cf. supra* 3, 5. §. 17. — *L.* 4. 6. 7. *D. testam. quemadm. aper.* (29, 3). *Hic enim praeceptum edicti praetoris urbani refertur.* 4) *Iam caput legis Iuliae vicesimariae de testamentis extra urbem in Italia factis referri videtur.* 5) *Cf. Leg. Iul. munic. v.* 98. 109. 119. 124—130. 135. 142. *Leg. Rubr. c.* 21—23. *L.* 16. *Th. C. de episc.* (16, 2). *L.* 3. *Th. C. de collat. donat.* (11, 20). *L.* 13. *Th. C. de desertor.* (7, 18). *Augustin. ep.* 50. (185 *Ben.*). 6) praefectura, uico, castello, conciliabulo *Cdd. edd. Sed omnia haec notabantur, et antea* colonia *plerique Cdd.* 7) *Cf. Leg. Flav. Malac.* 64. '*uti pecunia in foro municipi'* . . . . 8) *Cf. Martial.* 4, 8. 9) *Addidi de Schult. cj.* recitarique *plerique Cdd.* recitari *edd.* 10) *Sic emendavi et suo loco restitui v.* constat, *quae in Cdd. et edd. legitur post* praesentia, *quamque Paulli esse non posse iam Schult. vidit. Non magistratus, sed testes in provinciis obsignare, ostendit L.* 7 *cit.* 11) *Cd.* 19. quorum *ceteri, edd.* 12) constat apertum *plerique Cdd.* (*factum hoc ex* aperta s̄); constat aperta *edd.* — *Sequentem sententiam* (§. 2*.), *quae huic Paulli editioni primum accedit, primus Haenelius vulgavit in Richteri et Schneideri annal. crit. iurispr. Germ.* 1844. *p.* 1053.

lege praecipitur, testamentum aperuerit recitaueritue, poena 420] sestertiorum quinque milium tenetur. **3.** Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri uoluit. et ideo, quamuis sit rescriptis uariatum, tamen a praesentibus intra triduum uel 'quinque dies[1] aperiendae sunt tabulae; ab absentibus quoque intra 'eosdem[2] dies, cum superuenerint:[3] nec enim oportet 'tam[4] heredibus aut legatariis aut libertatibus, quam necessario uectigali moram fieri.

TIT. VII. DE LEGE CORNELIA.

1. [5]Qui testamentum falsum scripserit, 'recitauerit,[6] subiecerit, signauerit '(*sciens dolo malo, uerumue*)[7] suppresserit, amouerit, resignauerit, deleuerit, poena legis Corneliae de falsis tenebitur, id est in insulam deportatur. **2.** [8]Non tantum is, qui testamentum subiecit, suppressit, deleuit, poena legis Corneliae coercetur, sed et is, qui sciens dolo malo id fieri iussit faciendumue curauit. **3.** [9]Testamentum supprimit, qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem heredum uel legatariorum 'fideiuecommissariorum[10] aut libertatum non profert. **4.** Supprimere tabulas uidetur, qui, cum habeat et proferre possit, eas proferre non curat. **5.** [11]Codicilli quoque, si lateant nec proferantur, supprimi uidebuntur **6.** Edicto perpetuo cauetur, ut si tabulae testamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito intra annum[12] agi possit, [421]

---

ex duobus legis Rom. Visigoth. codd. noviter repertis, Eporediensi et Rosanbano, olim Pithoeano, quorum variantes lectiones subicio: qualiter *Ep. Ros. correxit Haen.* — ubi *Ep. Ros.* — legem percipitur *Ros.* — recitauerit *Ros.* — teneatur *Ros.* 1) *Hoc fortasse, si alieno nomine petendum erat.* 2) eos *Cdd. edd.* 3) *Sc. dinumeratis vicenis milibus passibus in dies itineris* (*cf. Fr. Vat.* 162), *quae verba Visigothi videntur recidisse. Cf. L.* 154. *D. de verb. sign.* (50, 16). 4) testamentum *Cdd. edd. Cf.* 3, 4^a, 10. *not.* 8.

Tit. VII. 5) *Cf.* 2, 25. §. 1. *L.* 2. *D. ad leg. Corn. de fals.* (47, 10). 6) *Dictando, ut alius scriberet. L.* 21. *C. h. t.* (9, 22). *Nam qui falsum coram iudice sciens recitat, non incidit in Corneliam. L.* 13. §. 1. *D. h. t. Cf. L.* 2. *D. ad leg. Iul. mai.* (48, 4). 7) *Fere geminando supplevi* (*scriptum puta* sc. d. m. uerūū. 8) *Cf. L.* 2. *cit.* 9) *Cf. L.* 44 *fin. D. de acq. rer. dom.* (41, 1). *Isidor. Or.* 5, 24. §. 11. 10) fideicommissariorum *plerique Cdd. edd.* 11) *Cf. L.* 1. §. 2. *D. de tab. exhib.* (43, 5). 12) *Computandum a*

quo ad exhibendum compellitur, qui supprimit. tabularum autem appellatione chartae quoque et membranae continentur.[1]

TIT. VIII. DE INTESTATORVM SVCCESSIONE.

[1—13. *Collat.* 16, 3. §§. 1—13.]

14. [2]Inter agnatos et cognatos hoc interest, quod in agnatis etiam cognati continentur, inter cognatos uero agnati non comprehenduntur, et ideo patruus et agnatus est et cognatus, auunculus autem cognatus tantummodo '(*est*).[3]

[15—17. *Collat.* 16, 3. §§. 15—17.]

18. [4]'Si sint, fratre defuncto, et fratris filius et nepos eius ex[5] fratre non existente, filius fratris nepoti praefertur.

[19. *Collat.* 16, 3. §. 19.]

[6]**20.** Filius fratris '(*in*) intestati (*bonorum possessione*) filio sororis praefertur.[7]

[8]**21.** [9]'Legitimi heredes iure ciuili antiquo intra centesimum diem si tantum[10] adierint hereditatem, ad proximos

---

die interdicti redditi; ipsum enim interdictum de tabulis exhibendis perpetuum esse, constat. L. 3. §. 16. *eod. Et cum ex interdicto, si adversarius arbitrum non petierat, cum poenae periculo ageretur, cuius metu is 'ad exhibendum (vel restituendum) compellebatur', consentaneum erat, omnes has actiones annales esse. C. A. Schmidt, qui norat hunc locum 'Interdictenverf.' p.* 119., *non meminit eius p.* 239. 1) *Cf. L.* 1 *pr. D. de B. P. S. T.* (37, 11).

Tit. VIII. 2) *Est etiam Collat.* 16, 3. §. 14. 3) *Ex Collat.* 4) *Est etiam Collat.* 16, 3. §. 18., *ubi vid. not.* 5) Si sint fratres defuncti et fratris filii uel nepotes *Cdd. edd.* 6) *Ex epit. Aegidiana. Sed apparet, hanc sententiam et sequentem ad ius b. possessionis spectantes alieno loco hic insertas esse.* 7) *Supplevi sententiam sensu adhuc carentem. Cf. Gai.* 3, 30. *L.* 5. 7. 14. §. 1. *C. de legit. her.* (6, 58) *et Interpr.* §. 22., *cuius ratione habita haec sententia adscripta esse videtur.* 8) *Ex appendice sex Cdd., in qua deinde sequitur* 4, 10. §. 4. 9) *Cf. Gai.* 3, 28. 32. 35—37.
10) legitimi heredes iure gallico (*vel* callico *vel* colliquo) i. e. diem nisi *Cdd.* (ciuili *pro* gallico *edd.*) *inepte. Quae modeste corrigere quam totam sententiam cum Puchta Inst.* §. 104. *p.* 507. *Paullo abiudicare malui. Nam* iure callico *factum ex nota* i. c. antico, *postea pro* sitt (*vel* m = modo) *quadam transpositione scriptum* nisi. *Apparet, legitimos heredes iure civili antiquo Paullum dicere contra positis legitimis heredibus tam praetorii edicti, quo nomine ex ea sententia, quam Gaius* 3, 28. *posteriore loco refert, omnes etiam remotioris gradus agnati intelligebantur, quam posteriorum legum*

eadem successio transfertur. **22.** [1] Feminae ad hereditates [422] legitimas ultra 'consanguineorum [2] successionem non admittuntur: idque iure ciuili Voconiana ratione uidetur effectum. Ceterum lex XII tabularum 'sine illa discretione sexus (*feminini*) agnatos [3] admittit. **22**[a]. [4] Feminae etsi ultra 'consanguineorum [5] hereditates ad successionem legitimam non admittuntur, proximitatis 'tamen nomine bonorum possessionem [6] petere non prohibentur. **23.** [7] In hereditate legitima successioni locus non est: et ideo fratre decedente, antequam adeat aut repudiet hereditatem, fratris filius admitti non potest, 'quamuis amissa [8] successio proximiori 'deferatur. [9] **24.** [10] Ab hostibus captus neque sui neque legitimi heredis ius amittit postliminio reuersus. Quod et circa eos, qui in insulam deportantur uel serui poenae effecti sunt, placuit obseruari, si per omnia in integrum indulgentia principali restituantur. **25.** [11] Pro herede gerere est destinatione futuri dominii aliquid ex hereditariis rebus usurpare. et ideo pro herede gerere uidetur, qui fundorum hereditariorum culturas rationesque disponit, et qui seruis hereditariis, iumentis rebusue aliis utitur. **26.** [12] Ex pluribus heredibus iisdemque [423] legitimis si qui omiserint hereditatem uel in adeundo aliqua ratione fuerint impediti, his, qui adierunt, uel eorum heredibus omittentium portiones accrescunt. quod in herede 'instituto,

---

senatusve consultorum (*L*. 1. §. 2. *D. ut ex leg.* 38, 14). *Ad illos tantum hoc pertinet, quod si legitimus heres intra tempus b. possessionis tantum hereditatem adierit, eadem successio i. e. b. possessio unde legitimi ad proximos agnatos transfertur.* 1) *Est etiam Collat.* 16, 3. §. 20. 2) consanguineas *Cdd. edd. Vid. Collat.* 3) nulla discretione sexus cognatos *Cdd. edd. Vid. Collat.* 4) *Ex app. Cd.* 12. *in ed. A. tantum in nota relata. Cf. Gai.* 3, 29. *Fortasse demum in Brev. Cdd. excidit, cuius in Interpr.* §. 22. *etiam haec leguntur: 'Sane deficientibus agnatis cum cognati succedant, possunt feminae cum uiris, quae aequalis gradus sunt, iure succedere.' Hoc idcirco, quia praetor in hac successione legem Furiam secutus est, de qua vid. Fr. Vat.* 298. 5) consanguineas *Cd. Cf.* §. 22. 6) tamen ad successionem (*pro* tamen nom. b. psessionem) *Cd.* 7) *Cf. Gai.* 3, 12. 22. 28. *Ulp.* 26, 5. 8) quia (*pro* q̄uis) omissa *vel* omnis *Cdd. edd.* 9) defertur *Cdd. edd.* 10) *Cf. L.* 1. §. 9. *L.* 2. *D. de B. P. C. T.* (37, 4). *L.* 1. §. 4. *D. ad SC. Tertull.* (38, 16). 11) *Cf. Gai.* 2, 166. *L.* 20. *D. de acq. v. omitt. her.* (29, 2). 12) *Cf. L.* 9. *D. de suis et legit.* (38, 16). *Ulp.* 26, 5.

cum qui (*omiserat*),[1] acceperat substitutum, euenire non poterit: diuersa enim causa est scripti et legitimi.

TIT. IX. AD SENATVS CONSVLTVM TERTVLLIANVM.[2]

1. [3]Matres tam ingenuae quam libertinae ciues Romanae, ut ius liberorum consecutae uideantur, ter et quater peperisse sufficiet, dummodo uiuos et pleni temporis pariant. **2.** [4]Quae semel uno partu 'tres[5] filios edidit, ius liberorum non consequitur: non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse uidetur; nisi forte per interualla pariat. **3.** [6]Mulier si monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit: non sunt enim liberi, qui contra formam humani generis conuerso more procreantur. **4.** Partum, qui membrorum humanorum officia duplicauit, 'quia hac ratione[7] aliquatenus uidetur effectus, matri prodesse placuit. **5.** [8]Septimo mense natus matri prodest: ratio enim Pythagoraei numeri hoc uidetur admittere, ut aut septimo pleno, aut decimo mense[9] partus maturior[10] 'uideatur.[11] **6.** [12]Aborsus uel abactus uenter partum efficere
124] non uidetur. **7.** Libertina '(*Latina*)[13] ut ius liberorum consequi possit, quater eam peperisse, 'ut (*in*) ingenua,[14] sufficit.

---

[1]) instituto (institutio *aliqui Cdd.*) eum qui *Cdd. edd.* instituti, quem coheres *edd. meae* 1. 2. *sed facilior est correctio, quam nunc dedi.*

Tit. IX. in Cdd. et ed. Haen. ponitur post §. 7. [2]) *Cf. Ulp.* 26, 8. *Tit. I.* 3, 3. [3]) *Cf. Gell.* 3, 16, 21. *L.* 129. *D. de verb. sign.* (50, 16), *infra* §. 5. [4]) *De lege Papia Popp. cf. L.* 137. *D. eod.* [5]) tres uel duos *permulti Cdd. An igitur legemus:* tres uel (*bis*) duos *et postea* semel (*bisue*)? [6]) *Ex* §§. 3. 4. *formata est L.* 14. *D. de statu hom.* (1, 5). *Cf. L.* 135. *D. de verb. sign.* (50, 16). [7]) *Fortasse:* quia ū (uel) in hac iteratione. [8]) *Cf. Plin. N. H.* 7, 5. §. 38. *L.* 12. *D. de statu hom.* (1, 5). *L.* 3. §. 12. *D. de suis et legit.* (38, 16). *Censorin.* 9. 11. *Gell.* 3, 16. *Macrob. in somn. Scip.* 1, 6. [9]) *Septimo mense pleno minor, decimo pleno maior partus. Censorin. l. c.* [10]) *Si igitur exactis illis mensibus maturior nascitur* (*minor vel maior*) *partus, etiam non exactis sed coeptis tantum aliquatenus maturus nasci recte creditur, velut is, qui die* CLXXXII *editur. L.* 3. §. 12. *cit. De intempestivitate octavi mensis vid. Gell. l. c. Noodt ad Pand.* 1, 5. *et Schulting enarrat. ibid. legi voluerunt septimo aut pleno decimo.* [11]) *Malim* edatur. [12]) *Cf. L.* 2. *C. de post. her.* (6, 29). [13]) *Supplevi et necessario,* (*nam de libertinis civibus Rom. hoc iam dixerat* §. 1) *et facile post* liber-tina. [14]) *Sic* (*vel* ingenuam) *omnes Cdd., nisi quod in*

8. Latina ingenua, ius Quiritium consecuta si ter peperit, ad legitimam filii hereditatem admittitur: non est enim manumissa.[1] **9.** Ius liberorum mater habet, quae tres filios aut habet, aut habuit, aut neque habet neque habuit. habet, cui supersunt; habuit, quae amisit; neque habet neque habuit, quae beneficio principis ius liberorum consecuta est.[2]

* *TIT. X. AD SENATVS CONSVLTVM ORPHITIANVM.*

1. [3]Filii uulgo quaesiti ad legitimam matris hereditatem aspirare non prohibentur; quia pari iure, ut ipsorum matribus, ita ipsis matrum hereditates deferri debuerunt. **2.** [4]Ad filiam ancillam 'uel libertam[5] ex senatus consulto Claudiano effectam

---

supplevi. Editores Cuiacium secuti male expunxerunt. Paullus hoc dicit, ex SC. Tertulliano ut in Latina ingenua ter enixam esse, etsi liberi superstites non sint, ita et in libertina, quater peperisse sufficere. Num igitur Latina quoque filio Latino ex SC. heres fiebat? Non, quanquam lege Iunia, quae ad testamentariam successionem pertinebat, non prohibebatur. Nam ter enixa tam libertina quam ingenua civis Romana fiebat. Ulp. 3, 1. *De SC. Orphitiano vid.* 4, 10. §. 3. 1) *Ut mater ipsius Latina. Olim tamen etiam ad Latinas coloniarias tam SC. Tertullianum quam illud, quod Ulp.* 3, 1. *commemorat, pertinuisse non dubito.* 2) *Spectat etiam hunc tit. Lex Burg.* 28. '*Defuncto filio pater succedit. Quodsi patrem non habuerit, auus paternus iure succedit: quodsi et ille defuerit, fratres defuncti succedunt: quodsi et ipsi defuerint, mater succedit: quodsi mater fuerit defuncta, frater et soror succedunt. Mater per fratrem excluditur: et in successionem frater cum sorore aequa sorte succedit. Quodsi frater defuerit, mater et filiae, quantae fuerint, aequales accipiunt portiones, secundum Paullum de intestatorum successionibus ad SC. Tertullianum.*'

Tit. X. Hunc restituit Cuiacius cum ipsis sententiis desumptis ex app. Cd. 12., *ubi est rubr.* '*de intestatorum hereditate.*' *Praeterea vid. Klenzii Cdd.* (= *p.* 52. *app. Paul. ed. Haen.*) *in Zeitschr. f. gesch. RW. XI. p.* 266. *De re cf. Ulp.* 26, 7. *Tit. I.* 3, 4. 3) *Cf.* §. 3. *I. eod.* 4) *Cf.* 2, 21ª. §. 1. *Fr. de i. fisci* 12. §. 10. *I. de grad. cogn.* (3, 6). 5) *Cf. Tacit. A.* 12, 53., *ubi ex auctioribus Cdd. videtur legendum:* statuiturque, ut ignaro domino ad id prolapsae in seruitute, sin consensisset, qui nati essent (*in seruitute uel*) pro libertis haberentur. *Repetitum igitur illud* '*in seruitute*' *in causa videtur fuisse, ut verba* '*qui nati essent*' *in plerisque Cdd. exciderent. Ceterum iam consentit Tacitus cum Gai.* 1, 84. *et cum Hadrianus id tantum mutarit, ut ne libera amplius*

[425] legitima matris intestatae hereditas pertinere non potest; quia neque serui neque liberti matrem ciuilem habere intelliguntur. **3.** Ad legitimam intestatae matris hereditatem filii ciues Romani, non etiam Latini,[1] admittuntur; ciues autem Romanos eo tempore esse oportet, quo 'iis defertur et ab iis[2] legitima hereditas 'adiri potest,[3] 'proinde (*cum de*) morte[4] matris certiores filii fiunt, non nuntio accepto, sed pro liquido comperto, quod intestata decesserit.[5] **4.** [6]Filius maternam hereditatem eamdemque legitimam nisi adeundo quaerere non potest.

TIT. XI. DE GRADIBVS.

[*L. 9. D. de grad. et affin.* (38, 10).]*

---

servum ex pacto parere posset, alterum remansit, ut et se et liberos pacto in libertinam conditionem dare liceret, eoque noster locus spectat et L. 2. §. 2. *D. h. t.* (38, 17). [1]) *Puta ex Latina nati, quae cum tres filios peperisset, civis Rom. facta iam decessit. Cf.* 4, 9. §§. 7. 8. *Multum igitur in hac causa intererat, ex lege Aelia Sentia vel erroris causam probari. Gai.* 1, 66 *seq.* [2]) *Ita Klenz. ex Cdd., nisi quod* iis *pro* his *scripsi.* ab iisdem *edd.* [3]) aditur (*pro* adirip̄, *ut puto*) *Cdd. Kl. edd.* [4]) perinde autem *Cdd. Kl. ed. Haec et quae sequuntur usque ad finem §i in edd. non extant.* [5]) *Ita Klenz. ex Cdd. paulum correctis. De re cf. L.* 13. §. 1. *L.* 19. 32 *pr. D. de acq. v. om. her.* (29, 2). [6]) *Cf. L.* 3. *C. ad SC. Orphit.* (6, 57).

*) *Quaeritur, an hoc loco inserendum sit stemma cognationum ab ipso Paullo huic titulo adiectum. De quo quidem nullus adhuc editor ne cogitavit quidem, cum nullus in sententiarum Cdd. eiusmodi stemma repererit. Sed Lud. Charondas in edit. sua Institutionum (adiecta Digestorum edit., quae prodiit Antverp.* 1575) *p.* 35. *praefatus, formam graduum in fine Cod. Dionysiani Institutionum inventam subiiciendam esse se existimasse (quam formam Ed. Schrader ad Instit. p.* 452. *alieno loco quaesisse videtur), addit: 'illamque adiiciendam, quam ex libro quarto Sententiarum Iulii Paulli titulo de gradibus edidit Contius.' Itaque p.* 36. *duae eiusmodi formae subiiciuntur, interiecto hoc quasi titulo 'STEMMATA. Ex libro quarto sententiarum Iulii Paulli tit. de gradibus, nunquam hactenus in lucem edita.' Superiori formae notula adiecta, inferiori hoc sub titulo: ANTONIVS CONTIVS LECTORI item ad intellectum stemmatum pertinens admonitio subiecta. Haec omnia repetita a Senckenbergio in ed. Brachylogi [illegible] de Charondas petierit, diu et in lectionibus subsecivis ceterisque Contii operibus et in editionibus corporis iuris civilis [illegible] spicere potui, Contianis, sed frustra [illegible] tantum,*

1. [1]Primo gradu superiori linea continentur pater, mater; [426] inferiori filius, filia: quibus nullae aliae personae iunguntur. **2.** [2]Secundo gradu continentur superiori linea auus, auia; inferiori nepos, neptis; transuersa frater, soror. quae personae duplicantur; auus enim et auia tam ex patre quam ex matre, nepos, neptis tam ex filio quam ex filia, frater, soror tam ex patre quam ex matre accipiuntur. '(*Item*)que hae[3] personae sequentibus 'quoque[4] gradibus similiter pro 'substantia[5] earum, quae in quoque gradu consistunt, 'ipso ordine[6] duplicantur. **3.** [7]Tertio gradu ueniunt supra proauus, [427] proauia: infra pronepos, proneptis: ex obliquo fratris sororisque filius, filia; patruus, amita, id est patris frater et soror; auunculus, matertera, id est matris frater et soror.

---

adiecta haec fuisse aut Dig. editioni simul cum Institutiones ederet curatae, quae fortasse iam non extat (*nam dubia res est, cf. Spangenberg Einleit. ins Corp. iur. p.* 308) *ad L.* 10. *D. de grad. cogn.* (38, 10), *aut Institutionum editioni lib. III. tit.* 6., *ubi forte bibliopegae vitio quibusdam in exemplaribus perierint. Sed et persuasum mihi est, non in codice aliquo eam, de qua quaeritur, formam superiorem Contium reperisse, sed ipsum ad Paulli sententiam in hoc tit. et maxime L.* 9. 10. *D. de grad. cog.* (38, 10) *scite descripsisse, idque sine fraude. Nam et numeros graduum arabicis signis indicavit et ipse in fine notulae, quam dixi, 'Itaque', inquit, 'hanc graduum figuram aio me ad amussim secundum Iurisconsulti sententiam descripsisse.' Item in notis ad edit. suam Instit. Parisiis* 1560. *publicatam, ubi nulla stemmata comparent, tit.* 6. *lib. III. fol.* 77. *'Idcirco', inquit, 'stemmata sic descripsi, ut unum tantum latus habeant transversum, quemadmodum et ea a veteribus descripta fuisse puto. Nam in vetustissimis quibusdam membranis quaedam descriptio inventa est non multum a nostra discrepans.' Quae postrema verba spectant formam inferiorem, etiam ab Isidoro servatam, quam in speciem pyramidis decurtatae per laterculos delineatam ipsi infra repraesentabimus. Iam vides, verba illa tituli, quem dixi, 'Ex libro quarto Sent. Iulii Paulli etc.', quae Charondam in errorem induxerunt, quomodo intelligenda sint. Ceterum non dubito, quin Paullus etiam figura graduum descriptionem illustraverit.*

Tit. XI. Cf. omnino de gradibus expositio, quam dabimus infra. 1) *Cf. L.* 10. §. 12. *L.* 1. §. 1. *D. de grad. et affin.* (38, 10). 2) *Cf. L.* 1. §. 4. *L.* 10. §. 13. *D. eod.* 3) *Scripsi.* Quae (*pro* (*item*)q. hae) *Cdd. edd.* 4) *Plerique Cdd.* quibuscunque *ex aliis edd.* 5) *i. e. universitate, numero.* 6) *i. e. ut quisque ulterior gradus priorem excipit.* 7) *Cf. L.* 1. §. 5. *L.* 10. §. 14. *D. h. t.*

4. [1]Quarto gradu ueniunt supra abauus, abauia: infra abnepos, abneptis: ex obliquo fratris et sororis nepos, neptis; frater patruelis, soror patruelis, id est patrui filius, filia; amitinus, amitina, id est amitae filius, filia; 'consobrinus, consobrina, id est auunculi et materterae filius, filia;[2] licet proprie[3] consobrini (*sint*), qui ex duabus sororibus nascuntur. quibus accrescit[4] patruus magnus, amita magna, id est aui paterni frater et soror; auunculus magnus, matertera magna, id est auiae tam paternae quam maternae frater et soror, (*auique materni*).[5] **5.** [6]Quinto gradu ueniunt supra quidem atauus, atauia: infra adnepos, adneptis: ex obliquo fratris et sororis pronepos, proneptis; fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinae, consobrini, consobrinae filius, filia; propius sobrinus, sobrina,[7] id est patrui magni, amitae magnae, auunculi magni, materterae magnae filius, filia. his accre-
[428] scunt propatruus, proamita, hi sunt proaui paterni frater et soror; prouunculus, promatertera, hi sunt proauiae paternae maternaeque frater et soror, proauique materni.[8]

---

1) *Cf. L.* 1. §. 6. *L.* 10. §. 15. *D. eod.* 2) *Itaque reliquos, qui neque patrueles neque amitini ideoque ipsa origine cognati tantum essent, hoc nomen comprehendit; de quo loquendi usu cf. Brisson. v. Consobrinus s. fin. Ceterum haec verba in Cdd. et edd. leguntur ante illa* amitinus, amitina, id est amitae filius, filia: *aperto vitio, cum ubique in antecedentibus et sequentibus amita post patruum ante avunculum et materteram, itemque amitini post patrueles ante consobrinos commemorentur. Itaque verum ordinem, quem Paullus etiam L.* 10. §. 15. *cit. servat, restituimus.*

3) itemque *Cdd. edd. factum id sc. ex* licet ppe, *postquam verba* amitinus .... filia *sedem mutaverant. Cuiac. antea verba* et matertera *deleri iubebat.* 4) *i. e. iungitur* (§. 1), *quia ex transverso limite abavo adiicitur, ut ex stemmate cognationum apparet, dum ceterae personae ex ante memoratis progeneratae erant.* 5) *Supplevi. Cf. not.* 8. *et* §. 6 *fin.* 6) *Cf. L.* 1. §. 7. *L.* 10. §. 16. *D. eod.* 7) *Sic quoque dixisse ICtos, licet contra rationem, at brevitatis causa et ut eum eamve, qui quaeve propius esset sobrinorum gradu* (*Fr. Vat.* 298.), *commode significare possent, mihi persuasum est. Est autem haec appellatio ex 'propius sobrino'* (*cf. Fest. s. v. p.* 230) *similiter ficta, ut proconsul ex pro consule. Ceterum cf. Schrader ad Inst. p.* 450. *Schulting ad h. l.* 8) *sc. frater et soror. Et recte hos quoque a ICtis provunculum et promaterteram appellari vult, dum ubique id agit, ut his nominibus perinde ac supra* §. 4. *consobrinorum, omnes eius gradus, qui cognati

6. [1]Sexto gradu ueniunt supra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis: ex obliquo fratris et sororis abnepos, abneptis: fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinae, consobrini, consobrinae nepos, neptis; patrui magni, amitae magnae, auunculi magni, materterae magnae nepos, neptis, id est 'propius sobrini, propius sobrinae[2] filius, filia, qui 'sobrini[3] appellantur. quibus 'ex latere[4] accrescunt propatrui, proamitae, proauunculi, promaterterae filius, filia; abpatruus, abamita, hi sunt abaui paterni frater et soror; abauunculus, abmatertera, hi sunt abauiae paternae maternaeque frater et soror, abauique materni.[5] **7.** [6]Septimo gradu qui sunt cognati, recta linea supra infraque propriis nominibus non appellantur: sed ex transuersa linea continentur fratris sororisue 'adnepotes, adneptes;[7] consobrini '(*consobrinaeue pronepotes*, *proneptes*, *sobrini sobrinaeue*)[8] filii filiaeque. **8.** [9]Successionis idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inueniri, nec uita succedentibus prorogari potest.[10]

---

tantum sint, ab agnatis discernantur. Cf. not. 5. 1) *Cf. L.* 3 *pr. L.* 10. §. 17. *D. h. t.* 2) proprius subrini proprius subrinae *Cd.* 4. prioris sobrini propriae sobrinae *Cd.* 12. propioris sobrini *plerique Cdd. edd. Cf. not.* 7 *p. pr.* 3) *Ex Contii cj.* consobrini *Cdd. edd.* 4) *Omnes Cdd.* a latere *edd.* 5) *Cf. not.* 8 *p. pr.* 6) *Cf. L.* 3. §. 1. *L.* 10. §. 18. *D. h. t.* 7) *Nonnulli Cdd.* adnepos, adneptis *ex aliis edd.* 8) *Haec, quae restitui, excidisse, veri est similius, quam quod alii voluerunt pro* consobrini *corrigendum* sobrini. *Hoc tantum genus cognatorum Paullus ex septimo gradu commemorat, quod eo referendi erant sobrino sobrinave nati nataeve, quos solos praetor ex septimo gradu ad bon. possessionem vocabant. Et fortasse ante* fratris *excidit* infra. 9) *Cf. L.* 4 *pr. D. h. t.* 10) *Ea enim (vita defuncturi, cui succeditur) terminatur saeculo (L.* 56. *D. de usufr.* 7, 1. *Genes.* 15, 13. 16. *Exod.* 12, 40), *septem tantum pubertates et, per has, generationes continente; nec melior quam directae transversae lineae condicio esse potest, quae tantum ad imitationem directae ad bona defunctorum vocatur. Hac contemplatione stemma cognationum D'orvillianum (adiectum Theophil. ed. Reiz. I. p.* 571) *sex gradus continens ita pictum est, ut longaevi senis corpore comprehendatur, supra infraque et ab utroque latere eminentis membranasque manibus tenentis, quae solae post eius obitum memoriam generis propagabunt.*

[429] TIT. XII. DE MANVMISSIONIBVS.

1. [1]Seruum communem unus ex dominis manumittendo Latinum facere non potest, nec magis 'ciuem[2] Romanum. cuius portio eo casu, quo, si proprius esset, ad ciuitatem Romanam perueniret, socio accrescit. 2. [3]Mutus et surdus seruum uindicta liberare non possunt. inter amicos tamen et per epistolam manumittere non prohibentur. [4]Ut autem ad iustam libertatem peruenire possit, condicione uenditionis '(*ab iis*)[5] excipi potest. 3. [6]Tormentis apud praesidem subiectus et de nulla culpa confessus ad iustam libertatem perduci potest. 4. [7]Fideicommisso[8] libertas data facto heredis non mutatur, si seruum, quem manumittere iussus est, uinxerit. 5. [9]Communem seruum unus ex sociis uinciendo futurae libertati non nocebit: inter pares enim sententias clementior seueriori praefertur. et certe humanae rationis est fauere miserioribus, et prope innocentes dicere, quos absolute nocentes pronuntiare non possumus.[10] 6. [11]Debitor creditorue seruum pignoris uinciendo dediticium facere non possunt: alter enim sine altero causam pignoris deteriorem facere non potest. 7. Seruus furiosi domini uel pupilli iussu uinctus dediticiorum numero non efficitur, quia neque furiosus neque pupillus exacti consilii capax est. 8. Non tantum si ipse dominus uinciat, nocet libertati, sed et si uinciri iubeat, aut uincientis procuratoris actorisue factum comprobet. quodsi antequam sciret uinctum, solutionis eius causas approbauerit,
[430] libertati futurae uincula non nocebunt. 9. [12]Caeco curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem instituere potest.

Tit. XII. 1) *Cf. Ulp.* 1, 18. *Fr. Dosith.* 10. 2) quam (q. *orto ex sequente* ci) ciuem *Cdd. edd.* 3) *Cf. L.* 1. *D. qui et a quib. manum.* (40, 9), *dum integra erat, de manumissione inter amicos loquentem. L.* 10. *C. qui testam. fac.* (6, 22). 4) *Cf. L.* 10. *D. de manum. vind.* (40, 2). *L.* 13. *D. de manum.* (10, 1). 5) *Supplevi post* -onis. *etiam antea malim* possit, id. 6) *Cf. Gai.* 1, 13. *Ulp.* 1, 11. 7) *Cf. L.* 15. 43. *D. de fideicomm. lib.* (40, 5). *Gai. l. c.* 8) *Plerique Cdd.* fideicommissa *ex aliis edd.* 9) *Cf. L.* 28. *D. comm. div.* (10, 3). 10) *Cf. Senec. ep.* 81. *Quintil. decl.* 254. 11) *Cf. L.* 24. §. *ult. D. de pign. act.* (13, 7). 12) *Cf.* §. 4. *I. de curat.* (1, 23). *Nec igitur caeco datus curator vinciendo servum caeci libertati eius nocet.*

TIT. XIII. DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBVS.

1. [1] Ea condicione heres institutus, 'ut[2] liberos suos 'emanciparet,[3] 'omnimodo[4] eos cogendus est emancipare: pro condicione enim 'hoc loco[5] emancipatio uidetur adscripta. **2.** [6] Decedente eo, a quo 'fideicommisso[7] libertas relicta est, heredes eius eam praestare cogendi sunt. **3.** [8] Si decedens seruis suis libertatem ita dederit: ILLVM ET ILLVM LIBEROS ESSE VOLO, EOSQVE FILIIS MEIS TVTORES DO, impeditur fideicommissa libertas; quia pupilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt, et habentibus tutores tutor dari non potest. sed interim uice absentium pupilli habebuntur, ut ex decreto amplissimi ordinis[9] primum libertas ac deinde tutela competere possit.

TIT. XIV. AD LEGEM FVFIAM CANINIAM.[10]

1. [11] Nominatim '(*tantum*)[12] serui testamento manumitti secundum legem Fufiam possunt. Nominatim autem 'manumitti proprie[13] intelligitur hoc modo: STICHVS LIBER ESTO. [431] cum autem OPSONATOREM, uel QVI EX ANCILLA ILLA 'NA-

---

Tit. XIII. [1]) *Cf. L.* 92. 93. *D. de cond. et dem.* (35, 1). *L.* 114. §. 8. *D. de leg.* 1. *L.* 16. §. 1. *D. de curat. fur.* (27, 10). *L.* 25. *C. de inoff. test.* (3, 28). [2]) si *plerique Cdd. edd.* est *Cd.* 9. ut si *Cd.* 5. *omittit Cd.* 40. *Scilicet scriptura* institut' *primum effecit, ut omitteretur* ut; *deinde a plerisque intuentibus v.* ea condicione *suppletum* si. [3]) emancipauerit *Cdd. edd.; factum, postquam initio* si *positum erat.* [4]) *Ex Cuiacii cj.* omnimodis *Cdd. ed. A. Vid. Schult.* [5]) *i. e. post heredis institutionem, cum propria condicio eam antecedere soleat. In qua primum receptum est, ut institutus si b. p. s. t. agnovisset, cogeretur emancipare. Post idem ad modum et postremo ad verba quasi fideicommissaria translatum. Cf. L.* 92 *cit.* [6]) *Cf. L.* 12. §. 1. *D. de fideic. lib.* (40, 5). [7]) fideicommissa (fideicommissis *Cd.* 4.) *Cdd. edd. Cf.* 4, 12. §. 4. [8]) *Cf. L.* 9. *C. de fideic. lib.* (7, 4). *L.* 11. *D. eod.* (40, 5). *L.* 27 *pr. D. de testam. tut.* (26, 2). [9]) *SCto Dasumiano. Cf. L.* 36 *pr. L.* 51. §. 4. *D. de fideic. lib.* (40, 5).

Tit. XIV. [10]) *Cf. Gai.* 1, 42 *seq. Ulp.* 1, 24. *Plerique Cdd. et hic et infra habent* Fufiam *cf. ad Gai. l. c. notata.* [11]) *Cf. Ulp.* 1, 25. *L.* 24. 51 *pr.* 59 *pr. D. de manum. test.* (40, 4). [12]) *Supplevi* (*ex* nomina-tim). [13]) manumittere *Cdd. edd. scilicet id factum ex* manumittipe.

SCETVR,[1] LIBERVM ESSE VOLO, ex Orphitiano senatus consulto[2] perinde libertas competit, ac si nominatim data sit: '(*et*)[3] officiorum enim et artium appellatio nihil de significatione nominum mutat;[4] nisi forte plures sint, qui eo officio designentur: tunc enim nomen adiungendum est, ut eluceat, de quo testator sensisse uideatur. **2.** [5]Codicillis testamento confirmatis datae libertates cum his, quae tabulis testamenti datae sunt, concurrunt, et siue antecedant siue sequantur testamentum, nouissimo loco adhibentur; quia ex testamento utraeque confirmantur. **3.** Quoties numerus seruorum propter legem Fufiam Caniniam ineundus est, fugitiui quoque,[6] quorum semper possessio animo retinetur, computandi sunt.[7] **4.** [8]Lege Fufia Caninia cauetur, ut certus seruorum numerus testamento manumittatur. subductis igitur 'duobus, a (*tribus*)[9] usque ad decem pars dimidia '(*manumitti potest*);[10] a decem usque ad triginta pars tertia; a triginta usque ad centum pars quarta; a centum usque ad quingentos pars quinta. plures autem quam centum ex maiori numero seruorum manumitti non licet.

[*L.* 4. *D. de natal. restit.* (40, 11).]

---

[1]) nascitur *Cdd. edd. Exemplum est quasi postumo servo nominatim datae libertatis, quae fideicommisso tantum dari poterat* (4, 13. §. 3. *Gai.* 2, 117. 267). natus est *cj. Schult.* [2]) *incerti anni.* [3]) *Supplevi* (*ex* sit), *ut ratio reddita ad prius exemplum solum referri possit.* [4]) *i. e. non differt ab ea significatione, quae fit per nomina; ut opus non sit legere* hominum. [5]) *Cf. Gai. epit.* 1, 2. §. 2. [6]) *Cf. L.* 13 *pr. L.* 15. *D. de acq. v. amitt. poss.* (41, 2). *L.* 17. §. 3. *D. de furt.* (47, 2). [7]) *Scilicet de habente tot servos lex caverat. Gai.* 1, 43. [8]) *Cf. Gai.* 1, 43. *Ulp.* 1, 24. [9]) duobus *plerique Cdd. edd.* a duobus *quinque Cdd.* [10]) *Supplevi ex vicinis* (m̄m̄tip̄).

IVLII PAVLLI SENTENTIARVM
LIBER QVINTVS.

TIT. I. DE LIBERALI CAVSA.

1. [1]Qui contemplatione extremae necessitatis aut alimentorum gratia filios suos uendiderint, statui ingenuitatis eorum non praeiudicant: homo enim liber 'nullo pretio[2] aestimatur. iidem nec pignori ab his aut fiduciae dari possunt; 'ex quo facto sciens creditor deportatur.[3] operae tamen eorum locari possunt. **2.** [4]Veritati et origini ingenuitatis manumissio, quocumque modo facta fuerit, non praeiudicat. **3.** Descriptio 'ingenuorum ex officio fisci[5] inter fiscalem familiam facta ingenuitati non praeiudicat. **4.** [6]Qui metu et impressione alicuius terroris apud acta praesidis seruum se esse mentitus est, postea statum suum defendenti non praeiudicat. **5.** Post susceptum liberale iudicium si assertor causam deseruerit, in alium assertorem omne iudicium transferri placuit. in priorem uero, quod prodendae libertatis gratia factum est, extra ordinem uindicatur: non enim oportet susceptam status causam nulla cogente necessitate destitui. [432]

[*L.* 39 *pr.* §§. 1—3. *D. de liber. causa* (40, 12). *L.* 9 *pr.* §§. 1—8. *L.* 11 *pr.* §§. 1—5 *D. de publican.* (39, 4).]

TIT. II. DE VSVCAPIONE.

1. [7]Possessionem acquirimus et animo et corpore; animo

Tit. I. 1) *Cf. Fr. Vat.* 26. 33. 34. *L.* 1. 37. *C. de lib. causa* (7, 16). *L. un. Th. C. de his qui sanguin.* (5, 8). *L.* 1. 2. *C. de patr. qui fil.* (4, 43). 2) *Sic plerique Cdd.* nullo dari nullo pretio *Cdd.* 1. 2. 7. 27. nulli dari pretio *Cd.* 5. *Fortasse:* n'uenum dari p̄ (nec uenum dari potest) n' (nec) ullo pretio. 3) *Hinc facta L.* 5. *D. quae res pign.* (20, 3). *Cf. Edict. Theoder.* 94. 95. 4) *Cf.* §. 1. *I. de ingen.* (1, 4). 5) *i. e. ingenuorum, qui sunt ex officialibus fisci.* 6) *Cf. L.* 6. 22. 24. *C. de lib. causa* (7, 16).

Tit. II. 7) *Cf. L.* 3. §§. 11. 12. *D. de acq. v. amitt. poss.* (41, 2). *L.* 1. §. 25. *D. de vi* (43, 16). *Gai.* 4, 153.

[433] utique nostro, corpore uel nostro uel alieno, sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus; retinere tamen nudo animo possumus, sicut in saltibus hibernis aestiuisque contingit. **2.** [1]Per liberas personas, quae in potestate nostra non sunt, acquiri nobis nihil potest. sed per procuratorem acquiri nobis possessionem posse utilitatis causa receptum est. absente autem domino comparata non aliter ei, quam si rata sit, quaeritur. **3.** [2]Longi autem temporis praescriptio inter praesentes 'continui[3] decennii spatio, inter absentes uicennii comprehenditur. **4.** [4]'(*Decem uel*)[5] uiginti annorum praescriptio etiam aduersus rem publicam prodest ei, qui iustum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. Actio tamen 'rei publicae,[6] quanti eius interest, aduersus eos datur, qui ea negotia defendere neglexerunt.[7] **5.** [8]Si post motam intra tempora quaestionem res ad nouum dominum emptione transierit, nec is per uiginti annos fuerit inquietatus, auelli ei possessionem non oportet.

TIT. III. DE HIS, QVAE PER TVRBAM FIVNT.

1. [9]In eos, qui per turbam seditionemue damnum alicui dederint dandumue curauerint, si quidem res pecuniaria est, aestimatione dupli sarcitur; quodsi ex hoc corpori alicuius, uitae membrisue noceatur, extra ordinem uindicatur. **2.** [10]Quicquid ex incendio, ruina, naufragio, nauique expugnata raptum, susceptum suppressumue fuerit, eo anno in quadruplum eius rei, quam quis suppresserit, celauerit, rapuerit, conuenitur; postea uero in simplum. **3.** [11]Hi, qui aedes alienas uillasue expilauerint, effregerint, expugnauerint, si quidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniuntur. telorum

[434] autem appellatione omnia, ex quibus saluti hominis noceri

---

1) *Cf. Gai.* 2, 95. §. 5. *I. per quas pers. nob. acq.* (2, 9). 2) *Cf. pr. I. de usuc.* (2, 6). 3) *Plerique Cdd.* continuo *ex aliis edd.* 4) *Cf. L.* 9 *D. de usurp.* (41, 3). *L.* 1. *C. de praescr. l. temp.* (7, 33). *F. A. Schilling Bemerk. p.* 401. 5) *Supplevi* (*fuerat* xII). 6) *Haec v. in Cdd. sedis incertae* (quanti reip. *Cd.* 14. eos reip. *ceteri Cdd. edd.*) *suo loco restitui.* 7) *Cf. L.* 9. §. 3. *D. de admin. rer. ad civ.* (50, 8). 8) *Cf. L.* 1. *C. de praescr. l. temp.* (7, 33).

Tit. III. 9) *Cf. L.* 4. *D. vi bon. rapt.* (47, 8). 10) *Cf. L.* 1. *D. de incend.* (47, 9.) 11) *Est etiam L.* 11 *pr.* §. 1. *D. ad leg. Iul. de vi publ.* (47, 6).

possit, accipiuntur. **4.** [1]Receptores aggressorum, itemque latronum eadem poena afficiuntur, qua ipsi latrones: sublatis enim susceptoribus grassantium cupido conquiescit. **5.** [2]Fures uel raptores balnearum plerumque in metallum aut in opus publicum damnantur. 'nam nonnumquam[3] pro frequentia admissorum iudicantis sententia 'temperatur.[4] **6.** [5]Incendiarii, qui consulto incendium inferunt, summo supplicio afficiuntur. quodsi incuria 'insulariorum[6] ignis euaserit, 'domino aedium[7] damnum eiusmodi sarciri placuit.

TIT. IV. DE INIVRIIS.

1. [8]Iniuriam patimur aut in corpus aut extra corpus: in corpus uerberibus et illatione stupri; extra corpus conuiciis et famosis libellis: quod ex affectu uniuscuiusque patientis et facientis aestimatur. **2.** [9]Furiosus, itemque infans affectu doli et captu contumeliae carent; idcirco iniuriarum agi cum his non potest. **3.** [10]Si liberis, qui in potestate sunt, aut uxori fiat iniuria, nostra interest uindicare; ideoque per nos actio inferri potest, si modo is, qui fecit, in iniuriam nostram id fecisse doceatur. **4.** Corpori iniuria infertur, cum quis pulsatur: 'secus quam cum[11] stuprum infertur aut de stupro interpellatur, quae res extra ordinem uindicatur, ita ut 'pulsatio pudoris[12] poena capitis uindicetur. **5.** [13]Sollicitatores [435]

---

1) *Cf. L.* 3. §. 3. *D. de incend.* (47, 9). *L.* 1. *D. de recept.* (47, 16). *L.* 9. *C. ad leg. Iul. de vi* (9, 12). 2) *Cf. L.* 1. *D. de fur. baln.* (47, 17). 3) *Sic septem Cdd.* nonnumquam *ceteri, edd.* 4) *Malim* exasperatur. 5) *Cf. infra* 5, 20. *Collat. tit.* 12. *L.* 28. §. 12. *D. de poen.* (48, 19). *L.* 9. 11. *D. de incend.* (47, 9). *L.* 10. *D. ad leg. Corn. de sic.* (48, 8). 6) eorum *Cdd. edd. Prior pars v. periit ob v.* incuria. *Cf. L. ult. D. de offic. praef. vig.* (1, 15). *Alii cj.* aliorum *vel* habitatorum. 7) dupli (*vel* duplici) compendio *Cdd. edd., quod nihili est.*

Tit. IV. 8) *Cf. L.* 1. §§. 1. 2. *L.* 3. §. 1. *D. de iniur.* (47, 10). *Collat.* 2, 5. §. 4. *Senec. de constant.* 5. §. *ult. I. de iniur.* (4, 4). 9) *Cf. L.* 3. §. 1. *D. h. t.* 10) *Cf. L.* 1. §§. 3. 5. *L.* 18. §§. 4. 5. *D. h. t. Gai.* 3, 221. 11) cuique *Cdd. edd.* cuicumque *Cdd.* 32. 33. (*scriptum fuerat* secusq̄c). *De re cf. L.* 1. §. 2. *D. h. t. supra* 2, 26. §. 12. *infra* §. 14. *L.* 3. §. 4. *L.* 5. §. 2. *D. ad leg. Iul. de vi publ.* (48, 6). *Nam ut patimur hanc iniuriam in corpus* (§. 1.), *ita magis tamen famae quam corpori infertur.* 12) *i. e. vi illatum stuprum.* 13) *Est etiam L.* 1 *pr. D. de extraord. crim.* (47, 11).

alienarum nuptiarum,[1] itemque matrimoniorum interpellatores,[2] etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter uoluntatem perniciosae libidinis extra ordinem puniuntur. **6.** [3]Iniuriarum actio aut lege aut more aut mixto iure introducta est. Lege duodecim tabularum de famosis carminibus, membris ruptis et ossibus fractis. **7.** Moribus, quoties factum pro qualitate sui arbitrio iudicis 'aestimatur aut[4] congruentis poenae supplicio uindicatur. **8.** Mixto iure iniuriarum actio ex lege Cornelia constituitur, quoties quis pulsatur '(*uerberaturue*) uel (*ui*)[5] cuius domus introitur, '(*non*)[6] ab his, qui uulgo derectarii appellantur, in quos extra ordinem animaduertitur, ita ut 'furis introeuntis[7] consilium pro modo commentae fraudis poena uindicetur exsilii aut metalli aut operis publici. **9.** [8]Iniuriarum ciuiliter damnatus eiusque aestimationem inferre iussus famosus efficitur. **10.** [9]Atrox iniuria aestimatur aut loco aut tempore aut persona: loco, quoties in publico irrogatur; tempore, quoties interdiu; persona, quoties senatori uel equiti Romano decurioni(*ue*)[10] uel alias spectatae auctoritatis uiro, et si(*ue*)[10] plebeius uel humili loco natus senatori uel equiti Romano decurioniue (*iniuriam faciat, siue*)[11] magistratui uel aedili uel iudici quilibet 'reorum,[12] uel si his omnibus plebeius.[13] **11.** [14]Qui per calumniam iniuriae actionem instituit, extra ordinem punitur: omnes enim calu-
[436] mniatores exsilii uel insulae relegatione aut ordinis amissione puniri placuit. **12.** Iniuriarum non nisi praesentes accusare

---

1) *i. e. aliis desponsarum.* 2) *i. e. uxorum allectores.*
3) *Cf. Huschke 'Gaius' p.* 146. 118. — *Gai.* 3, 223. *Collat.* 2, 5. §. 5.
4) aestimatur *plerique Cdd.* aestimatum *alii, edd.* (*fuerat* aestimat' aut *vel* aestimatur ā). *Cf. cit. 'Gaius' p.* 146. 5) *Supplevi. Cf. L.* 5 *pr.* §§. 1 *seq. D. h. t.* 6) *Supplevi* (*improbante Sanione de iurispr. Rom. formul. in iure crim. spec. I. p.* 9). *Potes etiam:* ptq (*praeterquam*). 7) prius ingruentis *Cdd. edd. Cf. cit. 'Gaius' p.* 146. *L.* 7. *D. de extrao. crim.* (47, 11). *L.* 1. §. 2. *D. de effract.* (47, 18). *L.* 21. §. 7. *D. de furt.* (47, 2). 8) *Cf. L.* 1. 6. §. 3. *D. de his qui not.* (3, 2) *et cit. 'Gaius' p.* 143. 9) *Cf. Gai.* 3, 225. *Collat.* 2, 2. §. 9. *I. h. t.* (4, 4). 10) *Supplevi.* 11) *Supplevi, quae ut exciderent, similitudo litterarum* (dec)-urioni *et recurrens* ue *effecisse videtur.* 12) horum *Cdd. edd.* 13) *sc. ex corona, dum illi munere suo funguntur.* — *Cuiac. omnia inde a v.* et si *deleri iubebat.* 14) *Cf.* 1, 5. §§. 1. 2. *L.* 43. *D. h. t.*

possunt: crimen enim, quod 'uindictam aut[1] calumniae iudicium exspectat, per alios intendi non potest. **13.** [2] Fit iniuria contra bonos mores, ueluti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, coeno, luto obliniuerit, aquas spurcauerit, fistulas, lacus, quidue aliud in iniuriam publicam contaminauerit. in quos grauiter animaduerti solet. **14.** [3] Qui puero praetextato stuprum aliudue flagitium, abducto ab eo uel corrupto comite, persuaserit, mulierem puellamue interpellauerit, quidue corrumpendae pudicitiae gratia fecerit, domum praebuerit, pretiumue, quo id persuadeat, dederit, perfecto flagitio capite punitur; imperfecto in insulam deportatur, corrupti comites summo supplicio afficiuntur. [4] **15.** [5] Qui carmen famosum in iniuriam alicuius uel alia quaelibet cantica, quo agnosci possit, composuerit, ex auctoritate amplissimi ordinis in insulam deportatur: interest enim publicae disciplinae, opinionem uniuscuiusque a 'turpis[6] carminis infamia uindicare. Carmen facit non tantum, qui satiras et epigrammata, sed '(*et qui*) quid aliud alio genere componit. De legitima insectandi alicuius causa (*composita*) oratione[7] et 'de per*strictione* di*uersae*

---

[1]) uindictae aut *ex plerisque Cdd. edd.; pro* aut *est* per *in Cdd.* 1. 2. 5. 6. 9. *Unde suspicere esse legendum* uindictam per. *Sed lex Cornelia de iniuriis, ut postea lex Iulia de adulteriis* (*Collat.* 4, 4. §. 1.), *sanxisse videtur, ut omnino qui condemnatione rei vindictam non assequeretur, calumniae iudicium subiret. Ceterum cf.* §. 9. *I. h. t.* (4, 4). [2]) *Extat etiam in L.* 1. §. 1. *D. de extrao. crim.* (47, 11). [3]) *Est etiam L.* 1. §. 2. *D. eod. in quibusdam varians.* [4]) *Ex Cdd. S. Germ.* (*ubi praecedit* Interpr.) 8. 13. 38. 39. [5]) *Cf. L.* 5. §§. 9—11. *L.* 6. *D. de iniur.* (47, 10). *Tacit. A.* 14, 50. [6]) *Cd.* 8. turpi *ceteri, edd.* [7]) illegitimam (uel legitimam *Cdd.* 8. 13. 38. 39.) insectandi alicuius causam quidue aliud alio genere componit. De ratione *Cdd. edd. Cuiac. totam sententiam inde a v.* Carmen facit *pro spuria aut pro interpretatione habuit. Schult. cj.:* sed et illegitimum i. a. causa quid aliud a. g. componit *etc., quod satis non facit. Ego totius loci sententiam reputans, sic statuo, redeuntia verba similia* componit de *et* composita o- *in causa fuisse, ut haec ipsa et quae intermedia sunt, exciderent et deinde omissis tamen illis* composita o *tanquam falsa repetitione, alieno loco ante* quid (*ubi* et qui *geminandum*) *insererentur, quo facto* illegitimam — causam *et* quidue *scriptum est. Legitimam ins. al. c. compositam orationem intellige exempli gratia in senatu contra malum civem habitam.*

[437] *partis*[1] nihil cauetur; quoniam omnimodo deformanda est eius persona, contra quem uenimus. sed in hoc modus quidam et ratio adhibenda est: aestimatio enim etiam hoc modo laeditur.[2] **16.** Psalterium, quod uulgo dicitur canticum in alterius infamiam compositum et publice cantatum, tam in eos, qui hoc cantauerint, quam in eos, qui composuerint, extra ordinem uindicatur:[3] eo acrius, si personae dignitas ab hac iniuria defendenda sit. **17.** In 'conductores,[4] qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerint, extra ordinem usque ad relegationem insulae uindicatur. **18.** [5]Conuicium iudici ab appellatoribus fieri non oportet; alioquin infamia notantur. **19.** [6]Maledictum, itemque conuicium publice factum ad iniuriae uindictam reuocatur. quo facto condemnatus infamis efficitur. **20.** Non tantum is, qui maledictum aut conuicium ingesserit, iniuriarum conuictus famosus efficitur, sed et is, cuius ope consilioue factum esse dicitur. [7]**21.** Conuicium contra bonos mores fieri uidetur, si obscoeno nomine aut inferiore parte corporis nudatus aliquis '(*uirginem*)[8] insectatus sit. quod factum contemplatione morum et causa publicae honestatis uindictam extraordinariae ultionis exspectat. **22.** [9]Seruus, qui iniuriam aut contumeliam fecerit, siquidem
[438] atrocem, in metallum damnatur; si uero leuem, flagellis caesus sub poena uinculorum temporalium domino restituitur.

---

1) desperatione dilectione *Cdd.* 13. 39. de personarum dignitate *ceteri, edd. Unde apparet, librarios in codice, unde transcriberent, tantum* de per *et* di *sequentibus utrobique lituris invenisse, quas ex ingenio diversimode sed infeliciter complerunt. Veriora nos substituimus. Cf. Abegg in Goldammeri* '*Archiv f. Criminalr.*' 1863. *p.* 675 *seq.* 2) *Ideoque haec laesio excusata tantum est, quatenus iure fit. Cf. L.* 13. §. 1. *D. h. t.* 3) *Graviori poena, quam senatus censuerat* (§. 15.), *quia in decantatione maior inest contumelia.* 4) eos auctores *Cdd. edd. Sed et* eos *offendit, et* auctores, *qui ex* §. 15. *deportabantur; conductores intelligo, qui divulgandos libellos redemerant. Cf. L.* 15. §. 27. *L.* 5. §. 10. *D. h. t.* '*qui emendum uendendumue curauerit.*' 5) *Exstat etiam in L.* 42. *D. h. t. Cf.* §. 10. *et infra* 5, 35. §. 3. 6) *Cf. L.* 15. §§. 2 *seq. D. h. t.* 7) *Servata Cdd.* 8. 30. 39. 40. *a Cuiac. immerito pro spuria habita. Cf. L.* 15. §§. 21—23. *D. h. t.* 8) *Supplevi.* uirgiñ. *inter vicina* uis *et* in *videtur excidisse. Cf. L.* 15. §. 15. *D. h. t.* 9) *Cf. L.* 17. §. 4. *L. ult. D. h. t. infra* 5, 18. §. 1. *L.* 10 *pr. L.* 35. §. 4. *D. de poen.* (48, 19).

TIT. V^A. DE EFFECTV SENTENTIARVM ET FINIBVS LITIVM.

1. [1]Res iudicatae uidentur ab his, qui imperium potestatemque habent, uel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur, itemque a magistratibus municipalibus usque ad summam,[2] qua ius dicere possunt; itemque ab his, qui ab imperatore extra ordinem petuntur.[3] Ex compromisso autem iudex sumptus rem iudicatam non facit; sed si poena inter 'reos[4] promissa sit, 'postea[5] 're in iudicium deducta, ea[6] ex stipulatu peti potest. **2.** [7]Confessi debitores pro iudicatis habentur; ideoque ex die confessionis tempora 'solutioni[8] praestituta computantur. **3.** [9]Confiteri quis in iudicio non tantum sua uoce, sed et litteris et quocumque modo potest. conuinci autem non nisi scriptura aut testibus potest. **4.** [10]Eorum, qui debita confessi sunt, pignora capi et distrahi possunt. [11]**5.** Confessionem suam reus in duplum reuocare non potest. **6.** [12]Ea, quae altera parte absente decernuntur, uim rerum iudicatarum non obtinent.

[*L.* 47 *pr.* §. 1. *D. de re iudic.* (42, 1).]

7. [13]Trinis litteris uel edictis, aut uno pro omnibus dato, aut trina denuntiatione conuentus nisi ad iudicem, ad quem sibi denuntiatum est, aut cuius litteris uel edicto conuentus est, uenerit, quasi in contumacem dicta sententia auctoritatem [439] rerum iudicatarum obtinet: quin immo nec appellari potest ab ea. [14]**7a.** Ab ea sententia, quae in contumaces data est, neque

---

Tit. V^A. 1) *Cf. L.* 13. *D. de iurisd.* (2, 1). *L.* 5 *pr. L.* 15 *pr. D. de re iudic.* (42, 1). 2) *Cf. Lex Rubr. c.* 21. 22. *L.* 11 *pr. D. de iurisd.* (2, 1). 3) *Cf. L.* 5. *C. de iudic.* (3, 1). *L. un. C. qui pro sua* (3, 4). *L.* 5 *pr. C. de fruct.* (7, 51). 4) *Litteram geminavi;* eos *Cdd. edd.* 5) poena *Cdd. edd.* 6) rei in iudicium deductae (deducta *plerique Cdd.* deducta est *Cd.* 29.) *Cdd. edd.*
7) *Cf. L.* 1. 3. *L.* 6. §. 6. *D. de confess.* (42, 2). *L.* 21. *D. de iudic.* (5, 1). *L.* 56. *D. de re iud.* (42, 1). 8) *Ex Cuiac. cj.* solutionis *Cdd. ed. A.* 9) *Cf.* 2, 1. §. 5. 10) *Cf. L.* 91. *D. de re iud.* (42, 1). *L.* 9. *C. de exsec. rei iud.* (7, 53). 11) *Debetur Cd.* 17. *Cf.* §§. 7. 8. 12) *Cf. L.* 47 *pr. D. de re iud.* (42, 1). *L.* 1. §. 3. *D. quae sent. sine app.* (49, 8). *Tit. C. quom. et quando iud.* (7, 43). 13) *Cf. L.* 53. §. 1. *D. de re iud.* (42, 1). *L.* 8. 9. *C. quom. et quando* (7, 43). *L.* 68—73. *D. de iudic.* (5, 1). quin immo] *cf. L.* 73. §. 3. *D. de iudic.* (5, 1). *L.* 23. §. 3. *D. de appellat.* (49, 1). *L.* 1. *C. quor. appell. n. rec.* (7, 65). 14) *In Cdd. recte tanquam nova*

appellari, neque in duplum reuocari potest. **8.** Res olim iudicata post longum silentium in iudicium deduci[1] non potest, nec eo nomine in duplum reuocari.[2] longum autem tempus exemplo longae praescriptionis decennii inter praesentes, et inter absentes uicennii computatur.[3] **9.** [4]In causa capitali absens nemo damnatur; neque absens per alium accusare aut accusari potest. **10.** [5]Falsis instrumeutis religione iudicis circumducta, si 'modo dicta[6] sententia prius de crimine admisso constiterit, eius causae instauratio iure deposcitur. [7]**11.** Ratio[8] calculi saepius se patitur supputari, atque ideo potest quocumque tempore retractari, si non longo tempore euanescat.

*TIT. V^B. DE REBVS AVCTORITATE IVDICIS POSSIDENDIS.

1. [9]Pupillo, si non defendatur, in possessione bonorum
[440] creditoribus constitutis, ex his usque ad pubertatem alimenta praestanda sunt. **2.** [10]Eius, qui ab hostibus captus est, bona uenire non possunt, quamdiu reuertatur.

---

sententia haec ponuntur. De re cf. L. 1. *Gr. C. quib. res iudic.* (10, 1.) *p.* 36. *Haen. L.* 73. §. *ult. D. de iudic.* (5, 1). *L.* 1. *C. quor. appell. n. rec.* (7, 65). 1) *Ab actore reum absolutum quidem, sed sententia nulla, dicente ideoque pristinam actionem quasi integram rursus instituente.* 2) *A reo, se condemnatum quidem sed sententia nulla dicente, contra quem iudicati actio in duplum datur, si vero longo tempore siluit, rei iudicatae exsecutio.* 3) *Iam Hadrianum hoc constituisse, suspicari licet ex Dosith. Hadr. sent.* 9. 4) *Cf. L.* 5 *pr. D. de poen.* (48, 19). *L.* 1 *pr. D. de requirendis* (48, 17). *L.* 13. §. 1. *D. de publ. iud.* (48, 1). *L.* 6. *C. de accus.* (9, 2). 5) *Cf. L.* 11. *D. de except.* (44, 1). *Tit. C. si ex fals. instrum.* (7, 58). 6) iam dicta *plerique Cdd. edd.* indicta *quidam optimi Cdd., ut puto pro* m(odo) dicta; *intellige sententiam de falsi crimine dictam.* 7) *Extat in Cdd.* 12. 13. 14. 15. 17. *De re cf. L.* 1. §. 1. *D. quae sent.* (50, 8). *L.* 1. *C. de errore calc.* (2, 5). *L.* 2. *C. de re iud.* (7, 52). *L.* 13. §. 1. *D. de div. temp. praescr.* (44, 3). *L.* 8 *pr. D. de adm. rer. ad civ.* (50, 8). *L.* 2. *C. de i. fisci* (10, 1). 8) *Scribendum videtur* Erratio.

Tit. V^B. ex incerto fonte primum in ed. Cuiac. 1586. *est editus. Sententiae etiam extant L.* 39 *pr.* §. 1. *D. de reb. auct. iud.* (42, 5), *sed prior mutata.* 9) *Cf. L.* 33 *pr. D. eod. L.* 6. §. 1. *D. quib. ex caus. in poss.* (42, 4). 10) *Cf. L.* 6. §. 2. *D. quib. ex caus. in poss.* (42, 4).

TIT. VI. DE INTERDICTIS.

[*L. 3. D. ne quid in loco sacro* (43, 6).
L. 2. D. de loco publ. fruendo (43, 9).[1]]

1. [2]Retinendae possessionis gratia comparata sunt interdicta, per quae eam possessionem, quam iam habemus, retinere uolumus; quale est VTI POSSIDETIS de rebus soli et VTRVBI de re mobili. Et in priore quidem is potior est, qui redditi interdicti tempore nec ui nec clam nec precario ab aduersario possidet; in altero uero potior est, qui maiore parte anni retrorsum numerati nec ui nec clam nec precario possedit. **2.** Ut interdictum,[3] ita et actio[4] proponitur, ne quis uia publica aliquem prohibeat. cuius rei sollicitudo ad uiarum curatores 'pertinet. Ab uiarum[5] munitione nemo exceptus est. si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo commeantes impediantur, demolito opere condemnatur.[6] **3.** [7]Non tantum si ipse dominus possessione 'deiiciat,[8] utile interdictum est, sed etiam si familia eius. familiae autem nomine etiam duo serui continentur. **4.** [9]Vi deiicitur non [441] tantum, qui oppressu multitudinis aut fustium aut telorum aut armorum metu terretur, sed et is, qui uiolentiae opinione comperta possessione cessit, si tamen aduersarius eam ingres-

---

Tit. VI. 1) *Is quoque, cui statua in publico ponenda locata est, loco publico frui videtur.* 2) *Cf. Gai.* 4, 148—152. 3) *L.* 2. §. 45. *D. ne quid in loco publ.* (43, 8). 4) *Quaenam? Vix enim cogitaveris de iniuriarum actione L.* 13. §. 7. *D. de iniur.* (47, 10), *quae ad hoc proprie proposita non est. Sed etiam sequentia produnt, locum nec integrum nec sanum esse. Puto igitur, verba* ita et actio *fugitiva esse et post* prohibeat *reiicienda, ubi fere haec olim secuta sint:* si uiam publicam ante aedificium suum non muniuerit ut oporteat. *De re cf. L. Iul. munic.* 42—45. *L. un.* §. 3. *D. de via publ.* (43, 10). 5) pertinet, a quarum *Cdd. edd. Postea ad* in ea *intellige* munitione. 6) *Antea ita, ut locata demolitione operis attribueretur redemptori, quanti locatum esset cum dimidio condemnandus. Postea ipse fiscus per servos demoliti operis expensas ab eo exegisse videtur.* 7) *In ed. Haen. hinc ex Cdd. incipit* Tit. VII. de interdicto utrum vi. *De re cf. L.* 1 *pr.* §§. 15—17. *L.* 3. §§. 10. 11. *D. de vi* (43, 16). *Cic. pro Caec.* 19. 20. 8) *Ex Cuiac. cj.* deiiciatur *Cdd. edd. male; nam interpretatur Paullus familiae nomen, de qua deiiciente tantum, non deiecta edictum caverat.* 9) *Cf. Cic. pro Caec.* 16. *L.* 1. §. 29. *L.* 3. §. 7. *D. de vi* (43, 16).

sus sit. **5.** [1]De naui ui deiectus hoc interdicto experiri non potest; sed utilis ei actio de rebus recuperandis, exemplo 'iudicii[2] ui bonorum raptorum, datur. idemque de eo dicendum est, qui carruca aut equo deiicitur; quibus non abductis, iniuriarum actio datur. **6.** [3]Vi deiectus uidetur et qui in praedio ui retinetur, et qui in uia territus est, ne ad fundum suum accederet. **7.** [4]Qui ui aut clam aut precario possidet ab aduersario, impune deiicitur. **8.** 'Ex aedibus[5] ui possessis si aliquae res arserint, uel serui decesserint, licet id sine dolo eius, qui deiecit, factum sit, aestimatione tamen condemnandus est, qui ita uoluit adipisci rem iuris alieni.

[*L.* 60 *pr.* §. 1. *D. de usufructu* (7, 1).
L. 7. *D. de aqua quotid.* (43, 20).
L. 21. 23. 25. *D. quemadm. servit. amitt.* (8, 6).]

9. Si inter uicinos ex communi riuo aqua ducatur, 'diuidi[6] prius 'decet[7] 'et his[8] uicibus, quibus a singulis duci consueuit, ducenti 'aquam[9] uis fieri prohibetur.[10] alienam autem aquam usurpanti nummaria poena irrogatur. Cuius rei cura ad sollicitudinem praesidis spectat.[11] **10.** 'Reddito interdicto, actio quanquam proponatur[12] ex eo, ut quis, quod precario
[442] habet, 'restituat, tamen[13] et ciuilis actio huius rei, sicut commodati,[14] competit: eo uel maxime, quod ex beneficio suo unusquisque iniuriam pati non debet. **11.** [15]Precario possidere uidetur non tantum, qui per epistolam uel quacumque

---

1) *Cf. L.* 1. §§. 6. 7. *D. de vi* (43, 16). 2) de *Cdd. edd.*, *natum sc. ex* iud., *cuius priores litterae a v.* exemp-lo *absorptae sunt.*
3) *Cf. L.* 1. §§. 47. 24. *D. de vi* (43, 16). 4) *Cf. Gai.* 4, 154.
5) Ex rebus *Cdd. edd. Cf. L.* 1. §§. 34. 35. *L.* 19. *D. de vi.* (43, 16).
6) indici *vel* induci *Cdd.* interdici *ex Cuiac. cj. edd. A. et Haen. inepto sensu. Cf. L.* 4. *D. de aqua quot.* (43, 20). *L.* 19. §. 4. *D comm. div.* (10, 3). 7) *Sic multi Cdd.*, debet *alii, edd.* 8) *Sic multi Cdd.* ex his (*vel* his) *alii, edd.* 9) autem (*puta* a̅l̅ *pro* a̅q̅) *Cdd. edd.* eam *Schult. cj.* 10) *Adversus quemcunque. De duplici inter rivales interdicto cf. L.* 1. §. 26. *D. de aqua quot.* (43, 20).
11) *Cf. L.* 2. *C. de extraord. cogn.* (50, 13). *L.* 4. 6. *C. de servit.* (3, 32). 12) Redditur interdicti (interdictio *Cd.* 19.) actio quae (*sc.* q̄ *pro* q̄q̄) proponitur (proponatur *Cdd.* 2. 6.) *Cdd. edd. Actionem vel agi ex interdicto dici solere, Schult. animadvertit ex Spartian. Pesc. Nig.* 2. 13) restituat. nam *Cdd. edd.* 14) *Praescriptis verbis ad similitudinem commodati. Cf. L.* 2. *L.* 19. §. 2. *D. de precar.* (43, 26). 15) *Cf. L.* 4. §. 4. *D. de precar.* (43, 26).

alia ratione hoc sibi concedi postulauit, sed et is, qui nullo uoluntatis indicio, patiente tamen domino, possidet. **12.** [1]Heres eius, qui precariam possessionem tenebat, si in ea manserit, magis dicendum est, clam uideri possidere: nullae enim preces eius uidentur adhibitae. et ideo persecutio eius rei semper manebit, nec interdicto locus est. **13.** [2]Arbor, quae 'in alienas aedes uel[3] in uicini agrum imminet, nisi a domino sublucari non potest, isque conueniendus est, ut eam sublucet. quodsi conuentus dominus id facere noluerit, a uicino luxuries ramorum compescatur; idque qualiscumque dominus facere non prohibetur. **14.** [4]Aduersus eum, qui hominem liberum uinxerit, suppresserit, incluserit, operamue, ut id fieret, dederit, tam interdictum quam legis Fabiae super ea re actio redditur; et interdicto quidem id agitur, ut exhibeatur is, qui detinetur, lege autem Fabia, ut etiam poena nummaria coerceatur. **15.** [5]Bene concordans matrimonium separari a patre Diuus Pius prohibuit: itemque a patrono libertum, a parentibus filium filiamque; nisi forte quaeratur, ubi utilius morari debeat. **16**. [6]Omnibus bonis, 'quae quis[7] habet quaeque habiturus est, obligatis, nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea, quae in usu quotidiano habet, obligantur; [443] ideoque de his nec interdictum redditur.

TIT. VII. DE '(*VERBORVM*)[8] OBLIGATIONIBVS.

1. [9]Obligationum firmandarum gratia stipulationes inductae sunt, quae quadam uerborum sollennitate concipiuntur,

---

[1]) *Cf. L.* 11. *D. de div. temp. praescr.* (14, 2). *L.* 12. §. *ult.* — *L.* 8. §. *ult. D. de precar.* (43, 26). *L.* 2. *C. eod.* (8, 9). [2]) *Cf. L.* 1 *pr.* §§. 7—9. *D. de arbor. caed.* (43, 27). *Fest. v. Sublucare p.* 348. [3]) *Cuiacius haec v. expungi iubebat, sine causa. Hoc enim dicit Paullus, arboris sublucationem, tam si in aedes* (*ubi etiam totam adimere licet*) *quam si in agrum vicini immineat, a domino postulari vel negante eo, ab ipso, cui arbor nocet, perfici posse. Cui enim plus licet, minus non licere non potest.* [4]) *Cf. L.* 1. 3 *pr. D. de hom. lib. exh.* (43, 29). *Collat.* 14, 3. §. 4. [5]) *Cf. Fr. Vat.* 116. *L.* 1. §§. 3. *ult. L.* 3. §. 5. *D. de lib. exhib.* (43, 30). *L.* 3. §§. 2. 3. *D. de hom. lib. exh.* (43, 29). [6]) *Cf. L.* 6—9 *pr. D. de pign.* (20, 1). *L.* 1. *C. quae res pign.* (8, 17). [7]) quae *plerique Cdd. edd.* quaecumque *Cdd.* 6. 15.

Tit. VII. [8]) *Ex Schult. cj. supplevi.* [9]) *Cf. supra* 2, 3. *pr. I. de verb. obl.* (3, 15). *Isidor. Orig.* 5, 24. §. 30.

et appellatae, quod per eas firmitas obligationum constringitur; stipulum enim ueteres firmum appellauerunt. **2.** [1] Verborum obligatio inter praesentes, non etiam inter absentes contrahitur. Quodsi scriptum fuerit instrumento, promisisse aliquem, perinde habetur atque si interrogatione praecedente responsum sit.

[*L.* 136 *pr.* §. 1. *D. de verb. obl.* (45, 1).]

3. [2] Fructuarius seruus si quid ex re fructuarii aut ex operis suis acquirit, ad fructuarium pertinet. quicquid autem aliunde uel ex re proprietarii acquirit, domino proprietatis acquirit. **4.** [3] Cum facto promissoris res in stipulatum deducta intercidit, perinde agi ex stipulatu potest ac si ea res exstaret. ideo promissor aestimatione eius punitur, maxime si in dolum quoque eius concepta fuerit stipulatio.

TIT. VIII. DE NOVATIONIBVS.

1. [4] Non solum per nosmet ipsos nouamus, quod nobis debetur, sed per eos etiam, per quos stipulari possumus, ueluti per filiumfamilias uel seruum, iubendo uel ratum habendo. Procurator quoque noster ex iussu nostro receptum est ut nouare possit.

TIT. IX. DE STIPVLATIONIBVS '(*PRAETORIIS*).[5]

1. [6] Substitutus heres ab instituto, qui sub condicione scriptus est, utiliter sibi institutum hac stipulatione cauere
[444] 'compellit,[7] ne petita bonorum possessione res hereditarias deminuat: hoc enim casu[8] ex die interpositae stipulationis

---

[1]) *Cf.* §§. 12. 17. *I. de inutil. stip.* (3, 19). [2]) *Cf. Gai.* 3, 164. 165. [3]) *Cf. L.* 23. *L.* 91 *pr. D. de verb. obl.* (45, 1).

Tit. VIII. [4]) *Cf. L.* 16. 20 *pr. L.* 22. 23. *D. de novat.* (46, 2).

Tit. IX. [5]) *Hoc addendum apparet.* [6]) *Cf. L.* 12. 13. *D. qui satisd. cog.* (2, 8). *L.* 8 *pr. D. de stip. praet.* (46, 5). [7]) *Hoc factum suspicor ex* pulat (postulat), c' (com) *ex* cauerie, *ut forte scriptum erat, praefixa, idque effecisse, ut post* sibi *inculcaretur* institutum, *quod olim* institutus *scriptum, ut habet Cd.* 40., *post* casu (*ubi in Cd.* 40. *est* in die) *excidisse puto, et scriberetur* cauere. *Itaque lego:* sibi hac stip. cauere postulat: *et postea;* hoc enim casu institutus ex die *etc. Alii delent* ab *ante* instituto. [8]) *i. e. si institutus res hereditarias deminuat.*

duplos fructus[1] praestare compellitur. Huius 'autem[2] praeiudicium[3] a superiore differt, quo quaeritur, an ea res, de qua agitur, maior[4] sit centum sestertiis; ideoque in longiorem [445] diem concipitur. **2.** [5]'(*Ab eo, qui in rem agit, cum pro*

---

1) *Rerum deminutarum* (*cf. Interpr. ad h. l.*); *earum enim fructus dolo suo non cepisse videtur. Cf.* 1, 13b. §. 8. 2) enim *Cdd. edd.* autem *Cd.* 21. 3) *Hinc apparet, hanc stipulationem pependisse a praeiudicio quodam, in quo non quanta hereditas esset, sed aliud quiddam quaerebatur, Paullumque antea de alia stipulatione egisse, quae tum tantum locum habebat, si praeiudicio pronunciatum erat, rem maiorem* (*vel non minorem*) *esse centum sestertiis. Iam quod illud praeiudicium attinet, etiam ex L.* 12. *cit. patet, praetorem tantum ex causa iubere solere hanc stipulationem interponi; et in L.* 8 *pr. cit. simile quid intellectum esse, verba 'praetor enim' etc. produnt, quibus cogimur quae ibi praecedunt verba 'in diem longiorem' ita accipere, ut eo sequens 'enim' respiciat, quasi dictum esset 'tantum in longiorem diem'. Et sane in arbitrio praetoris erat, utrum ipse cognoscendo, quod Iustinianus L.* 1. §. 9. *D. de stip. praet.* (46, 5) *ei solum reliquit, an praeiudicio rem conficere vellet. Hoc vero praeiudicium ita conceptum fuisse, an longior videretur dies condicionis, sub qua heres institutus erat, ideoque etiam possessionis iuris incerti ei dandae, Paullus et h. l. et L.* 8 *pr. cit. dicere videtur; si enim longior erat, velut condicionis 'si consul factus erit', captiosum sine satisdatione maxime ob fructus rerum alienatarum substituto fiebat beneficium possessionis instituto datae; si minus, velut in hac condicione 'si intra quattuor menses monumentum mihi fecerit' calumniose videbatur substitutus satis petere, quem alius antecedebat. In Mucianae cautionis condiciones, quae semper longiorem diem habent, hoc discrimen non cadebat. Altera stipulatio fortasse spectabat missionem ex edicto D. Hadriani; neque enim sine ratione dicetur, cavendum fuisse legitimis heredibus ab eo, qui mittebatur, si falsum aliove modo inutile dicebatur testamentum* (3, 5. §. 14)*; sed tum demum cavebatur, si iure mittebatur. Unde ex h. l. consequi videtur non id quidem necessario, centenarias tantum hereditates vicesimae obnoxias fuisse* (*vid. libr. meum 'Gaius' p.* 21)*, sed edictum D. Hadriani tantum ad has hereditates pertinuisse, quod et rationem habet, quoque spectare videntur ambages illae et difficultates, de quibus imperator queritur in L.* 3. *C. de edicto D. Hadr.* (6, 33). *Ceterum alia omnia sentiunt de h. l. Rudorff. ad Puchtae Inst. III.* §. 320. *p.* 291. *Hist. iur. II. p.* 121. 134. 212. *O. Bülow de praeiudic. form. p.* 15. 4) *Alias quaeritur, an res non minor sit, veluti Gai.* 2, 274. 3, 42. 4, 14. 15. 5) *Cf. Fest. v. Vindiciae p.* 376. *supra* 1, 13b. §. 8. *L.* 1. *Th. C. de fruct. et lit. exp.* (4, 18). *L. un. Th. C. de usur. rei iud.* (4, 19). *Ambros. ep.* 29.

praede litis et uindiciarum satis accipitur),[1] ex die accepti iudicii dupli fructus computantur. et tam dantes quam accipientes, heredes quoque eorum, 'procuratorum[2] cognitorumque personae, itemque 'sponsorum[3] eadem stipulatione comprehenduntur; eorum quoque, quorum nomine promittitur.[4] **3.** [5]Quoties iudicatum solui stipulatione satisdatur, omissa eius actio rei iudicatae persecutionem non excludit. **4.** [6]Emancipati liberi praeteriti si uelint se miscere paternae hereditati, et cum his, qui in potestate remanserint, communis patris diuidere hereditatem, antequam bonorum possessionem petant, de conferendo cauere cum satisdatione debebunt. quodsi satisdare non possunt, statim ex fide bonorum confusionem, excepto peculio castrensi, facere cogendi sunt.[7]

TIT. X. DE CONTRAHENDA AVCTORITATE.[8]

1. Ob metum impendentis damni uicinus uicino '(*repromittere, procurator uicini*)[9] satisdare debet, 'additis spon-
[446] soribus,[10] super eo quod damni acciderit. **2.** [11]De communi pariete utilitatis causa hoc coepit obseruari, ut aedificet qui-

---

L. Rom. Burg. 35. — *L.* 69. 158. *D. de V. S.* (50. 16). *L.* 2. §. 2. *D. de praet. stip.* (46, 5). *Tit. D. iud. solvi* (46, 7). [1]) *Haec fere aut excidisse ob similiter desinens aut recisa esse, etiam ostendunt v.* tam dantes quam accipientes *simpliciter posita. Cf. Fr. Vat.* 333. [2]) procuratores (*ex ambigua nota* procurator.) *Cdd. edd.* [3]) sponsores *Cdd. edd. De re cf. L.* 5. *D. iudic. solvi* (46, 7). [4]) *Sc. cum quis alieno nomine convenitur.* [5]) *Cf. L.* 8. §. 3. *D. de novat.* (46, 2). [6]) *Cf. Ulp.* 28, 4. *L.* 3 *pr.* §. 5. *L.* 8. *D. de collat.* (37, 6). *L.* 13. *D. de cond. causa data* (12, 4). — *Fein 'Collation' p.* 91. [7]) *Cf. L.* 52. §. 8. *D. pro soc.* (17, 2). *L.* 1. §§. 10. 11. 15. *D. de collat.* (37, 6).

Tit. X. [8]) *Excidisse videtur: 'et de damni infecti stipulatione', cum in edicto quoque duplae stipulationem (quo pertinet* contrahenda auctoritas) *cautio de damno infecto sequeretur. De hac vero sola sententias quasdam Visigothi vel librarii servaverunt. Vid. Heimbach. in Repert. Lips.* 1843. *III. p.* 142. [9]) *Haec ob* ὁμοιοτέλευτον *excidisse videntur. Cf. L.* 7 *pr. D. de damno inf.* (39, 2). [10]) *i. e. non fidepromissoribus vel fideiussoribus, quorum durior condicio quibusque opus non est, quoniam haec stipulatio ex edicto praetoris urbani descendit, peregrinos nesciente. Sed nisi aliud de damno infecto edictum praetoris peregrini fuisset, haec verba ab urbano addita non forent.* [11]) *Cf. L.* 8. *D. de serv. pr. urb.* (8, 2). *L.* 11. *D. si serv.* (8, 5). *L.* 12. 28. *D. comm. div.* (10, 3). *L.* 35—37. 41. *D. de damno inf.* (39, 2).

dem 'cuius[1] aedificare interest, cogatur uero socius portionis suae impensas agnoscere.

TIT. XI. DE DONATIONIBVS.

1. Species extra dotem a matre in honorem nuptiarum praesente filia genero traditae donationem[2] perfecisse uidentur. **2.** Probatio traditae uel non traditae possessionis[3] non tam in iure quam in facto consistit; ideoque sufficit ad probationem, si rem corporaliter 'teneam.[4] **3.** [5]Pater si filiofamilias aliquid donauerit et in ea uoluntate perseuerans decesserit, morte patris donatio conualescit. **4.** [6]Cum unius rei in duos donatio confertur, potior est ille, cui res tradita est: nec interest, posterior 'quis[7] an prior acceperit, et exceptae necne personae sint. **5.** [8]Inuitus donator de euictione rei donatae promittere non cogitur, nec eo nomine, si promiserit,[9] oneratur;[10] quia lucratiuae rei possessor ab euictionis actione ipsa iuris ratione depellitur.

[*L.* 34 *pr. D. de donat.* (39, 5).]

6. [11]Ei, qui aliquem a latrunculis uel hostibus eripuit, in infinitum donare non 'prohibetur;[12] si '(*id*)[13] tamen donatio et [447] non merces eximii laboris appellanda est: quia contemplationem salutis certo modo aestimari non placuit.

TIT. XII. DE IVRE FISCI ET POPVLI.

[*L.* 45 *pr.* §§. 1. 2. *D. de iure fisci* (49, 14).]

1. [14]Eius bona, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem consciuit, fisco uindicantur. quodsi taedio uitae aut

---

[1]) cui (*i. e.* cui.) *Cdd. edd.*

Tit. XI. [2]) *sc. filiae factam. Cf. L.* 41 *fin. D. de mort. c. don.* (39, 6). — *Fr. Vat.* 269. [3]) *Cum de donandi animo constat.* [4]) *Ex Rittersh. cj.* teneant (*vel* teneat *vel* teneatur) *Cdd. edd.* [5]) *Cf. Fr. Vat.* 274. [6]) *Cf. L.* 15. *C. de rei vind.* (3, 32). *Fr. Vat.* 249 (4). [7]) *Malim* qui sit. [8]) *Cf. L.* 18. §. 3. *D. de donat.* (39, 5). *L.* 62. *D. de aedil. ed.* (21, 1). [9]) *sc. ad promittendum obstrictum se putans; nam si donandi animo promisit, tenetur. L.* 2. *C. de evict.* (8, 45). nisi promiserit *Rittersh. cj.* [10]) *Exceptione tutus.* [11]) *Est etiam L.* 34. §. 1. *D. de donat.* (39, 5), *sed quibusdam mutatis.* [12]) *Plerique Cdd.* prohibemur *ex aliis edd.* [13]) *Geminavi.*

Tit. XII. [14]) *Est etiam L.* 49. §. 2. *D. h. t. posterior pars.*

pudore aeris alieni uel ualetudinis alicuius impatientia hoc admisit, non inquietabuntur, sed ordinariae successioni relinquentur.

[*L.* 45. §. 3. *D. de iure fisci* (49, 14).]

2. [1]Ei etiam uelut indigno auferetur hereditas, qui 'affinem[2] uel cognatum, cui ipse ab intestato successurus erat, testamentum facere prohibuit, aut ne iure subsisteret, operam dedit.

[*L.* 21. *D. de his, quae ut ind.* (34, 9).]

3. [3]Si pater uel dominus id testamentum, quo filius eius uel seruus heredes instituti sunt aut legatum acceperunt, falsum redarguant nec obtineant, fisco locus est. **4.** [4]Aetati eius, qui accusat testamentum, si non obtineat, succurri solet in id, quod ita amisit; maxime si tutoris aut curatoris consilio actio instituta sit.

[*L.* 36. *D. de minor.* (4, 4).?]

5. [5]In ea prouincia, ex qua quis originem ducit, officium fiscale administrare prohibetur, ne aut gratiosus aut calumniosus apud suos esse uideatur. **6.** [6]Quoties sine auctoritate iudicati officiales alicuius bona occupant uel describunt uel sub obseruatione[7] esse faciunt, adito procuratore iniuria sub-
[448] mouetur, et rei huius auctores ad praefectum praetorio puniendi mittuntur. **7.** [8]Litem in perniciem priuatorum fisco donari non oportet, nec ab eodem donatam suscipi. **8.** [9]Imperatorem litis causa heredem institui inuidiosum est: nec enim calumniandi facultatem ex principali maiestate capi oportet. **9.** [10]Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur; ideoque eius bona, qui se heredem imperatorem facturum esse iactauerat, a fisco occupari non possunt.

Cf. L. ult. D. de bon. eor. qui ante sent. (48, 21). [1]) *Cf. L.* 1 *pr. D. si quis aliq. test.* (29, 6). *L.* 2. *C. eod.* (6, 34). [2]) *i. e. uxorem vel maritum* (*Fr. Vat.* 218. 262. 302. *L.* 38. §. 1. *D. de usur.* (22, 1). *Glück Pand. XXIII. p.* 223. *Klenze in Zeitschr. f. gesch. RW. VI. p.* 110), *inter quos hoc facillime fieri potest.* [3]) *Cf. L.* 5. §. 3. *D. de his quae ut ind.* (34, 9). [4]) *Cf. L.* 5. §. 9. *L.* 22 *fin. D. eod. L.* 2. *C. eod.* (6, 35). [5]) *Cf. Cuiac. parat. ad Cod.* 1, 41. [6]) *Cf. Fr. de i. fisci* 14. [7]) *Cf. L.* 3 *fin. D. de acq. vel amitt. poss.* (41, 2). [8]) *Cf. L.* 22. §. 2. *D. de i. fisci* (49, 14). *L.* 2. *C. ne fisc. vel resp.* (2, 18).
[9]) *Est etiam L.* 91. *D. de hered. inst.* (28, 5). *Cf.* §. *ult. I. quib. mod. testam. inf.* (2, 17). [10]) *Partim extat etiam in L. ult. D.*

[*L.* 23. *D. de leg.* 3.
L. 2. *D. de offic. proc. Caes.* (1, 19).]

10. [1] Priuilegium fisci est, inter omnes creditores primum locum tenere. **11.** [2] Quicumque a fisco conuenitur, non ex indice uel exemplo alicuius scripturae, sed ex authentico conueniendus est, ut sic[3] contractus fides possit ostendi. Ceterum calumniosam scripturam uim iustae petitionis in iudicio obtinere non conuenit. **12.** [4] Eius bona, qui falsam monetam percussisse dicitur, fisco uindicantur. quodsi serui ignorante domino id fecisse dicantur, ipsi quidem summo supplicio afficiuntur, domino tamen nihil aufertur; quia peiorem domini causam serui facere, nisi forte scierit, omnino non possunt.

[*L.* 45. §§. 4—14. *D. de iure fisci* (49, 14).
L. 38 *pr. D. de poenis* (48, 19).]

TIT. XIII. DE DELATORIBVS.

1. Omnes omnino deferre alterum et causam pecuniariam fisco nuntiare prohibentur; [5] nec refert, mares istud an feminae faciant, serui an ingenui an libertini, an suos an extraneos deferant: omni enim modo puniuntur. **2.** Serui fiscales, qui [449] causam domino prodere ac nuntiare contendunt, deferre non uidentur. [6] Subornati sane reum prodere coguntur, ne qui, quod per se non potest, per alium deferat. perinde autem subornatores ac delatores puniuntur. **3.** [7] Damnati serui, siue post sententiam siue ante sententiam dominorum facinora confessi sint, nullo modo audiuntur, nisi forte reos deferant maiestatis.

---

qui testam. fac. (28, 1). *Cf.* §. *ult. I. cit.* 1) *Cf. L.* 34. 38 *pr. D. de reb. auct. iud.* (42, 5). *L.* 17. 37. *D. de i. fisci* (49, 14). 2) *Est etiam L.* 2. *D. de fide instr.* (22, 4). 3) etsi (*supplenda* c *ex sequenti v.*) *Cdd. edd.* ita si *Dig. Schol. Basil.* 22, 1. §. 31. *legisse videtur* et sic nisi. 4) *Cf. infra* 5, 25. §. 1. *L.* 1. 2. *C. de falsa mon.* (9, 24).

Tit. XIII. 5) *Si id praemii captandi causa faciant, non si iustam causam habeant. L.* 2 *pr. D. de iure fisci* (49, 14). *L.* 3. *C. de delat.* (10, 11). 6) *Cf. L.* 2. §. 5. *D. de i. fisci* (49, 14). 7) *Cf. L.* 2. §. 6. *D. eod. L.* 1. §§. 5. 19. *D. de quaest.* (48, 18). *L.* 6. *C. de delat.* (10, 11).

TIT. XIV. DE QVAESTIONIBVS HABENDIS.[1]

1. [2]In criminibus eruendis quaestio quidem adhibetur; sed non statim a tormentis incipiendum est. ideoque prius argumentis quaerendum est, et, si suspicione aliqua reus urgueatur, adhibitis tormentis de sociis et sceleribus suis confiteri compellitur. 2. [3]Unius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur, qui timidior et tenerae aetatis esse uideatur.

[*L.* 18. §§. 1. 2. 3. *D. de quaest.* (48, 18).]

TIT. XV. DE TESTIBVS.[4]

[5]1. Suspectos gratiae testes, et eos uel maxime, quos accusator de domo produxerit, uel uitae humilitas infamauerit, interrogari non placuit: in 'testibus[6] enim et uitae qualitas spectari debet et dignitas. 2. [7]In affinem uel cognatum inuiti testes interrogari non possunt. 3. Aduersus se inuicem parentes et liberi, itemque '(*patroni et*)[8] liberti nec uolentes ad testimonium admittendi sunt; quia 'sincerum[9] testimonium
[450] necessitudo personarum plerumque corrumpit. 4. [10]Testes, 'nisi olim fidei tabularum adhibiti titubare dicantur,[11] aduersus

Tit. XIV. 1) *In Collat.* 8, 3. *et* 9, 3. *allegatur tit.* '*de testibus et de quaestionibus.*' 2) *Cf. L.* 15. §. 41. *D. de iniur.* (47, 10). *L.* 1 *pr.* §. 1. *L.* 18. §. 2. *D. de quaest.* (48, 18). *L.* 8. §. 1. *C. eod.* (9, 41). 3) *Est etiam L.* 18 *pr. D. eod.*

Tit. XV. 4) *Cf. ad tit.* 14. *not.* 1. 5) §§. 1—3. *etiam in Collat.* 9, 3. *et* §. 1 *pars praeterea in L.* 24. *D. de testib.* (22, 5) *extant. Ad* §. 1. *cf. L.* 2. 3 *pr.* §. 1. *D. eod.* 6) *Collat. et Cd.* 30. teste *ceteri Cdd. edd.* 7) *Cf. L.* 4. *D. de test.* (22, 5). *L.* 6. *C. eod.* (4, 20). 8) *Supplevi.* 9) rei uerae *Cdd. edd. Cf. not. ad Collat.* 10) *Cf.* §. 11. *I. de inutil. stip.* (3, 19), *L.* 7. §. 12. *D. de pact.* (2, 14). *L.* 14. *C. de contrah. et comm. stip.* (8, 38). *L.* 1. *C. de testib.* (4, 20). 11) cum de fide tabularum nihil dicitur (diceretur *vel* dicetur *alii*) *Cdd. plerique edd., quod nec Paullo dignum est nec veram efficit sententiam* (*cf. ll. cit. not.* 10.) *nec Cdd. fidei respondet.* de *omittunt novem Cdd.; pro* cum *Cdd. duo habent* enim; *in iisdem pro* nihil dicitur *legitur* nihil adhibiti iuuare dicuntur et. *Unde quaedam omissa, quaedam addita, quaedam corrupta, quaedam transposita esse apparet. Restituo:* nisi (*pro* nihil, *quod eadem sigla notatur*) olim (*pro* cum *sive* enim) fidei tabularum adhibiti titubare dicantur. *De testibus titubantibus cf. Cic. pro Flacco* 10, 22. *Hoc vero Paullus dicere videtur, adversus id, quod tabulis*

scripturam interrogari non possunt. **5.** [1]Qui falso uel uarie (*uel oblique*) testimonia dixerunt uel utrique parti prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submouentur.[2] **6.** [3]In re pecuniaria tormenta, nisi cum de rebus hereditariis quaeritur, non adhibentur; 'aliae[4] autem iureiurando aut testibus explicantur.

TIT. XVI. DE SERVORVM QVAESTIONIBVS.[5]

1. [6]Seruum de facto suo in se interrogari posse, ratio aequitatis ostendit: nec enim obesse ei debet, qui per seruum aliquid sine cautione commodat aut deponit. **2.** [7]Iudex tutelaris, itemque centumuiri si aliter de rebus hereditariis uel de fide generis instrui non possunt, poterunt de seruis hereditariis habere quaestionem. **3.** [8]Serui alieni in alterius caput [451] non nisi singuli torqueri possunt. et hoc inuito domino non est permittendum, nisi delator, cuius interest quod intendit probare, pretia eorum, quanti dominus taxauerit, inferre sit paratus uel certe deterioris facti serui subire taxationem. **4.** [9]Seruo, qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur: nec enim oportet in rebus dubiis salutem dominorum seruorum arbitrio committi. **5.** [10]Serui in caput domini neque a praeside neque a procuratore, neque in pecu-

---

testato confectis scriptum est, alios testes interrogari non posse, nisi ii testes, qui conficiendis tabulis adhibiti fuerint, de eo, quod scriptum sit, inter se dissentiant vel alias titubent. Idem igitur accuratius dicitur, quod ex Graecorum libris initio tit. C. de testib. restitutum est. 1) *Extat etiam in Collat.* 8, 3., *ubi vid. not. et in L.* 16. *D. de testib.* (22, 5). *Cf. Ed. Theoder.* 42. 2) *Cf. Lamprid. Alex.* 16. 3) *Cf. infra* 5, 16. §. 2. *L.* 10. 13. 18. *C. de quaest.* (9, 41). *L.* 9 *pr. D. eod.* (48, 18). *L.* 1. §. 1. *C. de iureiur. pr. calumn.* (2, 59). 4) *Ex Cuiac. cj. ed. Haen.* alias *Cdd. ed. A.*

Tit. XVI. 5) *Cf. not.* 1. *ad tit.* 14. 6) *Cf. L.* 15. *C. de quaest.* (9, 41). *L.* 8. *C. de testib.* (4, 20). 7) *Breviata extat in L.* 18. §. 4. *D. de quaest.* (48, 18). *Cf.* 5, 15. §. 6. *L.* 1. §. 3. *D. de tutelae et rat.* (27, 3). *L.* 34. *D. de adm. et peric.* (26, 7). *L.* 12. *D. de susp. tut.* (26, 10). 8) *Cf. L.* 13. *D. de quaest.* (48, 18). *L.* 8. *D. de praescr. verb.* (19, 5). *L.* 15. §§. 33. 41. *D. de iniur.* (47, 10). *Ed. Theoder.* 100. 9) *Est etiam L.* 18. §. 5. *D. de quaest.* (48, 18). *Cf.* 5, 13. §. 3. *L.* 1. §. 5. *L.* 9. §. 1. *D. eod.* 10) *Cf. L.* 1. §. 16. *L.* 9 *pr. D. eod. L.* 1. 6. *C. eod.* (9, 41). *Cic. pro Mil.* 22. *pro rege Deiot.* 1. *orat. part.* 35. *Tacit. A.* 2, 30.

niariis neque in capitalibus causis interrogari possunt. **6.** [1]Communis seruus in caput alterius ex dominis torqueri non potest. **7.** [2]'(*Quem*) quis seruum[3] ideo comparauit, ne in se torqueretur, restituto pretio poterit interrogari. **8.** [4]Seruus in caput eius domini, a quo distractus est, cuique aliquando seruiuit, in memoriam prioris dominii interrogari non potest.

[*L.* 17. §§. 7. 8. *D. de quaest.* (48, 18).]

9. [5]Si seruus ad hoc fuerit manumissus, ne torqueatur, quaestio de eo nihilominus haberi potest. **10.** [6]Quaestioni eius latronis, quem quis obtulit, cum de eo confiteretur, fidem accommodari non conuenit: nisi id forte uelandae conscientiae suae gratia, quam cum reo habuit, fecisse doceatur. **11.** [7]Neque accusator per alium accusare, neque reus per alium defendi potest; nisi[8] ingratum libertum patronus accuset, aut[9] rei absentia defendatur.

[452] [*L.* 9. *D. de accus.* (48, 2).]

12. [10]Si pecunia data iudici reus absolutus esse dicatur, idque in eum fuerit comprobatum, ea poena damnatur, qua reus damnari potuisset. **13.** [11]In conuictum reum, siue torqueri possit siue non possit, pro modo admissi sceleris statuendum est. **14.** [12]Reis suis edere crimina accusatores cogendi sunt; scire enim oportet, quibus sint criminibus responsuri.

[*L.* 18. §§. 9. 10. *D. de quaest.* (48, 18).
L. 10. *D. de feriis* (2, 12).]

TIT. XVII. DE ABOLITIONIBVS.

[13]**1.** Abolitio est deletio, obliuio uel exstinctio accusationis.

---

1) *Cf. L.* 3. *D. L.* 13. *C. h. t.* 2) *Cf. Ed. Theoder.* 101. *L.* 1. §§. 6. 14. *D. eod.* 3) Qui seruum *Cdd. edd.* 4) *Est etiam L.* 18. §. 6. *D. h. t. Cf. L.* 1. §. 12. *L.* 17. §. 3. *D. eod. Tacit. A.* 2, 30. 3, 67. *Dio* 55, 5. 57, 19. 5) *Cf. L.* 1. §. 13. *D. eod. Ed. Theoder.* 102. 6) *Cf. L.* 1. §. 26. *D. eod. L.* 4. *C. eod.* 7) *Cf. supra* 5, 5 a. §. 9. *Hinc olim tit. de accusationibus coepisse recte creditur.* 8) *Cf. L.* 35. §. 1. *D. de procur.* (3, 3). *L.* 4. *D. de obseq.* (37, 15). 9) *Cf. L.* 33. §. 2. *L.* 71. *D. de procur.* (3, 3). *L.* 10. *L.* 13. §. 1. *D. de publ. iud.* (48, 1). *L.* 3. *C. de accus.* (9, 2). 10) *Cf. L.* 4. *C. de custod. reor.* (9, 4). *Nov.* 124. c. 2. 11) *Cf. L.* 16. *C. de poenis* (9, 47). 12) *Cf. Tacit. H.* 2, 10.

Tit. XVII. 13) *In epit. Aegid. servata et licet rectam de-*

2. [1]Post abolitionem publicam a delatore suo[2] reus intra tricesimum diem repeti potest, postea non potest. **3.** [3]Summa supplicia sunt crux, crematio, decollatio; mediocrium autem delictorum poenae sunt metallum, ludus, deportatio; minimae, relegatio, exsilium, opus publicum, uincula. Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.

TIT. XVIII. DE ABACTORIBVS.[4]

1. [5]Abigeatores[6] sunt, qui unum equum '(*uel*)[7] duas equas, totidemque boues, (*oues*) uel capras decem, 'porcos[8] quinque abegerint. 'qui quid uero intra hunc numerum fuerit abigeatus,[9] in poenam[10] furti pro qualitate eius aut in duplum aut in 'quadruplum[11] conuenitur; uel fustibus caesus in opus [453] publicum unius anni datur, aut (*seruus*) sub poena uinculorum domino restituitur.

[**2.** *Collat.* 7, 2. §. 1.]

3. Si ea pecora, de quibus quis 'litigabat,[12] abegerit, ad forum remittendus est, atque ita conuictus in duplum uel in 'quadruplum[13] furis more damnatur.

[**4.** *Collat.* 11, 5. §. 1.]

TIT. XIX. DE SACRILEGIS.

1. [14]Qui noctu manu facta praedandi ac depopulandi gratia templum irrumpunt, bestiis obiiciuntur; si uero per diem leue aliquid de templo abstulerint, uel deportantur honestiores, uel humiliores in metallum damnantur.

[*L.* 11. *D. de sepulcro viol.* (47, 12).]

---

finitionem contineat, suspecta. Cf. Haen. ad rubr. Th. C. de abolit. (9, 37). 1) *Cf. L.* 10. §§. 1. 2. *D. ad SC. Turpill.* (48, 16). *L.* 1. *C. de gener. abol.* (9, 43). 2) *Post privatam tantum ab alio. L.* 3. §. 4. *D. de accus.* (48, 2). *L.* 4. §. 1. *D. ad SC. Turpill.* (48, 16). 3) *Cf. L.* 8. 28 *pr.* §§. 1. 2. *D. de poenis* (48, 19). *Tit. D. de interd. et releg.* (48, 22). *Collat.* 11, 7. §§. 3. 4.

Tit. XVIII. 4) *Rectius Collat.* 11, 2. '*de abigeatoribus*'. 5) *Est etiam Collat.* 11, 3., *ubi vid. not. et cf. Ed. Theoder.* 57. 6) Abactores *Cdd. edd.* 7) *Ex Coll.* 8) *Aliqui Cdd. et Coll.* aut porcos *plerique Cdd. edd.* 9) quicquid uero i. h. n. f. ablatum *Cdd. edd.* 10) in poena *septem Cdd.* poena *plerique Cdd. edd.* 11) triplum *Cdd. edd.* 12) litigat *edd. vid. Collat.* 11, 4. 13) triplum *Cdd. edd.*

Tit. XIX. 14) *Cf. L.* 6 *pr. D. ad leg. Iul. pecul.* (48, 13).

TIT. XX. DE INCENDIARIIS.

[1] **1.** 'Incendia si qui[2] in oppido praedandi causa faciunt, '(*facile*)[3] capite puniuntur. **2.** Qui casam aut uillam inimicitiarum gratia incenderunt, humiliores in metallum aut in opus publicum damnantur, honestiores in insulam relegantur. **3.** Fortuita incendia 'si iniquo[4] casu uenti ferente 'siue[5] incuria ignem supponentis ad usque uicini agros euadunt, '(*et*)[6] si ex 'eis[7] seges uel uinea uel oliuae uel fructiferae arbores concrementur, datum damnum aestimatione sarciatur. **4.** Commissum uero seruorum, si domino uideatur, noxae deditione 'sarcitur.[8] **5.** Messium sane per dolum incensores (*uel*) uinearum oliuarumue aut in metallum humiliores damnantur, aut honestiores in insulam relegantur. **6.** [9] Qui noctu fructiferas arbores manu facta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum damnantur, aut honestiores damnum sarcire
[454] coguntur uel curia submouentur uel relegantur.

TIT. XXI. DE VATICINATORIBVS ET MATHEMATICIS.

1. [10] Vaticinatores, qui se deo plenos assimulant, idcirco ciuitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad spem alicuius rei corrumperentur, uel certe ex eo populares animi turbarentur. Ideoque primo fustibus caesi ciuitate pelluntur; perseuerantes autem in uincula publica coniiciuntur aut in insulam deportantur uel certe relegantur. **2.** [11] Qui nouas et usu uel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moueantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur. **3.** [12] Qui de salute principis uel de summa reipublicae mathematicos, ariolos, haruspices, uaticinatores consulit, cum eo, qui responderit, capite punitur. **4.** [13] Non tantum diuinatione quis, sed ipsa scientia eiusque

---

Tit. XX. 1) §§. 1—5. *ex Cd. Ves. Praeterea extant in Collat.* 12, 4. 2. 3., *ubi vid. notata.* 2) Incendiarii qui quid *Cd. edd.* 3) *Ex Collat.* 4) quae *Cd. edd.* 5) uel *Cd. edd.* 6) *Ex Collat.* 7) *Collat.* eo *Cd. edd.* 8) *Collat.* sarciatur *Cd. edd.* 9) *Cf. L. Rom. Burg.* 18 *fin.*

Tit. XXI. 10) *Cf. Collat.* 15, 2. §§. 3—6. — *Gothofr. ad L.* 4. *Th. C. de maleficis* (9, 16). 11) *Cf. Collat.* 15, 3. §. 2. 12) *Cf. Collat.* 15, 2. §. 3. *Tertull. apol.* 35. *Iul. Firm. Math.* 2, *ult. Sozom. hist. eccl.* 6, 35. 13) *Cf. Collat.* 15, 2. §. 2.

libris melius fecerit abstinere. [1]Quodsi serui de salute dominorum consuluerint, summo supplicio, id est cruce, afficiuntur; consulti autem si responsa dederint, aut in metallum damnantur aut in insulam 'deportantur.[2]

TIT. XXII.[3] DE SEDITIOSIS.

1. [4]Auctores seditionis et tumultus uel concitatores populi pro qualitate dignitatis aut in crucem tolluntur aut bestiis obiiciuntur aut in insulam deportantur. **2.** [5]Qui terminos effodiunt uel exarant, arboresue terminales euertunt, siquidem id serui sua sponte fecerint, in metallum damnantur; humiliores in opus publicum, honestiores in insulam amissa tertia parte bonorum relegantur 'aut exsulare coguntur.[6] **3.** [7]Ciues Romani,[8] qui se Iudaico ritu uel seruos suos circumcidi [455] patiuntur, bonis ademptis in insulam perpetuo relegantur; medici capite puniuntur. **4.** Iudaei si alienae nationis comparatos seruos circumciderunt, aut deportantur aut capite puniuntur.

[*L.* 38. §§. 3. 4. *D. de poenis* (48, 19).]

TIT. XXIII. AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS.

1. [9]Lex Cornelia poenam deportationis infligit 'ei,[10] qui hominem occiderit, 'eiusue[11] rei causa furtiue faciendi cum telo fuerit, 'qui(*ue*)[12] uenenum hominis necandi causa habuerit, uendiderit, parauerit, 'falsum(*ue*)[13] testimonium dixerit, quo quis periret, mortisue causam praestiterit. 'quae[14] omnia

---

1) *Cf. Tertull. apol.* 35 *fin.* 2) relegantur *multi Cdd.*

Tit. XXII. 3) *Eius* §. 2. *in corpore finium regundorum p.* 270 *Lachm., ubi etiam extat, verius sub tit. 'de poenis' citatur.*
4) *Est etiam L.* 58. §. 2. *D. de poenis* (48, 19). *Cf. Tacit. H.* 2, 61.
5) *Vid. not.* 3. *Cf. Collat.* 13, 2. 3. *L.* 1. 3. *D. de term. moto* (47, 21).
6) *In corp. fin. reg. absunt.* 7) *Cf. L.* 11 *pr. D. ad leg. Corn. de sic.* (48, 8). 8) *Non excipit, si ipsi Iudaei sint; unde apparere videtur, Iudaeos tunc cives Rom. non fuisse.*

Tit. XXIII. 9) *Extat etiam in Collat.* 1, 2. 8, 4. *Cf. L.* 1 *pr.* §. 1. *L.* 3. §. 5. *L.* 16. *D. ad leg. Corn. de sic.* (48, 8). §. 5. *I. de publ. iud.* (4, 18). 10) eis, *sequente plurali numero etiam in verbis, alii Cdd. edd.* 11) eiusque (*vel* uel eius) *Cdd. edd.* 12) et qui *Cdd. edd.* 13) falsum *Cdd. edd.* 14) ob quae *plerique Cdd. edd.*

facinora in honestiores poena capitis uindicari placuit; humiliores uero aut in crucem tolluntur aut bestiis obiiciuntur.

[2. *Collat.* 1, 4.]

3. [1]Qui hominem occiderit, aliquando absoluitur, et qui non occidit, ut homicida damnatur: consilium enim uniuscuiusque, non factum puniendum est. ideoque qui, cum uellet occidere, id casu aliquo perpetrare non 'potuit,[2] ut homicida 'punitur;[3] et is, qui casu iactu teli hominem imprudenter occiderit, absoluitur.

[4. *Collat.* 1, 7. §. 2.
5. *Collat.* 2, 7.
6. *Collat.* 3, 2.
7. *Collat.* 1, 13. §§. 1. 2.]

8. [4]Qui latronem caedem sibi inferentem, uel alium [456] quemlibet struprum inferentem occiderit, puniri non placuit: alius enim uitam, alius pudorem 'publico[5] facinore defendit.

[9. *Collat.* 7, 2.]

10. [6]Iudex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit, in insulam bonis ademptis 'deportatur.[7] **11.** [8]Mandatores caedis perinde ut homicidae puniuntur. **12.** [9]Si putator ex arbore cum ramum deiiceret, non proclamauerit, ut uitaretur, atque ita praeteriens eiusdem ictu homo perierit, etsi in legem non incurrit, in metallum 'tamen datur.[10] **13.** [11]Qui hominem inuitum libidinis aut promercii causa castrauerit castrandumue curauerit, siue is seruus siue liber sit, capite punitur; honestiores publicatis bonis in insulam deportantur. **14.** [12]Qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi id dolo non faciant, tamen (*quia*) mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur; quodsi ex hoc 'mulier aut homo[13] per-

---

1) *Est etiam Collat.* 1, 7. §. 1. 2) potuerit *multi Cdd. edd.* 3) punietur *multi Cdd. edd.* 4) *Cf. L.* 4 *pr. D. ad leg. Aquil.* (9, 2). *L.* 2. 4. *C. ad leg. Corn. de sic.* (9, 16). *L.* 1. §. 4. *D. eod.* 5) *i. e. quasi populi, non suo nomine perpetrato.* 6) *Cf. L.* 1. §. 1. *D. h. t.* 7) *Plerique Cdd.* deportetur *ex aliis ed. A.* 8) *Cf. L.* 15. §. 1. *D. h. t. L.* 5. *C. de accus.* (9, 2). 9) *Cf. L.* 7. *D. h. t. L.* 31. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2). 10) damnatur *multi Cdd. edd.* datur *item multi Cdd.* 11) *Cf. L.* 3. §. 4. *L.* 4. §. 2. *L.* 5. 6. *D. h. t.* 12) *Est etiam L.* 38. §. 5. *D. de poenis* (48, 19). 13) *Plerique Cdd. et Dig.* homo aut mulier *alii Cdd. edd.*

ierit, summo supplicio afficiuntur. **15.** [1]Qui sacra impia nocturnaue, ut quem obcantarent, defigerent, obligarent, fecerint faciendaue curauerint, aut cruci suffiguntur aut bestiis obiiciuntur. **16.** [2]Qui hominem immolauerint, exue eius sanguine 'litauerint,[3] fanum templumue polluerint, bestiis obiiciuntur, uel, si honestiores sint, capite puniuntur. **17.** [4]Magicae artis conscios summo supplicio affici placuit, id est bestiis obiici aut cruci suffigi. Ipsi autem magi uiui exuruntur. **18.** [5]Libros magicae artis apud se neminem habere licet; et 'penes[6] quoscumque reperti sint, 'ambustis his publice[7] 'bonisque[8] ademptis 'honestiores[9] in insulam deportantur, [457] humiliores capite puniuntur. 'nec enim[10] tantum huius artis professio, sed etiam scientia prohibita est. **19.** [11]Si ex eo medicamine, quod ad salutem hominis uel ad remedium datum erat, homo perierit, is qui dederit, si honestior fuerit, in insulam relegatur, humilior autem capite punitur.

TIT. XXIV. AD LEGEM POMPEIAM DE PARRICIDIIS.

1. [12]Lege Pompeia de parricidiis tenetur, (*qui patrem matrem, auum auiam, fratrem sororem, patruelem matruelem*[*ue*], *patruum auunculum amitam, consobrinum consobrinam, uxorem uirum, generum, socrum, uitricum, priuignum priuignam, patronum patronam occiderit.*)[13]

---

1) *Cf. L.* 13. *D. ad leg. Corn. de sic.* (48, 8) *et Schulting ad h. l. Marquardt Röm. Alterth. IV. p.* 134. 2) *Cf. Plin. N. H.* 30, 1. *Lactant. inst.* 1, 21. *Porphyr. de abstin.* 2, 27. 56. 3) *Scribe* libauerint. 4) *Cf. Marquardt l. c.* 5) *Cf. L.* 4. §. 1. *D. fam. ercisc.* (10, 2). *Liv.* 25, 1. 39, 16. 40, 29. 6) *Complures Cdd.* si penes *ex aliis edd.* 7) ambustisque his publice *plerique Cdd. et edd. habent post* ademptis, *manifeste turbato ordine, cuius vestigia supersunt in Cdd.* 7. 12. 13. 15. 21. 40., *qui omittunt* que, *et in Cdd.* 9, 31., *qui praestant* ademptis honestiores publice. 8) bonis *Cdd. edd.* (*translato* que *ad* ambustis). 9) *Ex Cdd.* 9. 31. (*cf. not.* 7.); *ceteri Cdd. edd. omittunt.* 10) non (*puta pro* n'en.) *Cdd. edd. De re Cf.* 5, 21. §. 4. *Tertull. de idolol.* 9. *Ammian.* 26, 3. 28, 1. 11) *Cf. L.* 6. §. 7. *D. de offic. praes.* (1, 18).

Tit. XXIV. 12) *Cf. L.* 1 *pr. D. de lege Pomp. de parric.* (48, 9). §. 6. *I. de publ. iud.* (4, 18) *ibique Schrader.* 13) *Ad sequentes occisos tum propria parricidii poena pertinuisse videtur. Sed cum verum non sit, hos tantum legem Pompeiam apprehendisse et cum in omnibus Cdd. postea 'Hi' desideretur, quod edd.*

Qui patrem matrem, auum auiam, fratrem sororem, patronum patronam occiderint, etsi antea insuti culleo in mare praecipitabantur, hodie tamen uiui exuruntur uel ad bestias dantur.

TIT. XXV. AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM.

1. [1]Lege Cornelia testamentaria tenetur, qui testamentum 'quodue aliud instrumentum[2] falsum sciens dolo malo scri-
[458] pserit, recitauerit, subiecerit, '(*signauerit, uerumue*)[3] suppresserit, amouerit, resignauerit, deleuerit; [4]'quiue[5] signum adulterinum sculpserit, fecerit, expresserit, '(*uerumue*)[6] amouerit, 'reserauerit;[7] [8]quiue nummos aureos, argenteos adulterauerit, lauerit, conflauerit, raserit, corruperit, uitiauerit, uultuue principum signatam monetam, praeter adulterinam, reprobauerit. (*Et*) honestiores quidem in insulam deportantur, humiliores autem aut in metallum 'dantur[9] 'aut capite puniuntur, serui autem (*et*) post admissum manumissi in crucem tolluntur.[10]

[*L.* 19 *pr.*[11] §. 1. *D. de lege Corn. de fals.* (48, 10).]

2. [12]Qui ob falsum testimonium perhibendum uel uerum non perhibendum pecuniam acceperit, dederit, iudicemue, ut sententiam ferat uel non ferat, corruperit corrumpendumue curauerit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in insulam deportantur.

[3. *Collat.* 8, 6.]

---

ante etsi *inculcant, apparet, ante* patrem *omnia ista ob initii et et finis similitudinem excidisse, quae L.* 1 *pr. D. cit. inde a. v. 'patrem matrem' usque ad v. 'patronam occiderit' leguntur. Eiusque iacturae id quoque vestigium est, quod pars Cdd.* (*et edd.*) *pro* occiderint *habet* occiderit.

Tit. XXV. 1) *Cf. supra* 4, 7. §§. 1—4. *L.* 2. *D. ad leg. Corn. de fals.* (48, 10). *L.* 14. *C. eod.* (9, 22). 2) *Cf. L.* 1 *pr.* §. 4. *L.* 9. §. 3. *D. eod.* 3) *Supplevi. Cf.* 4, 7. §. 1. 4) *Cf. L.* 30 *pr. D. h. t.* §. 7. *I. de publ. iud.* (4, 18). 5) *Cdd.* 19. 21. 36. quodue *ceteri, edd.* 6) *Supplevi.* 7) resignauerit *complures Cdd. fortasse rectius.* 8) *Cf. L.* 8. 9 *pr. D. h. t. I. Gothofr. ad L. un. Th. C. si quis sol. circ.* (9, 22). *L.* 1. *Th. C. si quis pec. confl.* (9, 23). *Nov. Valent.* 14. 9) *Sic paene omnes Cdd.* damnantur *edd.* 10) *Haec luxata ita in Cdd. et edd. leguntur:* aut in crucem tolluntur. serui autem post admissum manumissi capite puniuntur. *Cf. L.* 1. §. 13. *D. h. t. L.* 1 *pr.* §. 1. *D. de poenis* (48, 19). 11) *Pro* id totum *leg.* in totum. 12) *Est etiam Collat.* 8, 5. *Cf. L.* 1. §. 2. *L.* 21. *D. h. t.*

4. [1]Iudex, qui contra sacras principum constitutiones contraue ius publicum, quod apud se recitatum est, pronuntiat, in insulam deportatur. **5.** [2]Qui rationes, acta, libellos, album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas sciens dolo malo in fraudem alicuius deleuerit, mutauerit, subiecerit, subscripserit,[3] quiue aes inaurauerit, 'inargentauerit,[4] quiue, cum argentum uel aurum 'coqueret,[5] aes stannumue subiecerit,[6] falsi poena coercetur. **6.** [7]Amplissimus [459] ordo decreuit, eas tabulas, quae publici uel priuati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur, atque 'impositae[8] supra linum cerae signa imprimantur, ut 'exteriori scripturae fidem interior seruet.[9] Aliter tabulae prolatae nihil momenti habent.

[*L.* 38. §. 6. *D. de poenis* (48, 19).]

[10]**7.** [11]Qui uiui testamentum aperuerit, recitauerit, resignauerit, poena legis Corneliae tenetur: et plerumque aut humiliores in metallum damnantur, aut honestiores in insulam deportantur. **8.** Si quis 'instrumentum litis[12] suae a procuratore suo uel cognitore aduersario proditum esse conuicerit, tam procurator quam cognitor, si humiliores sunt, in metallum damnantur; si honestiores, adempta dimidia parte bonorum in perpetuum relegantur. **9.** Instrumenta penes se deposita quicumque alteri altero absente reddiderit uel aduersario prodiderit, pro personae eius condicione aut in metallum damna-

---

1) *Cf. L.* 1. §. 3. *D. h. t.* 2) *Cf. L.* 1 *pr. L.* 32 *pr. D. h. t.* 3) *Falso nomine vel die et consule.* 4) *Cd.* 31. argentauerit *ceteri, edd. Cf. Plin. N. H.* 21, 2, 3. 5) *Correxi;* poneret *Cdd. edd., sed hoc et aegre de pignori ponendo intelligitur, et si in pignore dando aes pro auro subiicitur, certissime non falsi sed stellionatus crimen committitur. L.* 1. §. 2. *L.* 36 *pr. D. de pign. act.* (13, 7). *L.* 3. §. 1. *D. stellion.* (47, 20). *De auro coquendo cf. Plin.* 33, 3, 19. 6) *Ut aes auro, stannum argento admisceretur.* 7) *Cf. Sueton. Ner.* 17. 8) *Ex Salmasii cj.* impositum (*vel* imposito) *Cdd. edd. Cf. L.* 22. §. 6. *D. qui testam. fac.* (28, 1). 9) *Vid. Zeitschr. f. gesch. RW. XII. p.* 200. exteriores scripturae fidem interiori seruent *Cdd. edd.* 10) §§. 7—9. *extant etiam in L.* 38. §§. 7—9. *D. de poenis* (48, 19). 11) *Cf. L.* 1. §. 5. *D. h. t.* 12) *Ex Dig.* instrumenta utilitatis (*et postea* prodita) *Cdd. edd., quod ex* instrumentum litis *prodiisse videtur.*

tur aut in insulam relegatur. **10.** [1]Qui falsis instrumentis, actis, epistolis, rescriptis sciens dolo malo usus fuerit, poena falsi coercetur; ideoque humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam deportantur. **11.** [2]Qui sibi falsum nomen imposuerit, genus parentesue finxerit, quo quid alienum 'interciperet, possideret,[3] poena legis Corneliae de falsis coercetur. **12.** [4]Qui insignibus altioris ordinis utuntur, mili-
[460] tiamque confingunt, quo quem terreant uel concutiant, humiliores capite puniuntur, honestioros in insulam deportantur. **13.** [5]Si qui de iudicis amicitiis uel familiaritate mentientes euentus sententiarum eius uendunt, quidue obtentu nominis eius agunt, conuicti pro modo delicti aut relegantur aut capite puniuntur.[6]

TIT. XXVI. AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA ET PRIVATA.

1. [7]Lege Iulia de ui publica damnatur, qui aliqua potestate praeditus ciuem Romanum antea ad populum, nunc ad imperatorem appellantem necarit necariue iusserit, torserit, uerberauerit, 'condemnauerit, inue[8] publica uincula duci iusserit. Cuius rei poena in humiliores '(*est*)[9] capitis; 'hone-

---

[1]) *Cf. L.* 4. *C. h. t.* (9, 22). *L.* 2. *C. de fide instr.* (4, 21). *L.* 4. *C. si reus v. accus.* (9, 6). *Ambros. de offic.* 3, 2. [2]) *Cf. L. un. C. de mut. nom.* (9, 25). *L.* 13 *pr. D. h. t. Valer. Max.* 9, 15. §. 2. [3]) interceperit, possederit *Cdd.* (*sed variantes*) *edd.* [4]) *L.* 27. §. 2. *D. h. t. L.* 3. *D. ad leg. Iul. mai.* (48, 4). *Apulei. Floril.* 1. *Tertull. apol.* 6. [5]) *Cf. L.* 10. *C. de accus.* (9, 2). *Lamprid. Commod.* 14. *Gothofr. ad Liban. or. adv. assid. p.* 112. [6]) *Ex hoc tit. etiam hausta videntur L. Rom. Burg.* 39. *haecce: 'Si novos quicunque terminos occulte posuerit, poena falsarii teneatur secundum sententiam Paulli.'*

Tit. XXVI. [7]) *Cf. L.* 7. *L.* 10. §. 2. *D. ad leg. Iul. de vi publ.* (48, 6). *Liv.* 10, 9. *Cic. Verr.* 5, 54. 57. 62. 63. [8]) *Sic plerique Cdd. edd. pro quo in edd.* 1. 2. *rationibus redditis scripseram* (*cum*)ue (*nondum*) condemnauerit, in. *Sed re iterum perpensa retineo Cdd. scripturam; nam et postea excipiuntur* iudicati *et condemnationem simpliciter dictam animadverti ad multae dictionem spectare, quae huius loci est. Caeterum vid. etiam Isidor. Or.* 5, 26. §. 6. *L.* 8. *D. h. t.* (48, 6). [9]) *Supplevi* (*scriptum puta fuisse* humilior. est). Humiliores *intellige apparitores, quos in hac iniuria magistratibus impune obtemperare legislator noluit.*

stiores in insulam[1] deportatione 'coercentur.[2] **2.** Hac lege excipiuntur,[3] qui artem ludicram faciunt, iúdicati etiam et confessi, et qui ideo in carcerem duci iubentur, quod ius dicenti non obtemperauerint, quiue contra disciplinam publicam fecerint; [4]tribuni etiam militum et praefecti classium[5] alarumue, ut sine aliquo impedimento legis Iuliae per eos militare delictum coerceri possit. **3.** [6]Lege Iulia de ui 'publica et priuata[7] tenetur, qui quem armatis hominibus pos- [461] sessione, domo, uilla agroue deiecerit, expugnauerit, obsederit, 'incluserit,[8] idue ut fieret, homines commodauerit, locauerit, conduxerit; quiue 'coetu, concursu, turba, seditione incendium fecerit;[9] funerari sepeliriue aliquem prohibuerit, funusue 'eripuerit,[10] turbauerit; et qui eum, cui aqua et igni interdictum est, [11]receperit, celauerit, 'tenuerit;[12] quiue cum telo in publico fuerit, templa, portas aliudue quid publicum armatis obsederit, cinxerit, clauserit, occupauerit. Quibus omnibus conuictis, si honestiores sint, tertia pars bonorum eripitur et in insulam relegantur; humiliores in metallum damnantur. **4.** [13]Creditor chirographarius si sine iussu praesidis per uim

---

[1]) in honestiores insulae (in insulae *nonnulli*, honestiores in insulam *unus*) *Cdd. edd.* [2]) coercetur *Cdd. ed. A. Cf.* 5, 30ª. §. 1. [3]) *Cf. Sueton. Aug.* 45. *Tacit. A.* 1, 77. [4]) *Cf. Polyb.* 6, 37. 38. *Cic. de legib.* 3, 3. *Appian. de b. civ.* 3, 56. [5]) *Excidisse videtur:* cohortium. [6]) *Cf. L.* 3. §. 6. *L.* 4. 5 *pr. D. ad leg. Iul. de vi publ.* (48, 6). [7]) *Sic plerique Cdd.* priuata *alii, edd. Sed illud mutare nolui, quoniam etiam ex Collat.* 9, 2. *verisimile est, praeter legem Iuliam de vi publica, quae ad magistratuum vim pertinebat, fuisse legem Iuliam de vi publica et privata, quae infra* §. 4. *et Dig.* 48, 7. *Cod.* 9, 12. *etiam de vi privata dicitur, in eaque lege talem vim dictam esse, quae licet privata esset ex persona delinquentis, tamen ex atrocitate etiam ad rempublicam pertineret. Et hoc si statuis, facilius intelligitur, qui factum sit, ut postea, quum magis ex facti poenaeque gravitate utriusque vis genera discernerentur, ad priorem quaedam legem referrentur, quae proprie posterior poena sanxerat. De aliorum sententiis cf. Rein Criminalr. d. Römer p.* 743 *seq.* [8]) *Cd.* 21. *L.* 5 *pr. D. cit.* cluserit *reliqui Cdd. edd.* [9]) *Ex Dig. l. c.* coetum, concursum, turbam, seditionem f. *Cdd. edd.* [10]) *Fortasse:* diripuerit. *Cf. Dig.* [11]) *Cf. Cic. pro domo* 20. *ad Att.* 3, 4. [12]) *Malim* iuuerit. *adhaesit* t-. *Cf. Cic. Verr.* 1, 47. [13]) *Cf. supra* 2, 14. §. 5. *L.* 7. 8. *D. h. t.* (48, 7). *L.* 5. *C. h. t.* (9, 12). *L.* 3. *C. de pign.* (8, 14). *L.* 11. *C. de pign. act.* (4, 24). *Nov.* 60. *c.* 1 *pr.*

debitoris sui pignora, cum non 'haberet[1] obligata, ceperit, in legem Iuliam de ui priuata committit. Fiduciam uero et pignora apud se deposita persequi et sine auctoritate iudicis uindicare non prohibetur.

TIT. XXVII. AD LEGEM IVLIAM PECVLATVS.

1. [2]Si quis fiscalem pecuniam attrectauerit, subripuerit, mutauerit,[3] seu in suos usus conuerterit, in quadruplum eius pecuniae, quam sustulit, condemnatur.

[462]
TIT. XXVIII. AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.

1. [4]Iudices pedanei si pecunia corrupti dicantur, plerumque a praeside aut curia submouentur, aut in exsilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.

TIT. XXIX. AD LEGEM IVLIAM MAIESTATIS.

1. [5]Lege Iulia maiestatis tenetur is, cuius ope, consilio aduersus imperatorem uel rem publicam arma mota sunt, exercitusue eius in insidias deductus est; quiue iniussu imperatoris bellum gesserit, dilectumue habuerit, exercitum(*ue*) comparauerit, sollicitauerit(*ue*), 'quo desereret[6] imperatorem. His antea in perpetuum aqua et igni[7] interdicebatur; nunc uero[8] humiliores bestiis obiiciuntur uel uiui exuruntur, honestiores capite puniuntur. [9]Quod crimen non solum facto, sed

---

1) *Sic septem Cdd.* habuerit *ceteri, edd.*

Tit. XXVII. 2) *Cf. L.* 3. 13. *D. ad leg. Iul. pec.* (48, 13). 3) *Ex. gr. aes pro auro in arca ponendo. Malim tamen* mutuauerit *vel* mutuatus fuerit. *Cf. Cic. Verr.* 3, 72. *L.* 2. *C. de his q. ex publ.* (10, 6).

Tit. XXVIII. 4) *Cf. L.* 3. *L.* 7 *pr.* §. 3. *D. ad leg. Iul. repet.* (48, 11). *Suet. Caes.* 43. *Otho* 2. *Tacit. H.* 1, 78. *Plin. ep.* 2, 11. 12. 4, 9.

Tit. XXIX. 5) *Cf. L.* 1—4 *pr. D. ad leg. Iul. mai.* (48, 4). 6) deserueritque (*vel* destrueritque) *undecim Cdd.* deseruerit (*vel* eruerit) *ceteri, edd. Sed desertio militare tantum est crimen. Ad nostram lectionem cf. L.* 1 *fin. D. h. t. L.* 5. *C. eod.* (9, 8). 7) *Cf. Cic. Phil.* 1, 9. *Tacit. A.* 3, 38. 50. 68. 4, 42. 8) *Cf.* §. 3. *I. de publ. iud.* (4, 18). 9) *Cf. Tacit. A.* 1, 72. *L.* 7. §. 4. *D. h. t.*

et uerbis impiis ac maledictis maxime exacerbatur. **2.** [1]In reum maiestatis inquiri prius conuenit, quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit: tanti enim criminis reus non obtentu adulationis alicuius, sed ipsius admissi causa puniendus est. Et ideo, cum de eo quaeritur,[2] nulla dignitas a tormentis excipitur.

TIT. XXX^A. AD LEGEM IVLIAM AMBITVS.

1. Petiturus magistratum uel prouinciae[3] sacerdotium si turbam suffragiorum causa conduxerit, seruos aduocauerit, aliamue quam multitudinem conduxerit, conuictus ut uis publicae reus in insulam deportatur.[4]

[*TIT. XXX^B. AD LEGEM FABIAM.* [463]
1. 2. *Collat.* 14, 2.][5]

TIT. XXXI. DE POENIS MILITVM.

1. [6]Si pecunia accepta miles custodiam dimiserit, capite puniendus est. et certe quaeritur, cuius criminis reus dimissus esse uideatur. **2.** Qui custodiam militi prosequenti magna manu excusserint, capite puniuntur.

[*L.* 16 *pr.* §. 1. *D. de re militari* (49, 16).
L. 38. §§. 1. 11. 12. *D. de poenis* (48, 19).]

TIT. XXXII. QVANDO APPELLANDVM SIT.

1. Quoties iusiurandum[7] postulatur, eo tempore appellandum est, quo defertur, non quo iuratur.

---

1) *Cf. L.* 7. §. 3. *D. h. t.* 2) *Cf. L.* 10. §. 1. *D. de quaest.* (48, 18). *Ammian.* 19, 12. *L.* 3. 4. *C. h. t.* (9, 8).

Tit. XXX^A. 3) *Cf. Gothofr. Parat. ad Th. C.* 16, 10. *et Act. societ. Saxon. scient.* 1850. *p.* 200. 4) *Cf.* 5, 26. §. 1.

Tit. XXX^B. 5) *Ex hoc etiam sumpta videtur haec sent. L. Rom. Burg.* 20. '*Si quis ingenuum natum (ob)ligauerit uel uendiderit, honestiores personae damnantur exilio, uiliores metallis deputantur secundum speciem Paulli sententiarum lib. V.*' *Cf. ibi Barkow praef. p. XLV.*

Tit. XXXI. 6) *Cf. L.* 12. *L.* 14. §. 1. *D. de custod. reor.* (48, 3).

Tit. XXXII. 7) *Puta id, de quo L.* 34. §. 6. *D. de iureiur.* (12, 2). *L.* 9. *C. de reb. cred.* (4, 1) *sermo est. Cf. L.* 12. *C. eod.*

TIT. XXXIII. DE CAVTIONIBVS ET POENIS APPELLATIONVM.

1. [1] Ne liberum quis et solutum haberet arbitrium retractandae et reuocandae sententiae, et 'poena[2] et tempora appellatoribus praestituta sunt. Quodnisi iuste appellauerint, tempora[3] ad cauendum in poena appellationis quinque dierum praestituta sunt. Igitur morans eo in loco, ubi appellauit, cauere debet, ut ex die acceptarum[4] litterarum continui quinque dies computentur. si uero longius, salua '(*dierum*)[5] dinumeratione 'itineris[6] quinque dies cum eo ipso, quo litteras acceperit, computantur. **2.** Ne quis in captionem uerborum in cauendo[7] incidat, expeditissimum est, poenam ipsam
[464] uel quid aliud pro ea deponere: necesse enim non habet sponsorem quis 'uel (*fidepromissorem*) fideiussoremue[8] dare, aut praesens[9] esse; sed si contra eum fuerit pronuntiatum, perdit, quod deposuit. **3.** Quoties in poena appellationis cauetur, tam unus quam plures fideiussores, si idonei 'sint,[10] dari possunt: sufficit enim etiam per unum idoneum 'indemnitati[11] poenae consuli. **4.** Si plures 'appellent,[12] una cautio sufficit, et si unus 'caueat,[13] omnibus uincit. **5.** [14] Cum a pluribus sententiis prouocatur, singulae cautiones exigendae sunt et de singulis poenis spondendum est. **6.** Modus poenae, in qua quis cauere debet, specialiter in cautione expri-

Tit. XXXIII. 1) *Cf. Tacit. A.* 14, 28. *L.* 6. §§. 4. 6. *C. de adpell.* (7, 62). 2) *Multi Cdd.* poenae *alii, edd.* 3) *Malim*: poena, nisi iuste appellauerint, et temp. app. praest. sunt. Tempora. 4) *Cf.* 5, 34. 5) *Supplevi; excidit ob* dinum-. *ut puto etiam Fr. Vat.* 163. *Cf. L.* 38. §. 1. *D. ex quib. caus. mai* (4, 6) *L.* 1. *D. si quis caut.* (2, 11) *L.* 3 *pr. D. de verb. sign.* (50, 16). 6) *Ex Cuiac. cj.* integri (*vel* interim) *Cdd. edd. Cf. Fr. Vat.* 162. 7) *Nam formula eius cautionis, cum ex iure extraordinario veniat, nulla proposita est.* 8) uel fideiussoremue *multi Cdd.* fideiussoremue (uel fideiussorem *pauci*) *alii, edd.* 9) *Quod promissio exigit. Possessor, qui pecuniam non deponit, quanquam non satisdat, cavere tamen necesse habet. L.* 15. *D. qui satisd.* (2, 8) *Sed inops appellare non poterit. L.* 8. §. 8. *D. mand.* (17, 1). 10) *Multi Cdd.* sunt *alii, edd.* 11) *Malim* securitati (*ex* demnitati *cum* in *ex praecedenti* m *factum videatur*). 12) *Cdd.* 5. 17^b. appellant *ceteri, edd.* 13) qui caueat, uincit *Cd.* 19. *De re cf. L.* 10. §. 4. *D. de appell.* (49, 1). 14) *Cf. L.* 17 *pr. D. eod. L.* 17 *pr. D. de iurisd.* (2, 1).

mendus est, ut 'sit,[1] in 'quo[2] stipulatio committatur: aliter enim recte cauisse non uidetur. **7.** Assertor si prouocet, in 'eiusmodi[3] tertiam cauere debet, quanti causa 'aestimata[4] est. [5]**8.** In omnibus pecuniariis causis magis est, ut in tertiam partem eius pecuniae caueatur.

TIT. XXXIV. DE DIMISSORIIS LITTERIS.

1. [6]Ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, litterae dimissoriae diriguntur, quae uulgo apostoli appellantur; quorum postulatio et acceptio intra quintum diem ex officio[7] facienda est. **2.** Qui intra tempora praestituta dimissorias non postulauerit uel acceperit [465] uel reddiderit, praescriptione ab agendo submouetur 'et[8] poenam appellationis inferre cogitur.

TIT. XXXV. DE REDDENDIS CAVSIS APPELLATIONVM.

1. [9]Meritum appellationis causae capitalis et 'personae[10] 'ratione[11] status non nisi per nosmet ipsos prosequi possumus: nemo enim absens aut duci in seruitutem potest aut damnari.[12] **2.** [13]Moratorias appellationes et eas, quae ab exsecutoribus et confessis fiunt, recipi non placuit. **3.** [14]Eum, qui appellat, cum conuicio ipsius iudicis appellare non oportet; ideoque, quod ita factum est, arbitrio principis[15] uindicatur.

---

1) sciat *Cdd.* 5. 9., *unde Schult. cj.* sciatur *collata* §. *ult. I. de verb. obl.* (3, 15); *verum Paullus non certam pecuniae summam, sed modum poenae significat, veluti tertiam partem eius pecuniae, qua de agitur.* 2) *Ex Rittersh. cj.* qua *Cdd. edd.* 3) huius modi *duo Cdd. fortasse rectius, ut postea legamus* 'QVANTI CAVSA AESTIMATA EST', *eaque verba pars sint ipsius cautionis.* 4) aestimanda *Cd.* 25., *quod praeferendum videtur, nisi mavis* erit *pro* est. 5) *Ex Cd. Ves. et* 13. *Cf. Gai.* 4, 171. *Cic. pro Rosc.* 4.

Tit. XXXIV. 6) *Cf. L. un. D. de lib. dimiss.* (49, 6). 7) *Cf. L. un.* §. 2. *D. eod. L.* 5. *C. de appell.* (7, 62). 8) *Sic Cdd.* (*quattuor tamen om.*) nec *antea ex Roeveri cj. edideram; sed nec eius iusta appellatio videtur, qui inchoatam non ex ordine prosequitur.*

Tit. XXXV. 9) *Cf. L.* 1. *D. an per alium caus. app.* (49, 9). 10) ipsam (*vel* ipsae *vel* ipsa) *Cdd. edd., natum ut puto ex* p̄sae. 11) *Sic multi Cdd.* rationem (*vel* ratio *vel* rationis) *plerique Cdd. edd.* 12) *i. e. capitis damnari, ut saepe alias.* 13) *Cf. L.* 7. *D. de appellat. recip.* (49, 5). *L.* 1. 3. *Th. C. quor. appell. n. rec.* (11, 36). 14) *Cf. supra* 5, 4. §. 18. *L.* 8. *D. de appellat.* (49, 1). 15) *Ad quem adpellavit.*

TIT. XXXVI. POST PROVOCATIONEM QVID OBSERVANDVM SIT.

1. [1]Quoties possessor appellat, fructus medii temporis deponi conuenit. quodsi petitor prouocet, fructus in causa depositi esse non possunt,[2] nec recte eorum nomine satisdatio postulatur. 2. Si propter praedia urbana uel mancipia appelletur, pensiones eorum uel mercedes, uecturae etiam, si de naui agatur, deponi solent.

TIT. XXXVII. DE MERITIS APPELLATIONVM.

1. [3]Omnimodo ponendum est, ut, 'cuius[4] iniusta appellatio pronuntiatur, sumptus, quos dum sequeretur aduersarius impendit, reddere cogatur, non simplos, sed quadruplos.

Tit. XXXVI. 1) *Cf. L.* 5. *C. quor. appell. n. rec.* (7, 65). *Symmach. ep.* 10, 46 (53). 2) *Exceptionem vid. in L.* 21. §. 3. *D. de appell.* (49, 1).

Tit. XXXVII. 3) *Cf. L.* 3. 4. *C. de fruct. et lit. exp.* (7, 51). 4) quoties *Cdd. edd., qua ratione subiectum desideratur, unde pendeat* cogatur. *Cf. Interpr.*

[1](*IVLIVS*) PAVLLVS

'INSTITVTORVM[2] LIBRI 'SECVNDI[3] TITVLO DE DOTIBVS

ita disseruit.

[4]Si diuortium est matrimonii et hoc sine culpa mulieris [466]
factum est, dos integra repetetur. Quodsi culpa mulieris factum est diuortium, in singulos liberos sexta pars dotis a marito retinetur usque ad mediam duntaxat partem dotis.

---

[1]) *Haec leguntur in Boethii Comment. in Cic. Top. II. ad c.* 4, 19. *Cum notitia litteraria et variantibus lectionibus novissime edidit Boecking. in ed. Ulp. Fragm.* 1855. *p.* 173., *quem sequimur.* [2]) *Etiam in Ind. Flor. est 'Instituton', sed Iustinianus ubique praestat etiam in hoc libro* (*L.* 41. *D. de acq. v. amitt. poss.* [41, 2]. *L.* 4. *D. de serv. pr. urb.* [8, 2]. *L.* 3. *D. de obl. et act.* [44, 7]) *'Institutiones', qui verus titulus est. Cf. praef. ad Gai. p.* 158. [3]) *Alia exemplaria habent XI. vel V. Sed tres tantum libros Paulli Institutionibus tribuit Index Flor., ex duobus tantum Iustinianus excerpta dedit, tertium etiam Fragm. Sinait. pag. XV allegant.* [4]) *Cf. Ulp.* 6, 10. 11. *Fr. Vat.* 105—107.

Paullus is, quem Charis. p. 193. 214 *Putsch. laudat, pro ICto immerito habetur.*

DOMITIVS VLPIANVS.

DE VLPIANI FRAGMENTIS, QVAE VVLGO DICVNTVR, PRAEMONITIO.

[467] 'Ulpiani fragmenta' quae vulgo dicuntur, uno codice Vaticano,[1] seculo ferme decimo in Gallia satis mendose scripto, servata nobis esse, post multas varietates hodie auctoribus Hugone et Savinio fere ab omnibus recte probatur.[2] Hoc in codice binis columnis scripto, quae versus plerumque triginta quinque eosque fere viginti sex vel paulo plurium litterarum continent, occupant fol. 190ᵇ. col. β. a v. 9. usque ad fol. 202ᵇ β. col. v. 7. Inscriptum ibi est libello: INCIP. TITVLI EX CORPORE VLPIANI, quo corporis nomine iam Ulpiani aetate usitato (L. 52. §. 2. D. de leg. 3) et postea maxime in iurisconsultorum libris pervulgari Theodosiano aevo amplius quoddam volumen, lectionibus in iudiciis recitandis inserviens, quo omnes vel complures eiusdem ICti vel imperatoris libri tanquam unius membra corporis continerentur, appellari solitum esse, ex L. 3. Th. C. de resp. prud. (1, 4) et Nov. Valent. III. Lib. II. tit. 35 pr. patet. Sed iam diu constat, haec fragmenta unius tantum libri esse; pertinent enim, ut ex collatis eorum tit. 5. §§. 6. 7. et tit. 26. §. 1. cum Collat. tit. 6. cap. 2. et tit. 16. cap. 4., item tit. 20. §. 6. cum L. 17. D. de testib. (22, 5) compertum est, ad Ulpiani librum singularem Regularum. Ulpianus eum librum scripserat imperante Caracalla (tit. 17. §. 2.), h. e. eodem circiter tempore, quo etiam Institutionum libros composuit (Collat. 16, 9. §. 3), inservitarus, ut videtur, priore libro, quo
[468] gravissima iuris praecepta, tanquam fructum peracti studii breviter ac perspicue comprehenderat, eorum usibus, qui

---

[1]) De quo vid. Haenel. Leg. Rom. Visig. Praef. p. XLV. Sequitur quidem in eo Ulpianus Legem Romanam Visigothorum, neque vero pars eius fuit, ut olim quidam opinati sunt. de qua re vid. Haenel. l. c. p. XIV. [2]) Contrariam sententiam, Io. Tilium ex alio cod. admodum simili nunc deperdito haec fragmenta primum edidisse, unus tuetur G. E. Heimbachius Repert. Lips. 1843. p. 93. seq., quae sententia etsi vera esset, non multum id ad rem faceret.

schola relicta forum adituri erant, dum posterioris planiore et uberiore explicatione iuri in scholis vel privatim operam daturis consultum ibat. Sed in disponendo Regularum libro et partim etiam in componendo Gaii Institutiones secutus deprehenditur ita, ut praemisso itidem de iuris fontibus loco et summam illam divisionem in ius, quod ad personas vel ad res vel ad actiones pertinet, earumque partium distributiones in universum retineret, et singula capita, quatenus Regularum diversa ratio patiebatur, similiter tractaret, auctis tamen quibusdam et interdum etiam novis materiis adiectis, velut de dotibus, de donationibus inter virum et uxorem, et in fine iuris, quod ad personas pertinet, de novo personarum iure ex lege Iulia et Papia Poppaea: qua re sane factum est, ut quaedam ad fori usum pernecessaria non desiderarentur, sed etiam ut perspicuus ille rerum distribuendarum et exponendarum ordo, quo Gaii Institutiones excellunt, admodum obscuraretur et deformaretur.

Quo tempore et qua ratione integer Ulpiani liber ad has lacinias redactus sit, non convenit inter viros doctos. Mommseni est sententia, non diu post Constantini tempora exstitisse hominem parum doctum et incredibiliter stupidum, qui Ulpiani librum, ut iuri, quo tum utebantur, magis conveniret, partim breviarit partim mutarit; itaque ea, quae ad nos pervenerint, non tam libri Ulpiani Regularum quam huius breviarii reliquias esse. Quae opinio mihi ideo admodum videtur veri dissimilis, quod nimis stupidum cogit ponere hominem; primum enim in usu fori, quem potissimum is spectasse putatur, quum ipsorum ICtorum libri desiderarentur, quemadmodum poterat non videre, nullam obscuri hominis breviarium auctoritatem esse habiturum? Deinde quod ius obsoletum quibusdam locis ex libro exsecasse dicitur, idem alibi reliquisse deprehenditur. Taceo, quod quaedam argumenta consulto omissi veteris iuris velut 27, 1. 20, 2. 10. 1, 21. tantum ex mendosis lectionibus colliguntur. Denique si quaedam eiusmodi omissa sunt, quod factum non nego, at sunt etiam multa, quae non obsoleverant, quae utraque, opinor, facilius ad casum natura sua ratione carentem, quam ad consilium hominis Epicureo casu non consultius referuntur. Itaque ratione ac consilio eum tantum usum putaverim, qui in ruina illa veteris iuris civilis, hoc est circa finem seculi quinti, primus ex 'Ulpiani corpore' hunc solum librum vel exscripserit vel quae tunc reliquae ex eo erant partes servaverit, ut inter cetera iurisprudentiae lumina, quae Valentinianus III. praedicaverat, et cetera aliquatenus servata iuris vel discendi vel docendi et respondendi praesidia Ulpiani quoque celeberrimum nomen et utilissimum opus retineretur.[1] [469]

[1]) Vaticanum Ulpiani codicem primitus e codice 'corporis Ulpiani'

Ceterum illorum probo sententiam, qui variis casibus iam non definiendis, haud vero certa ratione ea, quae in Ulpiani libro desiderantur, periisse putant, ita tamen ut casui etiam librariorum fraudes vel unius alteriusve, qui librum transcribendum daret, parsimoniam quaedam minus necessaria a librario non exigentem adnumerari velim: similes enim iniurias etiam Gaii epitomam et Paulli Sententias passas esse constat. Hoc si tenemus, in critica exercenda non incerti et inter Ulpiani et breviatoris manum quasi suspensi titubabimus, sed ubique Ulpiano quid dignum, quid indignum sit, quaeremus.

Initio harum reliquiarum pauca et in fine multa eaque certe casu periisse, omnes consentiunt. De initio, ubi in C. Vat. hanc velut inscriptionem INCIP. TITVLI EX CORPORE VLPIANI 'Mores sunt tacitus consensus populi longa consuetudine inueteratus' excipit index titulorum, deinde versus, si illa 'mores . . . inueteratus' connumeras, bis septeni deni inverso ordine scripti sunt, bellissima est et satis certa Mommseni coniectura, hos in codice iam mutilo, unde Vaticanus manavit, primi folii binas paginas complesse, idque librarium cum solutum invenisset, infelici casu invertisse et sic transcripsisse. Sed duo addere licet: primum, illud folium in vetustiore codice corporis Ulpiani postremum quaternionis fuisse videri, in quo solito more pariter atque in primo adscriptum supra in exteriore margine esset CORP. VLP. ita ut hanc inscriptionem statim sequeretur initialis huius paginae scriptura 'mores sunt' etc.; hoc enim sine dubio movit librarium, tam ut hanc paginam quasi inscriptionem continentem pro anteriore haberet, quam ut verba illa 'mores . . . inueteratus', in cod., cum introductionem finirent, a sequentibus spatio distincta, deficiente ceteroqui titulo opusculi, pro lemmate quodam acciperet, quod post titulorum index apte scriberetur. Alterum est, illud ipsum folium ab
[470] inferiore parte abscissum fuisse; nam nec septemdecim versus Vat. codicis integrae paginae sufficiunt, ut iam Lachmannus recte iudicavit, et sic explicatur, quare utros-

manasse, quem grandem et inprimis versibus sat longis scriptum fuisse credere par est, eius rei adhuc aliud quoque vestigium superest in quodam vitiorum genere, in Vaticano cod., quod editores fugit, admodum frequenti, sed et eo multo antiquiore. Illud dico, quod saepe vocabula singula vel complura exciderunt, quae alieno loco nunc interdum multis (sed et brevibus) versibus distante inserta sunt, velut 2, 8. 3, 4. 5. 5, 2. 6, 6. 8, 7^{a}. 11, 3. 16, 1. 19, 6. 20, 3. 22, 16. 24^{a}. 24, 16. 25. 25, 4. 5. 10. 11. 14. 26, 7. 28, 13. 29, 1. Hoc enim, cum quae exciderant, initio e regione ad marginem suppleta esse putanda sint, vix fieri potuit, nisi antiquum illum codicem, in quo ita inserebantur, praelongos versus habuisse ponas.

que hos septenos denos versus (post §. 3. et 9.) modica lacuna sequitur. — In fine ea omnia perierunt, quae Gaius inde a 3, 55. usque ad finem Institutionum tractat. Titulorum rubricas, quas Vaticanus interserit, saltim non omnes nec ita, ut et quo loco nunc leguntur, ab ipso Ulpiano esse profectas, omnes concedunt; sed tamen in edendo eas retinere consentaneum erat. Contra indicem horum titulorum, quem ipsum et codicis scriptorem ex illis titulis confecisse et alieno loco paulo post initium posuisse a Mommseno probatum est, licet superiores editores omnes eum ante initium repetierint, non magis retinendum duxi, quam similiter pro istius aevi more confectos indices, qui Collationis codicibus praefixi leguntur.

De editionibus hoc praemonere sufficiet, post Io. Tilium, qui primus Parisiis a. 1549. haec fragmenta vulgavit, maxime Hugonem quinquies (a. 1788. 1811. 1814. 1822. 1834.) et Boeckingium quater (1831. 1836. 1845. 1855.) edendo, ut alios maxime F. A. Schillingium et Lachmannum, commentando, de emendandis iis meruisse, quorum laudem deinde philologus editor secutus est Io. Vahlenus (1856). Ipsius codicis Vat. accuratum apographum et paene simulacrum Hugo editionibus suis inde a tertia, multo exactius Boeckingius suae quartae addidit, cui etiam Mommseni accessit de Ulpiani Regulis disputatio. Qui praeterea Ulpiano profuerint, ex illarum editionum praefationibus cognosces.

De novissima Vahleni editione cum nuper in Fleckeiseni N. Jahrb. f. Phil. u. Päd. vol. LXXV. p. 365—377. referrem, simul in universum qua via ac ratione incedendum videatur, si quis emendatius hoc opusculum praestare velit, exposui, exemplisque crisis ad has leges revocatae compluribus sententiam meam firmavi. Quibus in legibus cum et haec fuerit, permulta vitia quia ex siglis vel notis male explicatis originem ducerent, ita ut haec origo flagitaret, sananda esse, quod etiam saepenumero a me factum est, iam, cum compererim, Boeckingium in sua editione non semel pronunciasse, eum codicem, ex quo Vaticanus fluxerit, non sibi videri notis refertum fuisse, faciendum mihi esse videtur, ut qua de causa contrariam opinionem secutus sim, paucis h. l. dicam. Primum igitur eam confirmant omnes librorum iuris civilis codices, qui ex remotiore antiquitate supersunt, velut Gaius Veronensis, Fragmenta Vaticana, Ulpiani Vindobonensia, Fragmentum de iure fisci. Deinde notas iuris nec senatus in gestis a. 438. ab Theodosiani Codicis exemplaribus abesse voluisset, nec Iustinianus earum in suis iuris libris usum severa poena sancita interdixisset, [471]
nisi is usus admodum invaluisset; nec denique postea quoque P. Diaconus, Magno, Papias notarum collectiones et explicationes composuissent, nisi tunc quoque libri antiquiores superfuissent, hoc auxilio in transcribendo egentes.

Sed et Isidorus (Orig. 1, 22. §. 2) eius generis notas plurimas in antiquis libris inveniri propalam testatur. Denique ipsa commoditas scribendi et librariorum consuetudo cogunt paene ut credamus, vix ullo in libro iuris haec compendia non adhibita fuisse. Et haec quidem interim sufficient, quum Boeckingius suae sententiae argumenta adhuc nulla attulerit. Ceterum coniecturis in Fleckeiseni annalibus exempli causa propositis nunc ita usus sum, ut in notis brevitatis causa *Fll.* apponerem, si quis rationes earum in commentatione illa expositas requirere velit. Praeterea et C. Roederi emendandi Ulpiani conamina (1856) inspexi et quod ab eo mutuatus sum, nota *Roed.* significavi. De editione, ad quam mutata referrem, cum optio esset inter Boeckingianam et Vahlenianam, illam elegi, quam magis frequentari credebam, insignivique *Bg. ed.*

---

1. (*Perfecta lex est, quae uetat aliquid fieri, et si factum sit, rescindit, qualis est lex ..... Imperfecta lex est, quae uetat aliquid fieri, et si factum sit, nec rescindit, nec poenam iniungit ei, qui contra legem fecit, qualis est* [472]
191 a α *lex Cincia, quae plus quam duo milia assium donari*)[1]
v. 23—fin. prohibet, 'exceptis (*personis*)[2] quibusdam (*uelut*)[2] cognatis, et si plus donatum sit, non rescind*i*t. 2. Minus quam perfecta lex est, quae uetat aliquid fieri, et si factum sit, non rescind*i*t, sed poenam iniungit ei, qui contra legem fecit; qualis est lex Furia testamentaria, quae plus quam mile 'as*ses* legati nomine[3] mortisue causa prohibet capere praeter exceptas personas, et aduersus eum, qui plus ceperit, quadrupli poena*m* constituit.

---

[1]) *Sic fere praeeuntibus Cuiacio et Schillingio mancam sententiam restituendam censui. De re cf. L.* 5 *pr. C. de legib.* (1, 14). *Macrob. Somn. Scip.* 2, 17. *De lege Cincia Fragm. Vat.* 266 *seqq. Summam eius legis hac* 3. *ed. addidi, coniectam ex Schol. Iuven., qui ad* 7, 242 *seq. auctor est, nec histrionibus in theatro victoribus amplius quinque aureos, qui valent quingentos sestertios sive duo milia assium, dare licuisse. Ceterum Ulpianus cum ius civile etiam in hoc libro* (*cf. L.* 6. §. 1. *D. de iustit.* 1, 1) *in scriptum et non scriptum divisisset, primum videtur scripti iuris partes a legibus exordiens enumerasse* (= §§. 3—8. *I. de iure nat.* 1, 2), *deinde de natura legum egisse, ad quem locum haec pertinent, quae nobis servata sunt. Potest tamen etiam, ut hic locus statim legis plebisque sciti definitionem secutus sit; quod si statuis, in lacuna post* §. 3. *Ulpianus SCti, constitutionis principum, edictorum magistratuum et responsorum prudentium brevissimas definitiones ex Gai.* 1, 4—7. *retulisse et ita iure scripto absoluto ad ius non scriptum, quod ex moribus veniat, transitum fecisse dicendus erit.*
[2]) *Necessario supplevi, cum non tantum quidam cognati excepti fuerint. Cf. Fr. Vat.* 290—309. *Exaratum olim fuerit:* exceptis p̄sis quibusd. ūū. [3]) ascium legatū *Vat.* (*factum illud puta ex* as.; *nam et alias ex* lege as = lege aelia sentia *librarius fecit* lege ascia;

[473] **3.** [1]*L*ex aut rogatur, id est fertur; | aut abrogatur, id est prior lex tollitur; aut derogatur, id est pars prima*e* '(*legis*)[2] tollitur; aut subrogatur, id est adicitur aliquid primae legi; aut obrogat*ur*, id est mutatur aliquid ex prima lege. * * *[3] 191 a β v. 1—

4. [4]Mor*e*s sunt tacitus consensus populi, longa consuetudine inueteratus. 190 b β v. 1. 2.

TIT. I. DE LIBERTIS. 191 a α v. 9-23.

5. [5]Libertorum genera sunt tria, ciues Romani, Latini Iuniani, dediticiorum numero.

6. [6]Ciues Romani sunt liberti, qui legitime (*manumissi sunt, id est aut uindicta aut* '*legitimo*)[7] censu aut testamento, nullo iure inpediente.

7. Vindicta manumittuntur apud 'magistratum *populi Romani*, uelut consulem praet*o*r*e*mue *uel* proconsulem.[8]

8. [9]Censu manumittebantur olim, qui lustrali censu Romae iussu dominorum inter ciues Romanos censum profitebantur.

9. Ut testamento manumissi liberi sint, lex duodecim tabularum facit, quae confirmat [10](*testamento datas libertates his uerbis: 'uti legassit suae rei, ita ius esto'.*

10. *Latini sunt liberti, qui non legitime, uelut inter*

---

hoc ex legatum, *quomodo lectum erat* legatinō *sequente* m). assium legatum *edd. non modo concinne, sed ne recte quidem, cum etiam ex decem milium legato mile capere liceret. Cf. Gai.* 2, 225. 4, 23.

1) *Cf. L.* 102. *D. de verb. sign.* (50, 16). *Lactant. Inst.* 6, 8. *Fest. v. Rogat, Abrogare, Derogare, Obrogare, Exrogare p.* 282. 12. 69. 187. 82.

2) *Auctore Cuiac. addidi.* prima (*omisso* e l. *quod fortasse legebatur* et) *Vat.* primae *edd.*

3) *Lacuna in Vat. non indicata eiusdem mensurae cum ea, quae sequitur* §. 9. *Cf. praefat. In ea aut locum de legis natura continuaverat et perfecerat Ulp., aut ea, quae dixi ad* §. 1. *not.* 1., *tractaverat.*

4) *Cf.* §. 9. *I. de iur. nat.* (1, 2). *Post h.* §. *personarum summae divisiones excidisse videntur.*

5) *Cf. Gai.* 1, 12.

6) *Cf. Gai.* 1, 17. 44.

7) *Addidi FlI. p.* 374. *Cf. Fr. Dosith.* 17.

8) *Ex Lachm. cj. Bg. ed. Cf. L.* 4. *D. de vind.* (7, 1). magistratū p̄turimue. uelut consulē. pro consulem. *Vat. Alii alia finxerunt.*

9) *Cf. Fr. Dosith.* 17. *Gai.* 1, 140.

10) *De sequenti lacuna, in Vat. non indicata, quam ad sententiam restituimus, vid. praefat. et not.* 3. *Ad restituta cf. infra* 11, 14. *L.* 120. *D. de verb. sign.* (50, 16); *deinde ad* §. 10. *Gai.* 3, 56. 1, 22. *Fr. Dosith.* 4—6.

amicos, nullo iure impediente manumissi sunt, quos olim praetor tantum tuebatur in forma libertatis; nam ipso iure
191 a β *serui manebant.*) hodie autem ipso iure liberi sunt ex lege
v. 6. Iunia, '(*a*)[1] qua lege Latini '*I*uni*ani* nominati *sunt*[2] inter |474|
amicos manumissi.

11. [3]Dediticiorum numero sunt, qui poenae causa uincti sunt a domino, quibusue stig*mata* (*in*)scripta fuerunt, qui(*ue*) propter noxam torti nocentesque inuenti sunt, quiue traditi sunt, ut ferro aut cum bestiis depugnarent, 'uel (*ob eam rem in ludum uel*)[4] custodiam coniecti fuerunt, deinde quoquo modo manumissi sunt. idque lex A*elia* S*ent*ia facit.

12. [5]Eadem lege cautum est, ut minor triginta annorum seruus uindicta manumissus ciu*i*s Romanus non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit. '(*pro*)inde[6] sine consilio manumissum 'e(*ius*) ae*ta*tis[7] seruum manere putat; testamento uero manumissum perinde haberi iubet, atque si domini uoluntate in libertate esset, ideoque Latinus fit. **13.** [8]Eadem lex eum dominum, qui minor uiginti annorum est, prohibet seruum[9] manumittere, praeterquam si causam apu*d* consilium probauerit. **13ª.** [10]In consilio autem adhibentur 'Roma*e qui-*
191 b α *dem*[11] quinque senatores et quinque | equites Romani; in prouinci*i*s '(*uero*)[12] uiginti rec*i*peratore*s*, ciues Romani.

14. [13]Ab eo domino, qui soluend*o* non est, seruus testamento liber esse iussus et heres institutus, etsi minor sit triginta annis, uel in ea causa sit, ut dediticius fieri debeat, ciu*i*s Romanus et heres *f*it; si tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. quod si duo pluresue liberi heredesque esse iussi sint, primo loco scriptus liber et heres fit: quod et

---

1) *Geminando restitui.* 2) sunt nominati∗ (*deleta puta* s̄ = sunt) *Vat.* sunt nominati*m ed. Bg.* 3) *Cf. Gai.* 1, 13. 4) [*inue ludum*] uel *Bg. ed. Cf. Gai. l. c. Idcirco Ulpianus postea* fuerunt, *non* sunt *dixit, quia et hoc factum oportebat, ut aliquando post ferro vel cum bestiis depugnarent.* 5) *Cf. Gai.* 1, 18. 6) ideo *Vat.* (*factum puta ex* pīde). id *est Bg. ed.* 7) *FlI. p.* 368. caesaris *Vat. scilicet ex* e' aetatis *factum.* lex Aelia Sentia *Bg. ed. ex M. Hertz. cj.* 8) *Cf. Gai.* 1, 38. 9) *Fortasse excidit* qqm = quoquo modo. *Cf. Gai.* 1, 41. *Fr. Dosith.* 13. *et supra* §. 11. 10) *Cf. Gai.* 1, 20. 11) romani (*pro* romae qd.) *Vat.* Romae *edd.* 12) *Ex sequenti* u *geminando restitui. Cf. Gai.* 1, 20. 13) *Cf. Gai.* 1, 21.

ipsum lex A*eli*a S*ent*ia facit. **15.** [1]Eadem lex in fraude*m* 'credito*rum uel*[2] patroni manumittere prohibet.

[475] **16.** [3]Qui tantum in bonis, non etiam ex iu*re* Quiritium seruum habet, manumittendo Latinum facit. In bonis tantum alicuius seruus est uelut hoc modo, si ciu*i*s Romanus 'a ciue Romano[4] seruum emerit, isqu*e* traditus ei sit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure cessus, neque ab ipso anno possessus sit. nam quamdiu horum quid '(*non*) fit,[5] is seruus in bonis quidem 'emptoris, e*x*[6] iu*re* Quiritium autem uenditoris est.

17. [7]Mulier, quae in tutela est, item pupillus et pupilla '(*nisi tutore auctore*)[8] manumittere non possunt.

18. [9]Communem seruum unus ex dominis manumittendo partem suam amittit, eaque adcrescit socio; maxime si eo modo manumiserit, quo, si proprium | haberet, ciuem Roma- 191b β num facturus esset. nam si inter amicos eum manumiserit, plerisque placet, eum nihil egisse. **19.** [10]Seruus, in quo alterius est ususfructus, alterius proprietas, a proprietatis domino manumissus liber non fit, sed seruus sine domino est.[11]

20. [12]Post mortem heredis aut ante institutionem heredis testamento libertas dari non potest, excepto testamento militis. **21.** Inter medias heredum institution*e*s libertas data utrisque adeuntibus non ualet;[13] solo autem priore adeunte iure antiquo[14] ualet. sed post legem Papiam Pop*pa*eam, quae partem non adeunt*i*s caducam facit, si quidem primus heres 'uel ius

---

1) *Cf. Gai.* 1, 37. 47. 2) creditoris et *Vat.* (*factum ex* creditor. uel) *edd. Cf. Gai. l. c.* 3) *Cf. Gai.* 1, 21^b. 35. *Fr. Dosith.* 9. — *Gai.* 2, 41. 204. 4) *Recte; nam si a peregrino, ex iure Qu. servus fit emptoris, quia tum iure rei nec mancipi censendus est. Cf. Fr. Vat.* 47. 5) fiat *Vat. edd. Superscriptum* n̄ *vocabulo* fit *errorem peperit; nam 'quamdiu' Ulpianus indicativo copulat; cf.* 2, 2. 10, 4. 26, 3. 6) emptoris ē.et (*male geminata* e) *Vat.* emptoris est, ex *edd.* 7) *Cf. Fr. Dosith.* 15. *infra* 11, 27. 8) *Restitui FII. p.* 374. 9) *Cf. Fr. Dosith.* 10. *Paul.* 4, 12. §§. 1. 5. 10) *Cf. Fr. Dosith.* 11. 11) *Cave cum Mommseno putes, haec desiderari: 'donec manet ususfructus: quo finito Latinus efficitur'. Vid. L.* 1 *pr. C. comm. de man.* (7, 15) *et nos ad Fr. Dosith.* 11 *fin.* 12) *Cf. Gai.* 2, 230. 233. 13) *Quia pro parte tantum ante instituti et facti heredis* (*ab adita enim hereditate dies eius cedit*) *recte data est, nec pro parte competere potest.* 14) *i. e. accrescendi.*

(*liberorum uel ius*)[1] antiquum habeat, ualere eam posse[2] placuit; quod si non habeat, non ualere constat, quod loco [476] non adeunt*i*s legatarii patres heredes fiunt. sunt tamen, qui et hoc casu ualere 'eam[3] posse dicunt. **22.** [4]Qui testamento liber esse iussus est, mox, 'quam u*el*[5] unus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit. **23.** [6]Iusta[7] libertas testamento potest dari his seruis, qui '(*et*)[8] testamenti faciendi et mortis tempore e*x* iu*re* Quiritium testator*is* fuerunt.

24. [9]Lex Fufia Caninia iubet, testament*o* ex tribus seruis non plures quam duos manumitti; '*a quattuor*[10] usque ad decem dimidiam partem manumittere concedit; a dec*e*m usque ad triginta tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumit-
192 a α tere liceat, | aeque ut ex priori numero; a triginta usque ad centum quartam part*e*m, aeque ut decem ex superiori numer*o* liberari possint; a centum usque ad quingentos partem quintam, similiter ut ex ant*e*cedenti numer*o* uiginti quinque possint fieri liberi. et denique praec*i*pit, ne plures omnino quam centum ex cuiusquam testamento liberi fiant. **25.** [11]Eadem lex cauet, ut libertat*e*s seruis testamento nominatim dentur.

TIT. II. DE STATV LIBER*O* [VEL STATV LIBERIS].

1. [12]Qui sub conditione testamento liber esse iussus est, statu liber appellatur, [**2.**] '(*quia*)[13] 'quamdiu pend*e*t con-

---

[1]) [*uel ius liberorum*] uel ius *Bg. ed. De re cf.* 17, 3. *tit.* 18. 19, 17. 24, 12. *Gai.* 2, 206. 207. 286. [2]) *Nam si liberos habeat, ita demum valet, si partem caducam vindicet.* [3]) *FlI. p.* 369. eius (*factum ex geminata antecedente* e) eā *Vat.* eius *causam Bg. ed.* [4]) *Cf. L.* 23. §. 1. *L.* 25. *D. de manum. test.* (40, 4). [5]) *Ex Marezolli cj.; cf. de* mox quam *L.* 13 *fin. D. quib. mod. usufr.* (7, 4), *de* uel *L.* 23. §. 1. *cit. et Ulp. L.* 2 *pr. D. de statu lib.* (40, 7). quāuis (*male intellecto compendio* ū) *Vat.* quamuis *Bg. ed.* [6]) *Cf. Gai.* 2, 267. *et infra* 24, 7. [7]) *Ergo ut servus minor XXX annorum Latinus fiat ex lege Aelia Sentia* (1, 12), *sufficit, ut mortis tempore testatoris in bonis fuerit.* [8]) *Ex Bg. cj. addidi.* [9]) *Cf. Gai.* 1, 42—45. *Paul.* 4, 14. [10]) et *Vat. edd. Sed hoc factum ex a* IV *cum librarius* V *vel* u *tanquam perperam geminatam abiecisset.* [11]) *Cf. Gai.* 2, 239. 1, 45. *Paul.* 4, 14. §. 1. [12]) *Cf. Gai.* 2, 200. *Fest. v. Statu liber p.* 314. *L.* 1 *pr. D. de statu lib.* (40, 7). [13]) *Hanc vocem* (*non* Is) *addidi, quod ea cur facile excidere potuerit, ex sequenti facile intelligitur. Vat. hic habet supra lineam adscriptum* statu liber, *quod edd. novam* §. *incipientes receperunt.*

ditio, seruus heredis, '(*cum extitit*, stat*im* liber *est.*)[1] **3.** [2]Statu liber seu alienetur ab herede, 'seu *u*su *ca*piatur[3] ab aliquo, libertatis conditionem secum trahit. **4.** [4]Sub hac conditione liber esse iussus: SI DECEM MILIA HEREDI DEDERIT, etsi ab herede abalienatus sit, emptori dando pecuniam ad libertatem perueniet; idque lex duodecim tabularum iubet. **5.** [5]Si per herede*m* factum sit, quominus statu liber conditioni pareat, proinde fit liber, atque si condicio expleta fuisset. **6.** [6]'(*Set et*)[7] extraneo pecuniam dare iussus *e*t liber esse si paratus sit dare, et is, cui iussus est dare, aut 'nolit[8] accipere, aut antequam acceperit, moriatur, proinde fit liber ac si pecuniam dedisset.

7. [9]Libertas et directo potest dari hoc modo LIBER ESTO, LIBER SIT, LIBERVM ESSE IVBEO, et per fideicommissum, ut puta ROGO, FIDEI COMMIT|TO HEREDIS MEI, VT ST*I*C*H*VM 192 a β SERVVM 'MANVMITTAT. **8.** Is,[10] qui directo liber esse iussus est, 'testatoris *uel* orcinus[11] fit libert*us*; is autem, cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertus. **9.** Cuius fidei committi potest ad rem aliquam pr*a*estandam, eiusdem etiam libertas fidei committi

---

[1]) *Haec quae supplevi, excidisse quondam h. l., quod similia statim sequerentur, et ad marginem primum adscripta, deinde amissis prioribus duabus vocibus* (c'extitit) *ob similitudinem sequentis* statim, *alieno loco mutata male intrusa esse, haecce argumento sunt: quod h. l. verbum desideratur* (*suppleverunt edd.:* [*est*]), *quod* statu liber (*ex* statim liber ē *factum*) *antecedenti versui superscriptum est* (*vid. not.* 13), *quod Ulpianus statu liberum existente condicione liberum esse, non potest non initio dixisse, denique quod is idem subiectum nunquam ita, ut hic* statu liber, *solet repetere. De eo, quod dixit* statim liber est, *vid. eundem Ulp. L.* 3 *pr. D. h. t.* (40, 7). *Videtur etiam mirum illud librarii* VEL STATV LIBERIS *in inscriptione tituli ex* VEL STATIM LIBERIS *natum esse, quod ex nostro loco effictum erat.* [2]) *Cf. L.* 2 *pr. D. h. t.* [3]) *Ex Roed. cj.* siue suscipiatur *Vat.* siue usucapiatur *Bg. ed.* [4]) *Cf. L.* 6. §§. 3. 7. *L.* 29. §. 1. *D. h. t.* [5]) *Cf. L.* 3. §. 1. *D. h. t.* [6]) *Cf. L.* 3. §. 10. *L.* 20. §. 3. *D. h. t.* [7]) *Geminavi ex antecedenti v.* [8]) nollet *Vat. Bg. ed.* [9]) *Cf. infra* 25, 2. 18. *Gai.* 2, 263. [10]) mittatts * * * * *: is *Vat. Post* manu *scriptum fuisse* mittat (*t*)es(*tatoris*) *tator* is, *Roed. vidit. Vid. not. seq. De re cf. Gai.* 2, 266. 267. [11]) horcinus (*pro* ūorcinus *ut opinor*) *Vat. Bg. ed.; v.* testatoris *huc ex antecedenti versu revocavi.*

potest. **10.** [1]Per fideicommissum libertas dari potest tam proprio seruo testatoris, quam heredis aut legatarii, uel [477] cuiuslibet extranei seruo. **11.** [2]Alieno seruo per fideicom- [478] miss*um* data libertate si dominus eum iusto pretio non uendat, extinguitur libertas, quoniam nec pretii computatio pro libertate fieri potest. **12.** [3]Libertas sicut dari, ita et 'adimi (*tam*) stat*i*m[4] testamento quam codic*i*llis testamento confirmatis potest; ut tamen eodem modo adimatur, 'quo et[5] data est.

TIT. III. DE LATINIS.

1. [6]Latin*i* ius Quiritium consequuntur his modis: beneficio principali, liberis, iteratione, militia, naue, 'aedificio,[7] pist*r*ino;[8] pr*ae*terea e*x* senatus consulto '*mul*i*er*, quae sit ter en*i*xa.[9] **2.** [10]Beneficio principali Latinus ciuitatem Romanam accipit, si ab imperatore ius Quiritium impetrauerit. **3.** [11]Liberis ius Quiritium consequitur Latinus, qui minor triginta annorum manumissionis tempore fuit: nam lege Iunia
192 b α cautum est, ut si ciue*m* Romanam uel Latinam uxorem | duxerit, testatione interposita, quod liberorum quaerendorum causa uxorem dux*er*it, postea filio filiaue nat*o* nataue et an*ni*culo facto, possit apud praetorem uel praesidem prouin*c*iae causa*m* probare et fieri ciu*i*s Romanu*s*, tam ipse quam filius filiaue eius et uxor; scilicet si et ipsa Latina sit; nam si uxor ciu*i*s Romana sit, partus quoque ciuis Romanus est ex senatus consult*o*, quod auctore diu*o* *Had*rian*o* factum est. **4.** [12]Iteratione fit ciuis Romanus, qui post Latinitatem, quam acceperat maior triginta annorum[13] iterum iuste manumissus

---

1) *Cf. Gai.* 2, 264. 272. §. 2. *I. de sing. reb. per fid.* (2, 24). 2) *Cf. Gai.* 2, 265. 3) *Cf. infra* 24, 29. 4) adimitatē *Vat., ut* tā *geminandum sit;* statim *est, dum hoc ipsum testamentum, quo dedit, nuncupat; in* 24, 29. *et tit. I. de ademt. leg.* (2, 21) *idem dicitur v.* '*eodem*' (*testamento*), *quod fortasse etiam hic excidit, cf. Gai.* 1, 29 *init.* 5) quo modo *cj. Roed.* 6) *Cf. Gai.* 1, 28 *seq. Fortasse h. l. excidit:* '*Latini ciues Romani fiunt, cum aliquo modo ius Quiritium consequuntur.*' *Cf.* §. 2. 7) *Cf. Gai.* 1, 33. 8) *Cf. Gai.* 1, 34. 9) uulgo quae sit te renexa *Vat.* uulgo quaesitos tres enixa *Bg. ed. Cf. FII. p.* 373. *et de re L.* 137. *D. de verb. sign.* (50, 16). *Paul.* 4, 9. §§. 1. 2. 3. 7. 8. 10) *Cf. Gai.* 3, 72. 73. 1, 95. 11) *Cf. Gai.* 1, 29. 30. 80. 12) *Cf. Gai.* 1, 35. 13) *Quod in edd.* 1. 2. *cum ceteris comma hic posueram, nunc omisi. Quanquam enim Ulpianus proxime de iterato eo, qui iam maior XXX ann. Latinus factus*

[479] est ab eo, cuius ex iu*re* Quiritium seruus fuit. sed huic concessum est ex senatus consult*o*, etiam liberi*s* ius Quiritium consequi.[1] **5.** [2]Militia ius Quiritium ac*ci*pit Latinus, '(*si*) inter uigil*e*s Romae sex 'annis[3] militauerit, ex lege Vis*e*llia.[4] '*a*t postea[5] ex senatus consult*o* concessum est ei, ut, si triennio inter uigil*es* militauerit, ius Quiritium consequatur. **6.** [6]Nau*e* Latinus ciuitat*em* Romana*m* ac*ci*pit, si non minore*m* quam dec*e*m miliu*m* modiorum nauem fabricauerit, et Roma*m* sex annis frumentum portauerit, ex edicto diui Claudi*i*. * * *

TIT. IV.[7] DE HIS QVI SVI IVRIS SVNT.

1. [8]Sui iuris sunt familiarum suarum princip*es*, id est pater familiae, itemque mater familiae.

2. [9]Qui ma|tre quidem (*certa*), patre autem incerto nati 192bβ sunt, spuri*i* adpellantur.

TIT. V. DE HIS QVI IN POTESTATE SVNT.

1. [10]In potestate sunt liberi parentum e*x* iusto matrimonio nati.

2. [11]Iustu*m* matrimonium est, si inter eos, qui nuptias contrahunt, conubium sit, et tam mascul*us* pub*es* quam femina '(*uiri*)[12] potens sit, et utrique consentiant, si sui iuris

---

erat, sensisse, maxime ex iis, quae in fine adicit, appareat; tamen non ita oratio eius interpungendo coercenda est, ut minorem manumissum et Latinum factum iteratione civitatem Rom. unquam adipisci posse negare videatur. Potest enim, si minor causa probata inter amicos liberatus postea maior factus iterum iuste manumittitur. Gai. 1, 35. 1) *Cf. Gai.* 1, 31. 2) *Cf. Gai.* 1, 32b. 3) annos *Bg. ed. Idem postea* trienni*um*. 4) *a.* 24., *non ex Mommseni sententia (Jahrb. f. gem. Recht II. p.* 336. *coll. Ritschl. praef. ad indic. schol. Bonn. hib.* 1860. *p. V.) a. u.* 683., *quo tempore servi in hoc ministerio erant, qui militare dici non possunt. Nec ad antiquiores leges SCta fieri solita.* 5) *Ex P. Fabri cj.* preterea *Vat.* (*ex* ptea *factum*). praeterea *edd.* at, *quo vix careas, huc revocavi ex* §. 4., *ubi Vat. inter* est *et* ex senatus *habet* ut, *quod edd. delent.* 6) *Cf. Gai.* 1, 32c. 7) *Apparet, ex hac materia tantum frustula quaedam servata esse.* 8) *Cf. Gai.* 1, 48. 50. *L.* 4. *D. de his qui sui* (1, 6). *L.* 195. §§. 2. 5. *D. de verb. sign.* (50, 16). 9) *Cf. infra* 5, 7. *Fortasse hic excidit: 'Sui iuris aut fiunt, uelut emancipatione, aut nascuntur, uelut ii, qui post mortem patris uel patre incerto nati sunt.'* 10) *Cf. Gai.* 1, 55. 11) *Cf. Gai.* 1, 56. *pr. I. de nupt.* (1, 10). 12) *Sigla* ui (= uiri) *hic exci-*

’s*i*nt,[1] aut etiam parentes eorum, si in potestate ’s*i*nt.[1] [480]
3. [2]Conubium est uxoris iure ducendae facultas. 4. [3]Conu-
bium habent ciues Romani cum ciuibus Romanis; cum Latinis
autem et peregrinis ita si concessum sit. 5. [4]Cum seruis
nullum est conubium. [5]6. Inter parentes et liberos ’in-
finite,[6] cuiuscumque gradus ’(*sint*,)[7] conubium non est. inter
cognatos autem ex transuerso gradu olim quidem usque ad
quartum gradum matrimonia contrahi non poterant:[8] nunc
autem etiam ex tertio gradu licet uxorem ducere; sed ta*ntum*
fratris filia*m*, non etiam sororis filia*m*, aut amita*m* uel mater-
tera*m*, quamuis eodem gradu si*n*t. ea*m* de*ni*que, *quae* no-
uerca uel priuigna uel nurus uel socrus nostra fuit, uxore*m*
ducere non possumus. 7. Si quis eam, quam non licet, uxorem
duxerit, incestum matrimonium contrahit ideoque liberi in
potestate eius non fiunt, sed quasi uulgo concepti spur*i*i sunt.
193aα 8. [9]Conubi*o* interueniente liberi semper patrem | se*qu*un-
tur: non interueniente conubio matris condition*i* accedunt,
excepto e*o*, ’q*uod*[10] ex peregrino et ciue Romana pere-
grinus nascitur, quoniam lex M*i*n*i*cia[11] ex alterutro pere-
grino nat*um* deterior*i*s parent*i*s condition*em* sequi iubet.
9. [12]Ex ciue Romano et Latina Latinus nascitur, et ex libero
et ancilla seruus; quoniam, cum his casibus ’conubia non sint,[13]
partus sequi*tur* matrem. 10. [14]In his, qui iure contract*o*
matrimoni*o* nascuntur, conceptionis temp*us spe*ctatur:[15] in
his autem, qui non legitime concipiuntur, editionis; ueluti si

disse et in superiorem versum aberrasse videtur, ubi a *inter* tā *et* masculos *scriptum ei originem debere suspicor; certe nunquam* potens *solum hoc sensu legi.* 1) *Ex Hugonis cj.* sunt *Vat. Bg. ed.*
2) *Cf. Serv. ad Aen.* 1, 73. *Gai.* 1, 76. 3) *Cf. Gai.* 1, 56. 4) *Cf. Paul.* 2, 19. §. 6. 5) §§. 6. 7. *etiam exstant in Collat.* 6, 2. §§. 1—3. *Cf. Gai.* 1, 59—64. §§. 1—3. 5—7. 10. *I. de nupt.* (1, 10).
6) *Bg ed. uncinis inclusit.* 7) *Ex Collat. supplevi; nam ob* s *antecedens h. l. excidit.* 8) *Cf. Plutarch. Qu. Rom.* 6. 9) *Cf. Gai.* 1, 67. 78. *L.* 24. *D. de statu hom.* (1, 5). 10) *Scripsi.* qui *Vat. edd. antea quaedam suppleveram.* 11) mensia *Vat. edd. etiam meae* 1. 2. *cf. Gai.* 1, 78. 12) *Cf. Gai.* 1. 82. 13) *Malim* conubium non sit. 14) *Cf. Gai.* 1, 89—92. *L.* 18. 24. *D. de statu hom.* (1, 5).
15) tēpore exceptat’ *Vat.* tempore *dis*ceptatur *Bg. ed. Scriptum sc. erat* temp̄. *Deinde aliud vitium peperit, quod litterae* st, sp *in exordio vocis levem ante se vocalem suscipere solent velut* istecum *pro* Stichum, espece *ex* specie, *et* x *ut saepe pro* s *posita.*

[481] ancilla conceperit, deinde manumissa pariat, liberum parit; nam quoniam non legitime concepit, cum editionis tempore libera sit, partus quoque liber est. * * *

TIT. VI. DE DOTIBVS.

1. Do*s* aut datur, aut dicitur, aut promittitur. **2.** [1]Dotem dicere potest mulier, quae nuptura est, et debitor mulieris, si iussu eius dicat; i*tem*[2] parens mulieris uirilis sexus, per uirilem sexum cognatione iunc*t*us, uelut pater, auus paternus. dare, promittere dotem omnes possunt.

3. Do*s* aut profecticia dicitur, id est quam pater mulieris dedit; aut aduenticia, id est ea, qu*a*e a quouis alio data est.

4. [3]Mortua in matrimonio muliere do*s* a patre profecta
ad patrem reuertitur, quintis in sin|gulos liberos in infinitum 193aβ
relictis penes uirum. quod si pater non sit, apud maritum remanet. **5.** Aduenticia autem do*s* semper penes maritum remanet, praeterquam si is, qui dedit, ut sibi redderetur, stipulatus 'fu*er*it;[4] quae do*s* specialiter recepticia dicitur.[5]

6. [6]Diuortio facto si quidem sui iuris sit mulier, ipsa habet 'rei uxoriae action*em*,[7] id est dotis repetitionem; quodsi in potestate patris sit, pater adiuncta filiae persona habet 'actionem;[8] nec interest, aduenticia sit do*s*, an profecticia. **7.** [9]Post diuortium defuncta muliere heredi eius actio non aliter datur, quam si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

8. [10]Do*s* si pondere, numer*o*, mensura contineatur, annua, bima, trima die redd*i*tur; nisi si ut praesens reddatur,
[482] conuenerit. reliqu*ae* dotes statim redduntur.

---

1) *Cf. Gai. epit.* 2, 9. §. 3. *L.* 41 *pr. D. de iur. dot.* (23, 3). 2) *ex Schillingii cj. pro* institutus *Vat. Sed fortasse post* dicat *excidit nota* a(uctore) t(utore). 3) *Cf. Fr. Vat.* 108. 4) fuit *Vat. Bg. ed.* 5) *Cf. L.* 31. §. 2. *D. de mort. c. don.* (39, 6). 6) *Cf. Fr. Vat.* 116. 119. 7) actionem *Vat. Bg. ed.; sed* reuera, *qualiter librarius compendium* r. u. *male explicuit, quinto abhinc versu post* actionem *positum, corrigendum et huc revocandum fuit. Cf. Hugo ad h. l. et FlI. p.* 373. 8) actionem rei uxoriae *Bg. ed. Vid. not.* 7. *De re cf. L.* 2. *C. sol. matrim.* (5, 18). 9) *Cf. Fr. Vat.* 112. 334. *L.* 57. *D. sol. matr.* (24, 3). *L. un.* §. 4. *C. de rei uxor. act.* (5, 13). 10) *Cf. Zeitschr. f. gesch. RW. XIV. p.* 44. *L.* 14—19. *D. de pact. dot.* (23, 4). *L.* 1. §. 2. *D. de dote prael.* (33, 4). *L. un.* §. 7. *C. de rei ux. act.* (5, 13).

9. [1]Retentiones ex dote fiunt (*aut propter liberos*,) aut propter mores, aut propter inpensas, aut propter res donatas, aut propter res amotas.

10. [2]Propter liberos retentio fit, si culpa mulieris aut patris, cuius in potestate est, diuortium factum sit; tunc enim singulorum liberorum nomine sex*tae* retinentur ex dote; non plures tamen quam tres. **11.** 'Sext*arum*[3] 'retentione, s*i* *matrim*oni*um* r*e*petit*um* *sit*, do*s*,[4] quae semel functa est,
193 b α amplius fungi non potest, nisi | 'aliud[5] matrimonium sit.

12. Morum nomine, grauiorum quidem 'sextae retinentur;[6] leuiorum autem octaua. grauiores[7] mores sunt 'adulteri*a*[8] tantum; leuiores omnes reliqui. **13.** Mariti mor*es* puniuntur in ea quidem dote, quae 'annua die[9] reddi debet,

---

1) *Cf. Fr. Vat.* 120. *L. un.* §. 5. *C. de rei uxor. act.* (5, 13).
2) *Cf. Cic. Top.* 4. *Paul. Inst. II. apud Boeth. lib. II in Cic. Top.* 4. §. 18. *supra p.* 546. *et in Top.* 17. §. 66. *p.* 378. *Or. ubi pro* sextans *legendum est* sextas. *Fr. Vat.* 105—107. 3) sexte in *Vat.* sextae in *Bg. ed. signo novae §i non hic sed postea ante v.* dos *posito. Librarius discrimen ante oculos habuisse videtur, quod post ponebant inter id quod in exceptione et quod in petitione est. Cf. Schol. Bas.* 11, 1, 7. *p.* 563. 4) retentione sunt, non inpetitione dox *Vat.* retentione sunt, non in petitione. §. 11. Dos *ed. Bg. Alii alia commenti sunt. De nostra ratione vid. FlI. p.* 376. *De re cf. L.* 33. *D. de ritu nupt.* (23, 2). *L.* 19. 42. §. 3. *D. sol. matr.* (24, 3). *L.* 14. §. 9. *D. ad l. Iul. de adult.* (48, 5). *Fr. Vat.* 107. 5) alium *Vat. ed. Bg.* 6) *Ita Vat.* sexta retinetur *edd. pleraeque, etiam Bg. Male; nam ut taceam, omnino consentaneum fuisse, graviores mores ut maiore poena ferirentur quam in sextae ab octava differentia inest, cum graviores mores sint adulteria, quae complura fieri possunt et idcirco puniuntur, quia liberos uxor hoc modo ut marito subiiciat, committere videtur* (*L.* 6. §. 1. *ad leg. Iul. de adult.* 48, 5), *ex liberorum lege* (*cf. libr. meum Verf. d. Serv. Tull. p.* 214. 663) *etiam plures sextae ob graviores mores retineri possunt, itaque fieri poterat, ut maritus valde impudicam uxorem omnino dote privaret* (*Valer. Max.* 8, 2. §. 3). 7) *Fortasse post* gra-uiores *excidit* uxoris. 8) adulterio *Vat. Noli corrigere cum aliis* adulterium; *cf. not.* 6. 9) a die *Vat.* (*cf. P. Diacon. et Pap.* A. TP. = annuo (anni) tempore). *Significat vero tribus pensionibus, cuique annua die praestituta; ut 'annua die' dicitur L.* 30. §. 2. *D. de leg.* 1. *et* (*si non est a Triboniano mutata*) *L.* 1. §. 2. *D. de dote praeleg.* (33, 4) *et postea* senum mensum die. *Cf. Cuiac. obs.* 7, 21. ad die*m ed. Bg.; sed hoc plerumque de die diligenter observata dicitur.*

ita (*ut*) propter maiores mores praesentem dotem reddat,
[483] propter minores senum mensum die. in ea autem, quae praesens reddi solet, tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote, qua*e* *t*riennio redditur, 'repraesen*ta*tio[1] facit.

14. [2]*Im*pensarum species sunt tres: aut enim necessariae dicuntur, aut util*es*, aut uoluptuos*ae*. **15.** Necessariae sunt impens*ae*, quibus non factis do*s* deterior futura est, uelut si quis ruinosas aedes refecerit. **16.** Vtiles sunt, quibus non factis quidem deterior do*s* non fuerit, factis autem fructuosior effecta est, ueluti si '(*uir*)[3] uineta et olueta fecerit. **17.** Voluptuos*ae* sunt, quibus neque omissis deterior do*s* 'fuerit,[4] neque factis fruct*uos*ior effecta est; quo*d* euenit in uiridiariis et pict*u*ris similibusque rebus. * * *[5]

[6]TIT. VII. DE IVRE DONATIONVM INTER VIRVM ET VXOREM.

1. [7]Inter uirum et uxorem donatio non ualet, nisi certis ex causis, id est mortis causa, diuorti*i* causa, serui manumittendi gratia. Hoc amplius principalibus con|stitutionibus con- 193bβ
cessum est mulieri in hoc donare uiro suo, ut is ab imperatore lato clauo uel equo publico similiue honore honoretur.

2. [8]Si 'marito *uxor*[9] diuorti*i* causa res *a*mouerit, rerum quoque amotarum actione tenebitur.

3. Si maritus pro muliere se obligauerit uel in rem eius inpenderit, diuortio facto eo nomine cauere sibi solet stipulatione tribunicia.[10]

---

[1]) repensatio (*factum ex* repsentatio *ratione sequentis* repensarum *pro Im*pensarum) *Vat. ed. Bg.* [2]) *Ad* §§. 14—17. *cf. L.* 79. *D. de verb. sign.* (50, 16). *Tit. D. de impens. in res dot.* (25, 1). *L. un.* §. 5. *C. de rei uxor. act.* (5, 13). [3]) *Supplevi. Excidit ob sequens* uineta. *Cf.* 5, 2. *not.* 12. *De exemplo Cic. agrar.* 2. §§. 48. 67. *Appian. de b. c.* 1, 18. [4]) fieret *Vat. Bg. ed.* [5]) *Duo tantum desiderari videntur, quando ob impensas retineri possit, definitio et retentionum ob res donatas et ob res amotas expositio.* [6]) *Ulpianus in his, quae sequuntur, non proprias materias tractasse sed materiam de dote ad finem perduxisse putandus est, addens ad retentionum ius, quae in singulis earum speciebus praeterea scitu digna erant.* [7]) *Cf. Paul.* 2, 23. §§. 1. 2. 6. *L.* 1. 9. 11. 40. 42. *D. de don. int. vir.* (24, 1). *L.* 21. 22. *C. eod.* (5, 16). [8]) *Cf. tit. D. rer. amot.* (25, 2). [9]) maritus (*pro* marito uc. *vid. FII. p.* 373.) *Vat. edd.* [10]) *Puta, tribunos pl. a maritis dotem*

4. [1]In potestate parentum sunt etiam hi liberi, quorum causa probata est,[2] per errorem contracto matrimonio inter dispar*is* condic*io*nis persona*s*: nam ’*senatus consulto* (*si*)ue[3] ciu*is* Romanus Latinam aut peregrinam uel eam, quae dediticiorum numer*o* est, quasi (*ciuem Romanam*) per ignorantiam uxorem duxerit, siue ciuis Romana per errorem peregrino uel ei, qui dediticiorum numer*o* est, (*aut quasi ciui Romano*) aut etiam quasi Latino ex lege A*elia* Se*nt*ia nu*p*ta fuerit, ’(*liberorum nomine, qui ex eo matrimonio procreati fuerint,*)[4] causa probata, ciuitas R*omana* datur tam liberis quam parentibus, praeter eos, qui dediticiorum numer*o* sunt; et ex eo fiunt in potestate parentum liberi. [484]

TIT. VIII. DE ADOPTIONIBVS.

1. [5]Non tantum naturales liberi in potestate parentum sunt, sed etiam adoptiui. **2.** [6]Adoptio fit aut per populum, aut per praetorem uel praesidem prouinciae. Illa adoptio, quae per populum fit, specialiter arrogatio dicitur. **3.** Per populum qui sui iuris sunt arrogantur; per praetorem autem
194 a α filii familiae | a parentibus dantur in adoptione*m*. **4.** [7]Arrogatio Romae d*um*ta*xa*t fit; adoptio autem etiam in prouinci*is* apud praesid*e*s. **5.** [8]Per praetorem uel praesidem prouinciae adoptari tam masculi quam feminae, et tam puberes quam inpuberes possunt. per populum uero ’[Romanum][9] feminae ’(*ne*) nunc quidem[10] arrogant*ur*; pupilli autem, ’q*ui* (*olim*)

---

reddere iussis appellatos, nisi hac stipulatione eis caveretur, se auxilium laturos esse ostendisse. 1) *Intercalatis titulis de nuptiis et de dotibus* (5, 2—7, 3) *iam continuatur materia, quae* 5, 1. *coepta erat. Cf. Gai.* 1, 65—75. *Collat.* 16, 2. §. 5. 3. §§. 7. 15.
2) *Fortasse excidit ‘sive ex lege Aelia Sentia sive’.* 3) seu *Vat. edd., sed hoc natum puto ex* scsū. *Nam nec* seu *et* siue *facile componit Ulpianus, nec poterat simpliciter dicere, civitatem causa probata dari, quasi a praetore vel praeside daretur.* 4) *Necessario supplevi, quae ob similitudinem voc. ‘fuerit’ et ‘fuerint’ excidisse apparet.* 5) *Cf. Gai.* 1, 97. 6) *Cf. Gai.* 1, 98. 99.
7) *Cf. Gai.* 1, 100. 8) *Cf. Gai.* 1, 101. 102. *L.* 21. *D. de adopt.* (1, 7). *L.* 8. *C. eod.* (8, 48). 9) *Cum antea semper tantum ‘per populum’ dictum sit*, Romanum *ex* uero *natum puto, quod forte* ūro *scriptum erat.* 10) non *antea superscripto* quidem *Vat.* quidem non *ed. Bg.* ‘*ne*’ *ob praecedens* femi-nae *periisse videtur, post quod voc. in Vat. est lacuna.*

[485] *it*em[1] non poterant arrogari, nunc '*causa cognita*[2] possunt ex constitutione diui Antonini 'Pii. **6.** Qui[3] generare non 'potest,[4] uelut spado, utroque modo 'potest[5] adoptare; idem iuris est in persona cae*l*ibis. **7.** [6]Item is, qui filium non habet, in locum nepot*is* adoptare potest. **7**[a]. [7]Feminae uero neutro modo possunt adoptare, quoniam nec naturales liberos in potestate habent. **8.** [8]Si pater familiae arrogandum se dederit, liberi quoque eius quasi nepotes in potestate fiunt arrogatoris.

TIT. IX. DE HIS QVI IN MANV SVNT.

[9]* * * **1.** Farreo 'conuenit uxor[10] in manum certis uerbis et testibus x praesentibus et sollemni sacrificio facto, in quo pan*is* quoque farre*us* adhibetur. * * *

---

[1]) quidem *Vat.* quo*n*d*a*m *ed. Bg. Scriptum a primo puto* q̍olim item, *inde factum* qdem item, *denique insequentis corruptelae* (*not.* 2.) *ratione habita conflatum* quidem. [2]) aūt *Vat.* autem *ed. Bg. Sed cum scriptum esset* c̄c̄ (= causa cognita), *quod ab* ā, *ut in Vat. reperitur, vix discerni potest, scriptor eius codicis, unde Vat. est transcriptus, id explicuit* aut, *insequens vero librarius inde item ut* 22, 31. *fecit* aūt (= autem), *ut ad antecedens* quidem *referretur. Ceterum apparet, Ulpianum simpliciter dicere non potuisse, nunc ex const. D. Pii pupillos arrogari posse. De re cf.* §. 3. *I. de adopt.* (1, 11). [3]) Hi qui *Vat. edd. Cf. FlI. p.* 375. *et Kämmerer Beiträge zur Gesch. d. R. R. p.* 36. *Ad* §. 6. *cf. Gai.* 1, 103. 104. *L.* 30. 40. §. 2. *D. de adopt.* (1, 7). [4]) possunt *Vat. edd.* (*Sed hoc ex* potest *factum ex priore illa corruptela* Hi qui). *Cf. Roeder p.* 45. [5]) *Vat.* poss*unt edd.* [6]) *Cf.* §. 5. *I. de adopt.* (1, 11). [7]) *Hanc sententiam Vat. et edd. in fine tituli* (§. 8[a].) *locant. Sed hoc loco eam excidisse et ad marginem suppletam, cum nesciretur, quo pertineret, ad calcem reiectam esse, certo argumento sunt voc.* uero *et sententiarum ordo tam naturalis quam Gaianus* (1, 103. 104), *quem nunc ita Ulpianus secutus deprehenditur, ut etiam finalis* §. 8. *respondeat Gai.* 1, 107. [8]) *Cf. Gai.* 1, 107. [9]) *Lacunam h. l. esse* (*cf. Gai.* 1, 108—111.), *ipse scriptor eius codicis, unde noster est transcriptus, videtur spatio vacuo significasse, quo non relicto, vix sequens inductus esset, ut sententiam illam fugitivam* (*not.* 7.) *eo transferret. De confarreatione cf. Gai.* 1, 112. [10]) conuenitur *Vat. ed. Bg. Cf. FlI. p.* 373.

TIT. X. QVI IN POTESTATE (MANV) MANCIPIOVE SVNT QVEMADMODVM EO IVRE LIBERENTVR.

1. [1]Liberi parentum potestate liberantur emancipatione, id est si posteaquam mancipati fuerint, manumissi sint. sed [486]
194aβ filius quidem ter mancipatus, ter manumissus | sui iuris fit; id *enim* lex duodecim tabularum iubet his uerbis: 'si pater filium ter 'uenund*u*uit,[2] filius a patre liber esto.' .ceteri autem liberi praeter filium, tam masculi quam feminae, una mancipatione manumissioneque sui iuris fiunt. **2.** [3]Morte patris filius et filia sui iuris fiunt: morte autem aui nepotes ita demum sui iuris fiunt, si post mortem aui in potestate patris futuri non sunt, uelut si moriente auo pater eorum aut etiam decessit aut de potestate dimissus est: nam si mortis aui tempore pater eorum in potestate eius sit, mortuo auo in patris sui potestate fiunt. **3.** [4]Si patri uel filio aqua et igni interdictum sit, patria potestas tollitur, quia peregrinus fit is, cui aqua et igni interdictum est; 'neque autem[5] peregrinus ciuem Romanum, neque ciuis Romanus peregrinum in potestate habere potest. **4.** [6]Si pater ab hostibus captus sit, quamuis seruus hostium fiat, tamen cum reuersus fuerit, omnia pristina iura rec*i*pit iure postliminii. sed quamdiu aput hostes est, patria potestas 'eius in filio[7] interim pendebit; et cum reuersus fuerit ab hostibus, in potestate filium habebit; si uero ibi
194bα decesserit, sui iuris filius erit. Filius quoque | si captus fuerit ab hostibus, similiter propter ius postliminii patria potestas interim pendebit. **5.** [8]In potestate parentum esse desinunt et hi, qui flamin*e*s Dial*e*s inaugurantur, et quae uirgin*e*s Vest*a*e capiuntur. * * *[9]

TIT. XI. DE TVTELIS.

1. [10]Tutores constituuntur tam masculis quam feminis: sed masculis quidem inpuberibus dumtaxat propter aetat*is*

---

1) *Cf. Gai.* 1, 132. 134. 2) uenundauit *Vat.* VENVNDABIT *ed. Bg. Sed fut.* 1. *non est huius loci.* 3) *Cf. Gai.* 1, 127. 4) *Cf. Gai.* 1, 128. 5) *Malim* neque enim. 6) *Cf. Gai.* 1, 129. 7) in filio eius *Vat. edd.* 8) *Cf. Gai.* 1, 130. 9) *Periit locus, qui in manu mancipiove sunt quemadmodum eo iure liberentur. Cf. Gai.* 1, 136—141. 10) *Cf. Gai.* 1, 144. 189. 190.

infirmitatem; feminis autem (*tam*) inpuberibus quam puberibus et propter sexus infirmitatem et propter forensium rerum ignora*n*tia*m*.

487] **2.** [1]Tutor*e*s aut legitimi sunt, aut senatus consultis constituti, aut moribus introducti.

3. [2]Legitimi tutores sunt, 'qui*cunque*[3] ex lege aliqua descendunt; per eminentiam autem legitimi dicuntur 'lege duodecim tabularum introduc*ti*,[4] seu p*r*opalam, quales sunt agn*a*ti, seu per consequentiam, quales sunt patroni. **4.** [5]Agn*a*ti sunt a patre cognati uirilis sexus, per uirilem sexum descendentes, eiusdem familiae, uelut *a* (*patre fratres*,) patrui, fratris filii, fratres patruel*e*s.[6]

* * *[7] **5.** Qui liberum caput, mancipatum sibi uel a parente uel a *c*oempti*o*natore, manumisit, per similitudinem patroni tutor efficitur, qui fiduciarius tutor appellatur.[8]

6. [9]Legitimi tutores alii tutela*m* in iure cedere possunt. **7.** [10]Is, cui tutela in iure cessa est, cessic*i*us tutor appellatur; qui siue mortuus fuerit, siue capite minutus, | siue alii 194b β tutela*m* po*r*ro cesserit, redit ad legitimum tutorem tutela. sed et si legitimus decesserit aut capite minutus fuerit, cessicia quoque tutela extinguitur. **8.** [11]Quantum ad agnatos per-

---

[1]) *Cf. Gai.* 1, 188. [2]) *Cf. Gai.* 1, 155. [3]) *Omittitur in Vat.* 'qui' *suppleverunt edd. Sed mihi persuasum est, voces* qui ex, *quae versu abhinc tertio post leguntur, hinc eo translatas et ex* quicq̄ *corruptas esse ad similitudinem illorum* ex lege aliqua; *neque enim solum* 'qui' *nostro loco sufficit, neque* ex lege introduci *eo sensu, qui hic desideratur, recte dicitur.* [4]) qui ex lege duodecim tabularum introducuntur *Vat. edd. et κακοφωνίᾳ illa* dicuntur — introducuntur, *et praesente modo plane inepto vitium prodente, quod vocabulis* qui ex *huc male translatis originem debet.* [5]) *Cf. Gai.* 1, 156. *et infra* 26, 1. [6]) uеluti patrui fratres. filii fratres patruelis *Vat.* ueluti patrui, fratres, filii fratris, patrueles *ed. Bg. Ulpianum nec* patruos *ante* fratres, *nec* fratres *simpliciter, nec* filii fratris (*pro* fratris filii), *nec* patrueles *tantum* (*quales etiam sorores sunt*) *dicere potuisse, palam est. Sed et vitium ex similitudine voc.* patre fratres *et* patrui fratris *facile oriri potuisse apparet. Cf. comparem locum* §. 1. *I. de legit. agn. succ.* (3, 2). [7]) *Perierunt, quae Gai.* 1, 164. 165. *tradiderat, et locus de legitima parentis tutela.* [8]) *Cf. Gai.* 1, 166. *Sed et de hac tutela Ulpianum plura dixisse puto. Cf. Gai.* 1, 172. [9]) *Cf. Gai.* 1, 168. [10]) *Cf. Gai.* 1, 169. 170. [11]) *Cf. Gai.* 1, 171.

tinet, *h*odie 'cessicia tutela[1] non procedit, quoniam permissum erat in iure cedere tutela*m* feminarum tantum, non etiam [488] masculorum; feminarum autem legitimas tutelas lex Claudia sust*uli*t, excepta tutela patronorum.

[2] **9.** Legitima tutela capitis diminutione amittitur. **10.** Capitis minutionis[3] species sunt tres, maxima, media, minima. **11.** Maxima capitis diminutio est, per quam et ciuitas et libertas amittitur, ueluti cum incensus aliquis uen*i*erit, aut 'mulier, quod[4] alieno seruo se iunxerit, denuntiante domino e*ius* ancilla facta fuerit ex senatus consulto Claudiano. **12.** Media capitis diminutio dicitur, per quam, sola ciuitate amissa, libertas retinetur; quod fit in eo, cui aqua et igni interdicitur. **13.** Minima capitis diminutio est, per quam, et ciuitate et libertate salua, status dumtaxat homin*i*s mutatur; quod fit adoptione et in manu*m* con*uen*tione.

14. Testamento quoque nominatim tutor*e*s dati confirmantur eadem lege duodecim tabularum his uerbis: 'uti legassit super[5] pecunia tutela*ue* suae rei, ita ius esto': qui tutores da*ti*u*i* appellantur. **15.** (*A parentibus*)[6] dari testamento tutor*e*s possunt liberis, qui in potestate sunt. **16.** [7]Testamento tutores dari possunt hi, cum quibus testamenti
195 a α faciendi ius est, praeter | Latinum Iunianum; nam Latinus habet quidem testamenti factione*m*, sed tamen tutor dari non potest; id enim lex Iunia prohibet. **17.** Si capite diminutus fuerit[8] tutor testamento datus, non amittit tutelam; sed si abdicauerit se tutela, desinit esse tutor.[9] abdicare '(*se*) *t*utela[10] est dicere, nolle se tutorem esse; in iure cedere autem

---

1) cessi atutela *Vat.* cessio tutelae *ex Schillingii cj. ed. Bg.* 2) *Ad* §§. 9—13. *cf. Gai.* 1, 158—163. 3) *Cave corrigendum putes* diminutionis; *similiter in voc. dimidiae et mediae partis variare amat Ulpianus velut* 26, 2. 29, 1. 4) qđ mulier *Vat.* quod mulier *edd.* 5) familia *addit Bg. ed. Sed vid. Rhein. Mus. f. Jurispr. VII. p.* 61. 6) *Supplevi. Cf. FlI. p.* 375. *Gai.* 1, 144. *Fr. Vat.* 229. 7) *Cf. L.* 21. *D. de test. tut.* (26, 1). *Gai.* 1, 23. *Fr. Vat.* 172. 193. 221. — *Infra* 20, 8. 8) *Sc. minima capitis diminutione; ut L.* 7 *pr. D. de cap. min.* (4, 5). *Cf.* §. 4. *I. quib. mod. tut. fin.* (1, 22). 9) *Cf. Cic. ad Attic.* 6, 1. §. 3. 10) aūt. (*corrige* tūt.) *Vat.* autem *edd. Sed et* tutela *desideratur, et duplex* autem *offendit;* 'se' *periit propter* abdica-re.

[489] tutela*m* testamento datus non potest;[1] nam et legitimus in iure cedere potest, abdicare se non potest.

18. [2]Lex Atilia iubet, mulieribus pupillisue non habentibus tutor*e*s dari a praetore et maiore parte tribunorum pleb*i*s, quos tutor*e*s Atilianos appellamus. sed quia lex Atilia Romae tantum locum habet, lege Iulia et Titia prospectum est, ut in prouinci*i*s quoque similiter a praesidibus earum dentur tutores. **19.** [3]Lex Iunia tutore*m* fieri iubet Latinae uel Latini inpuberis eum, cuius 'ea i*su*e[4] ante manumissionem *ex* iu*re* Quiritium fuit. **20.** [5]Ex lege Iulia de maritandis ordinibus tutor datur a praetore urbis ei mulieri uirginiue, quam ex hac ipsa lege nubere oportet, ad dotem dandam, dicendam promittendamue, si legitimum tutorem pupillum habeat. sed postea senatus censuit, ut etiam in prouinci*i*s quoque similiter a praesidibus earum ex eadem causa tutores dentur. **21.** [6]Pr*a*eterea etiam in locum muti furiosiue tutoris 'al|ium[7] 195 a β
dandum esse tutorem ad dotem constituendam, senatus censuit. **22.** [8]*Generali*ter[9] ex senatus consulto tutor datur mulieri ei, cuius tutor abest, praeterquam si patronus sit, qui abest: nam in locum patroni absent*i*s 'a li*b*er(*ta tutor*)[10] peti non potest, nisi ad hereditatem adeundam et nuptias contra*h*endas. idemque 'permis*sum* et[11] in pupillo patroni filio. **23.** [12]Hoc amplius senatus censuit, ut si tutor pupilli pupill*a*eue suspectus a tutela submotus fuerit uel etiam iusta de causa excusatus, in locum eius tutor alius (*detur*).

24. [13]Moribus tutor datur mulieri pupilloue, qui cum tutore suo lege aut legitimo iudicio agere uult, ut auctore eo agat (ipse enim tutor in rem suam auctor fieri non potest),

---

1) *Ad sequens* nam *subaudi: non idem igitur valet abdicatio et in iure cessio tutelae.* 2) *Cf. Gai.* 1, 185. 3) *Cf. Gai.* 1, 167. 4) etā *Vat.* etiam *edd. Cf. FlI. p.* 375. 5) *Cf. Gai.* 1, 178. 183. 6) *Cf. Gai.* 1, 180. 7) alterum (*quasi scriptum fuisset* al⨪um) *Vat. edd. Cf. Roed. ad h. l.* 8) *Cf. Gai.* 1, 173—177. 9) Item *Vat. edd. Vid. FlI. p.* 375. 10) aliter *Vat. edd. Cf. FlI. p.* 368. *Quae supplevi, fortasse exciderunt, quod* ta *acceptum* tutore auctore *non magis quam repetitum* tutor *huius loci esse visum est.* 11) permisit (*ex* permisset) *Vat. edd. Cf. Gai.* 1, 177. 12) *Cf. Gai.* 1, 182. 13) *Cf. Gai.* 1, 184.

qui 'praetorius[1] tutor dic*it*ur, quia 'a[2] praetore urbis dari [490]
consueuit.

25. [3]Pupillorum pupillarumque tutores et negotia gerunt et auctoritatem interponunt; mulierum autem tutores auctoritatem dumtaxat interponunt.

26. [4]Si plures 's*i*nt[5] tutores, omnes in omni re debent auctoritate*m* ac*c*ommodare, praeter eos, qui *testamento*[6] dati sunt; nam ex his uel unius auctoritas sufficit.

27. [7]Tutoris auctoritas necessaria est mulieribus quidem in his rebus: si lege aut legitimo iudicio agant, si se obligent, si ciuile negotium gerant, si libertae suae permittant in con-
195b tubernio alieni serui morari,[8] | si rem 'mancipi a*b*alienent.[9] pupillis autem hoc amplius etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est.

28. [10]Liberantur tutela masculi quidem pubertate: puberem autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui habit*u* corporis pub*e*s apparet, id est qui generare possit; Proc*u*leiani autem eum, qui quattuordecim annos exple*u*it; uerum 'Prisco uisum,[11] *e*um puberem esse, in quem utrumque concurrit, et habitus corporis, et numerus annorum. **28a.** [12]Feminae autem tutela (*liberantur trium liberorum iure*; *libertae tantum*, *quae in patroni tutela sunt*, *quattuor liberorum iure ab ea*)[13] liberantur.

TIT. XII. DE CVRATORIBVS.

1. Curatores aut legitimi sunt, id est qui ex lege duodecim

---

[1]) praetorianus *Vat. ed. Bg.: qui dictus foret a praetorio. Sed* -an- *est* a *pro sigla habitum, quod huc aberravit, restituendum postea ante* praetore. [2]) *Om. Vat.* [*a*] *ed. Bg. Cf. not.* 1. [3]) *Cf. Gai.* 1, 190. 191. [4]) *Cf. L. ult. C. de auct. praest.* (5, 59). *Cic. pro Flacco* 34, 84. [5]) sunt *Vat. edd.* [6]) *Per inquisitionem datos* (*L. ult. C. cit.*) *consulto videtur omisisse, quia de his et antea non egerat.* [7]) *Cf. Gai.* 1, 192. 2, 80. 85. 112. 118. 3, 91. 107. 108. 176. *Fr. Vat.* 45. 259. *supra* 1, 7. 11, 22. 24. 25. [8]) *Ut ancilla addicatur servi domino ex SC. Claudiano. Paul.* 2, 21a. §. 6. [9]) mancipia alienent *Vat.* mancipi alienent *edd.* [10]) *Cf. Gai.* 1, 196. [11]) priscus (*ex* priscous̄) *Vat. ed. Bg. Placeret Schillingii cj.:* plerisque uisum est, *si nota* ·p̄risq. = plerisque *haberet auctorem.* [12]) *Cf. Gai.* 1, 194. *infra* 29, 3. [13]) *Haec fere eaque tantum ut* ὁμοιοτέλευτα *a librario ad finem properante omissa esse puto.*

[491] tabularum dantur,[1] aut honorarii, id est qui a praetore constituuntur. **2.** Lex duodecim tabularum furiosum, itemque prodigum, cui bonis[2] interdictum est, in curatione iubet esse agnatorum.[3] **3.** A praetore constitu*i*tur curator, quem ipse praetor uoluerit, libertinis prod*i*gis, itemque ingenuis, qui ex testamento parent*is* hered*es* facti male dissipant bona: his enim ex lege curator dari non poterat, cum ingenuus quidem non ab intestato, sed ex testamento heres factus si*t* patri; libertinus autem nullo modo patri heres fieri possit, qui nec patrem habuisse uidetur, cum seruilis cognati*o* nulla sit. **4.** Praeterea '(*praetor ex lege Plaetoria*)[4] dat curatorem 'etiam 'ei,[5] qui nuper pub*e*s factus idonee negotia sua tueri non potest. * * *

TIT. XIII. DE C*AE*LI*BE* ORBO ET SO|LITARIO PATRE.[6] 195 b β

1. [7]Lege Iulia prohibentur uxores ducere senatores quidem liberique eorum libertinas et qu*ae* ips*ae* quarumue pater materue artem ludic*r*am fecerit; **2.** [8]'i*i*dem (*et*)[9] ceteri autem ingenui prohibentur '(*uxorem*)[10] ducere '(*palam*) corpore quaestum facientem, (*et*)[11] lenam, et a lenone lenaue

---

[1]) *Itaque huius legis ea interpretatio facta est, ut praetor ex iis daret, quos lex curatores esse iussisset. Cf.* §. 3. *I. h. t.* (1, 23) *ibiq. Schrad. et seq.* §. 3. *verba:* quem ipse praetor uoluerit. [2]) *Fortasse excidit 'paternis et auitis', cf. Paul.* 3, 4[a]. §. 7. *Quia enim lex iis tantum bonis, quae ipsa familiae nomine dederat, sibi videbatur familiae nomine interdicere posse, ideo legitima interdictio non pertinebat ad bona, quae aut non a patre avoque aut non ex lege ad prodigum pervenerant; cf.* §. 3. [3]) *Tacet de gentilibus, qui exoleverant. Cf. Collat.* 16, 4. §. 4. [4]) *Vid. FlI. p.* 374. *Cf. Capitolin. Marc.* 10. *pr. I. de curat.* (1, 23) *ibique Schrader. Ceterum haec lex olim* L. PL. *notata videtur fuisse, quam notam notarum collectores male vel* locus publicus *vel* lex plebeia *explicant.* [5]) ei etiam (*olim fuerit* et. ei) *Vat. edd.* [6]) *Cf. Fitting in Zeitschr. f. R. G. XI. p.* 435. [7]) *Cf.* 16, 2. *L.* 44 *pr. D. de rit. nupt.* (23, 2). *L.* 28. *C. de nupt.* (5, 4). [8]) *Cf. L.* 44. §. 8. *L.* 43. *D. de ritu nupt.* (23, 2). [9]) item *Vat. edd. Cf. FlI. p.* 367. *Quae in Vat. et edd. sequuntur verba* corpore quaestum facientem (*amisso in fine posito voc.* et) *perperam huc transposita, auctore Mommseno, suo loco ante voc.* lenam *restitui.* [10]) *Excidit ob antecedens* prohibent-ur; *cf. not.* 10 *ad* 9, 1. [11]) *Hoc sensu flagitante* (*cf. L.* 43 *pr. cit.*) *tanto facilius suppletur, quod hinc demum apparet, qui factum sit, ut librarius verba* corpore

manumissam, et in adulterio deprehensam, et iudicio publico [492]
damnatam, et quae artem ludicram fecerit: adicit 'Mauricianum senatus consultum[1] a senatu damnatam. * * *

TIT. XIV. DE POENA LEGIS IVLIAE.

1. Feminis lex Iulia a morte uiri anni tribuit uacationem, a diuortio sex 'mensum:[2] lex autem Papia a morte uiri biennii, a repudio anni et sex mensum.[2] * * *

TIT. XV. DE DECIMIS.

1. Vir et uxor inter se matrimonii nomine decimam capere possunt. quod si ex alio matrimonio liberos superstites habeant, praeter decimam, quam matrimonii nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. **2.** Item communis filius filiaue post nominum diem[3] amissus amissaue unam decimam adicit; duo autem post nominum diem amissi duas decimas adiciunt. **3.** Praeter decimam etiam usumfructum tertiae partis bonorum '(*uir*) et uxor[4] capere possunt, et quandoque liberos habuerint, eiusdem partis proprietatem; hoc amplius mulier, praeter decimam, dotem 're-legatam[5] sibi.

196aα TIT. XVI. DE SOLIDI CAPACITATE | INTER VIRVM ET VXOREM.

1. [6]Aliquando uir et uxor inter se solidum capere possunt, uelut si uterque vel alteruter eorum nondum eius aetatis sint, 'a[7] qua lex liberos exigit, id est si[8] uir minor anno-

quaestum facientem *h. l. omitteret; scilicet confundens* palam *cum* lenam *statim ad hanc vocem aberraverat.* [1]) mauricianis et (*pro* mauricianūsct, *ut puto*) *Vat.* Mauricianus et *edd. Vid. FlI. p.* 367. *Fortasse hoc est SC., quod laudatur L.* 43. §. 10. *D. de ritu nupt.* (23, 2). *Sed multi Maurici primo seculo in honoribus fuere.*
[2]) menses *Vat.* mensum *ed. Bg.* [3]) *Qui erat pueris nonus, puellis octavus. Fest. ep. v.* '*Lustrici*' *p.* 120. *Macrob. Sat.* 1, 16. *Cf. etiam leg. Flav. Malac.* 56. [4]) eius *Vat. natum ex* etue = et uxor; uir *ex geminato* ū *vocabuli* bonorū *feci; cf. not.* 3 *ad* 6, 16. coniuges *ed. Bg. Cf. FlI. p.* 373. [5]) potest (*factum sc. ex* pe *pro* re) legatam *Vat.* (*capere*) potest legatam *ed. Bg. Cf. FlI. p.* 373.
[6]) *Cf. Tertull. apol.* 4. *de monog.* 16. *Sozom. hist. eccl.* 1, 9. *F. A. Schilling Bemerk. p.* 300. [7]) aut *Vat. sc. male explicata* a.
[8]) aut *inserit Bg., quod non est huius loci.*

rum xxv sit, aut uxor annorum xx minor; item si utrique
[493] lege Papia finitos annos in matrimonio excesserint, id est uir LX annos, uxor L; item si cognati inter se coierint usque ad sextum gradum.[1] 1a. [2]Libera inter eos testamenti factio est, si ius liberorum a principe inpetrauerint; 'aut si uir '(*rei publicae causa*)[3] absit, et donec abest et intra annum, postquam abesse desierit;[4] aut si filium filiamue communem habeant, aut quattuordecim annorum filium uel filiam duo*decim* amiserint; uel si duos trimos, uel tres post no*m*inum diem amiserint, ut intra annum tamen et sex menses etiam unus cuiuscumque aetatis inpub*e*s amissus solidi capiendi ius praest*e*t. item si post mortem uiri intra decem menses uxor ex eo peper*er*it, solidum ex bonis eius capit.

2. Aliquando nihil inter se capiunt: id est, si contra legem Iuliam Papiamque Pop*pa*eam contraxerint matrimonium, uerbi gratia si famosa*m* '*ingenuus*[5] uxorem duxerit, aut libertinam senat*or*.

---

1) *Qui hic sequuntur duo versus in Vat. et edd.* aut si uir absit, et donec abest et intra annum postquam abesse desierit, *eos fugitivos esse ex eo loco §. sequentis, cui eos restituimus (vid. not. 4.), duo evincunt; primum incipiens* aut, *quo non hic, at seq. §o singula membra distinguuntur, deinde quod hic casus est non tantum 'solidi capacitatis', sed liberae testamenti factionis. Nam cum illa complectatur eas causas, quae fere extra voluntatem positae sint, hac Ulpianus ceteras comprehendit, quae a voluntate ac merito pendebant, ut iis is, qui ultimum iudicium ordinaturus erat, liberam testamenti factionem nancisceretur. Quarum differentia causarum interdum etiam in eo cernebatur, quod in priore genere capientis condicio, ut puta minoris XXV vel XX annorum, tempore delatae hereditatis, in altero defuncti meritum tempore testamenti conditi aestimabatur (cf. Mommsen ad Bgii Ulp. p.* 108). *Ergo in nostra specie, si vir antequam reip. causa peregre profectus erat nec ratione eius profectionis testamentum fecerat, vel ab uxore heres institutus erat, non proficiebat alterutri, quod absentiae tempore alteruter decederet. Secus in contrario casu.*

2) Item *supplet geminando antecedens* (desier)it *Schilling.; ego malim* Magis (m̄g, *quod ob olim antecedens* gradum *facile excidere potuit*). 3) *Recte haec excidisse (ob notam* r.p.c.) *iudicarunt J. Gothofr. et alii, licet L.* 35—38. *D. quib. ex caus. mai.* (4, 6) *alio spectaverint. Cf. Heinecc. ad L. Pap. Popp.* 2, 15. §. 5.

4) *Haec h. l. ob* ὁμοιοτέλευτον inpetrauerint — desierit, *excidisse videntur. Cf. not.* 17 *ad* 16, 1. 5) quis (*postquam* in = m *ad-*

3. Qui intra sexagesimum uel quae intra quinquagesimum [494]
annum neutri leg*i* paruerit, licet ipsis legibus post hanc
196aβ aeta*t*e*m* liberatus esset, perpetuis tamen poenis 'tene|tur[1]
ex senatus consult*o* 'Persiciano.[2] **4.** [3]Sed Claudiano senatus consult*o* maior sexagenario si minorem quinquagenaria duxerit, perinde 'habe*ri* *iu*betur,[4] ac si minor sexaginta annorum duxisset uxorem. quod si maior quinquagenaria minori sexagenario nupserit, '(*id*)[5] inpar matrimonium appellatur e*t* senatus consult*o* Caluisiano[6] iubetur non proficere ad capiendas hereditates et legata '(*aut*) dote*m*.[7] itaque mortua muliere do*s* caduca erit.[8] * * *

TIT. XVII. DE CADVCIS.

1. [9]Quod quis sibi testamento relict*um*, ita ut iur*e* ciuili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, 'ueluti[10] cecid*er*it ab eo: uerbi gratia si *ca*elibi uel Latino Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centum uel *ca*elebs legi paru*er*it, uel Latinus ius Quiritium consecutus sit; aut si ex parte heres scriptus uel legatarius ante apertas tabulas decesserit uel 'peregrinus[11] factus sit. * * *[12] **2.** Hodie

---

haeserat voci famosa) *Vat. edd. Sed vid. tit.* 13. *et FlI. p.* 375.
[1]) tenebitur *Vat. edd.* [2]) *Emendavit Perizonius, ut sit a Persico cos. a.* 34. perniciano *Vat. edd. Ceterum cf. L.* 27. *C. de nupt.* (5, 4). [3]) *Novae §i signum, quod editores posuerunt post* duxisset uxorem, *non animadvertentes scilicet, ante omnia vetus et novum ius ab Ulpiano discerni, huc transtuli. De re cf. Sueton. Claud.* 23. [4]) habebitur *Vat. edd.* [5]) *Geminando restitui. De re cf. L.* 12. *C. de legit. her.* (6, 58). [6]) *Correxit Perizon.* caluitiano (*ut* 25, 14. pecatiano) *Vat. edd.* [7]) dotes *Vat.* (*et*) dotes *ed. Bg. Vid. FlI. p.* 375. [8]) *Quam alioqui mortis causa pater vel vir capiebat; cf. supra* 6, 4. *Itaque nunc ex testamento ad patres, ceterum ad populum pertinebat.* [9]) *Cf. infra* 28, 7. 19, 17. 22, 2. 3. *Gai.* 2, 111. 144. 286. *Fr. de i. fisci* 3. *L. un.* §. 5. *C. de caduc.* (6, 51). [10]) *An* uelut q. (quod)? [11]) pereger (*factum puta ex nota* peregr.) *Vat. ed. Bg.* [12]) *Non potest Ulpianus non dixisse, quid lex Papia de caducis caverit. Et hic tantum excidisse* ὁμοιοτέλευτον *puto, velut hocce: 'Caduca iure antiquo quidem ad coheredes vel collegatarios pertinebant iure accrescendi, aut legata in hereditate remanebant. Ex lege Papia autem translata sunt ad heredes patres vel legatarios patres certo ordine in caducis vindicandis constituto, ut si heres vel legatarius pater non esset vel non vin-*

[495] ex constitutione imperatoris Antonini[1] omnia caduca fisco uindicantur; sed seruato iure antiquo liberis et parentibus. **3.** [2]Caduca cum suo on*e*re fiunt: ideoque libertat*es* et 'legat*a* (*uel*)[3] fideicommissa ab eo data, ex cuius persona hereditas caduca facta est, salua sunt: 'set[4] et legata et fideicommissa cum suo onere fiunt caduca. | * * *

TIT. XVIII. QVI HABEANT IVS ANTIQVVM IN CADVCIS. 196bα

1. [5]Item liberis et parentibus testator*i*s usque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum dedit, ut heredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat aut totum aut ex parte, prout pertinere possit. * * *

TIT. XIX. DE 'DOMINIIS[6] ET ADQVISITIONIBVS RERVM.

1. [7]Omnes res aut manc*i*pi sunt aut nec manc*i*pi. manc*i*pi res sunt praedia in Italico solo, *tam* rustic*a*, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus; item iura praediorum rusticorum, uelut uia, iter, actus, aqu*a*eductus; item serui et quadruped*es*, quae dorso colloue domantur, uelut boues, muli, equi, asini. ceter*ae* res nec mancipi sunt. elefanti et cameli quamuis collo dorsoue domentur, nec manc*i*pi sunt, quoniam bestiarum numero sunt.

2. [8]Singularum rerum domini*um* nobis adquiritur mancipatione, traditione, 'usucapione, in iure cessione,[9] adiudicatione, lege.

---

dicaret, caducum ad populum deferretur. Et eiusdem bona esse iubentur, si nemo defuncto heres factus sit.' Nec hoc impedit, quo minus Mommseni probemus sententiam, §um 2. locum mutavisse, restituendamque esse, ut idem censet, ante tit. XVIII., vel quod verisimilius est, post eum. 1) *Post a.* 212. *Cf. Dio* 77, 9. 2) *Cf. supra* 1, 21. *L. un. C. de caduc.* (6, 51). *L.* 9. *D. de SC. Silan.* (29, 5). *L.* 60. §. 1. *D. de cond. et dem.* (35, 1). *L.* 2. §. 2. *D. si quis aliq. test.* (29, 6). *L.* 14. *D. de i. fisci* (49, 14). 3) legato (*ex* legataū) *Vat.* 'legata (*et*)' *ed. Bg.* 4) *Ex Cuiac. cj.* scilicet *Vat.* (*notam* scl *sibi videre librarius visus*) *edd.* 5) *Cf.* 1, 21. 25, 17. *L.* 29 *fin. D. de leg.* 2. *L. un. pr. C. de caduc.* (6, 51). 6) *Vat.* DOMINIO *ed. Bg.* 7) *Cf. Gai.* 2, 15—17. 1, 120. 8) *Cf. Gai.* 2, 45. *Varr. de re r.* 2, 10. §. 4. *Cic. Top.* 5. 9) *Vahlen. ed.* in iure cessione usucapione *Vat. ed. Bg. Transposita esse, quia alterum utrum aliquando exciderat, ut permulta in Vat., ostendunt* §§. 8. 9.

3. [1]Mancipatio propria species alienationis est rerum mancipi; eaque fit certis uerbis, libripende et quinque test*ibus* praesent*ibus*. **4.** [2]Mancipatio locum habet inter ciues Romanos et Latinos 'coloniari*os*[3] Latin*o*sque Iunian*o*s eosque peregrin*o*s, quibus commer*c*ium datum est. **5.** Commer*c*ium est emendi uendundique inuicem | ius. **6.** [4]Res mobil*e*s non nisi praesentes mancipari possunt, et non plures 'simul[5] quam quo*t* manu capi possunt; immobil*e*s autem etiam plures, et quae diuersis locis sunt, mancipari possunt. [496]

196bβ

7. [6]Traditio '*aeque*[7] propria est alienatio rerum nec mancipi. *h*arum '(*enim*)[8] rerum domini*um* ipsa traditione adprehendimus, scilicet si ex iusta causa traditae 's*i*nt[9] nobis.

8. [10]Usucapione domini*um* adipiscimur tam manc*i*pi rerum, quam nec man*c*ipi. usucapio est autem dominii adeptio per continuationem possessionis anni uel biennii: rerum mobilium anni, immobilium biennii.

9. [11]In iure cessio quoque communis alienatio est et mancipi rerum et nec manc*i*pi. quae fit per tres personas, in iure cedent*i*s, uindicant*i*s, addicent*i*s: **10.** in iure cedit dominus; uindicat is, cui ced*i*tur; addicit praetor. **11.** [12]In iure cedi res etiam incorporal*e*s possunt, uelut ususfructus et hereditas et tutela legitima libertae. [13]**12.** Hereditas in iure ceditur uel antequam adeatur, uel posteaquam adita fuerit: **13.** antequam adeatur, in iure cedi potest ab herede legitim*o*; posteaquam adita est, tam a legitimo quam ab eo, qui testamento heres scriptus est. **14.** Si antequam adeatur, hereditas in iure cessa sit, proinde heres fit, cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset; quod si postea*q*uam adita fuerit, in iure cessa sit, is, qui cess*i*t, permanet heres, et ob id cre-

197aα ditoribus defuncti manet | obligatus; debita uero pereunt, id est debitores defuncti liberantur; (**15.**) res autem corporales, [497]

---

[1]) *Cf. Gai.* 1, 119. 2, 22. [2]) *Cf. Varro l. c. Boëth. ad Cic. Top.* 5. [3]) colonarios *Vat. ed. Bg.* [4]) *Cf. Gai.* 1, 121. [5]) *Ex sequenti versu, ubi Vat. et edd. post* plures *habent, huc revocavi.* [6]) *Cf. Gai.* 2, 19. 20. 65. [7]) *Supplevi in lacuna Vat. trium litterarum* (aeq̄) *FlI. p.* 373. [8]) *Feci ex omissa praecedente* m. [9]) sunt *Vat. ed. Bg.* [10]) *Cf. Cic. Top.* 4, 23. *cum Boëth. Gai.* 2, 42—44. [11]) *Cf. Gai.* 2, 24. [12]) *Cf. Gai.* 2, 14. 29—38. *supra* 11, 6—8. [13]) *Ad* §§. 12—15. *cf. Gai.* 2, 34—37. 3, 85—87.

qua*s*i singulae in iure cess*ae* es*s*ent, transeunt ad eum, cui cessa est hereditas.

16. [1]Adiudicatione domini*um* nanciscimur per formulam familiae herciscundae, quae locum habet inter *c*oheredes; et per formulam communi diuidundo, cui locus est inter socios; et per formulam finium regundorum, quae est inter uicinos. nam si iudex uni ex '*co*heredibus[2] aut sociis aut uicinis rem aliquam adiudicauerit, statim illi adquiritur, siue mancipi siue nec mancipi sit.

17. Lege nobis adquiritur uelut caducum uel erept*o*rium[3] ex lege Papia Pop*pa*ea, item legatum ex lege duodecim tabularum, siue manc*i*pi res sint[4] siue nec manc*i*pi.

18. [5]Adquiritur autem nobis etiam per eas personas, quas in potestate, manu mancipioue habemus. itaque si 'quid e*ae*[6] mancipio 'puta[7] acceperi*n*t, aut traditum eis sit, uel stipulat*ae*[8] fuerint, ad nos pertinet; [**19.**] item si heredes institutae[9] sint legatumue eis sit, et hereditatem iussu nostro adeuntes nobis adquirunt, et legatum ad nos pertinet. **20.** [10]Si seruus alterius in bonis, alterius ex iu*re* Quiritium sit, ex omnibus causis adquiri*t* ei, cuius in bonis est. **21.** [11]Is, quem bona fide possidemus, siue liber siue alienus seruus sit, nobis adquirit ex duabus causis tantum, id est, quod ex re nostra et quod ex operis suis adquirit: extra has autem causas aut si*bi* adquirit, si liber sit, aut domino, si alienus seruus sit.
eadem sunt | et in eo seruo, in quo tantum usumfructum 197 a β
habemus. * * *

TIT. XX. DE TESTAMENTIS.

1. [12]Testamentum est ment*i*s nostrae iusta conte*sta*tio in id sollemniter fact*a*, ut post mortem nostram ualeat. **2.** [13]Te-
[498] stamentorum genera fuerunt tria, unum, quod calatis comiti*i*s,

---

1) *Cf.* §§. 4—7. *I. de off. iud.* (4, 17). *Gai.* 4, 39. 42. 2) heredibus *Vat. edd.* 3) *Vid. Gloss. Pith. v.* '*ereptoria*' *collata simili voc.* '*occupatorius*' *et tit. D. de his quae ut ind.* (34, 9). 4) *Malim* sit. 5) *Cf. Gai.* 2, 86 *seq.* 3, 163. 6) quidem *Vat.* quid *ed. Bg.* 7) *Omisit Bg. per errorem.* 8) stipulati *Vat. edd.* 9) instituti *Vat. edd.* 10) *Cf. Gai.* 2, 88. 1, 54. 11) *Cf. Gai.* 2, 92. 91. 12) *Cf. pr. I. de testam.* (2, 10) *ibiq. Schrader.* 13) *Cf. Gai.* 2 101 *seq.* §. 1. *I. de testam.* (2, 10).

alterum, quod in procinctu, tertium, quod per *a*es *e*t libram appellatum 'est. *sed ill*is[1] duobus testamentis abolitis hodie solum in usu est, quod per *a*es *e*t libram fit, id est per mancipationem imaginariam. in quo testamento libr*i*pens ad*h*ibetur et familiae emptor et non minus quam quinque testes, cum quibus testamenti factio est. **3.** [2]Qui in potestate testatoris est aut familiae emptoris, test*i*s a*ut* libr*i*pens adhiberi non potest, quoniam familiae mancipatio inter testatorem et familiae empto*rem* fit, et[3] domestici testes adhibendi non sunt. **4.** Ob id '(*et*)[4] filio '(*familiae*)[5] famili*am* emente pater eius test*i*s esse non potest; [**5.**] (*et*)[6] ex duobus fratribus, qui in e*ius*dem patris potestate sunt, alter familiae emptor, alter test*i*s esse non potest, quoniam quod unus ex his mancipio acc*i*pit, adquirit patri, cui filius suus test*i*s esse non debet. **6.** '(*At*) pater[7] et (*filius*), qui in potestate eius est, i*tem* duo fratres, qui in eius*dem* patris potestate sunt, testes utrique, uel alter test*is*, alter libr*i*pens fieri possunt, alio famili*am* emente; quoniam nihil nocet ex una dom*o* plures testes
197bα alieno negotio adhiberi. **7.** [8]Mutus, | surdus, furiosus,[9] pupillus, femina neque familiae emptor esse, neque test*i*s libr*i*pensue fieri potest. **8.** Latinus Iunianus et familiae emptor et test*i*s et libr*i*pens fieri potest, quoniam cum eo testamenti factio est.

9. [10]In testamento, quod per *a*es *e*t libram fit, duae res aguntur, familiae mancipatio et nuncupatio testamenti.[11] nuncupatur testamentum in hunc modum: tabulas testamenti test*a*tor tenens ita dicit: HAEC VT IN HIS TABVLIS CERISVE SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR; ITAQVE VOS, QV*I*RIT*E*S, TESTIMONIVM '(*MIHI*) PERHIBETOTE.[12] quae [499]
nuncupatio et testatio uocatur.

---

[1]) ē his (*quod prodiit ex* ēs'illis) *Vat.* est. his *ed. Bg.* [2]) *Cf. Gai.* 2, 105. 107. §. 9. *I. de testam.* (2, 10). [3]) et ob id *Vat. edd. Sed* ob id *hic molestum transferendum erat ad initium §i seq., ubi desiderabatur.* [4]) 'et' *in transpositione perierat.* [5]) *Geminando addidi. Cf. Roed. ad h. l. et FlI. p.* 375. [6]) *Fere geminando addidi.* [7]) *Hic locus exstat paucis mutatis in L.* 17. *D. de test.* (22, 5). [8]) *Cf.* §. 6. *I. de testam.* (2, 10). [9]) *An excidit* 'seruus, peregrinus'? [10]) *Cf. Gai.* 2, 104. 149. [11]) *De familia mancipanda expositio h. l. excidisse videtur.* [12]) p̄bitote *Vat., quem ex Gai.* 2, 104. *correxi. Certe una tantum tam solemnium*

10. [1]Filius familiae testamentum facere non potest, quoniam nihil suum habet, ut testari de eo possit. sed diuus Augustus 'mor*ib*us[2] constituit, ut filius familiae miles de eo peculio, quod in castris adquisiuit, testamentum facere possit. **11.** [3]Qui de statu suo incertus est ('fac *e*o,[4] quod patre peregre mortuo ignorat, se sui iuris esse) testamentum facere non potest. **12.** [5]Inpub*es*, licet sui iuris sit, facere testamentum non potest, quoniam nondum plenum iudicium animi habet. **13.** [6]Mutus, surdus, furiosus, itemque prodigus, cui lege bo*n*is interdictum est, testamentum facere non possunt: mutus, quoniam uerba nuncupationis loqui non potest; surdus, quoniam uerba familiae emptoris exaudire | non potest; fu- 197bβ
riosus, quoniam mentem non habet, ut testari de ea re[7] possit; prodigus, quoniam commercio illi interdictum est, et ob id famili*am* mancipare non potest. **14.** [8]Latinus Iunianus, item is, qui dediticiorum numero est, testamentum facere non
[500] potest: [**15.**] Latinus quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est; is autem, qui dediticiorum numer*o* est, quoniam nec quasi ciu*i*s Romanus testari potest, cum sit peregrinus, nec quasi peregrinus, quoniam nullius cert*ae* ciui-

---

verborum enunciatio probari potest, nec vitiis librariorum quicquam tribuendum. PRAEBITOTE *ed. Bg.* [1]) *Cf. pr. I. quib. n. e. perm. fac. test.* (2, 12). [2]) marcus *Vat.* [Marcus] *ed. Bg.* 'moribus constituit' *idem est, quod ab ipso Ulp. L.* 2. §. 2. *D. fam. erc.* (10, 2) *dicitur* '*per constitutiones*' *et in pr. I. cit.* '*ex auctoritate D. Augusti*' *hoc ius militantibus filiisfam. datum esse, qui scilicet pro morum legumque regimine suo commendando hoc ius et, sequentibus hoc exemplum ceteris imperatoribus, etiam assidue per multas speciales constitutiones dando ac tuendo effecit, ut longa consuetudine inveteraret* (*cf. supra init.* 4.), *et ita moribus induxit.* [3]) *Cf. L.* 14. 15. *D. qui testam. fac.* (28, 1). *L.* 6. §. 8. *D. de iniusto* (28, 3). *L.* 9. *D. de iure cod.* (29, 7). [4]) *Cf. FlI. p.* 373. (*ubi pro* 'tus' *lege* 'to'). facto *Vat.* factus *ed. Bg., quem disputantem, hanc unam eiusmodi incertitudinis speciem esse, et regulae Catonianae nescio quam similitudinem huc trahentem me non intelligere fateor. Alia exempla facile fingi possunt, velut eius, qui mortuo avo patrem suum emancipatum ignorat, et quod exstat in L.* 14. *cit. Sed et vox* factus *h. l. admodum languet.* [5]) *Cf. Gai.* 2, 113. *Paul.* 3, 4ª. §. 1. [6]) *Cf.* §§. 2. 3. *I. quib. n. e. perm.* (2, 12). *Paul.* 3, 4ª. §§. 6 *seq.* [7]) *Qua de agitur. Cf. FlI. p.* 368. [8]) *Cf. Gai.* 1, 23. 25. 3, 75.

tatis ciuis *est*, ut *secundum* leges ciuitatis suae testetur. **16.** [1]Feminae post duodecimum annum *a*etatis testamenta facere possunt, tutore auctore, donec in tutela *sunt*. **17.** [2]Seruus publicus 'po*puli Romani pro peculii* parte dimidia[3] testamenti faciendi hab*et* ius.

TIT. XXI. QVEMADMODVM HERES INSTITVI DEBEAT.

1. [4]Heres institui recte potest his uerbis: TITIVS HERES ESTO, TITIVS HERES SIT, TITIVM HEREDEM ESSE IVBEO; illa autem institutio HEREDEM INSTITVO, HEREDEM FACIO plerisque inprobata est. * * *

TIT. XXII. QVI HEREDES INSTITVI POSSVNT.

1. [5]Heredes institui possunt, qui testamenti factione*m* cum testatore habent. **2.** [6]Dediticiorum numer*o* heres institui non potest, quia peregrinus est, cum quo testamenti factio non est. **3.** [7]'(*Latinus Iunianus heres institui potest; et*)[8]
198 a α si quidem mortis testatoris tempore uel in|tra diem cretionis ciuis Romanus sit, heres esse potest; quodsi Latinus manserit, lege Iunia capere hereditatem prohibetur. idem iuris est in persona *ca*e*l*ibis propter legem Iulia*m*. **4.** [9]Incerta persona heres institui non potest, uelut hoc modo: QVISQVIS PRIMVS AD FVNVS MEVM VENERIT, HERES ESTO; quoniam certum consilium debet esse testantis. **5.** [10]Nec 'municipi*um*,[11] nec municip*e*s heredes institui possunt, quoniam in- [501]

---

1) *Cf. Gai.* 2, 113. 118. 2) *Cf. L.* 3. *D. de manumiss. q. servis* (40, 3). *Plin. ep.* 8, 16. 3) p̄toriani pertes dimidiā *Vat.* populi Romani partis dimidiae *ed. Bg. Mihi olim scriptum fuisse videtur* p̄.r̄.p̶peculi; *ut ex* peculi *totidem ductibus prodierit* riani, *cum librarius his antecedentis notae (mutilatae antea ut* 1, 7.) *explicationem contineri putaret, quam similiter explicuit* 24, 28. 4) *Cf. Gai.* 2, 117. 5) *Cf. L.* 16. *D. qui testam. fac.* (28, 1). §. 24. *I. de legat.* (2, 20). 6) *Cf. Gai.* 1, 25. 2, 110. 218. 7) *Cf. supra* 17, 1. *Gai.* 1, 23. 2, 110. 275. 286. 8) *Supplevi; exciderunt priora ob simile* non est — potest, '*et*', *ut saepe, pone* est. '*Latinus Iunianus*' *tantum supplent edd.* 9) *Cf. infra* 24, 18. *Gai.* 2, 287. 10) *Cf. Plin. ep.* 5, 7. *Capitolin. in Gord. III. circa med. Tacit. Ann.* 4, 43. *L. un. pr.* §. 1. *D. de libert. univ.* (38, 3). *L.* 12. *C. de hered. inst.* (6, 24). *L.* 26. 27 *pr. D. ad SC. Treb.* (36, 1); *infra* 24, 28. 11) municipia *Vat. edd., cui neque* municipes *aequipollent (cf. L.* 3. *D. de reb. dub.* (34, 5), *neque respondet* incertum corpus.

certum corpus est, *e*t neque cernere uniuersi, neque pro h*e*rede *g*erere possunt, ut heredes fiant: senatus consult*o* tamen concessum est, ut a libertis suis heredes institui possint. Sed fideicommissa hereditas municipibus restitui potest; 'denique[1] hoc senatus consulto prospectum est. **6.** [2]Deos heredes instituere non possumus praeter eos, quos 'senatus consult*is*[3] constitutionibus*ue* principum instituere concessum est, sicuti Iouem T*a*rpeium, Apoll*i*nem Did*y*m*a*eum 'Mileti,[4] Martem in Gallia, Mineruam Iliensem, Herculem Gaditanum, Dianam Efesiam, Matrem deorum 'Sip*y*len*e*m,[5] quae Sm*y*rn*a*e colitur, et C*a*elestem 'S*e*l*e*ne*n* de*a*m Carthaginis.[6]

[7]**7.** Seruos hered*e*s instituere possumus, nostros cum libertate, alienos sine libertate, commun*e*s cum libertate uel sine libertate. **8.** [8]Eum seruum, qui tantum in bonis noster est, nec cum libertate heredem instituere | possumus, quia 198 a β
Latinitate*m* consequitur, quod non proficit ad hereditatem capiendam. **9.** [9]Alien*o*s seru*o*s heredes instituere possumus eos tan*tum*, quorum cum domini*s* testamenti factione*m* habemus. **10.** [10]Communis seruus cum libertate recte quidem heres instituitur quasi proprius 'pro parte nostra;[11] sine libertate autem quasi alienus propter socii partem. **11.** Pro-
[502] prius seruus cum libertate heres institutus si quidem in eadem causa permanserit, ex testamento liber et heres fit, id est necessarius; [**12**] quod si ab ipso testatore uiuente manumissus uel alienatus sit, suo arbitrio uel iussu emptoris hereditatem adire potest. sed si sine libertate sit institutus, omnino

---

1) *Malim* deque. 2) *Cf. Dio* 55, 2. *Corp. inscr. Gr.* 3286. 3385. 3386. 2824. 2826. 2843. 2848. *FlI. p.* 369 *seq.* 3) senatus consulto *Vat. edd.* 4) *Ex Mommseni cj.* sicuti *Vat. edd. Cf. FlI. p.* 369.
5) sipelensim *Vat.* Sipylensem *ed. Bg. Cf. FlI. l. c.* 6) salinensem carthaginis *Vat. ed. Bg. Cf. Herodian.* 5, 6. *FlI. l. c.* Sidonensem *Lachm. cj. etiam ea de causa reiicienda, quod nec proprie haec dea sic appellabatur et suspicio inde oreretur, quasi Sidone* (*ut Minerva Ilii etc.*) *hoc privilegium haberet.* deam Carthaginis *pro* Carthagini (*cf. FlI. l. c.*) *nunc ea maxime de causa praefero, quod Ulpianus variare orationem amat et quod hoc numen saepe proprie dea nuncupatur.* 7) *Ad* §§. 7—13. *cf. Gai.* 2, 185 *seq. pr.* §§. 1—3. *I. de hered. inst.* (2, 14). 8) *Cf. lib. meum 'Gaius' p.* 53.
9) *Cf. L.* 31 *pr. L.* 52. *D. de her. inst.* (28, 5). 10) *Cf. L.* 6. §. 3. — *L.* 8. *D. ib. Paul.* 3, 6. §. 3. 11) *Malim* propter partem nostram.

non consistit institutio. **13.** Alienus seruus heres institutus si quidem in ea causa permanserit, iussu domini debet hereditatem adire; quod si uiuo testatore manumissus aut alienatus a domino fuerit, aut suo arbitrio aut iussu emptoris poterit adire hereditatem.

[1]**14.** Sui heredes '(*uel heredes*)[2] instituendi sunt uel exheredandi. sui autem heredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tam naturales quam adoptiui; item uxor, quae in manu est, et nurus, quae in manu est filii, quem in potestate habemus. **15.** Postumi quoque liberi, id est, qui in utero
198 b α sunt, | si tales sunt, ut nati in potestate nostra futuri sint, suorum heredum numer*o* sunt. **16.** Ex suis heredibus filius quidem neque heres institutus, neque nominati*m*[3] exheredatus, non patitur ualere testamentum. **17.** Reliquae uero personae liberorum, uelut filia, nep*o*s, nept*i*s, si praeteritae sint, ualet testamentum, quo[4] scriptis heredibus adcrescunt, suis quidem heredibus in partem uirilem, extraneis autem in partem dimidiam. **18.** Postumi 'quic*un*que[5] liberi cuiuscumque sexus omissi, quod ualuit testamentum, agn*a*tione rumpunt. **19.** Eos, qui in utero sunt, si nati sui heredes nobis futuri 's*i*nt,[6] possumus instituere heredes: si quidem post mortem nostram nascantur, ex iure ciuili; si uero uiuentibus nobis, [503] ex lege 'Iu*n*ia.[7]

20. Filius, qui in potestate est, si non instituatur heres,

---

1) *Ad* §§. 14—22. *cf. Gai.* 2, 123 *seqq. tit. I. de exher. lib.* (2, 13). §. 2. *I. de her. qual.* (2, 19). *F. A. Schilling Bemerk. p.* 82. 2) *Geminavi; cf. FII. p.* 375. 3) *Voc.* quo, *quod hic habet Vat. fugitivum, suo loco restituimus sequenti* §*o ante voc.* scriptis, *ubi in Vat. et edd. desiderabatur.* 4) *Vid. not.* 3.; testamento scriptum heredem *Ulp. etiam dixit* 19, 13. *Cave vero particulam hic desiderare adversativam, quae nec Gai.* 2, 124. *excidit; iure civili enim praeteritae hae suorum personae non contra testamentum sed quasi tacite institutae ex testamento heredes fiunt.* 5) quoque *Vat. edd., quod apertissime non est huius loci; contra dicendi erant* quicunque liberi *sive ut est* §. 1. *I. h. t.* '*quolibet ex liberis*' *i. e. cuiuscunque gradus; cf. Gai.* 1, 23, 3, 23. *Vitium vero natum puta ex nota* qūc'que. 6) sunt *Vat. edd.* 7) iulia *Vat. ut Cdd.* §. 3. *I. de exhered.* (2, 13). *Cf. Mommsen. in Jahrb. d. gem. Rechts II. p.* 338. *Sed praestat coss. a.* 27. *legem Iuniam Vellaeam assignari posse quam in talibus rebus malis codd. fidem habere. De lege certissime sub Tiberio lata cf. Gai.* 1, 136.

nominatim exheredari debet; reliqui sui heredes utriusque sexus aut nominatim aut inter ceteros. **21.** Postumus filius nominatim exheredandus est; filia postuma cete*ra*eque postumae feminae uel nominatim uel inter ceteros; dummodo inter ceteros exheredatis aliquid leg*e*tur. **22.** Nepotes et pronepotes ceterique masculi postumi praeter filium uel nominatim uel inter ceteros cum adiectione l*e*gati sunt exheredandi; sed *tu*tius est tamen nominatim eos exheredari; et id obseruatur magis. |

23. [1] *E*mancipatos liberos '*utriusque sexus*[2] quamuis 198bβ i*u*re ciuili neque heredes instituere neque exheredare necesse sit, tamen praetor iubet, si non instituantur heredes, exheredari, masculos omnes nominatim, feminas 'uel[3] inter ceteros; alioquin contra tabulas bonorum possessionem eis pollicetur.

24. [4]Inter necessarios heredes, id est seru*o*s cum libertate hered*e*s script*o*s, et suos *e*t necessarios, id est liberos, qui in potestate sunt, iure ciuili nihil interest: nam utrique etiam inuiti heredes sunt. sed iure praetorio suis et necessariis heredibus abstinere se a parent*i*s hereditate permittitur; necessariis autem tantum heredibus abstinendi potestas non [504] datur. **24ª.** [5]Mancipatos liberos *ab eo*, *cuius in mancipio*

---

1) *Cf. Gai.* 2, 135. 129. §. 3. *I. de exher. lib.* (2, 13). 2) *Ita supplevi lacunam in Vat. circiter quindecim litterarum, de qua vid. not.* 5 *ad* 22, 2ª. 3) *i. e. etiam, saltem, ut* 24, 7. *et alias saepe.* 4) *Cf. Gai.* 2, 153. 156. 160. §§. 1. 2. *I. de hered. qual.* (2, 19).
5) *Hanc* §*um addidi nec id temere feci. Excidisse enim hic sensentiam, quae desideratur, de mancipato necessario herede* (= *Gai.* 2, 160), *manifestum in ipso Vat. superest vestigium in* 22, 23. *initio, quod sic ibi comparatum est:* mancipatos liberos . . . . qui in re ciuili *etc. Unde enim hic error? Nimirum duae sententiae parvo spatio distantes incipiebant altera* Emancipatos liberos utriusque sexus q̄uis iure | ciuili, *altera* Mancipatos liberos ab eo c' in m̄cipio s̄ it. qui in re | mancipatione sunt (*cf.* 23, 3. *Collat.* 16, 9. §. 2.). *Iam librarius utriusque exordii similitudine deceptus in posteriorem sententiam est delatus, cum priorem scribere deberet, illiusque initium, forte totum primum versum scribere coepit, ut tamen, cum ad illud* in re- *pervenisset, animadverso errore in priorem reverteretur et ex ea reliqua scriberet. Iam et ea, in quibus maxime peccatum erat, verba* ab eo c' in m̄cip. s̄ item *vel ipse vel corrector expunxit, nec tamen* (*quod saepius accidit*) *rectis suppletis. Quod vero postea totam* §*i* 24ª. *sententiam omisit,*

sunt, *item* qui in re(*mancipatione sunt, a parente cum libertate heredes scriptos praetor suorum loco habet; itaque et ipsis abstinendi potestas datur*).

[1]**25.** Extraneus heres siquidem cum cretione sit heres institutus, cernendo fit heres; si ue*ro* sine cretione, pro herede gerendo. **26.** [2]Pro herede gerit, qui rebus hereditariis tamquam dominus utitur, uelut qui a*u*ctionem rerum hereditariarum facit, aut seruis hereditariis cibaria dat. **27.** [3]Cretio est certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum exp*ed*iat ei adire hereditatem nec ne, uelut: TITIVS HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS CENTVM PROXIMIS, QVIBVS SCIERIS POTERISQVE.[4] NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. **28.** Cernere est uerba cretionis dicere ad hunc modum: *QVOD* ME *E* ME*V*IVS HEREDEM INSTITVIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQVE. **29.** Sine cretione heres
199a α institutus | si constituerit, nolle se heredem esse, statim excluditur ab hereditate, et amplius eam adire non potest. **30.** Cum cretione uero heres institutus sicut cernendo fit [505]
heres, ita non aliter excluditur, quam si intra diem cretionis non creuerit: ideoque etiamsi constituerit, nolle se heredem esse, tamen, si supersint dies cretionis, p*a*enitentia actus cernendo heres fieri potest.

31. Cretio aut uulgaris dicitur aut continua: uulgaris, in qua adiciuntur haec uerba: QVIBVS SCIERIS POTERISQVE; continua, in qua non adiciuntur. **32.** Ei, qui uulgarem cretionem habet, dies illi d*u*nta*xat* computantur, quibus sci*i*t,

---

ex ὁμοιοτελεύτῳ (potestas non datur — '*potestas datur*') *factum est. Vereor tamen, ne etiam plura omiserit; vix enim est, ut Ulpianus illam regulam 'Omnibus tamen, quibus abstinendi potestas est, si se bonis immiscuerint, vel quid inde amoverint, amplius haec potestas non datur', libro suo non inseruerit.* [1]) *Ad* §§. 25—32. *cf. Gai.* 2, 164—173. [2]) *Cf. Paul.* 4, 8. §. 25. §. 7. *I. de her. qualit.* (2, 19). [3]) *Cf. infra* §. 34. *Gai.* 2, 174. [4]) *Recte habet haec secunda persona post nominativum in illo Titius heres esto, perinde atque in actionum formulis; nam ut praetor cum iudice, ita testator cum herede iussu suo facto agere videtur* (*Gai.* 2, 103); *utrobique autem nominativo casu iudicem vel heredem, qui non adest, iussum esse oportet, ad quem formula vel testamentum iure perveniat, antequam cum eo praetor vel testator tanquam per epistolam loqui possit. Cf. L.* 86 *pr. D. de leg.* 2.

se heredem institutum esse, et potuit cernere; ei uero, qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignorauit se heredem institutum, aut sciuit quid*em*, sed non potuit cernere.

[1]**33.** Heredes aut instituti dicuntur aut substituti: (*instituti*,) qui primo gradu scripti sunt; substituti, qui secundo gradu uel sequentibus hered*es* scripti sunt, uel*ut*: T*I*TIVS HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS PROXIMIS CENTVM, QVIBVS SCIES POTERISQVE. (*QVOD NI*) ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. TVNC MEVIVS HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS (*CENTVM*) et reliqua. similiter et deinceps substitui potest.

34. Si 'sub[2] inperfecta cretione heres institutus sit, id est non adiectis his uerbis: SI NON CREVERIS, EXHERES ESTO, sed si ita: SI NON CREVERIS, TVNC ME*V*IVS HERES ESTO, cernendo quidem superior inferiorem excludit; non | cernendo autem, sed pro herede gerendo in partem admittit 199 a β
substitutum: sed postea diuus Marcus[3] constituit, ut et pro herede gerendo ex asse fiat heres. quodsi neque creuerit, neque pro herede gesserit, ipse excluditur, et substitutus ex asse fit heres.

TIT. XXIII. QVEMADMODVM TESTAMENTA RVMPVNTVR.

1. [4]Testament*um* iure fact*um* infirmatur duobus modis, si ruptum aut 'irritum[5] factum sit.

[506] **2.** [6]Rumpitur testamentum mutatione, id est, si postea aliu*d* testamentum iure factum sit; item agnatione, id est, si suus heres agnascatur, qui neque heres institutus, neque ut oportet exheredatus sit. **3.** [7]Agnascitur suus heres aut agnascendo, aut adoptando, aut in manum conueniendo, aut in locum sui heredis succedendo, uelut nepos mortuo filio uel emancipato, aut manumissione, id est, si filius ex prima secunda*ue* mancipatione manumissus reuersus sit in patris potestat*em*.

---

1) *Cf. Gai.* 3, 174—178. 2) *Non mutandum in* cum inperfecta cr. *Cf.* 24, 18. 3) *a.* 169—177. 4) *Cf. pr. I. q. mod. testam. infirm.* (2, 17). *L.* 1. *D. de iniusto* (28, 3). 5) inirritum *Vat.* inritum *ed. Bg.* 6) *Cf. Gai.* 2, 144. *supra* 22, 14—18. 7) *Cf. Gai.* 2, 133 138—141. 159. 3, 6. *Collat.* 16, 3. §. 7.

4. [1]Irritum[2] fit testamentum, si test*at*or capite diminutus fuerit, aut si iure facto testamento nemo ext*i*terit heres.

5. [2]Si is, qui testamentum fecit, ab hostibus captus sit, testamentum eius ualet, si quidem reuersus fuerit, iure postliminii; si uero ibi decesserit, ex lege Cornelia, qu*a*e perinde successionem eius confirmat, atque si in ciuitate decessisset.

6. [3]Si septem signis testium signatum sit testamentum,
199 b α licet iure ciuili ruptum uel irritum fac|tum sit, praetor scriptis heredibus iuxta tabulas bonorum possessione*m* dat, si testator et ciuis Romanus et suae potestatis, cum mor*e*retur, fuit; quam bon*oru*m possessionem cum re, id est cum effect*u*, habe*n*t, si nemo alius iure heres sit.

7. [4]Liberis inpuberibus in potestate manentibus, tam natis quam postumis, hered*e*s substituere parentes possunt duplici modo, id est aut eo, *q*uo extraneis, ut, si heredes non extiterint liberi, substitutus heres fiat; aut proprio iure, 'id es*t*, (*ut*)[5] si post mortem parentis heredes facti intra pubertate*m* decesserint, substitutus heres fiat. **8.** [6]Etiam exheredat*i*s filiis substituere parentibus licet. **9.** 'Quemuis,[7] non aliter '(*tamen*)[8] inpuberi filio substituere quis he*re*dem potest, [507] quam si sibi[9] heredem instituer*i*t uel ipsum filium uel quemlibet alium.

---

1) *Cf. Gai.* 2, 144—146. 2) *Cf. Paul.* 3, 4ª. §. 8. §. 5. *I. quib. n. e. perm.* (2, 12). 3) *Cf. Gai.* 2, 119. 147. *infra* 28, 6. 13. 4) *Cf. Gai.* 2, 179. 183. *Noli putare, hanc materiam in Vat. sedem suam mutasse; Ulpianus pupillarem substitutionem, qua duplex testamentum fieri videtur, inter privilegia testamentaria retulit, quae apte, vulgari testamentorum iure absoluto, adiiciuntur.* 5) id̄ (= idem, *quod factum erat ex* idēm *pro* idēut) *Vat. Bg. ex Lachm. cj.* '*ut*' *supplevit postea ante* substitutus, *contra Ulpiani stilum.* 6) *Cf. Gai.* 2, 182. 7) *Tam institutum quam alium. Sic explicandum et huic suo loco restituendum erat v.* quis, *quod Vat. inter* sibi *et* heredem *habet; apparet enim, Ulpianum* §§. 8. *et* 9. *pro more suo* (*cf.* 11, 15. 16.) *et perinde ac Modestinum L.* 1. §§. 2. 3. *D. de vulg. et pup. subst.* (28, 6) *maxime agere de iis, quibus, et de eo, quem quis substituere possit, cui quaestioni hoc tantum subiungitur, quod sibi ipsi oporteat heredem instituerit, ut substitutio valeat.* 8) *Eius nota* tm *ob vicinas litteras excidit, cum scriptum esset* alit. inpuberi. *Possunt vero et haec luxata esse, ut* non aliter tamen *reponendum sit ante* quam si. 9) *Loco* quis, *quod h. l. inserit Vat.,* prius *ed. Bg. ex Lachm. cj.*

10. [1]Milites *quo* modo cumque fecerint testamenta, ualent, id est etiam sine legitima obseruatione. nam principalibus constitutionibus permissum est illis, quo modo cumque uellent, quo modo cumque possent, testari. '*s*ed quod testamentu*m* *m*il*es*[2] contra iur*is* regulam fecit, ita demum ualet, si uel in castris mortuus sit, uel post missionem intra annum.

TIT. XXIV. DE LEGATIS.

1. [3]Legatum est, quod leg*i*s modo, id est imperatiue testamento relinquitur. nam ea, quae precatiuo modo relinquuntur, fideicommissa uocantur.

[4]**2.** Legamus autem quattuor modis: per | uindicationem, 199 b β
per damnationem, sinendi modo, per praeceptionem. **3.** Per uindicationem his uerbis legamus: DO LEGO, CAPITO, 'SVMITO, SI*BI* HAB*E*TO;[5] **4.** per damnationem his uerbis: HERES MEVS DAMNAS ESTO DARE, DATO, FACITO, HEREDEM MEVM DARE IVBEO; **5.** sinendi modo ita: HERES MEVS DAMNAS ESTO SINERE LVCIVM TITIVM SVMERE ÍLLAM REM
[508] SIBIQVE HABERE; **6.** per praeceptionem sic: LVCIVS TITIVS ILLAM REM PRAECIPITO.

7. [6]Per uindicationem legari possunt res, quae utroque tempore ex iu*re* Quiritium testatoris fuerunt, mortis, et quom testamentum faciebat, praeterquam si pondere, numero, mensura contineantur; in his enim satis est, si uel mortis dumtaxat tempore '(*eius*)[7] fuerint ex iu*re* Quiritium. **8.** [8]Per damnationem omnes res l*e*gari possunt, etiam quae non sunt testatoris, dummodo tales sint, quae dari possint. **9.** Liber homo aut res populi aut sacra aut religiosa nec per damnationem legari potest, quoniam dari non potest. **10.** [9]Sinendi

---

1) *Cf. Gai.* 2, 109. 2) Idq: testamento cū illis *Vat.* idque testamentum quod *ed. Bg.* 3) *Cf. pr. I. de legat.* (2, 20). 4) *Ad* §§. 2—6. *cf. Gai.* 2, 192. 193. 201. 209. 216. 5) sumito siue habito *Vat. Fortasse legendum* 'sumito si(*biq*)ue habeto', *vel* 'sumito (*sibique habeto*)' *sive* 'habeto', *cum haec fere coniungi videantur, velut* §. 5. *Gai.* 2, 209. *L.* 20. *D. de opt. leg.* (33, 5). *Magno not. P. S. T. Q. H. Nec obstat Serv. ad Aen.* 5, 533. *vel Gai.* 2, 214. 215. *L.* 93. *D. de verb. obl.* (45, 1). *Vid. tamen L.* 34. §. 14. *D. de leg.* 1. 6) *Cf. Gai.* 2, 196. 7) *Restitui geminando* e' *FlI. p.* 368. '*testatoris*' *ed. Bg.* 8) *Cf. Gai.* 2, 197. 202. 9) *Cf. Gai.* 2, 210. *Paul.* 3, 6. §. 11.

modo legari possunt res propriae testatoris et heredis eius. **11.** [1]Per praeceptionem legari possunt res, quae etiam per uindicationem.

11a. [2]Si ea res, quae non fuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium, per uindicationem legata sit, licet iure ciuili non ualeat legatum, tamen senatus consulto Neroniano 'confirmatur;[3] quo cautum est, ut quod minus 'ratis[4] uerbis legatum est, perinde sit ac si optimo iure legatum esset: optimum autem ius legati per damnationem est.

200 a α **12.** [5]Si duobus eadem res per uindicationem | legata sit, siue coniunctim, uelut TITIO ET SEIO HOMINEM STICHVM DO LEGO, '(*siue disiunctim, uelut TITIO HOMINEM STICHVM DO LEGO, SEIO EVNDEM HOMINEM DO LEGO,*)[6] 'concursu partes fiunt;[7] non concurrente altero pars eius iure ciuili alteri adcrescebat: sed 'post[8] legem Papiam Poppaeam non capientis [509] pars caduca fit. **13.** [9]Si per damnationem eadem res duobus legata sit, si quidem coniunctim, singulis partes debentur et non capien'tis pars iure ciuili in hereditate remanebat, nunc autem caduca fit; quodsi disiunctim, singulis solidum debetur.

14. [10]Optione 'autem[11] legati per uindicationem data,

---

1) *Cf. Gai.* 2, 220 *seq.* 2) *Cf. Gai* 2, 197. 218. 3) firmatur *Vat.* (*omisso* c' *ob antecedens* o) *edd. Cf. Gai* 2, 218. *Fr. Vat.* 85. 4) pactis *Vat.* (*orto sc. vitio, ut in v.* reddicto *pro* reddito *in Ulp. Inst. fr.* 1, 2., *ex forma litterae* t *etiam in Berol. Collationis codice obvia, qaae a* ct *discerni non potest*) *ed. Bg. Aliis placuit* '*rectis*', '*iustis*', '*aptis*', '*probatis*', '*perfectis*'. '*Rata verba*' *sunt utilia, firma* (*Gai.* 2, 249), *quae effectum habent, ut et ratae leges, preces et alia dicuntur. Cf. Gai.* 2, 218. 5) *Cf. Gai.* 2, 199. *Paul.* 3, 6. §. 3. 6) *Cum Vahleno h. l. posui. Bg. ea ante* siue coniunctim *suppleverat.* 7) iure ciuili concursu partes (partis *Vat.*) fiebant *Vat. edd. Sed hoc non tantum iure civili nec modo olim eveniebat. Collata* §o 13. *palam est, verba* iure ciuili (i. c.) *ob similitudinem post* eius (e') *aliquando excidisse et huc male translata librario fraudi fuisse, ut ex* fiunt *faceret* fiebant. 8) *Malim* per *ut* 24, 31. *Gai.* 2, 254. 274. 286. 3, 52. *Neque similes sunt supra* 1, 21. *L.* 3. *D. de usufr. ear.* (7, 5) *et Gai.* 2, 206., *ubi recte* post *legitur.* 9) *Cf. Gai.* 2, 205. 10) *Cf. tit. D. de opt. leg.* (33, 5). §. 22. *I. de leg.* (2, 20). *L.* 3. *C. comm. de leg.* (6, 43). 11) *Est enim haec species complurium rerum in una persona concurrentium quodammodo contraria superiori, in qua plures personae in una re concurrebant.*

'uelut *TITIVS* HOMINEM OPTATO, ELEGITO,[1] legatarii est electio, idemque est et si tacite *'data sit optio hoc modo*: *TITIO*[2] HOMINEM *'DO LEGO*. *si uero per damnationem, uelut*[2] HERES *'MEVS DAMNAS ESTO TITIO*[2] HOMINEM DARE, hered*i*s electio est, *'quem*[2] uelit dare.

15. [3]Ante hered*i*s institutione*m* legari non potest, quoniam *ui*(*s*) et potestas testamenti ab heredis institutione incipit. **16.** [4]'Etiam[5] post mortem heredis legari non potest, ne ab heredis herede legari uideatur, quod iuris ciuilis ratio non patitur. '(*in*)[6] mortis autem heredis tempus legari potest, uelut CVM HERES MORI*E*TVR.

17. [7]P*o*en*a*e causa l*e*gari non potest. p*o*en*a*e autem causa l*e*gatur, quod coercendi heredis (*causa*) relinquitur, ut faciat
510] quid aut non faciat, non ut (*ad*) legatar*i*um pertineat, ut puta hoc modo: SI FILIAM TVAM IN MATRIMONI*V*M TITIO CONLOCAVERIS, DECE*M* 'MI*LIA*[8] SEIO DATO.

18. [9]Incert*a*e persona*e* legari non potest, ueluti QVICVMQVE FILI*O* ME*O* FILIAM SVAM IN MATRIMONI*V*M CONLOCAVERIT, EI H*ERES* M*EVS* 'TOT MI*LIA*[10] DATO. sub certa tamen demonstratione incert*a*e personae | legari potest, uelut 200 a β
EX COGNATIS MEIS, QVI NVNC SVNT, QVI PRIM*VS* AD FVNVS MEVM VENERIT, EI HERES MEVS ILLVD DATO.

19. [11]Neque ex falsa demonstratione, neque ex falsa causa legatum infirmatur. falsa demonstratio est uelut '*ILLVM*[12] FVN-

---

1) *Vat. et edd. haec verba habent post* electio est, *alieno loco; exciderant scilicet ob* ὁμοιοτέλευτον (electio — elegito), *quamobrem olim* ē electio (*pro* electio est *Vat. edd.*) *scriptum fuisse oportet, et postea illuc translata sunt. Praeterea ex* ueluti (*sic Vat. edd.*) *faciendum erat* uelut t. (= Titius). 2) *Quattuor lacunas in ipso Vat. indicatas et recenti manu infeliciter resarcitas de sententia Lachmanni rectius replevi, addito tamen* TITIO *ante* HOMINEM. *Aliter Savinius Oblig. I. p.* 393. 3) *Cf. Gai.* 2, 229. *Paul.* 3, 6. §. 2. 4) *Cf. Gai.* 2, 232. *Paul.* 3, 6. §§. 5. 6. 5) *Transposui* et (= et.), *quod in Vat. legitur ante* mortis. 6) et *Vat.* (*vid. not. anteced.*) '*ad*' *ed. Bg. Excidit* '*in*' *ob sequens* m. 7) *Cf. Gai.* 2, 235. 8) *In lacuna post* MI *recentiori manu* decem *Vat.* MI[*LIA HS*] *ed. Bg. Sed* HS. *non solet postponi.* 9) *Cf. Gai.* 2, 238. *supra* 22, 4. 10) *Perductum* tot mi *Vat. prima manu, sequente lacuna, cui recentior manus* centum *superscripsit.* TOT MI[LIA HS] *ed. Bg. Cf. not.* 8. 11) *Cf.* §§. 30. 31. *I. de legat.* (2, 20). 12) *ut puta Sempronianum.* titio *Vat. edd. etiam meae* 1. 2. *quod iam Hugonem offendit, qui*

DVM, QVEM A TITIO EMI, DO LEGO, cum is fundus a Titio emptus non sit. falsa causa est uelut TITIO, QVONIAM NEGOTIA MEA CVRAVIT, FVNDVM DO LEGO, ut negotia eius numquam Titius curasset.

20. [1]A legatario legari non potest. **21.** [2]Legatum ab eo tantum dari potest, qui *'heres institutus est:*[3] ideoque filio familiae herede instituto uel seruo, neque a patre neque a domino legari potest. **22.** [4]Heredi a semet ipso legari non potest. **23.** [5]Ei, qui in potestate, manu mancipioue est scripti heredis, sub conditione legari potest, ut requiratur, quo tempore dies legati cedit, '(*an*)[6] in potestate heredis non sit. **24.** [7]Ei, cuius in potestate, manu mancipioue est heres scriptus, legari '(*potest etiam sine condicione; si tamen heres ab eo factus sit, legatum consequi*) non potest.[8]

25. [9]Sicut singulae res legari possunt, ita uniuersarum quoque summa, 'id est pars[10] legari potest, 'quae species [511]

---

non inscite (i *habita pro nota* t.) *legi volebat* ueluti; *sed cf. quod sequitur* is fundus. [1]) *Cf. Gai.* 2, 260. 271. [2]) *Cf.* 25, 10. [3]) *Lacuna a recentiore manu inepte expleta* extraneus est *Vat.* '*testamento heres scriptus est*' *Lachm. cj.* [4]) *Cf. L.* 18. 34. §. 11. *L.* 116. §. 1. *D. de leg.* 1. [5]) *Cf. Gai.* 2, 244. §. 32. *I. de legat.* (2, 20). [6]) *Supplevi.* §. 32. *I. l. c. habet* an *ante* quo tempore. [7]) *Cf. Gai.* 2, 245. §. 33. *I. de legat.* (2, 20). *L.* 25. 91 *pr. D. de leg.* 1. *L.* 17. *D. quando dies leg.* (36, 2). [8]) *Restitui* ὁμοιοτέλευτον. *Cf. FlI. p.* 374. [non] potest *ed. Bg.* [9]) *Cf. Gai.* 2, 254. *L.* 164. §. 1. *D. de verb. sign.* (50, 16). *L.* 22. §. 5. *D. ad SC. Treb.* (36, 1). *L.* 26. §. 2. *L.* 27. *L.* 104. §. 7. *D. de leg.* 1. *L.* 8 *fin. L.* 9. *L.* 76. §. 1. *D. de leg.* 2. *Cic. pro Caec.* 4. 5. *de legib.* 2, 20. 21. *infra* 25, 15. [10]) *Verba* Id. ē patis *infra decimo abhinc versu in Vat. leguntur, ut finem faciant §i* 26., *ubi edd. correxerunt* item partis. *Sed partis* (*singularum rerum, plurium, hereditatis?*) *usumfructum legari posse, et tam infinite dixisse Ulpianum, qui nec rei ipsius partem legari posse antea dixerat, non est credibile. Contra hoc loco summa, quae est quaeque comprehensio, quid proprie significaret, vix poterat non dicere, maxime qui partitionis appellationem erat explicaturus, recte vero etiam ante posuit universarum* (*rerum*) *summam, nec dixit hereditatis partem, quia haec non legato sed tantum heredis institutione dari potest, adiecitque* id est pars, *quia universae res totae item legari non possunt. Itaque a sciolis librariis, quibus summam esse partem, absonum* (*nam partes ducuntur in summam auctore Isidoro* 3, 5. §. 11), *singulas vero vel plures res totius partem, satis probabile videbatur, primum hoc loco omissa*

partitio *appellatur:*[1] ut puta (*hoc*) modo: HERES MEVS CVM TITIO HEREDITATEM MEAM PARTITO, DIVIDITO; quo casu dimidia pars bonorum '*Titio*[2] legata uidetur: potest autem et alia pars, uelut tertia uelut quarta, *le*gari.

26. [3]Ususfructus *le*gari potest iure ciuili earum rerum, 'quarum[4] salua substantia utendifruendi 'potestas est et facul-
[512] tas;[5] et tam singularum rerum, quam plurium.[6] **27.** [7]S*e*natu*s* consulto cautum est, ut etiamsi earum rerum, qua*e* in abusu 200b*α*
continentur, ut puta | uini, olei, tritici ususfructus legatus sit, legatario res tradantur, cautionibus interpositis de restituendis eis, cum ususfructus ad legatarium pertinere desierit.

28. [8]Ciuitatibus omnibus, quae sub imperio po*pul*i Ro*m*ani sunt, legari potest; idque a diuo Nerua introductum, postea a senatu auctore *H*adriano diligentius constitutum est.

---

et ad marginem ablegata, postea in fine §. 26. *haec verba intrusa esse, mihi persuasum est.* [1]) *Haec quoque verba idem librarius h. l., cui unice conveniunt* (*cf. Gai.* 2, 254) *expulit et in fine §i, ubi edd. ea retinuerunt, inepte locavit; expellere autem sane debebat, si sibi constabat* (*vid. not. anteced.*); *eiusque constantiae argumentum est, quod etiam 'hoc' postea omisit, arbitratus scilicet, hic exemplum 'summae uniuersarum rerum legatae' excidisse, et 'modo' novam speciem legati incipere, quae esset partitio. In v. 'appellatur' vero infelix homo haesit ideoque lacunam reliquit* (*in qua recentior manus id ex ingenio supplevit*), *quia eo loco, quem iam his verbis assignaverat, hanc constructionem:* quae species par Titio *in animum sibi inculcavit.* [2]) *Ex Schult. cj. addidi, cum in Vat. h. l. spatiolum* (*non intellecto sc.* tio = Titio; ei *Bg. cj.*) *relictum sit. Post pro altero* uelut *malim* uel. [3]) *Cf. pr.* §. 1. *I. de usufr.* (2, 4). *L.* 43 *fin. D. de usufr. leg.* (33, 2). *Cic. Top.* 3. §§. 15. 17. [4]) *Videamus ne hoc factum sit ex* qu (*pro* qƀ = quibus) earum. [5]) potest ēē. facultas *Vat.* potest esse facultas *edd.*; *quod qnamvis molestum tulissem, nisi illae notae aeque facile ita ut ego feci, explicarentur et Ulpianus L.* 21. §. 3. *D. de noxal. act.* (9, 4) *pariter 'facultatem et potestatem' coniunxisset; cf. etiam supra* 24, 15. [6]) *Hoc addidit, quod etiam universarum rerum summam legari posse antea dixerat. Ceterum cf. not.* 10 *ad* 24, 25. [7]) *Cf.* §. 2. *I. de usufr. ibique Schrader.* [8]) *Cf. L.* 117. 122 *pr. L.* 32. §. 2. *D. de leg.* 1. *Collatis* 22, 4. 5. *haec sententia fugitiva esse videri possit, ponenda post* §. 18. *Sed exemplo* §§. 12—14. (*vid. ibi not.* 11.) *Ulpianus universitati rerum, quae ipsae quarumve ususfr. legaretur* (§§. 25. 26.), *universitatem, cui legari posset, opposuisse videtur.*

29. [1]Legatum, quod datum est, adimi potest uel eodem testamento, uel codic*i*llis testamento confirmatis; dum tamen eodem modo adimatur, quo modo datum est.

30. [2]Ad heredem legatarii legata non aliter transeunt, nisi si iam die legatorum cedente legatarius decesserit. **31.** [3]Legat*o*rum, quae pure uel in diem certum relicta sunt, dies cedit antiquo quidem iure ex mortis testatoris tempore; per legem autem P*a*piam Pop*pa*eam ex apertis tabulis testamenti; eorum uero, quae sub condicione relicta sunt, cum conditio ext*i*terit.

32. [4]Lex Falcidia iubet, non plus quam dodrantem totius patrimonii legari, ut omnimodo quadrans integer apud heredem remaneat.

33. [5]Legatorum per '(*damnationem per*)[6]peram solutorum repetitio non est.

TIT. XXV. DE FIDEICOMMISSIS.

1. [7]Fideicommissum est, quod non ciuilibus uerbis, sed precatiue relinqu*i*tur, nec ex rigore iur*is* ciuilis proficiscitur, sed ex uoluntate datur relinquent*is*. **2.** [8]Verba fideicommis-
200 b β sorum in usu *f*ere haec sunt: FIDEICOMMITTO, PETO, | VOLO [513]
DARI et similia. **3.** [9]Etiam nutu 'relinqu*i* *posse*[10] fideicommissum 'usu[11] receptum est. **4.** [12]Fideicommiss*um* relinquere possunt, qui testamentum facere possunt, licet non fecerint: nam 'etiam[13] intestat*o* quis moriturus fideicommissum relinquere potest. **5.** [14]'(*Eae*)[15] res per fideicommissum relinqui possunt, quae[16] per damnationem legari possunt.

---

1) *Cf. pr. I. de adempt.* (2, 21); *supra* 2, 12. 2) *Cf. L.* 5 *pr. D. quando dies leg.* (36, 2). 3) *Cf. L.* 5. §§. 1. 2. *ib. L. un.* §§. 1. 5. *C. de caduc.* (6, 51). *Paul.* 4, 6. §. 3. 4) *Cf. Gai.* 2, 227. 5) *Cf. Gai.* 2, 283. §. 7. *I. de obl. q. quasi ex contr.* (3, 27). 6) *Supplevi FlI. p.* 374. 7) *Cf. supra* 24, 1. §. 3. *I. de legat.* (2, 20). §§. 1. 12. *I. de fideic. her.* (2, 23). 8) *Cf. Gai.* 2, 249. *Paul.* 4, 1. §§. 5. 6. 9) *Cf. Gai.* 2, 269. *L.* 21 *pr. D. de leg.* 3. *L.* 22. *C. de fideic.* (6, 42). 10) relinquere (*natum ex* relinqui p'e) *Vat. edd. Cf. FlI. p.* 373. 11) in usu *Vat* [in] usu *ed. Bg.* 12) *Cf. Gai.* 2, 270. *L.* 2. *D. de leg.* 1. 13) *Huc in suum locum restitui ex sequenti §o, ubi abundabat* (*cf. not.* 16). 14) *Cf.* 24, 8. 25. *Gai.* 2, 260—262. *Paul.* 4, 1. §§. 7 *seq.* 15) *Exigente stilo Ulpiani supplevi; fraudi fuit scriptura* potēee. 16) quae etiam *Vat. edd. Vid. not.* 13.

6. [1]Fideicommissa dari possunt his, qui*bus* legari potest. **7.** [2]Latini Iuniani[3] fideicommissum capere possunt, licet legatum capere non possint. **8.** [4]Fideicommissum et ante heredis institutionem, et post mortem heredis, et codic*i*llis etiam non confirmatis testamento dari potest, licet '(*ita*)[5] legari non possit. **9.** [6]Item Gr*a*ece fideicommissum scriptum ualet, licet legatum Gr*a*ece scriptum non ualeat. **10.** '(*Legatarii*) uel[7] filio, qui in potestate est, seruoue heredibus institutis, seu his legatum sit, patris uel domini fidei committi potest, qnamuis ab eo l*e*gari non possit. **11.** [8]Qui testamento heres institutus est, codic*i*llis etiam non confirmatis rogari potest, 'ut[9] hereditatem totam uel ex parte alii restituat, quamuis directo heres institui ne quidem confirmatis codic*i*llis possit. **12.** [10]Fideicommissa non per formulam petuntur, ut legata,
[514] sed 'cognitione[11] Romae 'quidem consulum aut praetoris, qui 'fideicommiss*arius*[12] uocatur; in prouinciis uero 'praesidis prouinci*ae*.[13] **13.** [14]P*o*en*a*e causa, '*uel peregrino*,[15] uel incertae personae ne quidem fideicommissa dari possunt.

---

[1]) *Cf. Gai.* 2, 285 *seq.* [2]) *Cf. Gai.* 2, 275. [3]) *Post* -iani *exciderit* tam. = tamen. [4]) *Cf. Gai.* 2, 270ª. §. 35. *I. de leg.* (2, 20). [5]) *Supplevi* (*ex* lic.ita). [6]) *Cf. Gai.* 2, 281. *L.* 11 *pr. D. de leg.* 3. [7]) *Omissa haec a librario, qui, quorsum ea spectarent, non intellegebat, restitui, quia Ulpianus certo praeterire non potuit, legatarii quoque fidei committi posse. Cf. supra* 24, 20. 21. *Gai.* 2, 271. *Vestigia autem huius iacturae in Vat. sunt duo: primum, quod postea habet* his, *non* iis, *alterum, quod vocula* uel *infra septimo versu alieno loco legitur, quo scilicet e margine migravit abiecto v.* legatarii, *quod nusquam convenire videbatur.* [8]) *Cf. Gai.* 2, 273. [9]) uel ut *Vat. edd.;* uel *transfert ante* totam *Roed. Sed cf. Gai.* 2, 273. *et not.* 6. [10]) *Cf. Gai.* 2, 278. *Paul.* 4, 1. §. 18. §. 1. *I. de fid. hered.* (2, 23) *ibique Schrader.* [11]) cognitio.ē *Vat.* (*evanuerat sc.* n). cognitio est *edd. Cf. L.* 1. §. 2. *D. de rei vind.* (6, 1). *L.* 13. §. 1. *D. de minor.* (4, 4). *L.* 39 *pr. D. de evict.* (21, 2). [12]) fideicommisso *Vat., quod exemplis Cortii ad Sallust. Cat.* 32, 1. 37, 1. *male defenditur, maxime cum hic praetor alias ubique fideicommissarius dicatur* (*etiam Ulp. apud Lyd. de mag.* 1, 48). *Denique* -arius *non prorsus in Vat. deest, sed migravit casu in v.* prouinciae, *ut fieret* prouinciarum, *sicut* 25, 15. *Vat. habet* partiarū *pro* partiarium. [13]) p̄sidib: (*factum puta ex* praesidis, *cum sequens vox in* prouinciarum *mutata esset*). ꝑuinciarū *Vat.* praesidibus prouinciarum *ed. Bg.* [14]) *Cf. Gai.* 2, 288. 287. 285. [15]) *Supplevi. In Vat. litura est fere sex litterarum, quae fuerint* ū p̄egr. *Cf. Gai.* 2, 285.

201 a α **14.** [1]Is, qui | rogatus est alii restituere hereditatem, lege quidem Falcidia (*locum*) non habente, quoniam non plus puta quam dodrantem restituere rogatus est, ex Tr*e*belliano senatus consulto restituit, ut ei et in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas. lege autem Falcidia interueniente, quoniam plus dodrantem uel etiam totam hereditatem restituere rogatus '*est*,[2] ex Pega*s*iano senatus consult*o* restituit, ut deducta parte quarta ips*i*, qui scriptus est heres, 'et[3] in ipsum actiones conseruentur; is autem, qui recipit hereditatem, legatarii loc*o* habeatur. **15.** [4]Ex Pe*g*a*s*iano senatus consulto restituta hereditate commoda et incommoda hereditatis communicantur inter heredem et eum, cui reliquae partes restitutae sunt, interpositis stipulationibus ad exemplum part*i*s et pro parte stipulationum. part*i*s autem et pro parte stipulation*e*s proprie dicuntur, quae de lucro et damno communicando solent interponi inter heredem et legatarium partiar*i*um, id est, cum quo 'partir*i* i*uss*us[5] est heres. **16.** [6]Si heres damnosam hereditatem dicat, cog*i*tur a praetore adire et re- [515] stituere totam, ita ut ei et in e*um*, qui recipit hereditatem, action*e*s dentur, proinde atque si ex Tr*e*belliano senatus consult*o* restituta fuisset. idque ut ita fiat, Pega*s*iano senatus consulto cautum.

17. [7]Si quis in fraudem tacitam fidem adcommodauerit,
201 a β ut non capienti fideicommissum restituat, | nec quadrantem eum deducere senatus censuit, nec caducum uindicare ex eo testamento, si liberos habeat.

18. [8]Libertas dari potest per fideicommissum.

---

1) *Cf. Gai.* 2, 255. *Paul.* 4, 2. §. 1. 2) sit *Vat. edd. Fuerat, ut puto* ē, *quod cum ob sequens* ex *periisset, infra post v.* heres *omissum* et *hic intrusum et ex* rogatus *adhaerente in fronte* s *factum est* sit. 3) *Huc revocavi, vid. not.* 2. (*et*) *ed. Bg.* 4) *Cf. Gai.* 2, 254. *Paul.* 4, 3. §. 1. *supra* 24, 25. 5) partitus (*pro* partirīsus) *Vat. edd. Nec vero demum ex facta partitione haec appellatio dicitur. Simile vitium vid. in* 16, 3. 6) *Cf. Gai.* 2, 258. *Paul.* 4, 4. §. 4. 7) *Cf. L.* 10. 11. *D. de his q. ut ind.* (34, 9). *L.* 59. §. 1. *D. ad l. Falc.* (35, 2). *L.* 48 *pr. L.* 49. *D. de i. fisci* (49, 14). 8) *Cf. supra* 2, 7 *seq. Ceterum duabus rationibus recte haec regula breviter etiam h. l. addita videri debet; primum ne non capienti hoc casu fideicommissum servo dari putes* (*cf. L.* 4. *C. de legat.* 6, 37), *deinde quia a singulis rebus per fideicommissum relictis*

TIT. XXVI. DE LEGITIMIS HEREDIBVS.

1. [1]Intestatorum ingenuorum hereditates pertin*en*t primum ad suos heredes, id est liberos, qui in potestate sunt, ceterosque, qui 'in[2] liberorum loco sunt; si sui heredes non s*i*nt,[3] ad consanguineos, id est fratres et sorores ex eodem patre; si nec hi s*i*nt,[3] ad reliquos agnatos proximos, id est cognatos uirilis sexus, per mares descendentes, eiusdem familia: id enim cautum est lege duodecim tabularum hac: 'si intestato moritur, cui suus heres nec *escit*, agnatus proximus famili*am* habeto.' **1**[a]. [4](*Si agnatus defuncti non sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem uocat his* [516] *uerbis: 'si agnatus nec escit, gentiles familiam habento'. Nunc nec gentiles nec gentilicia iura in usu sunt*).

2. [5]Si 'defuncti sit[6] filius, '(*et*)[7] ex altero filio 'iam mortuo[8] nepos unus uel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet, non ut in capita diuidatur, sed in stirpes, id est, ut filius solus mediam partem habeat et nepotes, quotquot sunt, alteram dimidiam: *a*equum est enim, nepotes in patris sui loc*um* succedere et eam partem habere, quam pater eorum, si uiueret, habiturus esset.

3. [9]Quamdiu suus heres speratur heres fieri posse, tamdiu locus agnatis non est; uelut si uxor defuncti pr*a*egnans sit, aut filius apu*d* hostes sit.

---

ad hereditatem progressus apte ad ipsam personam hoc modo liberandam transitum facit. 1) *Exstat etiam in Collat.* 16, 4. §. 1. *Cf. Collat.* 16, 3. §. 3. *Schoell XII tab. p.* 128. 2) *Uncis incl. ed. Bg. Sed nepos pronepos ceterique vere in liberorum loco vel numero sunt; non ut dediticii liberti, qui eo numero tantum habentur. Praeterea Heimbach. recte allegat Cic. de orat.* 2, 49. §. 200. 3) sunt *Vat. ed. Bg.* 4) *Haec ex Collat.* 16, 4. §. 2. *hic repetii, quia priora illa usque ad 'familiam habento' tantummodo ut similiter desinentia excidisse persuasum habeo, post quae librarius cetera ut inepta consulto omisit. Similiter enim Ulpianus etiam in iure bonorum possessionis exponendo* 28, 7—9. *praemissis demum omnibus bon. possessionis gradibus de singulorum graduum iure agit.* 5) *Cf. Gai.* 3, 8. *Collat.* 16, 3. §. 9. 6) defunctus sit *Vat.* defuncti *unus* sit *ed. Bg. cf.* §. 4. 7) *Addidi, coll.* §. 4. *et* 27, 2. 8) mortuo iam *Vat.* mortuó item *ed. Bg.* 9) *Cf. L.* 30. §. 1. *D. de acqu. v. om. her.* (29, 2). *L.* 3. *D. si pars her.* (5, 4).

4. [1]Agnatorum hereditates diuiduntur in capita; uelut si
201bα sit frat*ris* filius et alterius fratris duo pluresue | liberi, quotquot sunt ab utraque parte personae, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant. **5.** [2]Si plures eodem gradu 'sint[3] agnati, et quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, uel antequam adierint, decesserint, eorum pars adcrescit his, qui adierint; quod si nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmittitur, quoniam in legitimis hereditatibus successio non est. **6.** [4]Ad feminas ultra consanguineorum gradu*m* legitima hereditas non pertinet; itaque soror fratri sororiue legitima heres fit, '(*amita uero uel fratris filia et deinceps legitima heres non fit*).[5] **7.** [6]Ad liberos mat*ris* intestat*ae* hereditas 'sine in manum conuentione[7] ex lege duodecim tabularum non pertinebat, quia feminae suos heredes non habent; sed postea *i*mperatorum Anto- [517]
nin*i* et Commodi oratione in senatu recitata[8] id actum est, 'ut[9] matrum legitimae hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis et reliquis agnatis. **8.** [10]Intestati filii hereditas ad matrem ex lege duodecim tabularum non pertinet; sed si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quattuor, legitima heres fit ex senatus consulto Tertulliano;[11] si tamen ei filio neque suus heres sit quiue inter suos heredes ad bonorum possessione*m* a praetore uocatur, neque pater, ad quem lege hereditas bonorumue possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus: quod si soror consanguinea sit, ad utrasque pertinere iubetur hereditas.

---

1) *Cf. Gai.* 3, 16. *Collat.* 16, 3. §. 19. 2) *Cf. Paul.* 4, 8. §. 26. *Gai.* 3, 12. 22. 3) s̄ *Vat.* si sunt *ed. Bg.* 4) *Cf. Gai.* 3, 14. 23. *Collat.* 16, 3. §§. 17. 20. 5) *Haec fere ob* ὁμοιοτέλευτον *excidisse, ipsa sententia et Gai.* 3, 14. *argumento sunt. Bg. h. l. ea, quae nos* §. 1ª. *retulimus, periisse parum verisimiliter coniicit.*
6) *Cf. tit. I. de SC. Orphit.* (3, 4). 7) *Haec verba infra* (*cf. not.* 9.) *minus apte posita hic excidisse, palam est; nam et sic demum recta efficitur sententia et cur h. l. post* §. 6. *agatur de hereditate, quae a liberis ad matrem vel a matre ad liberos pervenit, intelligitur.* 8) *a.* 178. 9) ut sine in manum conuentione *Vat. edd. Sed hoc novum ius aeque valebat in matre, quae in manum convenerat, deinde remancipata atque in ea, quae non convenerat. Vid. not.* 7 *ad hanc* §. 10) *Cf. Gai.* 3, 24. *pr.* §§. 2. 3. *I. de SC. Tertull.* (3, 3). *Paul.* 4, 9. §§. 1 *seq.* 11) *Hadriani temporibus facto.*

TIT. XXVII. DE LIBERTORVM SVCCES|SIONIBVS 'VEL BONIS.[1] 201 b β

1. [2]Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos heredes pertinet; deinde ad eos, quorum liberti sunt, uelut patronum, patronam liberosue patroni. 2. [3]Si sit patronus et alterius patroni filius, ad solum patr*on*um hereditas pertinet. 3. [3]Item patroni filius patroni nepotibus obstat. 4. [4]Ad liberos patronorum hereditas defuncti pertinet '*it*a ut[5] in capita, non in stirpes, diuidatur.

5. [6]Legitimae hereditatis ius, quod ex lege duodecim tabularum descendit, capitis minutione amittitur. * * *[7]

[518] TIT. XXVIII. DE POSSESSIONIBVS DANDIS.

1. [8]Bonorum possessio datur aut contra tabulas testamenti, aut *secun*du*m* tabulas, (*aut*) intestati.

2. Contra tabulas bonorum possessio datur, liberis '(*uel*)[9] emancipatis testamento praeteritis, licet legitimo (*iure*) non ad eos pertineat hereditas. 3. [10]Bonorum possessio contra tabulas liberis tam naturalibus quam adoptiuis datur; sed naturalibus quidem '(*etiam*)[9] emancipatis, non tamen et illis, qui in adoptiua familia sunt; adoptiuis autem his tantum, qui in potestate manserunt. 4. [11]Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati 's*i*nt[12] cauere *fr*atribus suis, qui in potestate manserunt, bona, quae moriente patre habuerunt, se conlaturos.

5. [13]Secundum tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet si eorum, quibus contra tabulas competit,

---

1) *Recte habent haec vocabula a Bg. uncis inclusa ostenduntque, hunc titulum factum esse, quo tempore in sequentibus non modo de civium Rom. sed etiam de Latinorum libertorum successionibus agebatur; horum enim magis bona sunt, quae iure peculii ad manumissorum pertinent, quam, ut illorum, hereditas et successio.* 2) *Cf. L.* 3 *pr. D. de suis et legit.* (38, 16). 3) *Cf. Gai.* 3, 60. *L.* 23. §. 1. *D. de bon. lib.* (38, 2). *Paul.* 3, 2. §. 1. §. 3 *fin. I. de succ. lib.* (3, 7). 4) *Cf. Gai.* 3, 61. *Paul.* 3, 2. §. 3. 5) *Geminando feci.* aut *Vat.* ut *edd.* 6) *Cf. Gai.* 3, 61. 27. 51. 7) *Cf. not.* 1. 8) *Cf. L.* 6. §. 1. *D. de B. P.* (37, 1). *pr.* §. 1. *I. eod.* (3, 9). 9) *Supplevi. Cf.* §. 3. *et L.* 1. §. 6. *D. de b. p. c. t.* (37, 4). 10) *Cf.* §. 4. *I. de exher. lib.* (2, 13). 11) *Cf. Collat.* 16, 7. §. 2. *Paul.* 5, 9. §. 4. 12) sunt *Vat. edd.* 13) *Cf. L.* 2 *pr. D. de b. p. s. t.* (37, 11).

202aα nemo sit, aut petere '*uoluerit*.[1] **6.** [2]Etiam|si iure ciuili
non ualet testament*um*, forte quod familiae mancipatio uel
nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit non minus
quam septem testium ciuium Romanorum signis, bonorum
possessio datur.

7. [3]Intest*ati* datur bonorum possessio per septem gra-
dus: primo gradu liberis; secund*o* legitimis heredibus; tertio
proximis cognatis;[4] quarto familiae patroni; (*quinto*) patrono,
patronae, item 'liber*is* uel (*parentibus*)[5] patroni patron*ae*ue;
sexto u*i*ro, uxori; septimo cognatis manumissoris, quibus
per legem Furiam plus mile asses capere licet: et si nemo [519]
sit, ad quem bonorum possessio pertinere possit, aut sit
quidem, sed ius suum omiserit, populo bona deferuntur ex
lege Iulia caducaria. **8.** [6]Liberis bonorum possessio datur
tam his, qui in potestate usque in mortis tempus fuerunt,
quam emancipatis; item adoptiuis, non tamen etiam in ad-
optione*m* datis. **9.** [7]Proximi cognati bonorum possessionem
accipiunt non solum per feminini sexus personam cognati,
sed etiam agnati capite diminuti: nam licet legitimum ius
agnatione capitis minutione amiserint, natura tamen cognati
manent.

10. [8]Bonorum possessio datur parentibus et liberis intra
annum, ex quo petere potuerunt; ceteris intra centum dies.
11. [9]Qui omn*e*s intra id tempus si non petierint bonorum
possessionem, sequens gradus admittitur, perinde atque si
202aβ superiores non | essent; idque per septem gradus fit.

12. [10]Hi, quibus ex successorio edict*o* bonorum possessio

---

1) nollent *Vat. ed. Bg.* 2) *Cf. Gai.* 2, 119. *supra* 23, 6. 3) *Cf.* §. 3. *I. de bon. poss.* (3, 9) *cum Theoph. Collat.* 16, 9. §. 1. *Gai.* 2, 150. 4) *Excidisse videatur:* -quibus per legem Furiam plus mile asses capere licet. *Eam enim legem etiam in hoc edicto respexit Ulp. L.* 1. §. 3. *D. unde cogn.* (38, 8). *Sed ipsum Ulpianum hic hanc exceptionem, cui in bonis liberti locus non erat, brevitatis studio praetermisisse puto.* 5) liberosue *Vat.* (*simile exordium sequentis vocis* patroni *librario fraudi fuit*). liberis (*parentibus*)ue *ed. Bg. Cf. Collat. l. c. et libr. meum 'Studien des R. R.' p.* 77. 6) *Cf. Gai.* 3, 26. *L.* 1. §. 2. *D. quis ordo* (38, 15). *L.* 1. §. 6. *L.* 4. 5. *D. si tab. test.* (38, 6). 7) *Cf. Gai.* 3, 27. 30. 8) *Cf.* §. 4. *I. de bon. poss.* (3, 9). 9) *Cf.* §. 5. *I. ib.* 10) *Cf. Gai.* 3, 32. 80. 4, 34.

datur, heredes quidem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio praetoris. ideoque seu ipsi agant, seu cum his agatur, ficticiis actionibus opus est, in quibus heredes esse finguntur.

13. [1]Bonorum possessio aut *cu*m re datur, aut sine re: cum re, '*cum* is, qui acc*i*pit, (*accipit*) cum effectu, (*ut*)[2] bona retineat; sine re, cum alius iure ciuili euincere hereditatem possit; ueluti si sit '*script*us[3] heres, intestati bonorum possessio sine re (*est*), quoniam '*script*us[3] heres euincere hereditatem iure legitimo po*test*.[4]

520] TIT. XXIX. DE BONIS LIBERTORVM.

1. [5]Ciu*i*s Romani liberti hereditatem lex duodecim tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit: ideoque siue testamento facto decedat, licet suus heres ei non sit, seu intestato, et suus heres ei sit, 'quam(*quam*)[6] non naturalis, sed uxor puta, quae in manu fuit, uel adoptiuus filius, lex patrono nihil pr*a*estat. sed ex edict*o* praetoris, seu 'testato[7] libertus moriatur, 'ut tamen[8] aut nihil aut minus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat, contra tabulas testamenti partis dimidia*e* bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat; | siue intestato decedat, et uxorem 202 b α
forte in manu uel adoptiuum filium relinquat, aeque partis mediae bonorum possessio contra suos heredes patrono datur.

2. [9]In bonis libertae patrono nihil iuris ex edicto datur. itaque '(*seu testata decedat, id tantum iuris patronus habet,*

---

[1]) *Cf. Gai.* 2, 151ª. 3, 35—27, *supra* 23, 6. 26, 2. [2]) qui accepit, cum effectu *Vat., quibus edd. praefigunt* 'si'; *sed* c' (cum) *excidit ob praecedens* r-e. [3]) *Cf. Gai.* 3, 36 suus (*natum puta ex* sc.tus) *Vat. edd., ne recta quidem sententia; nam si suus vel emancipatus intestati bon. possessionem accepit, ea bon. possessio, etsi suus heres sit, sine re dici non potest.* [4]) possit *Vat. edd. Puta fuisse* p̄ (= potest), *cui cum librarius addidisset* sit, *quod post* ueluti si, *ubi excidit, restituimus, perscribendum erat* possit. [5]) *Cf. Gai.* 3, 40. 41. [6]) *Vahl. ed.* quā *Vat.* quamuis *ed. Bg.* [7]) testamento *Vat.* testa[men]to *ed. Bg. Vid. not. seq.* [8]) ut *Vat. edd. Scilicet* tamen, *quod exciderat, per errorem voci* testato *superscriptum erat, unde* testamento *factum est.* [9]) *Cf. Gai.* 3, 43. 2, 192.

quod ei testamento, ipso tutore auctore, datum est);[1] seu intestata moriatur liberta, semper ad eum hereditas pertinet, licet liberi sint libertae,[2] (*qui*)[3] quoniam non sunt sui heredes matri, '(*non*) obst*ant*[4] patrono. **3.** [5]Lex Papia Pop*pa*ea postea libertas quattuor liberorum iure tutela patronorum liberauit; et cum 'intulerit, iam[6] posse ea*s* sine auctoritate patronorum testari, prospexit, ut pro numero liberorum libertae sup*er*stitum uirilis pars patrono debeatur. **4.** [7]Liberi patroni uirilis sexus eadem iura in bonis libertorum parentum suorum habent, quae et ipse patronus. **5.** [8]Feminae uero ex lege quidem duodecim 'tabularum *idem*[9] ius habent, atque masculi patronorum liberi; contra tabulas autem testament*i* liberti aut ab intestato contra suos heredes non natural*es* [521] bonorum possessio eis non competit; sed si ius trium liberorum '*mer*uer*i*nt,[10] etiam ha*e*c iura ex lege Papia Pop*pa*ea nanciscuntur. **6.** [11]Pat*ro*nae *in* bonis libertorum illud ius tantum habe*b*ant, quod lex duodecim tabularum introduxit;
202 b β sed postea lex Papia patronae '(*ingenuae*)[12] | duobus liberis honoratae, libertinae tribus, id iuris dedit, quod patronus habet ex edict*o*. **7.** [13]Item ingenu*ae* trium liberorum iure honoratae eadem lex id ius dedit, quod ipsi patrono tribuit. * * * *

EXPLICIT.

[Ex eodem Ulpiani libro praeterea duo loca supersunt
Collat. 2, 2.
L. 25. D. de obl. et act. (44, 7),
quae multis interiectis hoc ordine se excipiebant.]

---

1) *Quia similiter inciperent, omissa ad sensum restitui. Aliter Lachm.* 2) libertae; *ed. Bg.* 3) *Addidi; excidit ob sequens* quoniam. 4) obstit *Vat.* (*ut*) obstent *ed. Bg.* 5) *Cf. Gai.* 3, 44. 6) *Malim* intulerit etiam. 7) *Cf. Gai.* 3, 45. 8) *Cf. Gai.* 3, 46. 47. 9) tabularū ꝑinde *Vat.* (*fuerit antea* tabular. ide̅ *ut geminata* r *facta* p *errorem genuerit*). tabularum perinde *edd.* 10) habuerunt *Vat. ed. Bg. Cf. Ulp. L.* 1. §. 14. *D. de succ. ed.* (38, 9). *L.* 10. §. 10. *D. quae in fraud. cr.* (42, 8). 11) *Cf. Gai.* 3, 49. 50. 12) (*ingenuae*) patronae *ed. Bg.* 13) *Cf. Gai.* 3, 150.

DOMITII VLPIANI

LIBRI PRIMI INSTITVTIONVM IVRIS CIVILIS

RELIQVIAE EX COD. VINDOBONENSI.

[522] Ex Ulpiani Institutionum libris, quorum supra p. 563. mentionem fecimus, praeter tredecim loca, quae inscripto libri titulo in Iustiniani Digesta, alia, quae tacite in eiusdem Institutiones migrarunt, et ea, quae in Collatione extant, nonnulla etiam servata sunt in segmentis et quidem scamellis (Querstreifen) duorum foliorum codicis perantiqui (seculi quinti esse censetur), qui integrum hoc opus continuisse videtur, a. 1835. ab Endlichero in theca alius libri manuscripti repertis. Scriptus erat is codex forma non quadrata nec binis columnis, ut ex Mommseni sententia in edd. 1. et 2. posueram, sed ut P. Krüger excussis diligentius his laciniis nuper docuit (Krit. Versuche p. 140), forma octonaria et scriptura in quavis pagina indivisa, versibus circiter vicenas vel pauco plures litteras continentibus. Quot versus paginam compleverint, certo definiri non potest, quia foliorum tantum infima vel summa particula servata est.

De ordine, quo duo illa folia in codice, ad quem pertinebant, secuta sint, multum est disputatum. Antea (edd. 1. et 2.) Mommseni (Zeitschr. f. gesch. R. W. XV. p. 375), qui primus post Endlicherum has membranas etiam oculis curiosius tractaverat, sententiam amplexus neque a F. P. Bremero, qui eam impugnavit (de Dom. Ulpiani Institutionibus Bonn. 1863), ut alia probarem, permotus eram. Iam ex his, quae Krueger rursus plus Mommseno vidit et argumentis exsecutus est, de eo ordine non dubito, quo nunc haec fragmenta edo, vetere priorum editionum inter uncinas indicato. Isque ordo eo magis mihi probatur, quod sic Ulpianus de interdictis possessoriis semel unoque tenore, quod post contractus, qui iure gentium introducti sunt, expositos, quod denique de illis ipsis interdictis perinde atque Gaius ita egisse deprehenditur, ut primum genera eorum et appellationes, deinde ordinem et exitum explicaret.

Quod vero omnino haec fragmenta Ulpiani Institutionum esse reliquiae putanda sint, id iam in publicum notum est

niti partim eo, quod primum fragmentum convenit legi 1. D. de precario (43, 26) inscriptae 'Ulp. lib. I. Institutionum' partim aliis duobus scamellis simul ibidemque repertis et ex superiore unius (puta prioris) eorundem ut videtur foliorum margine satis amplo abscissis, quorum inferius in recta pagina ad laevam, in versa ad dexteram primi versus reliquias quasdam tantum literarum (illic SUA ... hic ... DEM) continet, superius medio margine superiore paginae alterius ULP. INST. alterius LIB. $\overline{I}$' (non $\overline{II}$' Kruegero teste) inscriptum habet. Cum vero duo illa folia a tergo primum cohaeserint, ut ipse Krueger attestatur, admodum est id, quod idem statuit, veri dissimile, partem eorum, quae servata sunt, libri secundi fuisse et speciatim Ulpianum de interdictis non item primo, sed altero libro fere circa initium egisse.

Mira tamen etiam in eo fragmentorum ordine, quem nunc obtinuimus, visa nec adhuc satis explicata est materiarum, quas tractant, series, eo maxime quod, cum Ulpiani Institutiones, Florentino indice teste, duobus libris absolutae essent, primo libro de precario, de contractibus iuris gentium, et de [523] interdictis possessoriis egisse perhibetur. Qua de re licet etiam meam opinionem in edd. 1. 2. expositam post sublatam illam maximam offensam interdictorum bis diversis locis tractatorum aliqua tenus mutandam et accuratius explicandam esse video, tamen in universum eam retineo. Ulpianus igitur quanquam etiam hoc libro in universum Gaianae similem partitionem, maxime illam in ius, quod ad personas, quod ad res, et puto iam etiam quod ad actiones pertinet, secutus esse recte creditur, tamen trifariam a Gaio recessisse existimandus est. Primum enim cum Gaius in exordio et quasi praefationis loco distributionem cuiusque cultioris populi iuris in ius civile et gentium iurisque civilis Romani in suas partes posuisset, hoc loco Ulpianus (L. 1 pr. §§. 1. 2. D. de iust. et iure 1, 1) de iure et iustitia, de iure publico et privato et de privati iuris variis praeceptis agit. Deinde huius iuris praecepta non, ut Gaius, cuius tempore populi iure proprio distincti imperium Rom. efficiebant, ad duplex genus, ius civile et gentium revocat; post civitatem enim universo orbi datam hoc discrimen totius iuris in imperio administrationem regere desierat; sed a natura potius initium sumens tripertita esse vult: 'collectum enim est (inquit) ex naturalibus praeceptis, aut gentium aut civilibus': quae divisio, ab animalibus incipiens, rem magis ab usu ad doctrinam transferebat. Postremo, quod caput est maioremque vim, quam haec distributio postea in solius iuris Romani doctrina obtinuerat, maxime prodit (nam et Paullum hoc novum institutum in suis Institutionibus secutum esse non dubito), Gaius quidem post exposita duplicia illa iura (1, 2) addit: 'quae singula qualia sint, suis locis proponemus', itaque postea in ipsa tractatione singulorum iurium, quam

ex alia summa divisione ordinavit, utrum iuris gentium unumquodque sit, an iuris civilis, ubique tradit. Ulpianus contra ipsam illam distributionem in ius naturale, gentium et civile in rerum expositione summam, alteramque in ius quod ad personas vel ad res vel ad actiones pertinet, secundariam fecisse existimandus est ita ut, postquam initio eam in universum exposuisset ibique etiam in iure civili, quibus id ex partibus constaret, tradidisset (L. 6. D. de iust. (1, 1) §§. 2—6. I. de iur. nat. (1, 2) L. 1. D. de const. princ. 1, 4), eadem divisione, contracta tamen (ut res postulabat) in iuris naturalis *sive* gentium et iuris civilis praecepta, primum ea omnia, quae iuris gentium essent, persequeretur. In his igitur a personarum iure initio facto post alia, in quibus L. 24. D. de captiv. (49, 15), et sequentibus aliis tradebantur illa, quae legimus L. 4. D. de iustit. (1, 1). Deinde ex iure, quod ad res pertinet, ubi in primis naturales acquisitiones commemorandae erant,[1] deinceps primum servata sunt quae L. 1. D. de precar. (43, 26) et scamella Vindobonensia continent, itaque etiam pars loci de possessione (coll. L. 1. pr. §. 1. D. de acquir. v. om poss. 41, 2) et de interdictis possessoriis, quae non minus spectant naturalem possessionem, quam praetoriae obligationes civilibus non accensentur. Et in his interdictis apte poterat finem facere eorum, quae iuris gentium sunt, si etiam in iure civili postremum locum dabat actionibus quae proprie sic vocantur. Iam vero ad ius civile progressus, eidem libro primo, ut fere aequaret utriusque libri modum, ius personarum, quod ex iure civili venit, adiecisse videtur, quo spectant, post exposita puta diversa libertino-
[524] rum genera, L. 4. D. his qui sui 1, 6. Boeth. Comm. in Cic. Top. lib. II. p. 299 Bait. L. 28. D. sol. matr. (24, 3). Secundo enim libro de rerum acquisitionibus (L. 41. D. de legib. 1, 3), de servitutibus (L. 1. D. de serv. pr. rust. 8, 3. L. 1. D. comm. pr. 8, 4), de fideicommissis et de mortis causa donationibus (L. 115. D. de leg. 1. L. 5. D. de m. c. donat. 39, 6) et sine dubio etiam de successionibus ab intestato (Collat. 16, 5—9) disputavit, quae omnia sane sunt iuris civilis. Ut vero credam, etiam ius quod ad actiones pertinet, eum in fine tractasse, nunc mihi ipsa L. 41 cit. persuadet, divisionem quandam rei tractandae initio libri praemissam continens, post quam verisimile est, eum dixisse, primum de acquisitionibus et alienationibus se disputaturum, ut ius actionum, quibus sane 'quis rem suam vel ius suum conservet', perinde ac Gaius ad calcem reiceret.

Qui ediderint has lacinias, comperies ex Boeckingii editione (ad calcem ed. Ulpiani fragm. 1855. p. 127.); accessit

---

[1]) Num quid ex his in Iustiniani Institutionum lib. II. tit. 1. transumptum sit, hic non quaerimus.

nunc ed. Kruegeri l. c. p. 160 seq., ad quam hanc nostram tertiam, codicem ab eo inspectum *Vind.* insignientes, instituimus, sic tamen ut loca harum Institutionum, quae praeterea supersunt, quaeque quemadmodum se exceperint, modo diximus, uno excepto, non repeteremus.

VLPIANI INSTITVTIONVM [525]

LIBER PRIMVS.

FR. I. (antea II).

1. [1]*Precarium est, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur. quod genus liberalitatis*[2] *ex iure gentium descendit. et distat a donatione eo, quod qui donat, sic dat, ne recipiat; at qui precario concedit, sic dat, quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit precarium soluere. et est simile commodato: nam et qui commodat rem, sic commodat, ut non faciat rem ac-*
fol. I. a. *cipientis, sed ut ei ut*|i re commodata permittat.
fin. **2.** Locatum quoque et conductum ius gentium induxit. nam ex quo coepimus possessiones proprias et res habere, et locandi '(*nostras*)[3] ius nancti sumus, et conducendi res alienas; et is, qui conduxit, iure gentium tenetur ad mercedem ex|*soluendam locatori; is uero, qui locauit, ad rem praestandam, ut alteri uti uel frui ea liceat.*[4]

FR. II (antea III).

1. [5]. . . . *uelut si mutua pecunia tibi data sit, non eadem*
fol. I. b. *utique numismata* | reddis, quae accepisti, sed aliam pecu-
fin. niam eiusdem quantitatis. Mutuae autem dari possunt res non aliae quam quae pondere, numero, mensura continentur.

---

1) *Est L.* 1. *D. de precar.* (43, 26). 2) *Ulpianus addiderat, ut opinor, 'et ipsum'. Antea vero de donatione disseruisse omniaque negotia iuris gentium ita ordinasse videtur, ut ab his, quae ex liberalitate veniunt, exorsus ad ea, quae utilitatis causa contrahuntur, pergeret.* 3) *Supplevi.* 4) *Sententiam supplevi.* 5) *Sententiam aliquatenus supplevi. Cf. pr. I. quib. mod. re contr.* (3, 14).

2. Depositi quoque utilitatem ius gentium prodidit, ut quis[1] custodiendam rem suam animalem uel | *inanimalem amico dare possit, isque ei ad rem bona fide reddendam teneatur.*

FR. III (antea V).

1. . . . *com*|paratum est interdictum, uelut cui[2] ini-*tium est. . .* fol. II. a. init.

FR. IV.

1. . . . | quae*dam etiam interdicta sunt tam*[3] adipiscen-dae quam reciperandae possessionis, qualia sunt interdicta QVEM FVNDVM et QVAM HEREDITATEM.[4] nam si fundum uel hereditatem ab aliquo petam, nec 'lis defendatur,[5] cogitur ad me transferre possessionem, siue numquam possedi, siue an*te posse*|di, deinde amisi possessionem. fol. II. a. fin.

FR. V (antea I).

1. '. . *restitutoria et exhibitoria interdicta*[6] *aut per formulam*|arbitrariam explicantur, aut per sponsionem; prohibitoria uero semper[7] per sponsionem explicantur. **2.** Re- fol. II. b fin.

---

1) *Vind.* quiuis *edd.* 1. 2. 2) *Vind.* cuius *edd.* 1. 2. *Spectasse haec videntur ad interdicta adipiscendae possessionis, a quibus etiam Ulpianum in hac interdictorum divisione initium fecisse, dubitari non potest. Itaque iis absolutis progressus est circa finem eiusdem paginae ad interdicta non tantum adipiscendae possessionis, quo pertinet sequens fragmentum.* 3) *Sic nunc sententiam restitui, Kruegeri lectione fretus.* '*aut reciperandae possessionis, quo* | in nu*mero est interdictum VNDE VI, aut tam*' *edd.* 1. 2. *Duplicia vero haec interdicta hac ratione dicta esse, nec ex L.* 2. §. *ult. D. de interd.* (43, 1) *efficitur.* 4) *Cf. Fr. Vat.* 92. 5) lis defendat *Vind.* is defendat *edd.* 1. 2. *quia dubium dicebatur, in Cod. essetne* LIS *an* HIS, *et signum quod habet post* cogitur, *significaretne fortasse* aduersarius. *Sed rectius hoc Krueger refert ad glossam marginalem nunc abscissam. Et lis defendi ante litem contestatam, quanquam minus proprie, dicitur tamen etiam L.* 78 *pr. D. de procur.* (3, 3). 6) *Ad sensum supplevi. Cf. Gai.* 4, 141. *Fortasse praecedebat:* '*Quod autem ad illam differentiam attinet, quod . . .*' *ut totum hoc fragmentum una periodo comprehensum fuerit, cuius apodosin* §. 2. *contineat.* 7) *Ex R*[illegible] prohibitoria uero *Cd. edd. Sequens* per *in c*[illegible] *ut semp*[illegible] *omitteretur, deinde ad marginem suppletum transponere*[illegible]

stitutorio uel exhibitorio interdicto reddito, siquidem arbitrum[1] postulauerit is, cum quo agitur, formulam accipit arbitrariam, per quam arbiter, | '*nisi arbitrio eius restituatur uel exhibeatur, quanti ea res sit, condemnare eum iubetur.*[2]

[Ad Ulpiani Institutionum librum primum etiam pertinuisse videntur, quae Boethius habet comm. in Cic. Top. lib. II. ed. Baiter. p. 299., magis tamen sententiam quam ipsa verba referens.].

Tribus modis uxor habebatur, usu, (*con*)farreatione,[3] coemptione; sed confarreatio solis pontificibus conueniebat. Quae autem in manum per coemptionem conuenerant, hae matresfamilias uocabantur, quae uero usu uel (*con*)farreatione,[3] minime. Coemptio uero certis solemnitatibus peragebatur, et sese in coemendo inuicem interrogabant, uir ita, an mulier sibi materfamilias esse uellet; illa respondebat, uelle. item mulier interrogabat, an uir sibi paterfamilias esse uellet, ille respondebat, uelle. Itaque mulier uiri conueniebat in manum, et uocabantur hae nuptiae per coemptionem, et erat mulier materfamilias, uiro loco filiae. Quam solemnitatem in suis Institutis Ulpianus exposuit.

---

1) arbitrium *edd.* 1. 2. *vitio typorum.* 2) *Ad sententiam supplevi. Cf. Gai.* 4, 162. 163. 3) con *initio addidi.* farreatione *Cdd. edd. etiam meae* 1. 2.

DOMITII VLPIANI,

VT VIDETVR, EX LIBRO AD EDICTVM . . .[1] DE IVDICIIS II QVAE FOLIO SINGVLARI BEROLINENSI MVTILO SERVATA SVNT.

De quo adi (Th. Mommseni) *Monatsberichte d. Kön. Akad. d. Wissensch. zu Berlin* 1879 p. 501 seq. et de nostra harum laciniarum restitutione librum meum *die jüngst aufgefund. Bruchstücke aus Schr. Röm. Juristen* 1880 p. 1—26. 54.

Pag. prioris col. I.

1. . . . . com|petiit[2] an*te eam legem latam* restituendo, deinde ex abundanti praecepit praetoribus, ut *de bonis eorum iudicia* redderent . . . .

Pag. posterioris col. I.

2. . . . riti . . . *se*qui,[3] *ut fictos ciues Rom*anos *quodcumque* ex iu*re Quiritium n*ostrum *esse intell*egeretur, *etiam fict*os Lat*i*nos *ut peculi*are recte *ex iure Q*uiritium pe|*tere* . . . .

---

[1]) *Quotus hic ad edictum liber fuerit, qui erat de iudiciis II, ne nunc quidem definire audeo.* [2]) *Praecessisse fere haec videntur: 'quod vero ad fictos Latinos attinet, cum faceret (sc. lex Aelia Sentia) ut ii tanquam servi decederent, patronis idem ius quod' etc. cf. Gai.* 3, 56. [3]) *Haec videtur sententia fuisse: 'hoc ex legis praecepto, quod actiones attinet, quibus actor quid suum esse ex iure Qui*ritium *intendit,* sequi *etc.'*

col. II.

3. . . . . . Ro*ma*norum esset. sed cum lege de bonis rebusque eorum hominum ita ius dicere iudicia reddere praetor iubeatur, ut ea fiant, quae futura forent, si dediticiorum numero facti non essent, uideamus, ne uerius sit, quod quidam senserunt, et de uniuersis bonis et de singulis | *rebus* . . . . . .

VLPIANI RELIQVA FRAGMENTA MINORA.

[528] **1.** [1]Ulpianus libro ad edictum sexto sub titulo Qui pro aliis ne postulent sic refert: 'Inuenimus apud ueteres, mulie*ris* appellatione etiam uirgine*m* contineri.'

2. [2]Ulpianus in libro XLVI. ad edictum: 'Si quis proximior cognatus nasci speretur.'

3. [3]Ulpianus tamen ad Sabinum futurum 'fruiturum' dixit.

'Liber de officio proconsulis', qui in veteribus glossariis, post alios a C. Labbaeo sub titulo 'Cyrilli, Philoxeni Aliorumque Veterum Glossaria Latino-Graeca et Graeco-Latina' compositis et Paris. 1679 editis statim ab initio vocibus Latinis sequentibusque Graecis interpretationibus aliquoties interiectus legitur, est sine dubio Ulpiani ex Digestis et aliunde notissimus liber. Nec tamen certo apparet, ad quas voces, antecedentes an sequentes et quot ex iis liber ille pertineat, ut inde petitae dici possint. Quo cum accedat, ut ipsae voces interpretationesque earum pleraeque parum utilitatis praestent, omittendas eas duxi. De ipsis illis glossariis nuper docte disputavit A. F. Rudorfius. Berol. 1866. 4.

---

1) *Haec, quae sequuntur, extant, corrupta tamen, in libro, cui inscriptum est 'Spicilegium Solesmense . . . . curante Domno I. B. Pitra. T. I. Paris.* 1852.' *p.* 282., *ibique tribuuntur Pacati libro I. adversus Porphyrium. Correxit, diversumque hunc locum a consimili, qui ex lib. VII. ad edictum refertur in L.* 13 *pr. D. de verb. sign.* (50, 16), *ad ea, quae Ulpianus L.* 1. §. 5. *D. de postul.* (3, 1) *tractat, pertinere docuit is, qui primus eum in Germania publici iuris fecit, Boecking. ed. Ulp. fragm.* 1855. *p.* 177. 2) *Extat apud Priscian.* 3, 21. *p.* 607 *Putsch. p.* 97. *ed. Hertz. ubi est* nasceretur. *Correxi ex L.* 1. §. 8. *D. unde cogn.* (38, 8), *ubi integer locus legitur.* 3) *Extat apud Priscian.* 10, 13. *p.* 883 *Putsch. p.* 506. *ed. Hertz. Vereor tamen, ne is hanc quoque vocem tantum ex Digestis* (*L.* 12. *D. usufr. quemadm. cav.* 7, 9. '*Ulp. lib. XVIII. ad Sabinum*') *sumserit, perinde ac Lydus similia, quae ex antiquis iureconsultis allegat.*

INCERTI AVCTORIS, FORTASSE VLPIANI

DE GRADIBVS COGNATIONVM

expositio.

Ex codicibus mss., qui Notitiam dignitatum utriusque [529] imperii continent, maxime Victoriano Monacensi hoc caput primus edidit Boeckingius in corpore iuris anteiustinianei Bonnensi p. 173. idemque lectione codicis Parisini addita et praeterea paucis mutatis repetivit in quarta Ulp. fragm. edit. Lips. 1855. p. 183. Ex iurisconsulti cuiusdam optimae notae fortasse Institutionum vel Regularum libris id desumptum esse, dubitare non licet. Est enim haec graduum enarratio meo quidem iudicio omnium, quae exstant, in hac brevitate elegantissima; et cum simul Gaianae illi,[1] quam ex lib. 8. ad edictum provinciale novimus in L. 1. 3. D. de grad. et adfin. (38, 10), simillima tantumque sit concisior, de Ulpiani, qui ita Gaium sequi soleat, Regularum libro singulari cogitare licet. Quare operae pretium fuit, eam a mendis, quibus adhuc laborabat, purgatam hic referre. Animadverti quidem, stemma cognationum, quod Lud. Charondas ex codice Institutionum Dionysiano publicavit (de quo vid. notam nostram * ad Paul. 4, 11), ita plane ad huius cognationum descriptionis sententiam effictum esse, ut id quoque ab eodem auctore profectum esse videatur. Cum vero hanc ipsam ob causam nihil novi praestet et mendose typis exscriptum esse videatur, omittendum id duxi.

---

[1]) *Miror Boeckingio similem visam esse Paullianae expositioni in Sententiis et L.* 10. *D. de grad.* (38, 10). *Ut hoc uno defungar, Gaius et hic incertus scriptor generalem consobrinorum appellationem ut vulgarem et minus propriam tantum non reiiciunt; Paullus eam sequitur et tantum quosdam propriis appellationibus patrueles, amitinos, consobrinos distinxisse refert.*

[530] **1.** Gradus cognationum appellantur ab eo, quod personae cognatorum aliae proximiore, aliae longiore gradu sunt et ob id quasi gradatim altera alteram antecedit. **2.** Omnes personae cognatorum aut supra numerantur, aut infra, aut ex transuerso siue a latere. supra numerantur parentes: infra liberi: ex transuerso siue a latere fratres et sorores liberique eorum; item parentium fratres et sorores liberique eorum. **3.** Primo gradu supra pater et mater: infra filius et filia. **4.** Secundo supra auus, auia: infra nepos, neptis: ex transuerso frater et soror; hinc enim transuersus incipit gradus. **5.** Tertio supra proauus, proauia: infra pronepos, proneptis: ex transuerso fratris et sororis filius et filia; patruus, amita, id est patris frater et soror; auunculus, matertera, id est matris frater et soror. **6.** Quarto supra abauus, abauia: infra abnepos, abneptis: ex transuerso fratris et sororis nepos et neptis; patruus magnus et amita magna, id est aui frater et soror; auunculus magnus, matertera magna, id est auiae frater et soror; 'hoc gradu sunt etiam patrui amitae, auunculi materterae filii,[1] consobrinus, consobrina, id est qui quaeue ex fratribus aut sororibus, aut fratre et sorore generantur; sciendum tamen, proprie consobrinos appellari eos, qui ex duabus sororibus nati sunt, quasi consororinos; eos autem, qui ex duobus fratribus procreati sunt, fratres patrueles uocari; eos uero, qui ex fratre et sorore nascuntur, amitinos dici. **7.** Quinto gradu sunt supra atauus, atauia: infra adnepos, adneptis: ex transuerso fratris et sororis pronepos, proneptis; propatruus, proamita, id est proaui frater et soror; proauunculus, promatertera, id est proauiae frater et soror; consobrini filius, 'filia;[2] item propius sobrinus, sobrina, id est patrui magni, amitae magnae, auunculi magni, materterae magnae filii, filiae. **8.** Sexto gradu sunt supra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis: ex transuerso fratris et
[531] sororis abnepos, abneptis; abpatruus, abamita, id est abaui frater et soror, '(*abauunculus, amatertera, id est abauiae*

---

1) *Cdd. et Boeck. haec verba habent in fine §i, unde huc in suum locum erant revocanda. Perinde enim etiam in Charondae stemmate dicitur* huius (*sc.* patrui, auunculi) filius filia consobrinus. *Praeterea* etiam *scripsi pro* enim. *Fortasse etiam pro* filii *scribendum erat* filius filiaue. 2) *C. Par.* et filia *ex C. Vict. Boeck.*

frater et soror);[1] item consobrini nepos neptisque; item propatrui, proamitae, proauunculi, promaterterae filii, filiae; item sobrini, sobrinae, id est qui quaeue ex duobus consobrinis generantur.

Argumento vicina sunt stemmata agnationum vel cognationum in multis variique argumenti codicibus mss. occurrentia, de quibus videndus est Schrader ad Instit. 3, 6. §. 9. p. 452. et qui sex formas partim novas[2] in codd. legis Rom. Visigothorum repertas edidit, Gust. Haenel. in ed. leg. Rom. Visigoth. praef. p. XXIV. LXXXVIII. Ex his stemmatibus non pauca ex libris Romani iuris protracta esse iam Haenelius recte iudicavit. Sed eorum quoque pars ita comparata est, ut ab ipsis ICtis, qui de gradibus scripserunt, ea profecta esse dubitare liceat, pars tam manca vel deformata ad nos pervenit, ut difficile sit de iis iudicare. Duo tamen excipio, cumque cetera quoque, si cuius intersit, iam aditu non difficilia sint, haec tantum recepi. Prius, quod J. Cuiacius in fronte exemplaris Theodosiani Codicis ms. repertum Obs. 6, 40. primus publici iuris fecit et in quibusdam, parum tamen illustravit, deinde Boeckingius p. 171. corp. iur. anteiust. et Haenelius l. c. repetiverunt, ipsa inscriptione testante, ius legitimarum hereditatium antiquum illustrat, quo non exstantibus suis heredibus sive masculis sive feminis, in quibus nulla gradus ratio habetur, quique plures eodem gradu inter se etiam consanguinei sunt, agnatis gradu proximis, sed masculis duntaxat, hereditas defertur. Qua ratione in hac forma domum (i. e. familiam) effingente sui heredes sive descendentium stirpes et agnati tanquam duae domus contignationes, inferior et superior, separantur, ita tamen ut in inferiori pilae tantum, in superiori scala, cuius gradus [532] proprii sunt, ostendantur, et in superiori, media suorum pila

---

[1]) *Haec excidisse non minus in aprico est, quam cur exciderint. Cdd. quod hic adiiciunt,* neptisque *expungendum erat; aberraverat librarius ad sequentis comprehensionis verbum finale et comperto errore perperam scriptum inducere supersedit; haud vero ex Boeck. cj. ante hoc verbum supplendum* fratris et sororis patruelis, id est amitini amitinaeue nepos. *Cf.* §. 7., *ubi ICtus item generali illo sensu* (§. 6.) *consobrini voce usus est.*

[2]) *Invenies eas ad calcem ed. legis Rom. Visigoth. Quam tamen quarto loco positam primus edidisse sibi visus est vir meritissimus, eandem licet alio ex fonte iam vulgaverat Spangenbergius in fronte ed. corp. iur. civ. Gotting. Tom. I.*

sursum ducta, etiam masculorum ascendentium personae addantur, partim quia etiam ad parentes manumissores lege hereditas redit, partim quia omnes agnatorum a latere iunctorum gradus velut adiuncta scala a directa ascendentium linea pendent: quae ratio etiam effecit, ut cum in linea directa prisco instituto tantum usque ad tritavum trinepotemve personae certis nominibus comprehenderentur, etiam agnati tantum ad sextum usque gradum demonstrarentur. Itaque in superiore parte primum iuxta parentes ex latere venientium capita, fratrem, patruum et deinceps usque ad patruum maximum, qui est sexto gradu, vides positos, a quibus orti deinde rursus directa linea sed in latere per gradus a felici sinistra ad dextram procedentes et usque ad sextum tantum gradum sequuntur. Ne vero crederetur, perinde ut hi ab illis capitibus generatione oriuntur, etiam capita iuxta parentes quasi ab his progenita posita esse, tota scala sive a latere venientium ordo a linea directa simulacro quodam distinctus est imaginibus consanguineorum (qui quasi fons est a latere iunctorum) et quidem puelli et puellae generationis nesciorum, eandem suam originem digito significantium[1]) supra tritavum et patruum maximum pictis, quas Boeckingius et Haenelius omittere non debebant. Quod vero frater non iuxta patrem, sed iuxta avum et similiter deinceps rursum locatus est, non tam idcirco factum puto, ut appareret, si cui patrifamilias pater avusve emancipator superstes sit, ad hunc ex fortiori directae coniunctionis iure, non ad fratrem hereditatem pertinere, quam ut ex directa linea transversae gradus demonstraretur, ex quo solo agnati aestimantur; nam idem gradus est avo et fratri, proavo et patruo etc. Sed et illud ex iuris civilis subtilitate sumptum est, quod frater bifariam, tanquam frater defuncti inter agnatos, si vero complures ex eodem patre filii filiaeve vel filiarum loco exstent, tanquam consanguineus inter suos, quorum iure paene consanguinei censebantur, refertur. Quod autem in suorum personis masculis additur 'qui ex potestate non exiit', feminis vero 'quae in manu est', 'quae in potestate est', eandem habet rationem, propter quam illi quasi stipes familiae in media pila, domum maxime ferente, hae tanquam rami in sinistra et dextra pila parietali positi sunt. Uti enim illis domum familiamque retinere, ita his non propagare et facile relinquere naturale est. His rationibus perspectis non dubitabis, hoc stemmatis artificium ex intimis veteris iuris-
[533] prudentiae medullis derivandum et ad auctorem sat antiquum, et si mihi accedis, vel Augusto anteriorem referendum esse.

---

[1]) Eadem imago, etiam parentis effigie adiecta, recurrit in stemmate, quod Reizius ad Theoph. 3, 10. ex cod. Instit. D'orvilliano edidit.

Alterum stemma praestant partim Isidori Orig. 9, 5. §. 28. (quarum usus sum ed. F. V. Ottonis in Lindemanni corp. gramm. Lat. III. p. 312) ex multis codd. mss. partim Lud. Charondas loco ad Paul. 4, 11. citato ex Contio, qui ex aliis membranis id sumsisse videtur, cum Isidori mentionem non faciat, et in quibusdam gravius quam Isidori codices inter se discrepet. Uterque fons suis et virtutibus et mendis est insignis; quare ex utroque optima quaeque sed et ea correcta selegi. Ex Contio retinui cellulas omnes quadrilaterales iisque inscriptos numeros Romanos, cum in Isidoro ascendentium et descendentium sint triangulares et omnes ab editoribus arabicis numeris signatae. In Contiano exemplari etiam 'pater mater' et 'filius filia' figura inclusi sunt et ternis quidem lineis supra et infra, significandae scilicet arctioris huius necessitudinis causa a ceteris gradibus, qui singulares habent, distincti; in Isidori editionibus illi soluti supra figuram commemorantur, ceteri gradus binis lineis inclusi sunt. Contra cellulas utroque latere adiunctas, in quibus scriptum est 'Usque ad hunc' etc. Isidorus tantum praestat. Quare vero, nisi casu, tam apud Contium quam in Isidoro scriptura in quibusdam cellulis, partim iisdem, quarti, quinti et maxime sexti gradus minutior sit, me non intelligere fateor. Quamobrem id hic indicasse satis habui. Ceterum totum hoc schema demonstrandarum *cognationum* in modum pyramidis decurtatae ita constructum vides, ut sex transversis laterculis altero infra alterum locato, omnes primi, secundi et ceterorum usque ad sextum gradum cognati in unoquoque iuxta se positi conspiciantur. Quod ut efficiatur, directa linea ascendentium laevum, descendentium dextrum latus claudit; intus sunt a latere iunctorum scalae et gradus ita delineati, ut in secundo laterculo vel gradu rursus ut in superiore εἰκονίσμῳ frater sororque avo et deinceps ceteri transversi ordinis capita patruus, propatruus etc. sequentibus directae lineae adscendentibus accrescant, eorumque progenies in sequentibus gradibus ostendatur, quo fit, ut et sequens quisque laterculus una cellula augeatur et ortus gradus ex gradu in transverso ordine appareat. Dum vero hoc modo directa linea, proprietate sua amissa, plane ad transversi ordinis normam, cuius gradus proprii sunt, redigitur, adeo ut et gradus, qui intus sunt, usque ad iunctas iis ascendentium et descendentium personas pertingant, apparet totum schema ad illustrandum ius legis Furiae, ex quo et intestati bon. possessio, maxime unde cognati, pendebat, aliarumque legum comparatum esse. Sed praecipue illud, quod Isidorus servavit, ex- [534] emplum ius legis Iuliae vicesimariae spectasse videtur; quorsum enim pertineat illa adnotatio 'Usque ad hunc laterculum personae immunes sunt', nisi ad immunes a vicesima hereditatium? Accedit, quod si bonorum possessioni explicandae

stemma inserviisset, sine dubio etiam septimi gradus personae vel saltem sobrino sobrinave natus natave relatus esset. Comperimus igitur ex nostro stemmate, immunitatem illam, quam Traianus, teste Plinio Paneg. 39. 40. (collato lib. nostr. 'Gaius' p. 16—24), secundi gradus et in exili hereditate etiam omnibus lege Furia exceptis cognatis dederat, postea, Hadriani, ut opinor, edicto (an D. Marci? Capitol. 11. Front. ep. 2, 11.) in omnibus hereditatibus, quas lex Iulia apprehendebat, ad quartum usque gradum statutam esse, nec veri dissimile est, ex iurisconsulti alicuius ut puta Licinii Macri ad legem Iuliam de vicesima hereditatium libris id profectum esse. Plane si primam originem spectas, haec ad multo antiquiora tempora referenda erit, cum prisco more Romano aedificii forma et scalarum cum gradibus effigies servata sit, cuius in locum posteriore demum aevo, ubi magis eundem vitae ortum et quasi succum nuptias prohibentem demonstrare intererat, 'arbor cognationum' videtur successisse.

Eiusmodi arboris ferme in speciem etiam illud stemma effictum est, quod Boeckingius ex eodem cod. Victoriano, quo enarratio de gradibus cognationum continetur, non inferius seculo quarto vel quinto id esse ratus, primus edidit illique subiecit. Hoc vero neque ad illud caput, neque omnino ad ius anteiustinianum pertinere, sed medii aevi eiusque iurisprudentiae ecclesiasticae fetum esse, multa argumento sunt, ex quibus haec sufficiant. Primum graduum computatio contra veteris iuris formam etiam a Iustiniano retentam, quae intra sextum vel septimum gradum subsistebat, ad octavum usque perducitur: qua de causa (ut alias taceam) nec illud stemma, quod Haenelius secundo loco posuit, veteri iurisprudentiae assignari potest. Deinde in inferiore figurae parte ad stipitem arboris, qui descendentes continet, caper a sinistra (haec enim ubique est masculorum), capra a dextra se invicem amicabiliter petentes stantesque in terra, quae a quinto descendentium gradu incipit, superiores gradus coelo tenente, multa cum arte adpicti sunt, qua 'fecundissimi animalis' pictura nemo non videt significari, a quinto demum gradu nuptias permissas esse, superiores lege coelesti a nuptiis prohiberi, gradusque hic, dum plures descendentium stirpes finguntur, geniculorum Germanici iuris sensu intelligi, superiorem vero partem figurae, quae cognatos ex ascendentibus progenitos demonstrat, tantum ut etiam iuri civili eiusque graduum computa-
[535] tioni satisfieret, additam esse. Quod vero octo gradus numerantur, quasi tot naturae lege sint, iam commendandae legis ecclesiasticae causa factum apparet, quae aequissime primos quattuor coelesti prohibitioni, alteros terrestri licentiae adscripserit. Iam ut illud hircinum matrimonii iungendi symbolum clericalem olet matrimonii contemtum, ab antiquitate plane alienum, ita nec rei matrimonialis gratia ve-

teres cognationum gradus verbis exponere vel imaginibus illustrare unquam soliti sunt. Legem vero illam ecclesiasticam octavo demum seculo in regno Franconico invaluisse notum est, unde nec stemma priori tempori assignari potest. Sed si ea de causa nobis id omittendum fuit, non etiam ab iis negligi velim, qui de graduum computatione canonica scrutantur, in quam rem id magni momenti esse, nemo non videt.

ADNOTATIONES CRITICAE AD STEMMA COGNATIONVM.

[1]) fratris aut sororis filius aut filia *Isid. edd.* [2]) *Ita Contius et Isidori edd. pleraeque. Otto tamen ex Arevali ed. et, ut suspicor, cj. in hoc loculo dedit:* patruus magnus, amita magna, auunculus magnus, matertera magna: *quae vulgaris est huius gradus appellatio. Sed et alia, quae in agnatorum personis, quae parentium loco sunt, eundem, qui in parentibus traditus erat, morem observabat, exstitisse eamque, ut sequentes huius generis gradus testantur, stemmatis huiusce auctor secutus esse videtur.* [3]) fratris aut sororis *Isid. edd.* [4]) *Ita Cont.* (*tantum* matertera ma. *pro* matertera maior); propatruus, proamita, proauunculus, promatertera *Isid. edd. Scilicet iam librarii scripturam vulgari appellationi accommodaverant.* [5]) propriores *Isid. ed. Otton.* [6]) sobrini sobrinae *Isid. edd. manifesto vitio.* [7]) fratris et sororis *Isid. edd.* [8]) *Ita Cont.* (*tantum* materter. *pro* matertera); abpatruus, abamita, abauunculus, abmatertera *ed. Isid. Otton. ex Areval. ed.; ubique* ad- *pro* ab- *ceterae.* [9]) propatruus proamitae (*vel* proamitae) proauunculi filii (promaterterae *add. Areval. et Otto*) filiae *Isid. edd.* [10]) *Scripsi;* Propatrui, Proamitae. Proauunculi nepos neptis. id est sobrinus, sobrina *Cont.* propatrui, proamitae, proauunculi nepos neptis *Isid. edd.* [11]) sobrinorum et sobrinarum filii uel filiae *Isid. edd.* [12]) fratris et sororis *Isid. edd.*



Pronurus quae in manu nepotis est.

ITEM CONSANGUINEI

Pronepos qui ex potestate non exiit.

SUNT INTER SE

Proneptis quae in potestate est.

Abnurus quae in manu pronepotis est.

ET HI INTER SE

Abnepos qui ex potestate non exiit.

SUNT CONSANGUINEI

Abneptis quae in potestate est.

Adnurus quae in manu abnepotis est.

SUNT QUOQUE INTER

Adnepos qui ex potestate non exiit.

SE CONSANGUINEI

Adneptis quae in potestate est.

Trinurus quae in manu adnepotis est.

ITEM II SUNT INTER

Trinepos qui ex potestate non exiit.

SE CONSANGUINEI

Trineptis quae in potestate est.

(Stemma cognationum)

Jpse.



FRAGMENTVM DE IVRE FISCI,

EX VLPIANI, VT VIDETVR, REGVLARVM VEL OPINIONVM LIBRIS SERVATVM.

[536] Una cum Gaii Institutionibus, alius tamen codicis neque eius rescripti ex reliquiis, Veronae erutum et in lucem protractum est hoc quod nunc vulgo vocatur fragmentum de iure fisci. Scriptum id exstat *litteris semiuncialibus nec seculo septimo vel adeo quinto inferioribus* in duobus foliis valde laceris et corrugatis, ex unius complicatione, *ut Goescheno probabiliter visum,[1]* ita factis, ut inter utrumque similiter complicatorum par unum vel duo vel tria interiecta essent, quae perierunt: quamobrem duo potius fragmenta dicenda sunt, quorum alterum a §. 10. incipit. Paginas quattuor *infra quidem fere integras, sed supra maxime et partim in exteriore margine mutilas* scriptura complet binis in quaque columnis, quae *primitus fuerunt* versuum plus quam vicenum quaternum, *probabiliter ubique vicenum quinum,* versusque singuli plerumque litteras denas septenas continent, quarum tamen *pars passim perforationibus membranae periit, pars* sigla sunt. *Dextrae parti superiori folii primi adglutinatas esse lacinias duas ab eadem manu scriptas et inter se item glutine compactas, quae quo pertineant ignoratur, nunc demum compertum est. Factum est ea re, ut pars scripturae versus primi prioris columnae fol. I v. his laciniis tecta delitescat, scriptura vero in lacinia superiore tantum superior (paginae rectae), in inferiore tantum inferior (paginae versae) legi possit, utraque ad duos versus pertinens.[2]* Initium novi articuli

---

1) Novissimus editor Krueger etiam seculo demum decimo octavo ea in compagem, qua nunc continentur, posse conglutinata esse iudicat.

2) Secundum Kruegerum legitur in inferiore (?) *c* (vel *e* vel notatum *contra*)*u** in superiore *ita con* Videtur autem appellationes
e (vel *c*)* *ared*
inferioris et superioris laciniae inter se confudisse.

versu paullo prominente, vel intra versum spatiolo vacuo relicto et littera initiali paullo maiore indicare, novas vero materias etiam rubricis, quibus pingendis versum integrum a scriptura vacuum reliquit, distinguere librarius instituit, in utroque tamen neque rationem neque constantiam exhibuit. *Rubricas a librario fuisse numeratas, indicant numerus 'xxvi' et sequentis rubricae pars numeri (xxv)'ii', qui nunc demum initio §§. 8 et 9 in margine comparuerunt: ex quibus ipsis apparet, non certo consilio, sed ut in Gaii institutionum codice, pro arbitrio etiam has rubricas distinctas fuisse. Cum igitur non constet, quot articuli quaque rubrica comprehensi fuerint, nec certa coniectura, quantum interierit ante ea, quae servata sunt, hinc capi potest.*

Ipse auctor ea, quae supersunt, quantum ex his ipsis coniicere licet, eo modo videtur digessisse, ut ius fisci tractaret I. ratione negotiorum, quae ab aliis propter publicam quandam utilitatem inutiliter geruntur sive mortis causa sive inter vivos, §§. 1—4ª. II. ratione negotiorum, quae ipsius fisci nomine maxime a servis Caesaris contrahuntur, §§. 5—7. tum ageret III. de poenis pecuniariis, quae illicite gestorum nomine in fiscum rediguntur, §§. 8. 9., ubi primum folium exit. Sequitur in altero folio IV. de lucris, quae fiscus ex licitis privatorum negotiis vel mortis causa capit vel inter vivos, §§. 10—13ª, denique *§. 13ª transitum faciente* V. de his, quae fisci ratione agere liceat sive etiam oporteat vel non, tam his, qui munere aliquo fiscali funguntur, quam privatis, §§. 14—21. Qui ordo materiarum valde discrepare deprehenditur ab eo, quo Paullus Sent. lib. V. tit. 12. de iure fisci egit. Cum vero ea, quae in fine folii primi tractantur, admodum vicina sint his, unde secundum folium initium capit, haud plus quam duo folia inter utrumque periisse existimare licet.

De aetate et auctore horum fragmentorum magna est [537] inter viros doctos dissensio, de qua Heimbachius in repert. Lips. 1843. p. 146 seq. et Boeckingius in praefatione novissimae horum fragmentorum editionis sub finem edit. Ulp. fragm. quartae (1855) p. 145. copiose exposuerunt. Et sane facilius dictu est, cuius ea non sint, licet a quibusdam esse dicta fuerint, quam cuius sint. Primum igitur non sunt Paulli, neque ex Sententiarum eius neque ex libris de iure fisci: ut taceam eius librum singularem Regularum. Non sunt ex illis; nam et ordo rerum alius est, de quo iam dixi, quodque maxime apparet ex §. 19. collata cum simili loco L. 45. §. 3. D. de iur. fisc. (49, 14), et sententia §i 9., quae longe aliter et alio Sententiarum loco I. 6ª. §. 2. refertur: non ex his, quoniam Paullus iis ius fisci iusto tractatu exsequitur et proprias aliorumque opiniones vel imperatorum rescripta et decreta refert, velut L. 5. §§. 5. 11. 12. 15. D. de his, quae

ut indign. (34, 9), quod ab huius scriptionis ratione, certas tantum et gravissimas huius iuris definitiones admittentis, prorsus alienum est. Eadem de causa de Callistrati libris de iure fisci cogitare non licet. Neque vero de Hermogeniani iuris epitomis, alioquin compositionis ratione similibus, id quod statim agnosces, ubi eius de hac materia expositionem in L. 46. D. de iure fisci (49, 14) et maxime quidem §§. 2. 3. cum nostris §§. 4ª. 5. contuleris.

Quod vero de aetate auctoris potissimum a C. Guil. Walchio disputatum est, eum Diocletiano anteriorem non fuisse, ne id quidem mihi probatur. Leviora argumenta iam a Boeckingio refutata praetereo. Speciosa tantum sunt quae ex §§. 14 et 15. et ex §. 17. ducuntur. Sed ad illas quod attinet, iam Paulli tempore, ut ex Sent. V. 12. §. 6 apparet, bona, quae ad fiscum pertinere dicebantur, sine iudicati auctoritate describi vel obsignari aut incorporari non licebat; Diocletiani vero constitutio L. 5. C. de i. fisci (10, 1) testatur, tum nec licuisse, nisi etiam forma eo nomine ab ipso imperatore data esset. Et cum antea Caesarianis bona ante sententiam inquietantibus manus opponere (quod iure naturali licebat) prohibitum quidem non esset, imperatores vero tantum procuratorem de eiusmodi iniuria adire iussissent, Diocletianus 1. c. expresse universis, quorum interesset, ipsis resistendi officialibus potestatem dedit. Unde intelligitur, antiquius ius §§. 14. et 15. referri. Sed etiam §o 17. ius posterius et latius contineri, quam L. 1. 2. C. de advoc. fisc. (2, 9), Antonini et Valeriani rescriptis a. 214. et 255. propositis, non persuadebitur ei, qui utrosque locos diligentius inspexerit. Antonini enim rescriptum eum spectat, qui fisci causam aliquando egerat, eumque, licet salarium non acceperit, in eadem scilicet causa contra fiscum
[538] patrocinium praestare vetat; cf. L. 11. D. de postul. (3, 1) et L. 2. C. cit. Haec ipsa vero L. 2. cit. cum §. 16. plane convenit. — Si tandem mihi ipsi quid videatur, dicere licet, primum fragmenta nostra et ipsa celebrioris operis celeberrimi cuiusdam ICti partem fuisse, non dubito; alius enim etiam frustulum tantum qui aetatem tulisset? Deinde hunc tertio seculo scripsisse et quidem post Severi excessum et ante emissam vel potius post rursus abrogatam a Macrino constitutionem Antonini Magni, qua is patrum in caducis ius sustulerat, conficitur tam ex §. 4ª., in qua ius a Severo et Antonino constitutum refertur, et ex §. 3., secundum quam ius patrum fiscum praecedit, quam ex iure aerarii tum ad fiscum in plerisque causis iam translato. Sed et Paulli Sententias eum ob oculos habuisse verisimile est propter §. 19., quam ex illis desumtam et elegantius modo formatam iure dixeris, maxime si expenderis, Paullum ipsum illam sententiam vix ita concepturum fuisse, nisi imperialis sententia, quam L. 10. D. de manum. (40, 1) refert, prae-

cessisset. Denique si scribendi elegantiam et totam tractandi rationem considero, vix alii haec ICto quam Ulpiano, *cui etiam insolentior dictio 'inconsiderata diligentia' (§. 2) convenit coll. L. 3. §. 17. D. de susp. tut. (26, 10) vixque* alii eius operi quam Regularum vel Opinionum libris assignari posse mihi videntur, ex quibus quae in Digestis superant, ostendunt, etiam his tantum certi iuris sententias, spretis aliorum auctoritatibus, comprehensas fuisse. A libro singulari vero Regularum illi etiam hoc distulisse videntur, quod ius quoque extraordinarium, quo pertinet fiscale, iis expositum erat.

Reliquum est, ut dicam, etiam haec fragmenta post Goescheni et Lachmanni curas a Boeckingio ornatissime edita esse; quapropter ad eius tantum editionem iam supra commemoratam emendationes nostras referre consentaneum duximus. Sed eae cum compluscculae essent, quo facilius de iis iudicari posset, in hoc uno frustulo superiorum editorum exemplo etiam versuum codicis distinctiones retinere placuit.

Haec quoque frustula iterum edenda ut peculiari cura retractarem, impulit me maxime apographum membranae Veronensis Hollwegianum ad calcem apographi Schedarum Gaianarum, de quibus supra p. 167. retulimus, a Boeckingio adiectum. Neque hanc iteratam operam infructuosam fuisse, iudicaturum spero, qui v. gr. §§. 7. 11. 18. 19. utriusque editionis contulerit.

Membrana Veronensi non solum denuo atque accuratias quam antea factum, inspecta et descripta, sed etiam imagine eius fideli imitatione ante oculos posita 'Fragmentum de iure fisci edidit Paulus Krueger Lipsiae 1868'. Quae editio maxime in causa fuit, ut et in hac tertia mea eiusdem fragmenti recognitione haud pauca tam in praemonitis quam in ipso contextu et in adnotatione addenda vel mutanda essent, quae, ubi opus, asteriscis feci, ut a lectore facile deprehenderentur. Kruegeri editionem significavi *Kr.* apographum *CKr.*

---

[539] ******* t capere possi*t*.[1] fol. 1. r. col. a

1. Heredi eius, 'qui cap*ere*[2] | non poterat, def*er*endi | potestas concessa (*non*)[3] est, ni*si si* os|tendi[4] possit, eius 'u*olun*-*tatis*[5] | decessisse de*functum*, | ut deferre se u*ellet*.[6] |

2. [7]Antequam quis ab alio def*e*|ratur, ipse se defer|re debet, alias sero | ad auxilium delatio|nis confugit. quod si per | errorem se detule|rit, nihil ei officit in|considerata diligentia. |

3. [8]Ius patrum non minui|tur, si se is deferat, qui | solidum id, quod relic|tum est, capere non potest. sa|ne si[9] post diem centesi|mum patres caducum | uindicent, omnino | fisco locus non est.[10] |

4. Si se is deferat, cui taci|'*te relictum est*, *prae*m*ium* col. b. *fert*.[11] |

4ª. '*Emere non potest e prouincia is*, *qui ei praeest*,[12] *nec hoc* consider*atur*, *quis contra*|h*at*: ceterum *si per interposi*|tam personam *comparasse*|[13] *rem arg*u*atur*, *damnum* | *patitur* eius

---

1) *ex Kr. ed. initio versus* *i(?)nq(?)u(?)a(?)t C^{Kr}. *Fuisse suspicor* duntaxat *Antea hic versus lectus non erat. Tota sententia fuerit: 'Deferre se potest et is, qui solidum cepit, quamvis partem duntaxa*t capere possit. 2) *ex Kr. ed.* ui e ui*ta cedens' Boeck. secundum Lachm. ne apta quidem sententia.* qui qui*t* ca*pere edd. meae* 1. 2. *sed litteras* e' qui *errore repetitas librarius induxit. De re cf. L.* 13. *pr.* §§. 1. 2. 8. 10. *L.* 15. §. 3. *D. de iur. fisci* (49, 14). 3) *Addidit ex Savinii cj. Kr. ed. Ante v.* 2. '*Ipsi tantum non etiam' suppleveram edd.* 1. 2. 4) *In C^{Kr}. hic perforato aut* nisi si ostendi *aut* nisi hostendi *potest fuisse.* 5) *In C. scriptum fuisse puta* uolunt., *ut in Gaio* potest. = potestate *etc. Cf. Papin. in Collat.* 6, 6. *et L.* 45 (46) *pr. D. de neg. gest.* (3, 5). 6) *Boeck. secutus Lachm. pro* u*oluntatis fecit* u*igoris*, *pro* uellet u*aleret. Neque vero Hadrianus, an potuerit, sed an voluerit defunctus, quaeri voluit, neque fisco sed heredi iniunxit probationem. L.* 13. §. 5. *D. ib.* 7) *Cf. L.* 13 *pr.* §. 10. *L.* 2. §. 7. *D. de iur. fisc.* (49, 14). 8) *Cf. Gai.* 2, 206. 207. 286. *Ulp.* 1, 21. 25, 17. 9) nisi *scribi vult Kr. male.* 10) *Nam alias fiscus a deferente se saltem dimidium habet.* 11) *Ad sententiam supplevi, ut appareret, etiam sequentem §. posse recte suppletam esse. Scriptum fuisse puta:* relict. ē p̄mium fert.| *Cf. L.* 13. §. 1. *D. de iur. fisc.* (49, 14). *Quae Boeck. proposuit, tres versus complent, quae ego edd.* 1. 2., *duos. De edicto D. Traiani vero iam ante in non capiente ICtus dixerat.* 12) *Vocum 'e provincia'* (ep̄uā) *vestigia supersunt in C^{Kr}.* 13) *Etiam hos duos versus nunc ex C^{Kr} restitui.*

rei *uel aesti*|*matio*nis. ter uero *frustra*|*to eo etiam*[1] *qua*-druplum | *poenae* nomine *con*sequi[2] fis*cum* o|*por*tet.

5. Bona e*orum*, | *q*ui cum fisco contrahunt, *le*|*g*e 'uacuaria[3] [540] uelut *pig*|*n*oris iure fisco '*o*bl*igan*|*tur*,[4] non solum ea, quae | *h*abent, 'set et[5] ea, quae postea |habituri sunt. |

6. *E*dicto diui Traiani caue|*tur*, ne qui prouincialium *c*um | seruis fiscalibus[6] contrah*ant*, | nisi adsignante procura|tore. 'quod[7] factum | dupli damno uel rel*i*|quorum 'eius
fol. 1. (*serui*) solutione[8] pe*n*|satur. et ideo qui cum | [9]— — — — |
v. col. a.

---

[1]) '*Si praeses in prouincia per supposi*|ta*m perso*n*am con*-*parasse* | *quid arg*u*atur, fisco con*|*demnatur* eius rei *aesti*|*mationis.* ter uero *frustra citato' Boeck. ex Lachm. cj. Ego* C^{Kr}. *et L.* 46. *D. de contrah. empt.* (18, 1) *collata L.* 46. §. 2. *D. de i. fisc.* (49, 14) *nunc accurate secutus sum. Scriptum erat:* emere n̄p̄ e p̄ua is q́ei p̄e|n'hoc c'siderat' quis ꝯ|hat ceterum si p̄+posi|tam p̄sonam c'parasse | rem *et postea* patit' *et* ū aesti| *denique* et. *pro* etiam. [2]) nom̄ sequi *C.* = nomen *vel* nomine sequi. *Apparet librarium in suo cod.* nomene *pro* nomin(e) c' *legisse. pro* poenae *scripsisse videtur* p̄nae (*cf. Gaii not.*). [3]) *XX*maria *Boeck. ex cj. ed. Alii alia coniecerunt. Ego postquam Leg. Flav. Salpens.* 64. *innotuit, codicis scripturam mutare ausus non sum, nec dubito, legem vacuariam eandem esse, quae ibi* '*lex in uacuom uendendis' dicenda appellatur, qua ex lege emptori, postea fisco i. e. procuratori Caesaris etiam singulas res debitoris persequi et distrahere videtur licuisse. Ceterum etiam legi potest* e lege. [4]) *In C. scriptum fuerit* oblan|tur (oblegantur). *Cf. L.* 10. *D. de manum.* (40, 1). *L.* 1. 2. *C. in quib. c. pign.* (8, 15). [5]) s' *C. i. e. olim* set, *ex quo* et *geminandum erat. Boeck. ed.:* sed ea *quoque*, quae. [6]) *i. e. qui in actu aliquo stationis fiscalis positi sunt, a quibus distinguuntur* §. 6^a *qui omnino servi Caesaris sunt.* [7]) *Ante h. v. siglum v.* contra *excidisse suspicor.* [8]) e' solutione *C.* exsolutione *ex Lachm. cj. edd. etiam meae* 1. 2. [9]) *Versus* 1—12. *in edd.* 1. 2. *ut tum Codicis scriptura repraesentabatur, sic fere restitui posse conieceram: non adsig*nato *siue de* | *peculio in creditum* | *ierit si*ū is *id*-*circo* tm̄ | *reliqua* n̄ ꝯ*axerit* r̄ p|*dit* ū *pen*sat c'*altero tan*|*to si uero* ꝯax*erit in*|*actu* q́. *ei* incu*mbebat, tot.* | *debitu*m eo no*m. fisco* | p*soluere* cogit' n'*rele*|*uat*' cū ad eum l*ucr*. | *e* m̄m̄or̄ puenit ht. *ibique quod in fine dicitur, eo spectare videbatur, quod si dispensator forte vel vicarius eius rationibus redditis manumissus erat et postea defuncti hereditas ad Caesarem pervenerat, detecta deinde ex actu servi reliqua nihilominus tota ab eo, qui contra interdictum cum eo contraxerat, persolvenda erant: nova enim liberti persona erat. quod nunc non probo. Iam vero duas sequi edicti D. Traiani quasi exceptiones vel potius interpretationes in* §§. *sequentibus,*

— — — — | — — — um * | — * * cus ido —[1] | — — contra 'amo — quae[2] | — * * sa * o[3] — * * | — o contrax — — | — i non in cu — | * u * t*a*men eo*rum* — | * * uere[4] cogitur na * | * * c̄tu[5] ad eum lo * * * | * * * ior[6] peruenit h̄t * *[7] |

6a. *Serui*[8] Caesaris ab ad*mi*|*nist*ratione rerum | *su*arum[9] itemque comm*u*|*n*ium[10] rerum comm*e*r|cio non prohibentur: adeo | et s*t*ipulari ab his et | *e*mere donatumu*e* | accipere possumus, nisi *cum* in fr*a*udem portio|nis Caesaris fiat. |

[541] **7.** *Qui* mutuam pecuniam contra interdic|*t*um dispensatori ui|carioue eius crediderit, | *si is reliqua non fecerit,*|[11] '*simpliciter* in poenam | *dupli conu*enitur,[12] quia quod | *cre*didit, non amisit. | '——— ———[13] | col.b.

---

recte quidem statueram, sed in alium quam oportet, sensum ex Bgiano Cod. apographo restituere tentaveram. Nunc secutus sum C[Kr], *in quo tamen ambigua quaedam in* §. 6. *ab omnia restituendi periculo interim deterrent.* 1) *fiscus* ido*ne* . .? 2) q' C[Kr] *quod est* qua*e*. *an* amo*tum* quae? *sed* que *ed. Kr. quasi in C. esset* q. *vel* q̄. 3) sa*m *ed. Kr. sed fuerit* (conpen)sato. 4) *an* eor. *nom(ine) ca*uere? 5) *sic* C[Kr] *sed* contractu *Kr. ed. quasi in C. esset* ꝯctu. *An:* nam *ex* contractu? 6) *sic* C[Kr] io *ed. Kr.* 7) *Fuit aut* hte = hereditate *edd. superiores omnes. aut* htas = hereditas, *ut antea explendum sit* loc*u*ple*t*ior *et fiscus is sit, quem cavere oporteat.* 8) *Aut quod hic post spatiolum superscriptum v.* Caesaris *legi non potuit, aut in ipso spatiolo non dubito fuisse* ser. = Serui. 9) *Ex Kr. cj. Intellige vero peculiares et nota, quod ex h. l. et Ulp.* 20, 16. *elucet, servos publicos vel Caesaris in peculio suo idem fere ius, quod filiifam. in castrensi habuisse, nisi quod, si Caesarem ex asse heredem non fecissent, dimidia pars iure peculii ad Caesarem pertineret, quae portio Caesari debita in fine §i intelligitur. Hoc cum nondum cepissem, aliter in edd.* 1. 2. *h. l. restitueram.* 10) *Ex* C[Kr]. *ed. Kr. Sunt res servo cum aliis communes.* 11) *Restitui ad sensum, qui et hic requirit, ut columnas C. versuum vicenum quinum fuisse ponamus.* 12) *Item* C[Kr]. *secutus ad sensum supplevi. Scilicet cum duplum intellegeretur rei ipsius et simplum tantum mera poena esset, in pecunia mutua data non ut in emptione vel venditione similibusque contractibus ratio habenda erat eius quod invicem provinciali deberetur, sed ut si id redditum vel pensatum non erat, eo nomine ei caveretur, quod hereditas servi inde locupletior ad fiscum perveniret (eo enim quae legi non potuerunt* §. 6. *spectare puto), sed simpliciter damnato salva erat condictio mutui recipiendi causa.* 13) *Versus a scriptura vacuus.*

8. [1]*Qui contra e*dictum diui Augus|*ti re*m *li*tigiosam a | *non possid*ente comparauit, prae|terquam (*quod*) emptio nul|lius momenti est, poenam | quinquaginta sestertiorum fisco re|praesentare compellitur. res autem | litigiosa uidetur, de qua 'lis[2] | apud suum iudicem | delata est. sed hoc in prouincialibus | fundis praua usurpa|tione[3] optinuit. |

'————————————[4]|

9. [5]Absentes fugitiuos | uenum dari aut comparari | amplissimus ordo | prohibuit, denuntiata | in emptorem uendi|toremque poena sestertiorum quinquaginta, | quae hodie fisco uindi|*catur.*

fol. 2. r. col. a.

* * *

10. | — — — — | [6]excepto castrensi | peculio bon*a* sua *con*|ferre debebunt. | [542]

11. Caesare a liberto suo *ex as*|se herede instituto, '*filia*| iure[7] ad semisse*m uo*|catur: cum extraneis uero ins|tituto, filia ex 'se|misse modo[8] extraneis, | non et*iam* Caesari adcre-

---

[1]) *Cf. Gai.* 4, 117. *Guil. Francke ad Dig. tit. de hered. petit.* p. 39. [2]) *Ex* C[Kr]. *In edd.* 1. 2. *hanc v. post* iudicem *suppleveram.* [3]) *Nam Augustus dum actorem non possidentem rem litigiosam alienare vetat, nonnisi de praediis, quae mancipi erant, cogitare poterat, quod etiam poenae summa evincit. Sed postquam exceptio etiam ad pignori hypothecaeve dationem translata erat, per quam omnium rerum etiam mobilium nomine in rem actio a non possidente creditori comparari poterat* (*L.* 1. §. 2. *D. quae res pign.* 20, 3), *mirum non est, quod rapaces procuratores poenam quoque edicti ad fundos saltem provinciales transtulerunt.*

[4]) *Versus vacuus.* [5]) *Cf. Paul.* 1, 6[a]. §. 2 [6]) *Antecedentis primi versus pauca vestigia supersunt. Praecesserant vero puto fere haec: 'Caesaris libertus etiam minor centenario sive testamento facto sive intestato decesserit, cum liberis eius duobus vel uno virilis pars Caesari debetur liberique ei.' Cf. Gai.* 3, 42. *Nam in centenario commune hoc ius erat ex lege Papia, quae cum patrono ut debitam hanc partem etiam adversus duos naturales liberti liberos adscripserat, emancipatione liberorum eam minui nolebat. Emancipatus igitur et patrono et suo conferebat, exceptis bonis castrensibus. Caesarem vero, patrem patriae, in cuiusque domus Augustae liberti bonis hoc ius habuisse, ex seq. §. probabile est. Cf. Suet. Ner.* 32. [7]) *Ex* C[Kr]. *filia ne*|posue *edd. meae* 1. 2. iure (*accrescendi*) *edd.* (*non Kr.*) *quo additamento non opus.* [8]) semissem *C. unde fuerit* semisse m̊ (= modo). *Deest* modo *in edd. etiam mea altera.*

scit.[1] | quodsi plus semisse Cae|sar accepit, in id, quod plus | est, etiam Caesari adcrescit. |

12. Libertae Caesaris, tam | manumissione quam 'beneficio con|iunctionis[2] effectae, | si testatae decedant, | dimidium, si intesta|tae, *to*tum fisco uin|dicatur.[3] sane patris et | patroni ignorantis | ius non minuitur.[4] |

[543] **13.** Ancilla Caesaris, quae $\bar{\text{v}}$ li|beros habuerit, in nu|*me*- col. b. *rum libertarum*[5] ———— v. 2—6. ———— |[6]

13a. [7]*Latini Caesaris liberti quanquam*, | *cum dec*edan*t ut serui*, *eo*|*r*um bona *fisco uin*|dicantur, t*a*men *ex contractus* | causa fisco a*c*qui*rere ea* | 'p*r*o*pter*[8] non possunt n*isi poenam,* quam *ali*|eno *pr*iuato contra*ctu* in*ito* | inter s*e fis*co stipulantur. |

14. [9]E*or*u*m* bonorum, *quae* | a*d* fiscum pertinere dicun|tur, s*i* controuersia moueatur, | an*te* sententiam nec obsig|na*ri* n*ec* describi aut in|corporari possunt. idem ser|uat*ur* 'et[10] cum a sententia prouocatio interponitur. |

---

1) *Singulari eius, ut opinor, iure. Cf. Leg. Rom. Burg.* 3. *ibiq. Bark. Nam privatus patronus cum per filiam liberti minoris centenario ab hereditate eius excluderetur, causa non erat, cur filia praeterita non et ipsi partem detraheret. Cf. Gai.* 2, 124. *De semisse Caesaris cf. Suet. l. c.* 2) *Interpretatio non tam ex Tacit. A.* 12, 13. *et Paul.* 4, 10. § 2., *quam ex L.* 3. *Th. C. ad SC. Claud.* (4, 11) *petenda: unde docemur, ingenuam, quae Caesaris servo se iunxerat, etiam ignaram, antiquo iure semper (quasi consentiente eo) libertam eius effectam esse. quare etiam probanda est Kr. cj.:* tam manumissionis beneficio quam coniunctione. 3) *Hoc quoque singulari iure. Nam ex lege Papia privati patroni liberta quattuor liberorum iure testamenti factionem nanciscebatur, ita ut virilis pars pro numero liberorum superstitum patrono deberetur. Gai.* 3, 44. *Unde suspicor, Caesaris libertabus etiam sine liberorum iure testari licuisse, ut tamen liberorum ius nihil in Caesaris patroni iure mutaret.* 4) *Cf. Paul.* 2, 21a. §§. 7. 9. 5) *Vid. Columell. de r. r.* 1, 8. §. 19. *recte a Rudorfio allatum. Suspicari licet, quinque liberis Caesaris ancillas similia iura adeptas esse, atque quattuor liberis a privatis manumissae.* 6) *In his versibus haec paucula tantum lecta sunt:* (3) * * n.... (4) caes.... (5) * orem .... (6) * * milibus s .... 7) *Huius §i restituendae ex C*[Kr]. *periculum feci, cum edd.* 1. 2. *extrema tantum, de quibus cf. L.* 1 *pr. D. de iure fisci* (49, 14), *eaque minus recte supplevissem.* 8) *Nota* ppt *scriptum fuisse posui. Pro* acq. *in C*[Kr]. *est* aeq-. 9) *Vid. praefat.* 10) *ex C*[Kr]. *addidi.*

15. Pro his bonis, quae fiscus in|quietat, manus op*po*|ne*re* fol. 2. v. nemo quidem prohib|*etur*;[1] — — — | — — — — tur | col. a. — — — e * * i | — — — rian * | — — * pellunt | — — io * i * * rā | .

16. [2]*Aduocati fis*ci *etiam* | *post deposi*tum officium | con*tra fis*cum, a quo 'sa*la*|*rium* acceperunt, nisi in| *causis paren*-*t*um, filiorum, | p*upi*llorumue suor*um*, causa | liberto*rum* etiam,[3] adesse *proh*iben|tur, et si adfue*rint*, infa|mia plectun*tur*. *sa*ne | hoc principali *beneficio* | impetrare non proh*i*ben|tur.

17. [4]Fisci aduocati, | quibus ad temp*us* o*fficium* | mandatum est, quia salari|um n*o*n accip*i*unt, | contra fiscum adesse [544] non prohi|bentur.

18. Capite 'le|g*i*s censoriae[5] caue|tur, ut non *t*an*t*um, col. b. cum quid | *fisco aufertur*, *sed et cum non*[6] | praestatur, cuius rei omis|sa professio[7] commis|*so in*tra[8] quinquennium

---

1) *Vid. praefat. Quae sequuntur, edd.* 1. 2. *ex Paul.* 5, 12, 6. *in eam sententiam restituere tentaveram: tutius tamen procuratorem adiri, ut is iniuriam, quam Caesariani committerent, expelleret. Quae ut vera sit, nunc ex* C^{Kr}. *quae lecta sunt, proponere malui.* 2) *Etiam hanc* §. *mutata ed.* 1. 2. *nunc ex* C^{Kr}. *rectius restitui, quibusdam a Kr. monstratis. Caeterum cf. L.* 10. *D. de postul.* (3, 1). *cum schol. Thalelaeano ad Basil.* 8, 1, 36. *L.* 1. 2. *C. de advoc. fisci* (2, 8). *L.* 13. *L.* 22. §. 1. *L.* 24. §. 1. *C. de advoc. div. iud.* (2, 7) *et praefat.* 3) sa*laria* (*cf.* §. 17) *et deinde* nisi in *suis uel paren*tum f. p. suor*um* causa, libertorum etiam *ed. Kr. partim invito* C^{Kr}. *nec in sua causa advocatus quis adesse potest.* 4) *Cf. L.* 1. *C. de advoc. fisc.* (2, 8). 5) *Domitiani, ut opinor, quem Plin. pan.* 40. *spectare videtur.* 6) *Sic primum versum col. b. collatis v.* 7. 8. *restitui, postquam apparuit, versus viginti quinque quamque columnam habuisse. Scriptum fuerit* fisco aufert' s' et c' n̄. *Sed etiam in sequentibus aestimandis et restituendis, hoc non comperto et ante* C^{Kr}. *commenta vel tentata irrita fuerunt.* 'non *t*an*t*um cum quid | praestatur, cuius rei omis|sa professio *fuerit*, a*ctio* commis|*si* intra quinquennium locum | *habeat sed et' Lachm. et Bg. edd.* 'tum tantum, c. q. p. c. r. o. professio intra commis|sis statutum quinquennium locum *fisco dat' mea ed.* 1. *laudato libro m.* '*Census u. Steuerverf. d. Kaiserz.' p.* 194. n. t. c. q. p. cuius rei omissa professio (*sit, sed et cum*) commissi poena intra quinquennium locum *ob id habet' ed.* 2. 7) *Quae hic in* C^{Kr}. *sequitur v.* intra *ab ipso librario vel correctore expuncta est.* 8) *ex Mommseni cj. literae -so in- perforatione folii perierunt.*

locum | *facit*,[1] earum rerum | *nomine*[2] quae per fraudem | '*ipsa*[3] ablata[4] sunt uel professi|oni 'subtracta,[4] qua|druplum fisco de*p*en|d*a*tur,[5] alias duplum. |

19. [6]A debitore fisci in frau|dem datas libertates re|trahi placuit. sane ipsum | ita emere, ut manumittat, | aut fideicommissam libertatem 'praest*are*,[7] non est prohibitum.

20. [8]Ab eo, qui reus criminis '(*publici*)[9] pos|tulatus
[545] aduersam sententiam | meruit, tempore | reatus quocun*que* mo|do alienata a fisco cum | quadruplis fructibus | reuocantur.

21. Fideiussorem eius, qui cum | dispensatore contraxit, ip |

---

[1]) *ex Kr. ed. in* C^{Kr}. *foramine absumptum. In eo vero ipse librarius, quem Kr. sequitur, erravit, quod hic articulum finiri putans, spatiolo relicto inde ab* earum *novum incipit, qua de causa etiam postea* dependitur *pro* dependatur *scripsit.* [2]) *i. e. ex his causis.* [3]) '*tota*' *edd. Lachm. et Bg.* '*e censu*' *ed. mea* 1. '*fisco*' *ed. Kr. Sed intellige res ipsas profitendas, quae fiscum vindicantem per fraudem celantur aliove modo ei auferuntur.* [4]) ablatae .... subtractae *ed. mea prior* (*et Kr.*) *invito C. Si quae per fraudem professioni subtracta sunt, vectigal tantum vel tributum poenae nomine quadruplatur. De quinquennio cf. L.* 2. *C. de vectig.* (4, 61). *L. un. Th. C. de quinq. praescr.* (4, 15). *de quadrupli et dupli poena Plin. paneg.* 40. *Lactant. de mort. pers.* 23. *L.* 16. §. 10. *D. de public.* (39, 4). [5]) defenditur *C. etiam* C^{Kr}. *Cf. not.* 1. [6]) *Cf. L.* 45. §. 3. *D. de i. fisc.* (49, 14). *L.* 11. §. 1. *L.* 16. §. 3. *D. qui et a quib.* (40, 9). *L.* 10. *D. de manum.* (40, 1) *et in praefat. dicta.* [7]) praestet *C. edd. etiam mea prior, sed Kr. ut nos.* [8]) *Cf. L.* 20. *D. de accus.* (48, 2). *L.* 8. §§. 1. 2. *D. de manum.* (40, 1). *L.* 15 *pr. D. qui et a quib.* (40, 9). [9]) *Ratione habita L.* 20. *cit. supplevi, litteram* p(*ublici*) *ob sequentem litteram* p *excidisse suspicatus.*

HERENNIVS MODESTINVS.

Ex libris Regularum.

[546]

1. [1]Modestinus regularum libro IX.[2] sub titulo de bonis libertorum et de testamentis: 'Cum in testamento dies et consules adiecti non sunt, non nocet, quominus ualeat testamentum.'

Ex libris Differentiarum.

2. [3]'Inter eum, qui in insulam relegatur, et eum, qui deportatur, magna differentia est', ut ait Herennius; primo quod relegatum bona sequuntur, nisi fuerint sententia adempta, deportatum non sequuntur, nisi palam ei fuerint concessa: ita fit, ut relegato mentionem bonorum in sententia non haberi prosit, deportato noceat. item distant et in loci qualitate, quod cum relegato quidem humanius transigitur, deportatis uero hae solent insulae assignari, quae sunt asperrimae, quaeque sunt paulo *'lenti*us sum*pto*[4] supplicio comparandae.

---

[1]) *Primum haec ex ignoto a Petro patre suo accepto codice ms. cum Mos. et Rom. legum Collatione Lutet.* 1573. *p.* 54. *edidit P. Pithoeus, postremum adiecta notitia litteraria Boeckingius in ed. Ulp. fragm.* 1855. *p.* 179. [2]) III *ed. Pith. correxit I. Gothofr. Neque enim* III. *sed libro* IX. *Modestinus et de bonis libertorum* (*L.* 9. *D. de i. patron.* 37, 14) *et de testamentis egit: videnturque eius operis codices etiam miscellos titulos habuisse, quibus diversae res, non ab ipso tamen, ut puto, Modestino, adscriptae et inscriptae erant.* [3]) *Haec debentur codicibus quibusdam Isidoriani Differentiarum libri. Ex alio primus Casp. Barthius advers.* 39, 14., *ex alio Arevalus in Isidori ed. Romana T. V. p.* 26. *edidit. Utriusque lectionem composuit Lachmannus Zeitschr. f. gesch. RW. XI. p.* 115. *Postremum Boeckingius l. c. p.* 180. *edidit, quem fere sequimur. Libro I. differentiarum hunc locum tribuendum esse, idem ob L.* 22. *D. de poenis* (48, 19) *coniecit. Ad rem cf. Isidor. orig.* 5, 27. §. 29. *L.* 4. *L.* 14. §. 1. *L.* 18 *pr. D. de interd. et rel.* (48, 22). [4]) *Scripsi;* minus summo *edd. Cf. Plin. N. H.* 11, 25, 30. '*nisi quod grauiore supplicio lenta per triduum morte conficiunt*'.

LEX DEI

SIVE

MOSAICARVM ET ROMANARVM LEGVM COLLATIO.

[547] Tribus codicibus manuscriptis haec 'Lex Dei', uti in illis ipsis codicibus, sive Mos. et Rom. legum Collatio, ut nunc plerumque inscribitur, ad nos pervenit, Pithoeano s. Rosnico, nunc Berolinensi, Vercellensi, et Vindobonensi: qui omnes admodum corrupti sunt, nec inter se ullus eorum ab alio pendet; antiquissimus tamen videtur Berolinensis, ex quo Pithoeus a. 1573. primum Collationem edidit; existimatur enim esse seculi octavi vel noni, ceteri seculi undecimi; et ille ut solus integrum continet opus vel certe tit. XVI. nunc ultimum (integrum enim ipsum opus ad nos pervenisse, licet verisimile sit, tamen quis praestabit?), ita et titulorum, in quos ipse auctor opus suum distribuerat, numeros, quanquam nec ipse integros, tamen aliquatenus servavit, qui in ceteris capitum distributioni cessere, quam in omnibus tribus codd. soli librariorum licentiae deberi, nemo, qui vel unum illorum inspexerit, dubitabit.

Auctor Collationis quis sit, ignoratur. Rufinum Aquileiensem presbyterum fuisse, ea maxime de causa suspicatus sum argumentisque instruxi (Zeitschr. f. gesch. RW. XIII. comm. I.), quod rumor seculo decimo sexto percrebuerat, a primariis viris susceptus, 'Collationem habere in quadam bibliotheca Germaniae nomen Licinii Rufini praefixum'. Certius est, auctorem Christianum fuisse eoque consilio hanc 'legis Dei' et legum Romanarum compositionem scripsisse, ut, praemissa (quod credere par est) praefatione nunc deperdita, qua hoc consilium aperiebat, re ipsa ostenderet, quod iam Tertullianus apolog. 45. Romanis ethnicis obgesserat: 'dum tamen', inquit, 'sciatis, ipsas quoque leges vestras (sc. ea), quae videntur ad innocentiam pergere, de divina lege ut antiquiore forma mutuatas esse' et postea Leo Magnus in causa matrimoniali praedicavit (ep. 167), 'multo prius hoc ipsum Domino constituente, quam initium Romani iuris existeret': eoque modo ICtorum potissimum fastum reprimeret, legem Christianam aut tanquam imperii

Romani institutis adversariam damnantium, aut prae suarum [548] legum praeclaritate despicientium. Vid. maxime tit. VII. init., tit. VI. c. 7. cum not. nostr. et tit. XIV. c. 3. §. 6., quae etiam clerici supercilium ac stylum prodere videntur. Nam hoc eum voluisse, quod Dirksenus opinatus est (Comm. über d. Collatio in Abhh. d. Berl. Acad. 1846. Jan. 19. p. 27. Hinterl. Schr. ed. Sanio II. p. 100), ut iudices Rom. imperii in iudicandis Christianorum Romanorum causis tam legem Mosaicam quam ius civile Rom. sequerentur, non modo nihil habet, quo arguatur, sed etiam eo redarguitur, quod auctor libelli leges divinas illis parum notas multo succinctius quam Romanas refert: praeterea hoc ut nimis absurdum consilium (infinitam enim confusionem peperisset, nec tunc quisquam Christianus lege Mosaica ex. gr. in causis hereditariis se teneri aut credebat aut volebat) homini prudenti affingi non oportet. Is igitur consilium suum ut exsequeretur, selectas quasdam quasi exempli loco materias, easque apte ex omnibus fere iuris forensis partibus petitas titulis divisit, eorumque in unoquoque praemisit velut semen divini iuris praeceptum aliquod legis Mosaicae, non ex vulgata id versione petitum neque omnino anxie ad verbum versum, sed interdum magis ad sententiam relatum; subiecit deinde tanquam laetas segetes inde pullulantes auctoritates satis amplas ex libris quinque ICtorum, qui tum maxime in iudiciis legebantur, Gaii, Papiniani, Paulli, Ulpiani, Modestini et ex duobus Codicibus Gregoriano et Hermogeniano depromptas, semel etiam Theodosii Magni constitutionem a. 390. (tit. V. c. 3.), ut ipse significat, quia ea mentem divinae legis perfectius secutus esse videretur; nec tamen eam ex Theodosiano Codice desumsit. Raro de suo animadversiunculas intexuit. Et ut sunt, quae doctum hominem prodant, velut qui etiam libros haud vulgares illorum ICtorum adhibuerit et in constitutionibus principum ad subscriptionum fidem animum adverterit (tit. VI. c. 5 fin.), sunt etiam, quae iuris eum parum peritum fuisse arguant, velut quod rescriptum in tit. X. c. 8. relatum ad depositum pertinere censuerit. Quod vero 'proximi' appellationem in octavo decalogi praecepto (tit. IX. init.) ad familiaris maxime testimonii prohibitionem retulisse videtur, non divini iuris inscitiae, sed piae cuidam fraudi tribuere malim; eandem enim redolet, quod maledictiones illas tit. VI. fin. finxit (vid. ibi not.) et legem de divinatione prohibita tit. XV. c. 1. ad sui aevi mores flexit.

De tempore, quo haec Collatio scripta fuerit, nolo argumenta recoquere, quibus eam paucis ante quarti seculi finem annis compositam esse probasse mihi videor (Zeitschr. l. c.), praesertim cum quae postea contra disputata sunt, neque omnia tangant, neque eiusmodi sint, ut retexendae huius telae necessitatem imponant. Quae vero praeterea de

[549] auctore, tempore et tota ratione huius opusculi scripta sint, ea si quis comperire velit, adeat Boeckingii Pandect. ed. sec. I. §. 19. p. 47. Rudorfii Histor. iur. Rom. §. 103. p. 286.

De edenda Collatione post Pithoeum Blumius longe optime meritus est. Is enim ea editione, quae Bonnae a. 1833. vulgata, deinde in Corpore iuris anteiust. Bonnensi p. 308. iterata est, praemissis prolegomenis doctrinae plenis et adiectis indicibus uberrimis primus codices mss. Vindobonensem et Vercellensem adhuc ignotos in lucem protraxit enotataque eorum lectionis varietate et ceteris criticae artis subsidiis adhibitis multos locos sanavit. Idem postea etiam de Pithoei codice, qui interea in notitiam redierat, disputavit Zeitschr. f. gesch. RW. X. comm. IV. Ad huius igitur editionis exemplum quin nostra textus recensio referenda esset, dubium esse non poterat. Quod ita instituimus, ut ubicunque declinandum a Blumio videretur (quod sane haud paucis locis factum est), codicûm lectiones et praestantiores virorum doctorum coniecturas in adnotationibus subiiceremus; eamque in rem etiam Berolinensem codicem denuo diligenter contulimus. Neque tamen omnes eius variantes lectiones vel a Pithoeo vel a Blumio commentatione laudata praetermissas, quarum haud exigua vis est, enotavimus, sed, ut instituti nostri ratio faciebat, eas tantum, quarum aliquis usus ad nostri textus recensionem esse videbatur. Denique et Lachmanni emendationibus (Zeitschr. cit. Tom. X. p. 309.) et iis, quae ipsi ante conieceramus (ibid. Tom. XIII. p. 31.) delectu habito usi sumus.

INCIPIT

LEX DEI QVAM DEVS PRAECEPIT AD MOYSEN.

(TIT. I. DE SICARIIS ET HOMICIDIS, CASV VEL VOLVNTATE.)

Kap. I. Moyses Dei sacerdos haec dicit:[1]

1. Si quis percusserit hominem ferro, et occiderit eum, morte moriatur. **2.** Si autem manu lapideue, quo mori possit, percusserit, et mortuus fuerit, homicida est: morte moriatur. **3.** Si autem per inimicitiam impulerit eum, uel inmiserit super eum aliquod uas ex insidiis, et mortuus fuerit, **4.** uel per iram percusserit eum manu, et mortuus fuerit, morte moriatur.

[1]) *Numer.* 35, 16. 17. 20. 21.

Kap. II. Paulus quoque libro quinto sententiarum sub titulo ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis dicit:[1] 1. Lex Cornelia poenam deportationis infligit ei, qui hominem occiderit, 'eiusue[2] rei causa, furtiue faciendi cum telo fuerit, 'quiue[3] uenenum hominis necandi causa habuerit, uendiderit, parauerit, falsumue testimonium dixerit, quo quis periret, mortisue causam praestiterit. 2. Quae omnia facinora in honestiores poena capitis uindicari placuit; humiliores uero aut in crucem tolluntur, aut bestiis 'obiciuntur.[4] [550]

Kap. III. Ulpianus libro VII. de officio proconsulis sub titulo de sicariis et ueneficis: 1. Capite primo legis Corneliae de sicariis cauetur, ut is praetor iudexue quaestionis, cui sorte obuenerit quaestio de sicariis eius, quod in urbe Roma propius(*ue*) mille passus factum sit, uti quaerat cum iudicibus, qui ei ex lege sorte obuenerint, de capite eius, qui cum telo ambulauerit hominis necandi, furtiue faciendi causa, hominemue occiderit, cuiusue id dolo malo factum erit et reliqua. Relatis uerbis legis modo ipse loquitur Ulpianus: 2. Haec lex non omnem, qui cum telo ambulauerit, punit: sed eum tantum, qui hominis necandi, furtiue faciendi causa telum ge(*sse*)rit, 'coercet. Compescit[5] item eum, qui hominem occidit,[6] nec 'adiicit,[7] cuius conditionis hominem, ut et ad seruum et peregrinum pertinere haec lex uideatur.

Kap. IV. Item Paulus libro, quo supra, et titulo dicit: 1. Homicida est, qui aliquo genere teli hominem occidit, mortisue causam praestitit.

Kap. V. Item de casualibus homicidiis Moyses legaliter dicit:[8] 1. Si autem subito, non per inimicitias, inmiserit super eum aliquod uas, non 'insidians,[9] 2. uel [551]

---

1) *Idem excerptum repetitur tit.* 8. *c.* 4. = *Paul.* 5, 23. §. 1. 2) eiusque *Cdd. edd.* 3) et qui *Cdd. edd.* 4) *Paul. Vis.* subiciuntur *Cdd. edd.* 5) coerci compesci *B.* coherci compescit *Vi.; om. cum seq.* item . . . occidit *Ve.* compescit (*omisso* coercet) *ed. Bl.* 6) *Addunt B.:* coercit, *Vi.:* coerciti, *Ve.:* coercere, *Bl. ed.:* coercet. *Verbum male repetitum videtur, postquam* compescit *priori sententiae per errorem applicitum erat.* 7) adiecit *Cdd. edd.* 8) *Numer.* 35, 22—25. 9) insidiant *B., unde fortasse leg.* insidianter.

lapidem, quo moriatur, non per dolum, et ceciderit super eum, et mortuus fuerit; si autem non inimicus eius fuerit, neque quaesierit malefacere ei, **3.** iudicabitis inter eum, qui percussit, et proximum mortui secundum iudicia haec, **4.** et liberabitis percussorem.

Kap. VI. **Ulpianus libro et titulo, qui supra relati:** **1.** Distinctionem casus et uoluntatis in homicidio seruari, 'rescripto Hadriani[1] confirmatur. **2.** Verba rescripti: 'Et qui hominem occidit, absolui solet, 'scilicet[2] si non occidendi animo id admisit: et qui non occidit, sed uoluit occidere, pro homicida damnatur. **3.** E re '(*it*) itaque[3] constituendum est 'ex(*quirendo*),[4] quo ferro percussit Epafroditus. Nam si gladium instrinxit, aut telo percussit, quid dubium est, quin occidendi animo percusserit? Si claue percussit, aut cucuma, cum forte rixaretur: ferro percussit, sed non occidendi mente. **4.** Ergo hoc exquirite, et si uoluntas occidendi fuit, ut homicidam 'seruum[5] supplicio 'crucis[6] iubete adfici.[7]

Kap. VII. **Paulus libro 'sent.[8] quinto, titulo quo supra.[9]** **1.** Qui hominem occidit, aliquando absoluitur, et qui non occidit, ut homicida damnatur: consilium enim uniuscuiusque, non factum puniendum est. Ideoque 'qui[10] cum uellet occidere, '(*id*)[11] casu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punitur; et is, qui casu '(*iactu*)[11] teli hominem imprudenter ferierit, absoluitur. **2.** [12]Quodsi in rixa percussus homo perierit, quoniam ictus quoque ipsos contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum,
[552] aut in metallum damnantur, honestiores dimidia parte bonorum multati relegantur.

Kap. VIII. **Item Gregorianus 'libro XIV.[13] ad**

---

1) *De quo cf. L.* 1. §. 3. *D. ad leg. Corn. de sic.* (48, 8). 2) *Ed. Pith.* sed *Cdd.*, *natum ex* scil. 3) *Vid. L.* 1. *cit.* 4) ex *Cdd.* et *ex Pith. cj. ed. Bl. Quod supplevimus, ob similitudinem sequentium vocum excidisse videtur; cf.* §. 4. 5) *Cdd.* seruorum *ed. Bl.* 6) cum iure *B.* eo iure *Vi.* eum iure *Ve. Omnia haec facta ex prima littera* crucis *pro siglo habita.* cruci *ed. Bl.* 7) *B.* adfigi *Vi. Ve. ed. Bl. Vid. Paul. S. R.* 5, 21. §. 4. 8) tertius *Vi.* tertio *B. Ve., initio sc.* tert. *pro* sent. *ut in Consult. c.* 6. 9) = *Paul. S. R.* 5, 23. §. 3. 10) *Om. B.* si *Vi. Ve. ed. Bl.* 11) *Ex Paul. Vis.* 12) *Cf. L.* 17. *D. ad leg. Corn. de sic.* (48, 8). 13) *Cf.*

legem Corneliam de sicariis et ueneficiis talem constitutionem ponit: **1.** [1]Imperator Antoninus Augustus Aurelio Herculano et aliis militibus. Frater uester rectius fecerit, si se praesidi prouinciae obtulerit; cui si probauerit, non occidendi animo Iustam a se percussam esse, remissa homicidii poena, secundum disciplinam militarem sententiam 'feret.[2] Proposita prid. Kal. Febr. Laeto bis Cons.[3]

Kap. IX. Item Gregorianus eodem titulo et libro talem constitutionem ponit: **1.** Imp. Alexander A. Aurelio Flauio et aliis militibus. Si modo pro quo libellum dedistis, non dolo praestitit mortem, minime perhorrescat: [4]crimen quippe ita contrahitur, si et uoluntas occidendi intercedat. Ceterum ea, quae ex improuiso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxae imputantur. Prop. XIII. Kal. Aug. Alexandro Cons.[5]

Kap. X. Item Gregorianus eodem libro et titulo tale rescriptum[6] dedit. **1.** Diocletianus et (*Maximianus*) domini nostri. Haue Agatho karissime nobis.[7] Qualitas precum Iulii Antonini clementiam nostram facile commouit: quippe 'qui[8] adseueret, homicidium se non uoluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio praebita uideatur. Quod si ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni eum metu ac suspicione, 'quam[9] ex admissae rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione nostra comprehensum est, uolumus liberari. Dat. prid. Kal. Decemb. Diocletiano Aug. IV. et Maximiano Coss.[10]

Kap. XI Ulpianus libro et titulo quo supra:[11] **1.** Cum quidam per lasciuiam causam mortis praebuisset, [553] comprobatum est factum Taurini Egnatii proconsulis Baeticae a diuo Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset. **2.** Verba consultationis et rescripti ita se habent: 'Inter

---

Haenel ad Gr. C. p. 43. *B. in indice capp. habet:* libros (*pro* libro x.) quarto. 1) = *L.* 1. *C. ad leg. Corn. de sic.* (9, 16). 2) pferet *B. similiter Ve. Vi. et Iust. C. Sed ita factum, cum antea* qui si probauerit *scriptum esset.* 3) *a.* 215. 4) *Cf. L.* 1. *C. cit.* 5) *a.* 222. 6) = *L.* 5. *C. ad leg. Corn. de sic.* (9, 16). 7) *Cf. Haenel. Praef. ad Th. C. p. XXXIX. fin.* 8) *Ex I. C.* quod *Cdd. edd.* 9) *Ex I. C.* quod *Cdd. edd.* 10) *a.* 290. 11) *Est L.* 4. §. 1. *D. ad leg. Corn. de sic.* (48, 8).

Claudium, optime imperator, et Euaristum cognoui, quod Claudius Lupi filius in conuiuio, dum sago iactatur, culpa Marii Euaristi ita male acceptus fuerit, ut post diem quintum moreretur. Atque apparebat, nullam inimicitiam 'cum eo Euaristi[1] fuisse. sed cupiditatis[2] culpam coercendum credidi, ut ceteri eiusdem aetatis iuuenes emendarentur. Ideoque Mario Euaristo urbe, Italia 'et prouincia[3] Baetica in quinquennium interdixi, et decreui, ut impendii 'causa HS.[4] duo milia patri 'iuuenis[5] persolueret Euaristus, quod 'manifestata erat eius[6] paupertas. Velis rescribere.' **3**. Verba rescripti: 'Poenam Marii Euaristi recte, Taurine, moderatus es ad modum culpae:[7] refert enim et in maioribus delictis, consulto aliquid admittatur, an casu.' **4**. Et sane in omnibus criminibus distinctio haec 'poenae[8] aut 'iustitiam[9] prouocare debet, aut temperamentum admittere.

Kap. XII. Modestinus libro differentiarum sub titulo de scientibus et ignorantibus generaliter loquitur: **1**. Nonnunquam per ignorantiam delinquentibus iuris ciuilis uenia tribui solet, si modo rem facti quis, non iuris ignoret: 'quae scilicet[10] consilio delinquentibus praestari non solet. Propter quod necessarium est, addita distinctione considerare, utrum sciente an ignorante aliquo quid gestum proponatur. Et reliqua.

Kap. XIII. Paulus libro et titulo quo supra.[11] **1**. Qui telum tutandae salutis causa gerit, non uidetur hominis occidendi causa portare. **2**. Teli autem appellatione non
[554] tantum ferrum continetur, sed omne, quod nocendi causa portatum est.

Explicit titulus de sicariis et homicidis, casu uel uoluntate.

---

1) cum euaristi *B.* euaristi *Vi.* abaristi *Va.* cum Euaristo *ed. Bl.* 2) *Malim* stupiditatis. 3) e prouincia *Ve.* prouincia *B. Vi. edd.* 4) causa *B. Vi. ed. Bl.* causam *Ve.* 5) eius *Cdd. edd.* 6) manifesta fuerat eius *Vi.* manifesta eius fuerat *B. Ve. edd.* 7) *L.* 5. §. 2. *D. de poenis* (48, 19). 8) poenam *Cdd. edd. item Dig. l. c.* 9) *Sic Cdd.* iustam *Dig. et ed. Bl. Cf. L.* 5. *D. de fugit.* (11, 4). 10) *Suspicor:* q.uaenia (quae uenia). 11) *Cf. L.* 11. §§. 1. 2. *D. ad leg. Iul. de vi publ.* (48, 6).

INCIPIT

(*TIT. II.*) DE ATROCI INIVRIA.

Kap. I. Moyses dicit:[1] 1. Si autem contenderint duo uiri, et percusserit alter alterum lapide, aut pugno, et non fuerit mortuus, decubuerit autem in lectulo, 2. et si surgens ambulauerit homo fortis in baculo suo: sine crimine erit ille, qui eum percusserat, 'praeterquam quod[2] cessationis eius mercedem dabit ei et medico inpensas curationis.

Kap. II. Ulpianus libro singulari regularum sub titulo de iniuriis. 1. 'Iniuriam,[3] si quidem atrox, id est 'grauis non sit,[4] non sine iudicis arbitrio 'aestimat actor.[5] Atrocem autem aestimare 'solet praetor;[6] atque colligit id ex[7] facto, ut puta si uerberatus uel uulneratus quis fuerit. Et reliqua.

Kap. III. Papinianus libro definitionum secundo sub titulo de iudicatis. 1. Per hominem liberum noxae deditum si tantum adquisitum sit, quantum damni dedit, manumittere cogendus est a praetore, qui noxae deditum accepit: sed fiduciae iudicio non tenetur.[8]

Kap. IV. [9]Ulpianus libro XVIII. ad edictum sub titulo: si fatebitur iniuria occisum esse, in simplum 'ut condiceret.[10] 1. Rupisse eum utique accipiemus, qui 'uulnerauit,[11] uel uirgis, uel loris, uel pugnis [555] cecidit, uel telo 'quo alio,[12] 'ut sciderit[13] hominis corpus, uel

---

1) *Exod.* 21, 18. 19. 2) praeter ac *Cdd., quod olim, ut puto, erat:* praeterq. q *Bl. ed.:* praeterea. 3) iniurias *Vi.* iniuria *B. Ve. ed. Bl.* 4) graui rerum *B.* graui est *Ve. Vi. ed. Bl. Cf. Gai.* 3, 224. 5) extimatur *B.* (*in quo fere etiam* extimactur *legi potest*) *Ve.* aestimatur *Vi. edd.* 6) solere praetorem *Cdd. edd.* 7) adque colligi ex *B.* idque collegit. et *Vi.* idque colligit ex *Ve.* idque colligi ex *edd.* 8) *Quia non fiduciae causa* (*L.* 4. §. 25. *C. de bon. libert.* 6, 4), *sed proprio iure habendus ei mancipatus est. Cf. Gai.* 1, 140. 4, 75. 79. §. 3. *I. de nox. act.* (4, 8). 9) *Est L.* 27. §. 17. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2). 10) et cum diceret (dicere *Vi.*) *Cdd. edd. Vid. Zeitschr. XIII. p.* 31. *Adde L.* 52. *D. mand.* (17, 1) *L.* 28. *D. ad l. Iul. de adult.* (48, 5). *Fortasse scrib.* condiceretur. 11) *E Dig.* uulnerauerit *Cdd. edd.* 12) *E Dig., quae tamen habent* uel quo alio; *male. Cf. L.* 1. §. 17. *D. de SC. Sil.* (29, 2). cum alio *Cdd.* 13) *Sic Dig., nisi quod* scinderet *male legitur; nam* ut *significat* modo ut. *Quod Cdd. praestant:* (alio) uis (bis *Ve.*) genere cederet

tumorem fecerit; sed ita demum, si damnum '(*iniuria*)[1] datum est. Ceterum si in nullo seruum pretio uiliorem deterioremue fecerit, 'actio legis Aquiliae[2] cessat, iniuriarumque erit agendum '(*duntaxat; Aquilia enim eas ruptiones, quae damna dant, persequitur*).[3] Ergo et si pretio quidem non sit deterior factus seruus, uerum sumptus in salutem eius et sanitatem facti 'sint,[4] in 'haec[5] mihi uidetur 'damnum[6] (*datum, atque ideo lege*)[7] Aquilia 'agi[8] posse.

Kap. V. Paulus libro 'singulari et[9] titulo de iniuriis. **1.** [10]Generaliter dicitur iniuria omne, quod non iure fit; specialiter alias contumelia, quam Graeci (*ὕβριν appellant, alias culpa, quam Graeci ἀδίκημα dicunt, sicut in lege Aquilia damnum iniuriae accipitur, alias iniquitas et iniustitia, quam Graeci*) ἀδικίαν uocant; nam cum praetor non iure aduersus nos pronuntiat, iniuriam nos accepisse dicimus. Unde apparet, non esse uerum, quod Labeo putabat, apud praetorem iniuriam ὕβριν duntaxat significare. **2.** 'Commune omnibus iniuriis[11] est, quod semper aduersus
[556] bonos mores fit 'id quod[12] non fieri alicuius interest. **3.** Hoc edictum ad eam iniuriam pertinet, quae contumeliae causa fit. **4.** Fit autem iniuria uel in corpore, dum caedimur, uel 'in auribus,[13] dum conuitium patimur, uel cum dignitas laeditur,

---

(*pro hoc* occiderit *Ve. Vi.*), *in eo* ui *ex* ut, sgenere *et* cederet *ex* sciderit *bis scripto factum esse apparet.* cum aliouis genere sciderit *Bl.* quoue alio uis genere sciderit *Lachm. cj.* [1]) *E Dig., licet careri ea voce possit.* [2]) ad aquiliam *B.* ad aquilia *Vi. Ve.* Aquilia *edd. et Dig. Sed* ad *ex* aöl. *prodiit.* [3]) *E Dig. Om. edd.* [4]) sunt *Cdd. edd.* [5]) haec nec (*ex repetito* hec *ortum*) *Cdd. edd. Malim* hoc. [6]) *E Dig.* damni *Cdd. edd.* [7]) *E Dig. Om. edd.* [8]) lege *Cdd.* lege agi *edd.* [9]) *An legendum* v regular sub? (*seq. cap. pro* singulari *Vi. habet* singulorum). *Movet, quod cum omnes libri, quos Lex Dei citat, aliunde noti sint, Paulli liber singularis de iniuriis ignoratur, et tamen ex eo, quem hic citat, libro pr. I. de iniur.* (4, 4) *sumptum est. Accedit, quod tit.* 6. *c.* 2. *pro* libro regularum singulari *habet* libro singulari *Ve.* liber singulari *Vi. et simile vitium est in B. tit.* 16. *c.* 4. [10]) *Cf. pr. I. de iniur.* (4, 4). [11]) *Ita Lachmannus.* communem omnibus enim iuris *Cdd.* commune nomen enim eius *Bl. Numerum* 2., quem *Bl. ante* Unde apparet *posuerat, iam ante* Commune *transtuli.* [12]) idque *Cdd. edd.* que *ex siglo* q. *factum. Sic carere possumus vocabulo* aliquid, *quod Lachm. ante* fit *intrudebat.* [13]) uerbis (in uerbis *Vi.*) *Cdd. edd.*

ut cum matronae uel 'praetextato[1] comites abducuntur. **5.** Iniuriarum actio aut legitima est, aut honoraria. Legitima ex lege duodecim tabularum: 'Qui iniuriam alteri 'faxit,[2] quinque et uiginti[3] 'poena sunto.'[4] Quae lex generalis fuit; fuerunt et speciales, uelut illa: 'Manu, fusti si os[5] fregit, libero 'ccc,[6] 'seruo[7] CL 'poena sunto.'[8]

Kap. VI. Idem Paulus eodem libro singulari,[9] sub titulo quemadmodum iniuriarum agatur. **1.** 'Qui autem iniuriarum,' inquit,[10] 'agit, certum dicat, quid iniuriae factum sit, et taxationem ponat non 'maiorem,[11] quam quanti uadimonium fuerit.' **2.** Certum dicit, qui suo nomine demonstrat iniuriam, neque ita ut per disiunctionem hoc aut illud accidisse conprehendat; sed ut necesse habeat, aut unam nomine suo rem designare, aut plures ita complecti, [557] ut omnes eas accidisse cogatur probare. **3.** Certum autem, an incertum dicat, cognitio ipsius praetoris est.[12] Demonstrat autem hoc loco praetor non uocem agentis, sed qualem formulam edat. **4.** Certum non dicit, qui dicit pulsatum 'se uel

---

Sed sequitur Paullus divisionem illam ex eo, quod laeditur, sumptam, de qua vid. Auct. ad Her. 4, 25. 'Iniuriae sunt, quae aut pulsatione corpus, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine vitam alicuius uiolant.' 1) praetextatae *Vi. ed. Bl.* praetextato te *B. Ve. Unde fortasse leg.* praetextato praetextatae. *Cf.* §. 1. *I. de iniur.* (4, 4) *ibique Schrader.* 2) facit *Cdd. edd. Sed vid. Gell.* 20, 1., *ex quo etiam malim* faxit, alteri. 3) *Cdd. et edd. addunt glossema* sestertiorum (-re sitrium *Vi.*). *Vid. Fest. v.* Viginti quinque. *p.* 371. 4) poena subit *B Ve.* poenam subit *Vi. edd.* 5) manifestos *Ve.* manifestus *Vi.* manu fustiue si os *egregia Lachm. cj., in quo ut* ue *omitterem, et codicum scriptura suadebat, quam inde natam apparet, quod librarius litteris* si *litteras* ti *male repeti credidit, et antiquus sermo, ut in* ope consilio *aliis, commendabat.* 6) *Ita Vi.* trecentos *B. Ve. ed. Bl.* trecentorum *Lachm. cj.; sed corrige* trecenti, *cum s ex sequenti voce adhaeserit.* 7) (si) seruo *Bl. Lachm. De recta interpunctione, quam in hac lege restituimus, eiusque sensu adi librum nostrum* '*Gaius*' *p.* 117. 126. 153. 8) poenam subitor extertiorum *B. Ve.* poenam *Vi.* poenam subito sestertiorum *edd. Glossema* sestertiorum *eieci, nec repono* asses, *quos et hic decemviros omisisse verisimile est.* 9) *Vid. not.* 9 *p. pr.* 10) *sc. Praetor. Cf. L.* 7 *pr. D. de iniur.* (47, 10). 11) minorem (minore *Ve.*) *Cdd. edd. Vid. libr. nostr.* '*Gaius*' *p.* 135—137. 12) *Actionem igitur, nisi certum dicatur, denegantis.*

uerberatum;[1] sed '(*qui*)[2] et partem corporis demonstrat,[3] et quem in modum, pugno puta, an fuste, an 'lapide ea[4] '(*sit percussa*),[5] sicut formula proposita est; QVOD 'AVLO AGERIO A NVMERIO NEGIDIO[6] PVGNO MALA PERCVSSA EST. Illud non cogitur dicere, dextra an sinistra, nec qua manu 'percussa sit.[7] **5.** Item si dicat infamatum se esse, debet adiicere, quemadmodum infamatus sit. Sic enim et formula concepta est: QVOD NVMERIVS NEGIDIVS 'SIBILVM[8] INMISIT AVLO AGERIO INFAMANDI CAVSA.

Kap. VII. Paulus libro 'sententiarum v.[9] sub titulo ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis: **1.** [10]Causa mortis idonea non uidetur, cum caesus homo post aliquot dies officium diurnae uitae retinens decessit, nisi 'furtim[11] fuerit ad necem caesus, aut letaliter uulneratus.

Explicit de atroci iniuria.

[558] INCIPIT

(*TIT. III.*) DE IVRE ET SAEVITIA DOMINORVM (*COHIBENDA*).

Kap. I. Moyses dicit.[12] **1.** Si quis percusserit seruum aut ancillam uirga, et mortuus fuerit in manibus eius, iudicio uindicetur. **2.** Quodsi superuixerit die uno aut duobus, non uindicabitur, pretium enim ipsius est.

Kap. II. Paulus libro 'sententiarum v.[13] sub ti-

---

[1]) si sit uerberatus (berberatus *Ve.*) *Cdd. edd. sine sensu. Sed factum hoc ex* seū *repetito* si. [2]) *Notatum hoc* q. *fuisse puta.* [3]) *Sic Cdd.* demonstret *edd.* [4]) lapidem *B. Vi.* lapide *Ve. edd.* [5]) *Haec ob similitudinem sequentium vocum excidisse videntur.* [6]) auli agerii *Cdd. edd. Sed vide sequentem formulam. Notae* a. a. a n.n. *errorem pepererunt, e quibus litterae* aann *librario* agerii *esse visae sunt.* [7]) percussit *Cdd. edd.* [8]) illum *Cdd.* sillum *ed. Bl.* [9]) sententiarum *Cdd. Fuerit initio* sententiar.ū. [10]) *Haec sententia, ad tit. I. proprie pertinens, a parum intelligente, cui argumentum eius Mosaicae legi sub tit. III. c.* 1. *sequenti vicinum esse visum est, eius ad marginem translata et postea hunc locum obtinuisse videtur.* [11]) forte *Cdd. edd. insipide; furtim est latenter, ut letale malum post aliquod tempus demum erumpat. Eo de tempore cf. L.* 1. *Th. C. de emend. serv.* (9, 12).

[12]) *Exod.* 21, 20. 21 [13]) sententiarum *Cdd.* (quinto) sententiarum *ed. Bl. Vid. not.* 9.

tulo ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis dicit: **1.** Seruus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, dominus homicidii reus non potest postulari; modum 'tamen[1] castigandi et in seruorum coercitione placuit temperari.[2]

Kap. III. Ulpianus libro octauo de officio proconsulis, sub titulo de dominorum saeuitia.[3] **1.** Si dominus in seruum saeuierit, uel ad impudicitiam turpemque uiolationem[4] compellat, quae sint partes praesidis, ex rescripto diui Pii ad 'Aurelium[5] Marcianum proconsulem Baeticae manifestatur. **2.** Cuius rescripti uerba haec sunt: ʽDominorum quidem potestatem in suos seruuos inlibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi. Sed dominorum interest,[6] ne auxilium contra saeuitiam uel famem uel intolerabilem iniuriam denegetur his, qui iuste deprecantur. **3.** Ideoque cognosce de querellis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt: et si uel durius habitos, quam aequum est, uel 'infami[7] iniuria affectos cognoueris, uenire iube, ita ut in potestatem Sabini non reuertantur. 'Qui si[8] meae constitutioni fraudem fecerit, 'sciat,[9] me admissum seuerius exsecuturum.' **4.** Diuus etiam Hadrianus 'Umbram[10] quandam matronam in quinquennium relegauit, quod ex leuissimis causis ancillas atrocissime tractaret. **5.** Item Diuus Pius ad libellum Alfii Iulii rescripsit (*in*) haec uerba: ʽSeruorum obsequium non solum imperio, sed et moderatione et sufficientibus praebitis et iustis operibus contineri oportet. **6.** Itaque 'et ipse curare[11] 'debes et[12] iuste ac 'temperate seruos[13] tractare, ut 'ex facili[14] requirere eos possis, [559]

---

1) enim *Cdd. edd.* etsi *Cramer cj. Vocum sigla librarius confudit.* 2) *Alio sc. periculo domino saevienti imminente. Cf. c.* 4. 3) §§. 1—4. *extant L.* 2. *D. de his, qui sui* (1, 6). *Cf.* §. 2. *I. eod.* (1, 8). *Gai.* 1, 53. 4) *Sic item Dig. sed vetere vitio factum fuerit ex* c'uersationem. 5) Aelium *Dig. Inst.* 6) *Cf.* §. 6. ʽne quid tumultuosius' *etc.* 7) *Ve. Dig.* infamiae *B.* infamem *Vi.* famis *cj. Reisigeri.* 8) *Dig.* Quod si *Cdd. edd.* 9) *Dig. Inst.* sciet *Cdd. edd.* 10) Umbriciam *Dig. Inst.* 11) *i. e. non tantum proconsulis curam exspectare, a quo ut fugitivos servos investigare ac requirere liceret, frustra videtur petivisse. Cf. L.* 3. *D. de fugit.* (11, 4). 12) debet *B. Ve.* debes *Vi. ed. Bl.* 13) temperare etuos *B.* temperate et suos *Ve.* temperate tuos *Vi. edd.* 14) *Ex Lachmanni cj.* et facili *Cdd.* et facile *edd.*

'ne,[1] si apparuerit, uel imparem te inpendiis esse, uel 'atrociore dominationem saeuitia[2] exercere, necesse habeat proconsul V. C., ne quid tumultuosius 'contra te[3] accidat, praeuenire et ex mea iam auctoritate (*te*)[4] ad alienandos eos conpellere. Glabrione et Omullo Coss.'[5]

Kap. IV. Gregorianus libro XIV. sub titulo de accusationibus.[6] **1.** Impp. Diocletianus et Maximianus Augusti Aurelio Sacrato militi. Cum seruum tuum ui aegritudinis grauiter oppressum fati munus implesse proponas, propter inmoderatam castigationem calumniae accusationem emergere, innocentiae ratio, cuius fiduciam geris, non permittit. Prop. Non. Decemb. Diocletiano A. III. et Aristobulo Coss.[7]

Explicit titulus de dominorum (iure et) saeuitia cohibenda.

INCIPIT

(*TIT. IV.*) DE ADVLTERIIS.

Kap. I. Moyses dixit:[8] **1.** Quicunque moechatus fuerit cum muliere proximi sui, morte moriatur, qui moechatus fuerit, et quae moechata fuerit. **2.** Quodsi aliquis seduxerit
[560] uirginem non desponsatam et strupraverit eam, ducat eam sibi in uxorem. **3.** Quodsi renuerit pater eius, et noluerit eam dare illi uxorem, pecuniam inferet patri, quantum est dos uirginis.

Kap. II. Paulus libro singulari de adulteriis sub titulo.[9] **1.** Breuem interpretationem 'legis Iuliae[10] de adulteriis coercendis facturus, per ipsa capita ire malui, ordinemque legis seruare. **2.** Et quidem 'primo capite[11] de

---

1) *Ex Pith. cj.* ni *Cdd.* nec *ed. Bl.* 2) *Ex Lachm. cj.* 3) *Ex Lachm. cj. Scilicet* se, *quod post* praeuenire *habet B., iam a Pith. in* te *mutatum huc revocandum erat.* 4) *Ex Lachm. cj.* 5) *a.* 152. 6) *Cf. Haenel. Gr. C. p.* 42. 7) *a.* 285.

8) §. 1. *exstat Levit.* 20, 10. *Deuter.* 22, 18.; §§. 2. 3. *Exod.* 22, 16. 17. *Cf. Deuter.* 22, 28. 29. 9) *Sic Cdd.* libro singulari et titulo de adulteriis *Bl. ed. sed pro* titulo *legendum* initio *Postea c.* 3. 4. 6. *et alias tantum supina quadam consuetudine librarius idem repetiit.* 10) *Haec verba, quae in Cdd. et edd. etiam meis* 1. 2. *inepte* §. 2. *ante* de adulteriis *leguntur, huc in suum locum revocavi.* 11) primum caput (capud *Ve.*) *Cdd. edd. factum ob* abrogat; *vid. not.* 1 *p. sequ.*

adulteriis prioribus legibus pluribus 'abrogatis,[1] secundo[2] capite 'permittitur pater,[3] (*si in*) filia sua, quam in potestate habet, aut in ea, quae (*eo*) auctore, cum in potestate esset, uiro in manum conuenerit, adulterum domi suae generiue sui deprehenderit, isque in eam rem socerum adhibuerit, ut is pater eum adulterum sine fraude (*sua*) occidat ita, ut filiam in continenti occidat. **3.** In uidua autem filia si adulterum deprehensum occiderit, et in continenti filiam, '(*non*)[4] licito iure[5] hoc factum, Marcellus libro xxxi. digestorum scribit. **4.** 'At de auctoritate, quemque[6] patrem posse interficere, uel consularem uirum, uel patronum suum, '(*si eum*)[7] in filia adulterum deprehenderit, eodem libro Marcellus probat. **5.** Sed si filiam non interfecerit, sed solum adulterum, homicidii reus est. **6.** Sed etsi interuallo filiam interfecerit, tantundem est, nisi 'persequutus illam[8] interfecerit: continuatione enim animi uidetur legis auctoritate fecisse. [561]

Kap. III. Idem Paulus eodem singulari libro et titulo.[9] **1.** Certae autem enumerantur personae, quas uiro liceat occidere in adulterio deprehensa uxore, quamuis uxorem non liceat. **2.** Ergo secundum 'legis (*uerba*)[10] uiro, etiam filiofamilias, permittitur 'attamen modo[11] domi suae[12] deprehensum adulterum interficere seruum, et eum, qui aucto-

---

[1]) abrogat *Cdd. edd. Bl.* obrogat *cj. Scal.; sed illud lingua, hoc sensus non fert; quare nostra medicina opus fuit, quam commendat, quod capitis, quo ipsa lex nondum continebatur, in transcursu tantum mentio facienda erat. Ceterum Bl. hic* §. 2. *finierat.* [2]) *Cdd. et edd. ex consequentia erroris hic interponunt* uero.
[3]) permittit patri *Ve. Vi. ed. Bl.* permittit pater *B.* [4]) *Addidi necessario; cf. eiusd. legis c. V. L.* 25 *pr. D. h. t.* (48, 5). [5]) illicito iure *cj. Cuiac., ad id, quod voluit, recte* (*cf. L.* 22. §. 1. *L.* 24 *fin. D. h. t.*), *sed dici sic non potest.* [6]) autem (*cuius nota est* at) de auctoritate quoque *Ve.* auctoritate quoque *B. Vi.* Auctoritate quoque (legis) *ed. Bl. Sensus est: At quod ad auctoritatem sive dignitatem adulteri attinet.* (*Fr. Vat.* §§. 139. 152.) *Cf. infra c.* 12. §. 1. *L.* 24 *pr.* §. 3. *L.* 38. §. 9. *D. h. t.* [7]) *Ex Puteani cj., geminandum sc. ex* suum; (*si*) *cj. Pith. ed. Bl.* [8]) persequatur illam *B.* persequatur illam et *Vi. Ve. ed. Bl. Cf. infr. c.* 9. *L.* 23. §. 4. *L.* 32 *pr. D. h. t.* [9]) *Cf. notatum ad cap. II. inscriptionem.* [10]) leges *Cdd. edd. Vid. Zeitschr. XIII. p.* 34. *et infr. c.* 12. §. 2. [11]) etiam *Cdd. edd. Sigla* mt m̊ *errorem creaverunt.* [12]) *Non etiam soceri. Cf. L.* 24 *pr. D. h. t. infr. c.* 12. §. 6. *supr. c.* 2. §. 2.

ramento rogatus est ad gladium, uel etiam illum, qui operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locauit.[1] **3.** Sed et iudicio publico damnatum licet interficere in adulterio deprehensum, uel 'libertum uxoris[2] uel suum uel 'paternum,[3] et tam ciuem Romanum quam Latinum: 'quo loco et dediticius habetur.[4] **4.** Sed et patris et matris et filii et filiae libertum permittitur occidere. **5.** Debet autem profiteri '(*rem*)[5] apud eum, cuius iurisdictio est eo loco, ubi occidit, et uxorem dimittere. Quod si non fecerit, impune non 'interfecit.[6] **6.** Sciendum est autem, diuum Marcum et Commodum rescripsisse, eum, qui adulterum[7] inlicite interfecerit, leuiori poena puniri. Sed et Magnus Antoninus[8] pepercit eis, qui adulteros inconsulto calore ducti interfecerunt. E t r e l i q u a.

[562] Kap. IV. I d e m P a u l u s e o d e m l i b r o s i n g u l a r i e t t i t u l o. **1.** Qui iure mariti uel patris[9] accusat, potest et sine calumniae poena uinci: si[10] iure extranei accusat, potest calumniae poena puniri; sed tantum post duos menses[11]

---

1) *Hic ob* ὁμοιοτέλευτον *fere exciderit:* quiue leno fuit quiue artem ludicram ante fecit, inue scenam saltandi cantandiue causa prodiit. *Cf. L.* 24 *pr. D. h. t.* 2) *Hic nullo modo omitti potuit, cf. L.* 24. *cit.* etiam *Vi.* libertinum *B. Ve. edd. hoc factum ex* libertum ux. 3) *i. e. patris uxoris vel sui demortui.* 4) *Eum enim lex Iulia nondum noverat; sed ex sententia eius aut civis Rom. aut Latini loco habendus erat, cf. Gai.* 3, 74—76. *Cdd. et edd. haec verba inepte ad calcem* §. 4. *reiecerunt, unde huc revocanda erant.* 5) *Hoc excidit ob antecedens* -ri. *Cf.* 'testandae rei causa' *L.* 25 *pr. D. h. t. infra c.* 12. §. 5. 6) *Ex Scal. cj.* interficit *Cdd. edd.* 7) *De adultera nunc loquitur L.* 38. §. 8. *D. h. t., sed ibi legendum videtur* uxoris in adulterio deprehensum. 8) *Is est Caracallus, eiusque videtur esse L.* 4. *C. h. t.* (9, 9) *rescriptum item, ut L.* 3. *ib. Iuliano datum, quod nunc Alexandro adscribitur.* 9) *B. hic repetit* qui, *unde Pithoeus id, quod omnes Cdd. ab initio habent, omisit.* 10) *Idem pater vel maritus.* 11) *Priores editores hic periodum perperam finierunt, Bl. etiam* §. 1., *quod effecit, ut tota sententia non intelligeretur. Accusatorem* tantum post duos menses *calumniae causa puniri, hoc nihili esse, nemo non videt. Sed Paullus hoc dicit, maritum vel patrem exactis duobus mensibus, quibus, exclusis aliis, proprio iure accusant, intra alios quattuor menses iure extranei accusare posse.* (*Cf. L.* 11. §. 6. *D. h. t. etc.*) *Proprium vero eorum ius maxime consistit in calumniae impunitate, quam postea accusantes amittunt; cf. L.* 37. §. 1. *D. de minor.* (4, 4). *L.* 6. *C. h. t.* (9, 9); *unde apparet, quae L.* 14. §. 3.

intra quattuor menses utiles expertus, licet talis sit, qui alias[1] accusare non possit, ut libertinus,[2] aut minor uiginti quinque annorum,[3] aut infamis, tamen ad accusationem admittitur,[4] ut et Papinianus libro xv. 'responsorum sub titulo ad legem Iuliam de adulteriis[5] scripsit:

[Kap. V.] 'Ciuis Romanus, qui sine conubio 'ciuem uel[6] peregrinam in matrimonio habuit, iure quidem mariti eam adulteram non postulat:[7] sed ei[8] non opponetur infamia, uel quod libertinus rem sestertiorum triginta milium, aut filium [563] non habeat,[9] propriam iniuriam persequenti.'

Kap. VI. Paulus libro singulari et titulo quo supra. 1. In uxorem adulterium uindicatur iure mariti, non etiam (*in*) sponsam.[10] Seuerus quoque et Antoninus ita rescripserunt.[11]

Kap. VII. Papinianus libro singulari de adulteriis. 1. Quaerebatur, an pater emancipatam filiam iure patris accusare possit. Respondi: occidendi quidem facultatem lex tribuit eam filiam, quam habet in potestate, aut (*quae*) eo auctore in manum conuenit;[12] sed accusare iure patris ne quidem emancipatam filiam pater prohibetur.[13]

---

et L. 30 *pr. D. h. t. leguntur, manum Triboniani nondum passa, de accusatione intra quattuor menses dicta fuisse.* 1) *Si vere extraneus est, ex hac lege.* 2) *Is non tantum patronum, ut ex aliis legibus, sed ex hac matrimoniali nec alium quemquam videtur accusare potuisse; at si maritus vel pater erat, adeo extranei iure accusare ei licebat, ipsum patronum tamen tantum iure patris vel mariti. L.* 38. §. 9. *D. h. t.* 3) *Cf. L.* 15. §. 6. *D. h. t.* 4) *Non ipsa lege Iulia hoc cavente, sed ex generali praecepto L.* 11 *pr. D. de accus.* (48, 2), *cf. c.* 5. *fin.* 5) *Maxime ex Vi. In B. his omissis sequitur statim* scripsit (*quod in Vi. desideratur*), *sed deinde sub* kp. DCXXVIII. *integra libri Papiniani citatio repetitur, a librario scilicet, novorum capitum cupido; Collectorem enim ipsis Papiniani Resp. libris hic usum esse, quos alias nunquam adhibuit, credibile non est. Itaque sequentia tanquam ab ipso Paullo citatam auctoritatem dedimus.* 6) ciuem *Ve. Vi. Bl. ed.* sibi *B. Vid. Zeitschr. XIII. p.* 34. 7) *Hoc enim ius, ut ius occidendi* (*c.* 2. §. 2. *Cf. L.* 24. §. 3. *D. h. t.*) *tantum contra iustam uxorem datum erat. In L.* 13. §. 1. *D. h. t. Tribonianus verba* iure extranei *omisisse videtur.* 8) *Iure extranei accusanti.* 9) *Vid. Zeitschr. l. c.* 10) *Itaque etiam tum, cum accusator postea maritus clam eo adulteratae sponsae factus sit. L.* 7. *C. h. t.* (9, 9). 11) *Cf. L.* 13. §§. 8. 3. *D. h. t.* 12) *Vid. supr. c.* 2. §. 2. 13) *Aliud Scaevolae*

Kap. VIII. **Papinianus eodem libro singulari et titulo.** **1.** 'Cum patri lex regia dederit in filiam[1] uitae necisque potestatem, quo bonum fuit lege comprehendi, ut potestas 'ei esset[2] etiam[3] filiam occidendi? 'uelis[4] mihi 'rescribere:[5] nam scire cupio.' Respondit: numquid ex contrario praestat nobis argumentum haec adiectio, ut non uideatur lex non habenti dedisse '(*occidendi potestatem, sed necessitatem imposuisse*,)[6] ut uideatur maiore aequitate ductus adulterum occidisse, cum nec filiae pepercerit?

Kap. IX. **Idem de adulteriis:** **1.** 'Si pater, qui adulterum occidit, filiae suae pepercit, quaero, quid aduersus eum sit statuendum?' Respondit: sine dubio iste pater homicida est; igitur tenebitur lege Cornelia de sicariis. Plane si filia non uoluntate patris, sed casu seruata est, 'quod forte fugit,[7] non minimam habebit defensionem pater. Nam lex ita [564] punit homicidam, si dolo malo homicidium factum fuerit: hic autem pater non ideo seruauit filiam, quia uoluit, sed quia occidere eam non potuit.

Kap. X. **Papinianus idem:** **1.** 'Si maritus uxorem suam in adulterio deprehensam occidit, an in legem de sicariis incidat, quaero.' Respondit: nulla parte legis marito uxorem occidere conceditur; quare 'aperte[8] contra legem fecisse eum, non ambigitur.[9] Sed si de poena tractas, non inique aliquid

---

placuisse videtur L. 14. §. 2. *D. h. t.* [1]) *Sic aptius B., quam* filium *Ve. Vi. edd., quod factum est ex male intellecto* etiam *ad not.* 3. *Scilicet in filium data potestas etiam in filiam data videbatur. Cf. c.* 7. [2]) fieret *Cdd. edd.* [3]) *i. e. non solum adulterum sed etiam filiam.* [4]) *Cuiac. cj.* uelle *B.* uellem *Ve. Vi. edd.* [5]) *Sic Cdd.* rescriberes *ed. Bl. Cf. I.* 11. §. 2. *Brisson. de form* 3, 46. 85. [6]) *Haec potius propter* ὁμοιοτέλευτον *excidisse, quam quod edd. audaci modestia supplent* sed, *ipsa sententia docet.*
[7]) *Verba* quod forte filiam *B.* quod forte fugit filia *Ve. Vi. Cdd. et edd. habent in fine periodi post v.* pater; *manifesta transpositione, quae effecit, ut v.* filia *adderetur. De re cf. L.* 23. §. 4. *D. h. t.*
[8]) ea parte *B. fortasse rectius, ut intelligatur ea legis de sic. pars, ubi de homicidio vel licito vel illicito agebatur, cui deinde opponitur ea pars, in qua poena homicidii sancita erat.* [9]) non dubitantur, *quod ante* ambigitur *habent Cdd., glossema esse his vocibus aliquando superscriptum, ipse B. testis est, in quo sequenti periodo post v.* permittitur *etiam hanc correctoris admonitionem:* ambigitur sic dicit (*sc. auctor*) non (*sc. dicit, neque ergo scriben-*

eius honestissimo calori permittitur: ut non quasi homicida puniatur capite, uel deportatione, sed usque ad exilium poena eius statuatur.[1]

Kap. XI. Idem sic: 'De mancipiis 'adulteri uel uxoris,[2] marito uel patre accusante, quaestionem habendam, palam 'est.[3] Sed an idem extraneo accusatori permitti debeat, quaero.' Respondit: potest uideri ea ratio fuisse permittendi istis personis de seruis quaestionem habere, ut diligentius 'dolorem animi sui, item iniuriam laesae domus,[4] non translatitie persequerentur. Sed quoniam non facile tale delictum sine ministerio seruorum admitti creditum est, ratio eo perduxit, ut etiam extraneo accusante mancipia quaestioni tormentorum subicerentur a iudicibus.[5]

Kap. XII. Paulus libro sententiarum (*secundo*) [565] sub titulo de adulteriis. **1.** [6]'(*Capite secundo legis Iuliae de adulteriis*)[7] permittitur '(*patri*)[7] tam adoptiuo quam naturali, adulterum cum filia 'cuiuscunque[8] dignitatis domi suae uel generi sui deprehensum 'sua manu[9] occidere. **2.** [10]Filiusfamilias pater si filiam in adulterio deprehenderit, uerbis quidem legis prope est, ut non possit occidere: 'permitti tamen etiam ei debet,[11] ut occidat. **3.** [12]Maritus in adulterio deprehensos non alios, quam infames[13] et eos, qui corpore quaestum faciunt,[14] seruos etiam et '(*libertos tam*

---

dum est) dubitantur *insanabilis librarii stultitia textui inseruit.*

1) *Cf. infra c.* 12. §. 4. *L.* 1. §. 5. *D. ad leg. Corn. de sic.* (48, 8). *L.* 3. §. 3. *D. ad SC. Sil.* (29, 5). 2) alterius *B.* alterutrius *Ve. Vi. ed. Bl.* adulteri *cj. Cuiac.* adulterae uxoris *cj. olim ego. Sed vid. L.* 27. §§. 6. 15. *D. h. t. L.* 3. *C. eod. L.* 1. *C. de quaest.* (9, 41). de alteris *pro* de adulteriis *B. etiam tit.* 14. *c.* 3. §. 3. *habet.* 3) esse *Cdd. edd.* est *cj. Schult.* 4) dolorem animi *maritus,* iniuriam laesae domus *pater.* 5) *Cf. L.* 17 *pr. D. de quaest.* (48, 18). *L.* 6. *C. h. t.* 6) *Est Paul. S. R.* 2, 26. §. 1. *ex C. Ves. Cf. L.* 22 *pr. D. h. t. L.* 23 *fin. D. de ritu nupt.* (23, 2). 7) *Suppl. ex C. Ves. ed. Bl.* 8) *Ex C. Ves.* cuiusque *Cdd. edd.* 9) *Om. C. Ves.* 10) *Paul.* 2, 26. §. 2. *ex C. Ves. Cf. L.* 20. 21. *D. h. t.* 11) *Ex Cd. Ves., in quo tamen* etiam *excidit.* permittitur tamen (*factum ex* permittit'm) etiam ei *Cdd. edd.* 12) §. 3. = *Paul.* 2, 26. §. 4. *ex C. Ves.* 13) *Qualis est iudicio publico damnatus, leno et qui artem ludicram faciunt. Cf. supr. c.* 3. §§. 2. 3. 14) *Ut auctoramento rogatus, ad bestias qui se locavit, quive in scenam prodiit cantandi vel saltandi causa; supr. l. c.*

uxoris et suos quam parentium ac) liberorum,[1] excepta uxore,[2] quam prohibetur, occidere potest. [3]**4.** Maritum, qui uxorem deprehensam cum adultero occidit, quia hoc inpatientia iusti doloris admisit, lenius puniri placuit.[4] **5.** Occiso adultero, dimittere statim maritus debet uxorem, atque ita triduo proximo profiteri, cum quo adultero, et in quo loco uxorem deprehenderit.[5] **6.** Inuenta in adulterio uxore, maritus ita demum adulterum iratus occidere potest, si eum domi suae deprehendat.[6] **7.** Eum, qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulari placuit.[7] **8.** Serui uero tam mariti,[8] quam uxoris, in causa
[566] adulterii torqueri possunt, nec his[9] libertas 'suspectae[10] impunitatis data ualebit.

Explicit titulus de adulteriis.

INCIPIT

(*TIT. V.*) DE STVPRATORIBVS.

Kap. I. Moyses dicit:[11] **1.** Qui manserit cum masculo mansione muliebri, aspernamentum est: ambo moriantur, 'rei sunt.[12]

Kap. II. Paulus libro sententiarum 'II.[13] sub titulo de adulteriis. **1.** [14]Qui masculum liberum inuitum struprauerit, capite punitur. **2.** Qui uoluntate sua stuprum flagitiumque inpurum patitur, 'dimidia parte bonorum

---

1) liberos *Cdd. edd.; hoc scriptum olim* liberor. *et cum v.* libertos *confusum fraudi fuit librario, ut omitteret, quae ex c.* 3. §. 3. *necessario supplevimus. C. Ves. etiam* et liberos *omittit.* 2) *Si ea forte ex istis personis, velut liberta sua sit. Cf. c.* 3. §. 1.
3) §§. 4—8. = *Paul. S. R.* 2, 26. §§. 4—8. 4) *Cf. supra c.* 10.
5) *Cf. supr. c.* 3. §. 5. *L.* 24. §. 1. *D. h. t.* 6) *Cf. supr. c.* 3. §. 2.
7) *Cf. L.* 29 *pr. D. h. t. L.* 2. *C. eod.* 8) *De his nihil legi, nisi forte marito accusante in L.* 27. §. 14. *L.* 33 *pr. D. h. t. An igitur legendum* adulteri? *Cf. supr. c.* 11. 9) *Uxoris. Vid. L.* 12—14. *D. qui et a quib. man.* (40, 9). *L.* 3. *C. h. t.* 10) sub specie *Cdd.* sub spe *edd., quod nec Latinitas admittit nec sensus. Cf. L.* 12. §. 6: *D. qui et a quib.* (40, 9).
11) *Levit.* 20, 13. *Cf.* 18, 22. 12) *B. Ve.* quia rei sunt *Vi. ed. Bl.* 13) *Sic B. in indice capitum. In ipsa Collat. om. Cdd.* (secundo) *ed. Bl.* 14) *Est Paul. S. R.* 2, 26. §. 12. *ex C. Ves.*

suorum multatur, nec testamentum ei ex maiore parte facere licet.[1]

Hoc quidem iuris est: mentem tamen legis Moysis imperatoris Theodosii constitutio[2] ad plenum secuta cognoscitur:

[Kap. III. Item Theodosianus.][3] Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Orientium uicarium urbis Romae. **1.** Non patimur urbem Romam, uirtutum omnium matrem, diutius 'effeminati in uiros pudoris[4] contaminatione foedari, et agreste illud a priscis conditoribus robur, fracta molliter 'pube[5] tenuatum, conuicium saeculis uel conditorum [567] inrogare, uel principum, Orienti 'karissime ac iucundissime[6] nobis. **2.** Laudanda igitur experientia tua omnes, quibus flagitiosus luxus est uirile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia, nihilque discretum habere cum feminis occupatos,[7] ut flagitii poscit inmanitas atque '(*odium*),[8] omnibus eductos, pudet dicere, uirorum lupanaribus, spectante populo flammis uindicibus expiabit: ut uniuersi intellegant, sacrosanctum cunctis esse debere hospitium uirilis animae, nec sine summo supplicio alienum expetisse sexum, qui suum turpiter perdidisset. Prop. pridie Id. Maias Romae in atrio Mineruae.[9]

Explicit titulus de stupratoribus.

---

1) *Hoc sic intellege, ut et quae sententiae et quae mortis tempore habeat, eorum dimidia pars publicetur. Hoc Severum constituisse, ex Zosim.* 1, 8. *licet colligere. Ceterum cf. Schrader ad Inst. p.* 758. 2) *Quae exstat L.* 6. *Th. C. ad leg. Iul. de adult.* (9, 7), *sed omissa* §. 1. *cetera sunt mutata.* 3) *Hoc sine dubio non Collectori sed librariis debetur, capitum fabricatoribus. Cf. Haenel ad Th. C. p.* 846. 4) *i. e. in integri corporis masculini ad muliebria a viris patienda praestiti. Ergo nihil mutandum.* 5) *Ex I. Gothofr. cj.* plebe *B. edd.* plero *Vi.* pleue *Ve.* 6) *Ex B., qui tam hic quam in indice capitum non* aguc *habet, sed* aciuc, *praecedente* k *in kapitis designationem mutato. Recte interpretatus est Mommsenus ed. fr. Vatic. p.* 378. *Bl. ed.:* uir carissime. 7) *Edd. ante* occupatos *comma ponunt, quasi id significaret a manu militari captos. Sed hoc in quovis capitali crimine vulgare non poscit flagitii immanitas. At spectat constitutio eos, qui in hoc flagitio occupati sunt, ut palam quaestum inde faciant.* 8) *Hoc ob similitudinem sequentis vocis excidit.* 9) *a.* 390. *De subscriptione in Th. C. diversa vid. J. Gothofr. et Haenel.*

INCIPIT

(*TIT. VI.*) DE INCESTIS NVPTIIS.

Kap. I. Moyses dicit:[1] **1.** Quicunque concubuerit cum muliere uxore patris sui, pudenda patris sui detexit, morte moriantur: ambo rei sunt. **2.** Et quicunque concubuerit cum nuru sua, morte moriantur: ambo rei sunt.

Kap. II. Ulpianus libro regularum singulari sub titulo de nuptiis.[2] **1.** Inter parentes et liberos '(*infinite*),[3] cuiuscunque gradus sint, conubium non est. **2.** Inter cognatos autem ex transuerso gradu olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant:
[568] nunc autem '(*etiam*)[3] ex tertio gradu licet uxorem ducere, sed tantum fratris filiam, non etiam sororis, nec amitam, nec materteram, quamuis eodem gradu sint. **3.** Eam '(*denique*),[3] quae nouerca uel priuigna, uel quae nurus uel socrus '(*nostra*)[3] fuit, uxorem ducere non possumus. **4.** Si quis eam, quam non licet, uxorem duxerit, incestum matrimonium contrahit: ideoque liberi in potestate eius non fiunt, sed quasi uulgo concepti, spurii sunt.

Kap. III. Paulus libro sententiarum (*secundo*) sub titulo de nuptiis. **1.** Inter parentes et liberos[4] matrimonia contrahi non possunt; iure ciuili '(*nec sororem*),[5] nec filiam sororis, aut neptem uxorem ducere possumus: proneptem '(*et*)[6] aetatis ratio prohibet. **2.** Adoptiua cognatio impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo; inter fratres '(*ac sorores*)[7] eatenus, quatenus capitis minutio non interuenit. **3.** Nec socrum, nec nurum, '(*nec*)[8] priuignam,

---

1) *Levit.* 20, 11. 12. 2) *Est Ulp. fr.* 5, 6. 7. 3) *Ex Ulp. fr. 'suppl. Bl.* 4) *Quod hic addunt Cdd. et edd.* iure ciuili, *id fugitivum est, fuitque suo loco ante* nec filiam *restituendum. Nam inter parentes et liberos simpliciter nuptiae non sunt h. t.* 2, 1. *Gai.* 1, 59. *L.* 53. *D. de rit. nupt.* (23, 2), *itaque iure gentium incestae L.* 68. *D. de iur. dot.* (23, 3). *Ex latere vero tantum iure civili i. e. 'sola iuris Romani observatione' quasdam uxores ducere non possumus, L.* 38. §. 2. *D. ad leg. Iul. de adult.* (48, 5). 5) *Hoc cum vv.* iure ciuili *aliquando omissum, cum ante* matrimonia *non conveniret, omnino excidit.* 6) *Geminando sequens* et *ex* etatis *sensu flagitante effeci. Cf. L.* 39 *pr. D. de rit. nupt.* (23, 2). 7) *Addidi. Cf. Gai.* 1, 61. 8) *Ex Molleri cj.*

nec nouercam aliquando, citra poenam incesti uxorem dicere licet; sicut nec amitam, aut materteram. Sed qui '(*affinem*)[1] uel cognatam contra interdictum duxerit, remisso mulieri iuris errore, ipse poenam adulterii lege Iulia patitur, non etiam ducta.[2]

Kap. IV. Gregorianus libro quinto sub titulo de nuptiis exemplum literarum Diocletiani et Maximiani Impp.[3] talem coniunctionem grauiter punire commemorat. Exemplum edicti Diocletiani et 'Maximiani nobilissimorum[4] Caesarum. **1.** Quoniam piis re- [569]
ligiosisque mentibus nostris ea, quae Romanis legibus caste sancteque sunt constituta, uenerabilia maxime uidentur, atque aeterna religione seruanda, 'dissimulari[5] ea, quae a quibusdam in praeteritum nefarie incesteque commissa sunt, non oportere credimus: '(*imo si*) quae[6] uel cohibenda sunt, uel etiam uindicanda, insurgere nos disciplina nostrorum temporum cohortatur. Ita enim et ipsos immortales deos Romano nomini, ut semper fuerunt, fauentes atque placatos futuros esse non dubium est, si cunctos sub imperio nostro agentes[7] piam religiosamque 'uitam[8] et 'castum[9] in omnibus 'morem[10] colere 'perspexerint assuetum.[11] **2.** In quo id etiam prouidendum quam maxime esse censuimus, ut matrimoniis reli-

---

1) *Addidi.* si uero *cj. Pith. Cf. L.* 68. *D. de iur. dot.* (23, 3). 2) *Cf. L.* 11. §. 1. *L.* 38. §§. 2. 4. 7. *D. ad leg. Iul. de adult.* (48, 5). 3) *Vid. Haenel. Gr. C. p.* 31. §. 5. *huius edicti mutata exstat L.* 17. *C. de nupt.* (5, 4). 4) *Suspicor legendum:* Maximiani AA. ac nobilissimorum. 5) dissimulare *Cdd. edd.* 6) cum *Cdd.* (sed) cum *ed. Bl.* imo si *post* cred-imus *ob similitudinem excidisse, deinde* quae *in* cum *mutatum apparet.* 7) *Sic Ve.* habentes *Vi.* gentes *B. Hoc ad sensum non inepte, cum ex toto edicto maxime* §. 4 *fin. pateat, id potissimum gentes nondum civitate Romana donatas spectavisse.* 8) et quietam *B.* et quietem *Ve.* quietam *Vi. ed. Bl. In quibus* et q. *ex repetitione ultimarum litterarum praecedentis vocis in fine notatae prodiit;* quietam uitam *vero, hinc plane alienam, ubi de pietate et religione in matrimoniis copulandis agitur, librarii ex* 1 *Tim.* 2, 2. *intrusere.* 9) castam *Cdd. edd.* 10) more *Cdd. edd.* 11) perspexerimus uitam (uitia *Ve.*) *Cdd. edd. Cf. Sil.* 7, 312. 'Assueto belli de more.' *Assueto contrarius mos ex sententia imperatorum est tam barbarus quam Christianus.* piam religiosamque, quietam et castam in omnibus more colere perspexerimus uitam *Bl. ed.*

giose atque legitime iuxta disciplinam iuris ueteris copulatis, tam eorum honestati, qui nuptiarum coniunctionem sectantur, quam etiam his, qui deinceps seruata religione nascentur, incipiat esse consultum: et honestate nascendi etiam posteritas ipsa purgata sit. 'Id[1] enim pietati nostrae maxime placuit, ut sancta necessitudinum nomina[2] optineant apud affectus suos[3] 'piae ac religiosae[4] consanguinitati debitam caritatem. '(*Atenim*) nefas eam creare[5] est ea, quae in prae-
[570] teritum a compluribus constat esse commissa, cum pecudum ac ferarum promiscuo ritu ad inlicita conubia instinctu execrandae libidinis sine ullo respectu pudoris ac pietatis inruerint. **3**. Sed quaecunque antehac uel 'impuritia[6] delinquentium, uel 'per ignorantiam[7]' iuris, barbaricae inmanitatis ritu ex inlicitis matrimoniis uidentur admissa, quanquam essent seuerissime uindicanda, tamen contemplatione clementiae nostrae ad indulgentiam uolumus pertinere; ita tamen, ut quicunque in anteactum tempus inlicitis incestisque se matrimoniis polluerunt, hactenus adeptos se esse nostram indulgentiam sciant, ut post tam nefaria 'facinora[8] uitam quidem sibi gratulentur esse concessam: sciant tamen, non legitimos se suscepisse liberos, quos tam nefaria coniunctione genuerint. Ita enim fiet, ut de futuro quoque nemo audeat 'effrenatis[9] cupiditatibus obedire, cum et sciant ita praecedentes admissores istiusmodi criminum uenia liberatos, ut liberorum, quos inlicite genuerint, 'successio negaretur,[10] qnae iuxta uetustatem Romanis legibus 'necabatur.[11] — Et optassemus quidem,

---

[1]) *B.* ideo *Ve.* ita *Vi. ed. Bl.* [2]) *i. e. parentes.* [3]) *i. e. liberos; vid. Forcellin. s. v.* [4]) piam ac religiosam *Cdd. edd.*
[5]) nefas enim credere *Cdd. edd. inepto sensu, si nexum sententiarum respicis.* Atenim *ob antecedens* -atem *omissum videtur;* nefas *accipiendum pro ἀδυνάτῳ* (*cf. Beier ad Cic. de offic. II. p.* 238.). eam *sc. caritatem.* [6]) imperitiam *B.* peritiam *Ve. Vi.* imperitia *edd. Sed quid distat imperitia ab ignorantia iuris? Cf. supr. tit.* 5. *c.* 2. §. 2. [7]) pro ignorantia (ignorantiam *Vi.*) *Cdd. edd.*
[8]) scelera *ed. Bl. ex errore.* [9]) inefrenatis *B. Vi.* in effrenatis *Ve.* infrenatis *cj. Cuiac. ed. Bl. Vid. Zeitschr. XIII. p.* 37.
[10]) successione careatur *B. ed. Bl.* successionem ne caretur *Vi. Ve.* successione careant *cj. Cuiac. ed. Haen.* [11]) negabatur *Cdd. edd., quod restituta recta lectione ad not.* 10. *etiam minus ferri potest. Cf. Zeitschr. l. c. et de* successionis *voce infr.* 16, 3. §. 13.

nec ante quicquam eiusmodi esse commissum, quod esset aut clementia remittendum, aut legibus corrigendum. **4.** 'Sed[1] posthac religionem sanctitatemque in conubiis copulandis uolumus ab unoquoque seruari, ut se ad disciplinam legesque Romanas meminerint pertinere: et eas tantum sciant nuptias licitas, quae sunt Romano iure permissae. **5.** Cum quibus autem personis tam cognatorum, quam ex adfinium numero contrahi non liceat matrimonium, hoc edicto nostro complexi sumus: cum filia, nepte, pronepte, itemque matre, auia, pro- [571]
auia: et ex latere amita ac matertera, '(*sorore*),[2] sororis filia et ex ea nepte. Itemque ex adfinibus priuigna, nouerca, socru, nuru, ceterisque, quae antiquo iure prohibentur, a quibus cunctos uolumus abstinere. **6.** Nihil enim, nisi sanctum ac uenerabile nostra iura custodiunt, et 'ita[3] ad tantam magnitudinem Romana maiestas cunctorum numinum fauore peruenit, quoniam omnes leges suas 'religionis sapientia[4] pudorisque obseruatione deuinxit. **7.** Quare hoc edicto nostro uolumus omnibus palam fieri, quod praeteritorum uenia, quae per clementiam nostram contra disciplinam uidetur indulta, ad ea tantum delicta pertineat, quae in diem III. Kal. Ianuariarum Tusco et Anulino Coss. uidentur esse commissa. **8.** Si qua autem contra Romani nominis decus sanctitatemque legum post supradictum diem deprehenduntur admissa, digna seueritate plectentur. Nec enim ullam in tam nefario scelere quisquam aestimet ueniam se consequi posse, qui in 'iam [5]euidens crimen et post edictum nostrum non dubitabit inruere. Dat. . . . Kal. Maias,[6] Damaso Tusco et Anulino Coss.[7]

Kap. V. Hermogenianus sub titulo de nuptiis:[8] Impp. Diocletianus et Maximianus Augusti Flauiano. His, qui incestas nuptias per errorem contrahunt, ne poenis subiiciantur, ita demum clementia principum subuenit, si postea quam

---

[1]) sed et *Cdd. edd. Signum* §. 4. *rectius ante* Et optassemus *positum foret.* [2]) *Ex Iust. C. suppl. Bl.* [3]) *Malim* ideo. [4]) *Ex Cuiac. cj. h. e. ex recte cognita religione.* religione sapienti *B. Vi. ed. Bl.* religiones sapienti *Ve.* [5]) *Ante enim crimen id esse ignorabatur* §. 3. tam *Cdd. edd.* [6]) *Sic, non* Maii, *etiam B. Numerum diei ante has Kalendas excidisse palam est.* [7]) *a.* 295. [8]) *Haenelius tantum in Greg. C. p.* 30. *hanc const. retulit.*

errorem suum rescierint, illico nefarias nuptias diremerint.[1] Prop. Id. Mart. (*Tiberiano*) et Dione Coss.[2]

Hanc quoque constitutionem Gregorianus titulo de nuptiis inseruit, quae est tricesima et secunda, aliis tamen et die et Coss., id est: '[constitutio][3] P. P. V. Id. Iun. Diocletiano ter et Maximiano Augustis (*Coss*).[4]

[572] Kap. VI. Papinianus libro singulari de adulteriis. **1.** 'Qui sororis filiam uxorem duxerat per errorem antequam praeueniretur a delatore, diremit coitum: quaero, an adhuc possit accusari?' Respondit: ei, qui coniunctae sororis filiae bona fide abstinuit, poenam remitti palam est: quia qui errore cognito diremit coitum, creditur eius uoluntatis fuisse, ut si scisset se in eo necessitudinis gradu positum, non fuisset tale matrimonium copulaturus.[5]

Kap. VII. Idem (*igitur*) dicitur[6] in eos, qui incestas nuptias contraxerunt. Maledicti tamen[7] sunt omnes incesti per legem, cum adhuc rudibus populis ex diuino nutu condita iisdem adstipulantibus sanciretur. et utique omnes maledicti puniti sunt, quos diuina et humana sententia consona uoce damnauit. Lex diuina sic dicit:[8] **1.** Maledictus, inquit, dixit Moyses, qui concubue-

---

1) *Cf. L.* 38. §. 7. *D. ad leg. Iul. de adult.* (48, 5). 2) *a.* 291. 3) *Natum hoc puto ex* coss., *quod B. antea omittit.* 4) *a.* 287. *Totum hoc additamentum non ab ipso Collationis auctore, a cuius consilio id alienum est, sed ut similia in Fr. Vat.* 266[a]. 270. 272. 285. 286. 288. *a libri aliquo possessore profectum esse videtur. Ceterum in eo pro* quae *malim* in quo. 5) *Cf. L.* 38. §§. 5. 6. *D. ad leg. Iul. de adult.* (48, 5). 6) *Sc. lege Dei et legibus Romanis; unde voce* igitur *careri non poterat, quae eo facilius excidere potuit, si* id. igitur *scriptum fuisse ponimus.* 7) *Hoc dicit: ex lege c.* 1. *relata putaveris, lege divina quosdam tantum incesti reos punitos esse; sed alio loco omnes maledicti sunt eaque maledictio, quam poena semper sequebatur, a iure Romano tantum sanciendi modo distabat; neque enim solus legislator, ut nunc imperator, sed divina vox adstipulante populi humana voce (verbis: fiat, fiat) legem sanciebat.* 8) *Cf. Deuteron.* 27, 20—23., *ubi quaedam tantum ex his maledictionibus leguntur, ad quarum similitudinem Collector ratione habita Levit.* 18. *et* 20. *caeteras finxit, ne si interdicta tantum matrimonia ex his locis retulisset, impunita ea fuisse lege divina viderentur.*

rit cum uxore patris sui; et dicit omnis populus: fiat, fiat. **2.** Maledictus, qui concubuerit cum sorore sua de patre aut de matre; et dicit omnis populus: fiat, fiat. **3.** Maledictus, qui concubuerit cum nuru sua; et dicit omnis populus: fiat, fiat. **4.** Maledictus, qui concubuerit cum socru sua; et dicit omnis populus: fiat, fiat. **5.** Maledictus, qui concubuerit [573] cum sorore patris sui; et dicit omnis populus: fiat, fiat. **6.** Maledictus, qui concubuerit cum sorore matris suae; et dicit omnis populus: fiat, fiat. **7.** Maledictus, qui concubuerit cum sorore uxoris suae; et dicit omnis populus: fiat, fiat. **8.** Maledictus, qui dormierit cum uxore fratris sui; et dicit omnis populus: fiat, fiat. **9.** Maledictus, qui dormierit cum omni pecore; et dixit omnis populus: fiat, fiat.

Explicit titulus de [adulteris, stupratoribus et] incestis.

INCIPIT

(*TIT. VII.*) DE FVRIBVS ET POENA EORVM.

Kap. I. Quodsi duodecim tabulae nocturnum furem '(*quoquomodo, diurnum si*)[1] aut ensi se aut[2] telo defenderit, interfici iubent: scitote iurisconsulti, quia Moyses prius hoc statuit, sicut lectio manifestat. Moyses dicit:[3] **1.** Si perfodiens nocte parietem inuentus fuerit fur, et percusserit eum alius, et mortuus fuerit hic, non est homicida is, qui percusserit eum. **2.** Si autem sol ortus fuerit super eum, reus est mortis percussor, et ipse moriatur.

Kap. II. Paulus libro sententiarum v. ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis. **1.** Si quis furem nocturnum, uel diurnum, cum se telo defenderet, occiderit, hac quidem lege non tenetur: sed melius fecerit, 'qui[4] eum comprehensum transmittendum ad praesidem magistratibus optulerit.

---

[1]) (quoquomodo, diurnum) *suppl. Bl.* [2]) autemsise aut *B.* aut ensis se aut *Vi.* aut tensisse aut *Ve.* autem si se *ed. Bl. Quod autem de ensi ait, non ipsis XII tab. tribuunt certiora testimonia (vid. Schoell XII tab. p.* 145.), *sed interpretationi debetur. Cf. Serv. ad Aen.* 9, 747. *Ipse vero hoc addidisse videtur, ut maior appareret XII tabb. cum lege Dei similitudo, cum facilius ense quam telo paries perforetur.* [3]) *Exod.* 22, 2. 3. [4]) *B.* si *Ve. Vi. ed. Bl.*

Kap. III. Ulpianus libro XVIII. ad edictum sub titulo si quadrupes pauperiem dederit.[1] **1.** In-
[574] iuria occisum esse merito adiicitur: non enim sufficit occisum, sed oportet iniuria id esse factum. Proinde si quis seruum latronem occiderit, lege Aquilia non tenetur, quia '(*iniuria*)[2] non occidit. **2.** Sed et quemcunque alium ferro se petentem qui occiderit, non uidebitur iniuria occidisse. Proinde si furem nocturnum, quem lex duodecim tabularum omnimodo permittit occidere, aut diurnum, quem 'aeque[3] lex permittit, sed ita demum, si se telo defendat: uideamus, an lege Aquilia teneatur? Et Pomponius dubitat, num haec lex[4] sit in usu. **3.** Si quis[5] 'metu (*mortis*)[6] furem occiderit, non dubitamus, quin lege Aquilia non teneatur: sin autem, cum posset adprehendere, maluit occidere, magis est, ut iniuria fecisse uideatur: ergo etiam lege Cornelia tenebitur.[7] **4.** Iniuriam autem accipere hic nos oportet non quemadmodum circa iniuriarum actionem, contumeliam quandam, sed quod non iure factum est, hoc est contra ius, id est, si culpa quis occiderit. Et reliqua.

Kap. IV. Ulpianus libro octauo de officio proconsulis sub titulo de furibus.[8] **1.** Fures ad forum[9] remittendi sunt diurni; 'nocturni quoque[10] extra ordinem

---

1) *Etiam de hoc titulo Ulpianus quidem exposuit lib. XVIII. ad edictum; sed quae sequuntur, iam ad sequentem tit. 'ad legem Aquiliam' pertinuisse, qui oculos Collectoris fugerat, res ipsa docet et Pithoeus observavit. Ceterum haec partim exstant L.* 3. 5 *pr.* §. 1. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2). 2) *Suppl. Bl.* 3) *Sic recte Bl. Ipse B. habet* æaque. 4) *Cdd. et edd. addunt* non. *At hoc* non *in sequenti periodo post* lege Aquilia *male omissum, ex margine huc aberravit.* 5) etsi quis *B. Dig. ed. Bl. Fortasse, cum antecedat* in usu, *geminando fere leg.:* Nosmet si quidem. 6) noctu *Cdd. edd., sed B. sic, ut* metu *scribere coepisse videatur, ex* m *postea demum* no *facto; unde ex Dig.* metu mortis, *quod sensus postulat, dedimus. Nam Ulp. his ad quaestionem* §. 2. *propositam respondet.* 7) *Nam consulto eum fecisse non dubitatur; si igitur etiam contra ius, dolo malo occidisse videtur.* 8) *Partim exstat L.* 1. *D. de fur. baln.* (47, 17). 9) *i. q. 'ad ius ordinarium' L.* 2. *D. eod. Gell.* 11, 18., *audiendi igitur tantum, cum forum de causis civilibus agitur in conventu. Cf. tit.* 11. *c.* 4. 6. §. 2. *tit.* 12. *c.* 2. *unde 'forenses actiones' L.* 1. §. 1. *D. de incend.* (47, 9). 10) coctorniquae *B.* quodturniquem *Vi.* et nocturni qui *Ve.* nocturnique *ed. Bl.*

audiendi, et causa cognita puniendi: dum[1] in poena eorum sciamus operis publici 'temporarii[2] modum non egrediendum. Idem et in balneariis furibus. **2.** Sed si se telo fures defen- [575] dunt uel effractores, uel ceteri similes, nec quemquam percusserunt: metalli poena humiliores, honestiores uero relegatione adficiendi erunt.

Kap. V. Paulus libro sententiarum 'II.[3] sub titulo de furibus. [4]**1**. (**2.**) Fur est, qui '(*dolo malo*)[5] rem alienam contrectat. **2**. (**3.**) Furtorum genera sunt quattuor: manifesti, nec manifesti, concepti et oblati. Manifestus fur est, qui in faciendo deprehensus est, et qui intra terminos eius loci, unde 'quid sustulerat,[6] 'cum re deprehensus[7] est, uel antequam ad eum locum, quo '(*eo die*)[8] destinauerat, peruenerit. Nec manifestus 'fur est,[9] qui in 'faciendo[10] quidem '(*uel*) cum (*re*) deprehensus[7] non est, sed 'furtum[11] fecisse negari non potest. **3.** (**4.**) Concepti actione '(*is*)[12] tenetur, apud quem furtum '(*quaesitum*) et inuentum (*est*).[13] Oblati actione is tenetur, qui rem furtiuam alii obtulit, ne apud se inueniretur. **4.** (**5.**) Furti actione is agere potest, cuius interest, rem non perisse. **5.** (**6.**) 'Concepti actione is[14] agere potest, qui rem concepit ['(*id*) est[15] inuenit]. Oblati '(*is*)[16] agere potest, penes quem res concepta ['(*id est*)[17] inuenta] est. **6.** (**1.**) Furti quocumque genere condemnatus famosus efficitur.[18]

Explicit titulus de furibus.

---

1) *Sic B.* dummodum *Vi. Ve.* dummodo *Dig. ed. Bl.* 2) *Dig.* temporariū *B.* temporalium *Vi.* temporarium *Ve. ed. Bl.* 3) *B. in indice capitum.* 4) *Exstat* §. 6., *in Cdd. et edd.* §. 1., *sed aperte fugitiva, ut ad calcem restituenda esset, in Paul.* 2, 31. §. 5., §§. 2—5. *ibid.* §§. 1—5. *sub tit. rectiori 'de furtis' et minus corruptae. Cf. Gai.* 3, 183—187. 5) *Ex Paul. Vis.* 6) *Paul. Vis.* fur est *Vi.* furatus est *B. Ve. edd.* 7) deprehensus *Paul. Vis.* comprehensus *Cdd. edd.* 8) *Quod ob vicinas voces excidit. Cf. L.* 4. *D. de furt.* (47, 2). quo *omittit B.* 9) *Paul. Vis.* est fur *Cdd. edd.* 10) *Ex Paul. Vis.* rapiendo *Cdd. edd.* 11) eum furtum *Paul. Vis.* eum *Cdd. edd.* 12) *Ex Paul. Vis. supplevi.* 13) *Ex Paul. Vis.* est inuentum *Cdd. edd.* 14) conceptiua autem *Cdd. edd.* concepti is *Paul. Vis.* 15) et *Cdd. edd. Geminavi* it *et* ē *explicui* est. *Sed totum glossema est.* 16) *Ex Paul. Vis.* 17) *Supplevi, sed glossema;* et *Paul. Vis.* 18) *Cf. not.* 4. *De re L.* 6 *pr. D. de his qui not.* (3, 2).

576] INCIPIT

(*TIT. VIII.*) DE FALSO TESTIMONIO.

Kap. I. Moyses dicit:[1] **1.** Si steterit testis iniustus aduersus hominem accusandum, accusans eum impietatis, **2.** stabunt duo homines, quibus est inuicem contentio, ante deum, et ante sacerdotes, et ante iudices, quicunque fuerint in illis diebus. **3.** Cum inquisierint iudices diligenter, et inuentus fuerit testis iniustus, testificans iniusta, insurgentes aduersus eum, **4.** facietis ei, sicut uoluit malefacere: et delebitis malum de medio uestrum: **5.** et ceteri audientes timebunt, nec audebunt haec mala facere inter uos.

Kap. II. Paulus libro singulari de poenis omnium legum sub titulo ad legem Iuliam de adulteriis. **1.** Qui falsum testimonium dixerit,[2] proinde tenebitur, ac si lege Cornelia testamentaria damnatus esset.[3]

Kap. III. Paulus libro sententiarum quinto sub titulo de testibus et de quaestionibus.[4] **1.** Hi, qui falso (*uel uarie*) uel oblique[5] testimonia dixerunt, uel utrique parti prodiderunt,[6] aut in exilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submouentur.

Kap. IV. Idem (*eodem*) libro (*sub titulo*)[7] ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis.[8] **1.** Lex Cornelia poenam deportationis infligit ei, qui hominem occiderit, eiusue rei causa furtiue faciendi cum telo fuerit, quiue uenenum hominis necandi causa habuerit, uendiderit, parauerit, falsumue testimonium dixerit, quo quis periret, mortisue causam praestiterit. **2.** Quae omnia facinora in honestiores poena capitis uindicari placuit: humiliores uero aut in crucem tolluntur, aut bestiis obiiciuntur.

---

1) *Deuteron.* 19, 16—20. 2) *Sc. in causa adulterii.* 3) *Cf. Paul.* 4, 7. §. 1. *L.* 33. *D. de l. Corn.* (48, 10). 4) *Est Paul.* 5, 15. §. 5. = *L.* 16. *D. de testib.* (22, 5). 5) falsum uel aliqua *Cdd.* falso uel uarie *Paul. Vis. Dig. ed. Bl.* obliqua *cj. Pith. recte; quae sunt, non aperte sed oblique vulnerantia. Suet. Dom.* 2. *Tacit. A.* 14, 11. *Quintil.* 9, 2. §§. 79. 94. *Sed scripsi* oblique. 6) *Antequam in iudicio dicerent. Vid. Schult. ad Paul. l. c. et Quintil.* 5, 7. §§. 12. 32. 7) *Bl. suppl.:* libro (sententiarum quinto sub titulo). 8) = *Tit.* 1. *c.* 2.

Kap. V. Paulus libro sententiarum quinto sub [577]
titulo ad legem Corneliam testamentariam.[1] **1.** Is, qui ob falsum testimonium perhibendum '(*uel uerum non perhibendum*)[2] pecuniam acceperit, dederit, iudicemue, ut sententiam ferat, uel non ferat, corruperit, corrumpendumue curauerit: humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in insulam deportantur.

Kap. VI. Idem eodem libro et titulo. **1.** Falsum est, quidquid in ueritate non est, sed pro uero adseueratur.

Kap. VII. Ulpianus '(*de officio proconsulis*)[3] 'libro VIII.[4] sub titulo de poena legis Corneliae testamentariae. [5]**1.** Praeterea factum est senatus consultum 'Statilio Tauro et (*Scribonio Libone*)[6] consulibus, quo poena legis Corneliae inrogatur ei, qui quid aliud, quam testamentum, sciens '(*dolo malo falsum*)[7] signauerit, signariue curauerit: item qui falsas testationes faciendas 'aut consignandas,[8] testimoniaue falsa inuicem dicenda[9] dolo malo curauerit.[10] **2.** Item qui ob '(*litem in*)struendam aduocatione testimonioue[11] pecuniam acceperit, pactusue fuerit, societa-

---

1) *Est Paul. S. R.* 5, 25. §. 2. *Cf. L.* 1 *pr.* §§. 1. 2. *L.* 20. 21. *D. de lege Corn. de fals.* (48, 10). 2) *Ex Paul. Vis. addidi.* 3) *Bl. supplevit.* 4) *Cdd. et edd. haec in fine inscriptionis habent; suo loco restitui.* 5) *Partim extat L.* 9. §. 3. *D. de lege Corn. de fals.* (49, 10). 6) *Recte supplevit Pith. Sunt coss. a.* 16. statilio et tauro *Cdd. Cf. not.* 10. 7) *Ex Dig.* 8) *Cdd. et edd. voces* aut consignanda, *in Dig. omissas, transpositas habent post* dicenda, *unde emendatas huc in suum locum revocavi. Cf. L.* 9. §. 5. *D. de poenis* (48, 19). 9) *Cum alter alterius testimonio opus haberet. Cf. Cic. pro Flacc.* 4. 10) *Quae sequuntur in Cdd. et edd.* Licinio v. et Tauro coss. *aperte non sunt huius loci, sed pertinent ad consulatum initio commemoratum. Totum vero vitium inde natum est, quod librarius, uno tantum nomine quemque consulem designari posse ex perpetua consuetudine subscriptionum opinatus, scripserat* Statilio et Tauro. *At sequebatur* scribonio libone. *In quibus* scr *interpretans aut* SCR*ibe aut* S*enatus*C*onsultum* F*actum, emendationem significari nominis prioris consulis est ratus, et ad marginem* (l)ibonio ū (*vel*) libone et tauro coss. (*nam unum tantum nomen prioribus illis inesse posse, persuasum sibi habebat*) *notavit. Inde vero alius Libonios ignorans fecit* licinio ū (*i. e. quintum*) et Tauro coss. *et ad finem hos* (*si placet*) *coss. reiecit, qui tot viris doctis illuserunt.* 11) struendam aduocationem testimoniaue (testimonia uel *Ve.*) *Cdd.* instruendam adu. test. *ed. Bl. Sed tam noster locus*

[578] tem(*ue*)[1] coierit, aut aliquam 'obligationem[2] interposuerit: item si quis coierit ad accusationem innocentium, senatus consulto, quod Cotta et Messalla coss.[3] factum est, coercentur.[4] **3.** Sed et si quis ob denunciandum, uel non denunciandum, remittendumue testimonium pecuniam acceperit, senatus consulto, quod duobus Geminis coss.[5] factum est, poena legis Corneliae adficitur.[6] E t r e l i q u a.

(*TIT. IX.*[7] *DE FAMILIARI TESTIMONIO NON ADMITTENDO.*)

Kap. I. I t e m M o y s e s 'd i c i t :[8] **1.** Falsum testimonium non dabis aduersus proximum tuum.

Kap. II. U l p i a n u s l i b r o 'xi.[9] d e o f f i c i o p r o c o n s u l i s, 's u b t i t u l o[10] a d l e g e m I u l i a m d e u i p u b l i c a e t p r i u a t a. **1.** Eadem lege quibusdam testimonium omnino, quibusdam interdicitur inuitis, capite octogesimo septimo et capite octogesimo octauo. **2.** 'In hoc uerbis hisce: 'His[11] hominibus hac lege in reum testimonium dicere ne liceto: qui se ab eo, parenteue eius, libertoue cuius eorum 'libertaue liberauerit,[12] quiue impubes erit, quiue '(*iudicio publico damnatus erit*, *qui*)[13] eorum in integrum restitutus non 'erit,[14] quiue in uinculis 'custodiaue[15] publica erit, quiue
[579] depugnandi causa auctoratus erit, quiue ad bestias '(*ut*) de-

---

quam L. 1. §. 1. *D. de leg. Corn. de fals.* (48, 10), *ubi similiter* litem *ob vicinitatem v.* item *intercidit, ex L.* 20. *D. eod. sanandi sunt.* [1]) *Supplevi.* [2]) *Ex Cuiac. cj. et L.* 20. *D. cit.;* aliquam *significat aliam quam.* delationem *Cdd. edd.* [3]) *a.* 20. [4]) *Cf. L.* 2. *D. de concuss.* (47, 13). [5]) *a.* 29. [6]) *Cf. L.* 2. *cit. L.* 1. §. 2. *D. de lege Corn. de fals.* (48, 10).

[7]) *Tam B. auctoritate, qui hunc numerum habet, licet nec rubro colore nec novo capite distinctum, et in fine etiam titulum praestat, quam ipsa nova materia suadente, in qua solito more Moysis dictum praemittitur, reposui. Bl. prioris tituli capitum numerationem continuat.* [8]) *Ex Ve. addidi. Est Exod.* 2, 16. [9]) VIII. *cj. Cuiac. ob L.* 19. *D. de test.* (22, 5). [10]) *Omittit B.* [11]) in haec uerba his uerbis *Cdd.* In hoc his uerbis: *ed. Bl. de Pithoei cj.* capite LXXXVIII. in haec uerba: His uero *Lachm. cj. De re cf. L.* 3. §. 5. *D. de test.* (22, 5). [12]) libertus libertauerit *Cdd.* liberauerit *ed. Bl.* [13]) *Ex Dig. supplevit Pith., male tamen omissa v.* erit. [14]) *Ex Dig.* est *Cdd. edd.* [15]) *Ex Dig.* custodiaque *Cdd. edd.*

pugnaret,[1] se 'locabit,[2] locauerit, praeterquam qui iaculandi causa ad urbem missus est, erit:[3] '(*quae*)ue palam[4] corpore quaestum faciet, feceritue: quiue ob testimonium dicendum '(*uel non dicendum*)[5] pecuniam accepisse iudicatus erit, ne quis eorum hac lege in reum testimonium dicat.' **3.** Capite octogesimo septimo: 'Hi homines[6] inuiti in reum testimonium ne 'dicunto:[7] qui sobrinus est ei reo, proprioreue cognatione coniunctus, quiue socer, gener, uitricus, 'priuignusue[8] eius erit.'[9] Et reliqua.

Kap. III. Paulus libro sententiarum '(v.),[10] sub titulo de testibus et quaestionibus.[11] **1.** Suspectos '(*gratiae*)[12] testes, et eos uel maxime, quos accusator de domo 'produxerit,[13] uel uitae humilitas infamauerit, interrogari non placuit: in testibus enim et uitae qualitas spectari debet, et dignitas. **2.** In adfinem uel cognatum inuiti testes interrogari non possunt. **3.** Aduersus se inuicem parentes et liberi, itemque '(*patroni et*)[14] liberti, nec uolentes ad testimonium admittendi sunt, quia 'sincerum[15] testimonium necessitudo personarum plerumque corrumpit.

Explicit titulus de familiari testimonio non admittendo.[16]

INCIPIT [580]

(*TIT.*) X.[17] DE DEPOSITO.

Kap. I. Moyses dicit:[18] **1.** Si aliquis dabit proximo suo argentum, aut suos seruare, et furatum fuerit de domo

---

1) *Ex Dig.* depugnare *Cdd. edd.* 2) locauit *Cdd.* (*abest tamen a Vi. et Dig.*) *edd. Cf. sequens* faciet feceritue. 3) *Cf. Senec. de brevit. vit.* 13. 4) *Ex Dig.* palamue *Cdd. edd.* 5) *Ex Dig. Omittunt Cdd. edd.* 6) *Vi.* his homines *B.* his: "Homines *ed. Bl.* 7) *Ex Lachm. cj.* nec dicunt *Cdd.* ne dicant *ed. Bl.* 8) priuignusque (qui *Ve.*) *Cdd. edd.* 9) *Cf. L.* 4. 5. *D. de test.* (22, 5). 10) *Deest etiam in B.* 11) *Exstat Paul. S. R.* 5, 15. §§. 1—3. *sub tit.* de testibus, *quem sequitur tit.* de quaestionibus. 12) *Ex Paul. Vis. supplevi.* 13) *Ex Paul. Vis.* eduxit *B.* deduxit *Ve. Vi. ed. Bl.* 14) *Supplevi. Cf. L.* 4. *D. de testib.* (22, 5). 15) reihiuere *B.* reiiubere *Vi.* reiuuere *Ve.* rei uerae *Paul. Vis. edd. aperto licet vetere vitio, s pro siglo* R (= *re, res*) *habito. Cf. Fr. Vat.* 22. *Scripsissem* sincere, *nisi Charisii testimonium p.* 61., *neutrum sincere dici, suspectum esset.* 16) de familiaris testimoniū non admittendo decimo *B.* 17) decimo *B. ante* incipit de deposito. *In Ve. Vi. omitt.* 18) *Exod.*

hominis: si inuenitur, qui furatus est, reddat duplum. **2.** Quodsi non fuerit inuentus fur, accedet is, qui commendatum susceperat: stabit ante Dominum, et iurabit, nihil se nequiter egisse de omni re commendata proximi sui, et liberabitur.

Kap. II. Modestinus libro differentiarum secundo (*sub titulo*) de deposito et 'commodato.[1] **1.** Commodati iudicio conuentus etiam culpam praestare cogitur: qui uero depositi conuenitur, de dolo, non etiam de culpa condemnandus est. Commodati enim '(*in*)[2] contractu, quia 'utriusque contrahentis[3] utilitas interuenit, utrumque praestatur: in depositi uero causa sola deponentis utilitas uertitur, et ibi dolus tantum praestatur. **2.** Sed in ceteris quoque partibus iuris ista regula custoditur: sic enim et in fiduciae 'iudicium,[4] et in 'actionem[5] rei 'uxoriae[6] dolus et culpa deducitur, quia utriusque contrahentis utilitas interuenit. **3.** In mandati uero 'iudicium[4] dolus, non etiam culpa deducitur:[7] quamuis singulariter denotare liceat, in tutelae 'iudicium[4] utrumque deduci, cum solius pupilli, non etiam tutoris utilitas in administratione uersetur. **4.** Depositi damnatus infamis est; qui uero commodati damnatur, non fit infamis: alter enim propter dolum, alter propter culpam condemnatur.
[581] **5.** [8]Actione 'depositi serui[9] conuentus cibariorum nomine apud eundem iudicem utiliter experitur: at is, cui 'seruus commodatus est,[10] improbe cibariorum exactionem intendit.

22, 7. 8. [1]) *Ex Cuiac. cj.* commendato *Cdd. ed. Bl.* [2]) *Supplevi.* [3]) *Quod sic intelligere videtur: non solum commodantis, cuius interest rem ipsam salvam esse, sed etiam commodatarii, qui rem utendam accepit. Cf. L.* 5. §. 2. *D. commod.* (13, 6). *L.* 23. *D. de reg. iur.* (50, 17). *Alio enim respectu aut commodatarii aut commodantis aut utriusque causa res commodatur. L.* 18 *pr. D. de commod.* (13, 6). uel solius accipientis uel utriusque contrahentis *Hotomanni* (*Obs.* 4, 14) *cj.* [4]) iudicio *Cdd. edd.* [5]) *Cdd.* actione *edd.* [6]) uxori et *B.* uxoriae *Ve.* luxuriae *Vi.* uxoriae et *ed. Bl.* [7]) *Cf. Zeitschr. f. Civilr. u. Proc. N. F. V. p.* 114. *Adde Cic. pro Rosc. Am.* 38, 39. [8]) *Partim exstat L.* 23. *D. depos.* (16, 3). [9]) deposito *B. Ve.* depositus *Vi.* depositi *edd. Dig.*, *in quibus postea est* seruo constituto (constitutor.?) cibariorum. *Excidit siglum v.* serui *ob similitudinem cum* depo-siti. [10]) res (*quod cum r et s vix discerni possint, erat siglum v.* seruus) commendata est *B. Ve.* res commendantem *Vi.* res commodata est *edd.*

Impensas tamen necessarias iure persequitur, quas forte in aegrum, uel alias laborantem impenderit. **6.** [1]Res deposita si subripiatur, dominus 'dumtaxat[2] habet furti actionem, quamuis eius, apud quem res deposita est, intersit, ob impensas in rem factas rem retinere. Is uero, cui res commodata sit, furti experiri debebit, si modo soluendo fuerit.[3] **7.** Actio commodati semper in simplum competit: depositi uero nonnunquam in duplum, scilicet si ruinae, uel naufragii, uel incendii, aut tumultus causa res deponatur.[4]

Kap. III. Hermogenianus sub titulo de deposito huiusmodi inserit 'constitutiones:[5] **1.** 'Idem Augusti et Caesares[6] Flauio[7] Munatio. Eum, qui suscepit depositum, dolum, non etiam casum praestare, certi iuris est. Cum itaque proponas, ignis ui quaedam cremata de his, quae tibi fuere commendata, nec ullum dolum in subtrahendis rebus adhibitum, rector prouinciae nihil contra iuris rationem fieri patietur. Et quoniam 'necti[8] quereris moras, adhibita uarietate, negotium inter uos ortum secundum iuris ordinem sua ratione decidetur. Subscripta VIII. Kal. Iul. Serdica, Augustis coss.[9]

Kap. IV. Iidem 'Augusti et Caesares[10] Fl. Aurelio Attenico Andronico. Eos, penes quos uestem et argenti materiam deposuisse '(*te*)[11] proponis, apud rectorem prouinciae conuenit interrogari: 'qui eos[12], siue teneant, siue dolo fecerint, quominus possint restituere, secundum bonam fidem tibi satisfacere compellet. Subscripta VI. Kal. Aprilis Sirmii, Caess. coss.[13] [582]

---

1) *Cf. Gai.* 3, 207. 2) *Ex Schultingii cj.* (*sc. ex siglo* dumt) domui *Cdd.* eo nomine *ed. Bl.* 3) *Cf. L.* 14 *fin. L.* 53. §. 1. *D. de furt.* (47, 2). *L.* 28. *D. rer. amot.* (25, 2). 4) *Cf. L.* 1. §. 1. *L.* 18. *D. depos.* (16, 3). 5) constitutione *B.* (*Ve. Vi. haec om.*) constitutionem *edd. Cf. de his Haenel. Herm. C. p.* 74. 6) *Ex Cuiac. cj.* idem augustus cesar *B.* (*Ve. Vi. om.*) idem Augustus (et) Caesar *ed. Bl.* 7) flauius *B.* Fl. *edd.* 8) nectu *B.* nec *Vi. Ve.* nec tu *edd. Is, qui libellum dedit, ab eo, qui res apud ipsum deposuerat, aliquid petisse videtur; cui petitioni cum ille obiiceret, quod rerum depositarum nomine sibi deberetur, moras nectere visus est.* 9) *a.* 293—304. 10) *Ex Cuiac. cj.* augustus et cesare *B.* 11) *Addidi.* 12) quod *Cdd. edd.* (*ex* q. eos) quos *cj. Cuiac.* 13) *a.* 294—302.

Kap. V. Iidem 'Augusti[1] et Caesares Aurelio et Eustathio et Diosimo. Is, qui depositum suscepit, ultra dolum, si non aliud specialiter conuenit, praestare nihil necesse habet. Cuius memor iuris, rector prouinciae, partium allegationibus auditis, pro 'repertorum[2] qualitate suam ordinabit sententiam. Subscripta XIV. Kal. Nou. Appiaria.[3]

Kap. VI. [4]Iidem Augusti et Caesares Septimiae Quadratillae. Qui dolo malo depositum non restituit, suo nomine conuentus, ad eius restitutionem cum infamiae periculo urgetur. Subscripta pridie Idus Decembres Nicomediae, CC. coss.[5]

Kap. VII. Paulus libro secundo sententiarum sub titulo de deposito.[6] **1.** [7]Deponere possumus apud alium id, quod nostri iuris est, uel alieni. **2.** [8]Depositum est quasi diu positum. Seruandum est, quod ad breue tempus custodiendum datur.[9] **3.** [10]Deponere uidetur, qui in metu ruinae, incendii, naufragii apud alium custodiae causa deponit. **4.** Deponere uidetur et is, qui suspectam habens, uel minus idoneam custodiam domus, uel uim latronum timens, apud aliquem rem custodiendam commendat. **5.** [11]Si sacculum, uel argentum '(*signatum*)[12] deposuero, et is, penes [583] quem depositum fuit, me inuito contrectauerit, et depositi et furti actio mihi in eum competit. **6.** [13]Ob res depositas dolus tantum praestari solet. **7.** [14]In iudicio depositi ex mora et fructus ueniunt, et usurae rei depositae praestantur. **8.** [15]Si quis rem penes se depositam apud alium deposuerit, tam ipse directam, quam is, qui apud eum deposuit, [16]utilem actionem depositi habere possunt. **9.** [17]Si pecuniam depo-

---

1) *Ex Cuiac. cj.* augustus *B. ed. Bl.* 2) *Scripsi.* ereptorum *Cdd. edd.* 3) *Supplendi iidem consules a.* 294—302. 4) *Est L.* 10. *C. depos.* (4, 34). 5) *a.* 294—302. 6) *Ex sequentibus* §§. 5. *et* 7. *exstant etiam in Paul. S. R.* 2, 12. 7) *Cf. L.* 64 *pr. D. de iudic.* (5, 1). *L.* 1. §. 39. *L.* 31 *fin. D. depos.* (16, 3). 8) *Cf. L.* 1 *pr. D. eod.* 9) *Schult. hoc probat Virgil. ecl.* 3, 75. 5, 12. *Sed et servandum datum depositi numero esse, apparet ex L.* 1. §§. 8. 11. *L.* 31 *fin. D. eod.* 10) *Cf. supr. c.* 2. §. 7. 11) *Exstat in L.* 29 *pr. D. eod. et Paul. Vis.* 1, 12. §. 1. *Cf. L.* 3. *C. eod.* (4, 34). 12) *Ex Dig.* 13) *Cf. supr.* 2, 1. 14) *Cf. L.* 1. §. 24. *L.* 25. §. 1. *L.* 29. §. 1. *D. h. t. L.* 2. *C. eod.* 15) *Cf. L.* 1. §. 11. *L.* 16. *D. h. t.* 16) *Velut si pactum intervenit, ut huic redderetur. L.* 8. *C. ad exhib.* (3, 42). 17) *Cf. L.* 4 *pr. L.* 9. §. 9. *L.* 10.

suero, eaque uti tibi permisero, mutua magis uidetur, quam deposita, ac per hoc periculo tuo erit. **10.** [1] Si rem apud te depositam uendideris, eamque redemeris, postque eam perdideris, semel admisso dolo, 'perpetuata[2] depositi actione teneberis. **11.** [3] Ex causa depositi lege duodecim tabularum in duplum actio datur, edicto praetoris in simplum.

Kap. VIII. Gregorianus libro IV. sub titulo de deposito.[4] Imp. Alexander A. Mestrio militi. '(*Si*)[5] incursu latronum ornamenta deposita apud interfectum ab eis perierunt: detrimentum ad heredes eius, qui depositum accepit, qui dolum tantum praestare debuit, non pertinet. Quodsi 'praetextu[6] latrocinii commissi res, quae in potestate heredis sunt, non restituuntur, tam depositi, quam '(*ad*)[7] exhibendum actio, sed et in rem uindicatio competit. Prop. VII. Kal. Iul. Maximo bis et Urbano coss.[8]

Kap. IX. Paulus libro responsorum V. sub titulo ex locato et conducto. [9] 'Imp. Antoninus Iulio Agrippino. Dominus horreorum periculum uis maioris, uel effracturae latronum '(*conductori*)[10] praestare non cogitur. [584]
His cessantibus, si quid ex depositis rebus, inlaesis extrinsecus horreis periit, damnum depositorum sarciri debet. Prop. IV. Non. Nou. Antonino A. IV. (*et Balbino*) coss.'[11] — Paulus respondit: satis 'praepositam[12] constitutionem declarare, his, qui horrea locant, maiorem uim imputari non posse.

Explicit titulus de deposito.

D. de reb. cred. (12, 1). *L.* 34 *pr. D. mand.* (17, 1). 1) *C. L.* 1. §. 25. *D. depos.* (16, 3). 2) *Scripsi ex L.* 91. §. 3 *seq. D. de verb. obl.* (45, 1). *L.* 58. §. 1. *D. de fideiuss.* (46, 1). perpetuam *B.* perpetua *Ve.* perpetuo *Vi. ed. Bl.* 3) *Cf. Gai.* 4, 47. *supr. h. t.* 2, 7. 4) *In Haenel. Greg. C. p.* 30. *Exstat L.* 1. *C. depos.* (4, 34), *quae quod amplius habet utrum a Triboniano additum sit, an in Collatione perierit, plerumque incertum est.* 5) *Ex Cod. J. supplevi.* 6) *Ex Cod. J.* ex praetextu *Odd. edd.; sed* praetextu *vel* sub praetextu *dicitur.* 7) *Pith. supplevit ex Cod. J.* 8) *a.* 234. 9) *Exstat sine responso subiecto L.* 1. *C. de loc.* (4, 65). 10) *Ex C. J. supplevi. Et vix consulto hoc Collator omiserit; nam si rescriptum ad depositum refertur, verum non est, dominum culpam praestare oportere; et refragatur Paulli subiectum responsum.* 11) *a.* 213. *De hac subscriptione vid. Bl. ed.* 12) *B.* proposita *Ve.* propositam *Vi. ed. Bl.*

INCIPIT

(*TIT.*) XI.[1] DE ABIGEATORIBVS.

Kap. I. Moyses dicit:[2] 1. Si quis inuolauerit uitulum aut ouem, et occiderit, aut uendiderit, quinque uitulos restituat pro uitulo uno, quattuor oues pro oue una. **2.** Quod si non habet, unde reddat, uenundetur pro furto.

Kap. II. Paulus libro sententiarum v. sub titulo de abigeatoribus. **1.** Atroces pecorum abactores plerumque ad gladium, uel in metallum, nonnumquam autem in opus publicum dantur.[3] Atroces autem sunt, qui equos et greges ouium de stabulo, uel de pascuis abigunt, uel si id saepius, 'aut ferro, aut[4] conducta manu faciunt.

Kap. III. Idem Paulus eodem libro et titulo.[5] **1.** Abigeatores[6] sunt, qui unum equum, uel duas equas, totidemque boues,[7] '(*oues*)[8] uel capras decem, porcos quinque abegerint. 'Qui quid uero intra hunc numerum fuerit abi-
[585] geatus,[9] in poenam[10] furti, pro qualitate eius, aut in duplum, aut in quadruplum[11] conuenitur, aut fustibus caesus in opus publicum unius anni datur, aut '(*seruus*)[12] sub poena uinculorum domino restituitur.

Kap. IV. Idem Paulus eodem libro et titulo.[13] **1.** Si ea pecora, de quibus quis 'litigabat,[14] abegerit, ad forum[15] remittendus est: atque ita conuictus, in duplum uel 'quadruplum[11] furis more damnatur.

---

1) unde *B. ante* incipit, *ex quo Lachm. recte fecit* undecimus. 2) *Exod.* 22, 1. 3 *fin.* 3) *Cf. L.* 1 *pr.* §. 3. *L.* 2. *D. de abig.* (47, 14). 4) aut a ferro *Cdd. scilicet* ā (= aut) *transposito;* aut si ferro *ed. Bl.* 5) *Est Paul.* 5, 18. §. 1. 6) abactores *Ve. Vi. Paul. Vis. edd.* abegeatores *B.* 7) *Intellige bovem marem unum, feminas duas. Cf. L.* 3 *pr. D. de abig.* (47, 14). 8) *Geminando supplevi. Cf. L.* 3. *cit. L.* 16. §. 7. *D. de poenis.* (48, 19). 9) *Scripsi.* Quicquid (*vel* si quid) *et postea* ablatum *Cdd. Coll. et Paulli et edd.* abigeatus *sc. ab abigeari, unde est etiam* abigeator. 10) imponat *Cdd.* in poena *plerique Cdd. Paul. Vis.*, poena *alii, ed. Bl.* Conuenire in rem *dicitur L.* 36. §. 1. *D. de rei vind.* (6, 1), in usuras *L.* 20. §. 14. *D. de hered. pet.* (5, 3). 11) *Fere ex Schult. cj.* in triplum *Cdd. etiam Paul. Vis. edd., sed manifesto errore.* 12) *Quod excidit notatum* serb. *ob sequens* sub. 13) = *Paul. S. R.* 5, 18. §. 3. *Cf.* 6, 2. *L.* 1. §. 4. *D. h. t.* 14) litigauerat *B. Vi.* litigauerit *Ve.* litigat *Paul. Vis. ed. Bl.* 15) *Cf. supr.* 7, 4. §. 1.

Kap. V. Idem Paulus eodem libro et titulo 1. [1]Qui bouem uel equum errantem, quodue aliud pecus abduxerit, furem magis eum, quam 'abigeatorem[2] constitui placuit.

Kap. VI. Paulus libro singulari de poenis paganorum sub titulo de abigeis 'dixit.[3] 1. [4]Cum durius abigei damnantur, et ad gladium 'traduntur:[5] itaque diuus Pius ad concilium Baeticae rescripsit. 2. [6]Qui pecora, de quibus litigabat, abegit, ad forum remittendus est, et si uictus fuerit, in duplum uel quadruplum condemnandus.

Kap. VII. Ulpianus libro octauo de officio proconsulis, sub titulo de abigeis. 1. [7]De abigeis puniendis ita diuus Hadrianus rescripsit concilio Baeticae:[8] 'Abigei cum durissime puniuntur, ad gladium damnari solent: puniuntur autem durissime non ubique, sed ubi frequentius est hoc genus maleficii; alioquin et in opus, et nonnunquam temporarium damnantur. 2. Ideoque puto, apud uos quoque sufficere genus poenae, quod 'maximum[9] huic maleficio in- [586] rogari solet, ut ad gladium abigei dentur; aut si quis tam notus et tam grauis in abigendo 'fuit, ut[10] prius ex hoc crimine aliqua poena adfectus sit, hunc in metallum dari oportere.' 3. Rescriptum diui Hadriani sic loquitur, quasi 'grauior *(gladio)*[11] poena sit metalli: nisi forte hoc sensit diuus Hadrianus gladii poenam dicendo, ludi damnationem. 4. Est autem differentia inter eos, qui ad gladium, et eos, qui ad ludum damnantur: nam ad gladium damnati confestim consumuntur, uel certe intra annum debent consumi; hoc enim mandatis continetur. Enimuero qui in ludum damnantur, non utique consumuntur; sed etiam pileari, et rudem accipere possunt post 'interualla,[12] siquidem post quinquennium pileari, post triennium autem rudem 'induere[13] eis permittitur.[14]

---

1) *Cf. L.* 1. §. 1. *D. h. t. Edict. Theoder. c.* 58. 2) *B.* abactorem *Ve. Vi. ed. Bl.* 3) *Corrige* D(un)taxat, *ut hoc ad sequentia pertineat.* 4) *Cf.* 7, 1. 5) *Ex Schult. cj.* tradantur *Cdd. edd.* 6) *Cf. supr.* 4, 1. 7) *Extat L.* 1 *pr. D. h. t.* 8) *Cf. Henzen Inscr. Orell. suppl.* 6004. *Blum. ad h. l.* 9) *Ex P. Fabri cj.* maximo *Cdd. ed. Bl.* 10) *Malim* fuerit, aut. 11) *Adhaerente sequente* p *geminari* grauior *visum est.* 12) *Ex Lachm. cj.* interpalam *B.* interpella *Vi. Ve.* interuallum *ex Pith. cj. ed. Bl.* 13) batuere *Lachm. cj. Vid. Zeitschr. XIII. p.* 38. 14) *De re cf.*

5. Eodem rescripto diui Hadriani diligentissime expressum est, non ubique parem esse poenam abigeorum.

Kap. VIII. Item Ulpianus libro et titulo, qui supra.[1] 1. Abigei autem proprie hi habentur, qui pecora ex pastu uel[2] ex armentis subtrahunt, et quodammodo depraedantur, et abigendi studium quasi artem exercent, 'equos de gregibus[3] uel boues de armentis abducentes. Ceterum si quis bouem aberrantem, uel 'equum in solitudine (*relictum*)[4] abduxerit, non est abigeus, sed fur potius. 2. Sed et qui porcum, uel capram, uel 'ueruecem[5] abducunt, non tam grauiter, ut hi, qui maiora animalia abigunt, plecti debent. 3. Quamquam autem Hadrianus metalli poenam, 'item (*temporarii*) operis,[6] uel etiam gladii praestituerit, attamen qui
[587] honestiori loco nati sunt, non debent ad hanc poenam pertinere; sed aut relegandi erunt, aut remouendi ordine. 4. Romae tamen etiam bestiis obiici abigeos uidemus: et sane qui cum gladio abigunt, non inique hac poena adficiuntur.

Explicit de abigeis.

INCIPIT

(*TIT.*) XII. DE INCENDIARIIS.

Kap. I. Moyses dicit:[7] 1. Si exierit ignis, et inuenerit spinas, et comprehenderit 'aristas[8] uel spicas, uel campum, aestimationem restituet ille, qui succendit ignem.

Kap. II. Paulus libro sententiarum (*quinto*) sub titulo de incendiariis.[9] 1. [10]Qui casam aut uillam inimicitiarum gratia incenderunt, humiliores in metallum, aut in opus publicum damnantur: honestiores in insulam rele-

---

I. Gothofr. ad L. un. Th. C. ad leg. Fab. (9, 18). 1) *Exstat L.* 1. §§. 1—3. *D. de abig.* (47, 14) *quibusdam omissis.* 2) et *B. Vi. edd.* uel *Dig.* 3) *Ex Dig.* es quas degere *Cdd.* equas de grege *ed. Bl.* 4) equum in solitudinem *Cdd. ed. Bl.* equos in solitudine relictos *Dig.* 5) *Dig.* berbicem *Cdd. ed. Bl.* 6) item operibus *Cdd.* item operis *Dig. edd. Sed vid. ipsum Hadriani rescriptum supr.* 7, 1.

7) *Exod.* 22, 6. 8) hareas *Vi.* areas *B. Ve. edd.* 9) *Est Paul. S. R.* 5, 20. §§. 2. 3. *ex C. Ves.* 10) *Cf. L.* 28. §. 12. *D. de poen.* (48, 19).

gantur. **2.** [1]Fortuita incendia 'si iniquo[2] casu uenti 'ferente, siue[3] incuria ignem supponentis ad usque uicini agros euad*ant*, et si ex eis seges, uel 'uineae,[4] uel 'oliuae,[5] uel fructiferae arbores concrementur, datum damnum aestimatione sarciatur.

Kap. III. Idem Paulus eodem libro et titulo.[6] **1.** Commissum uero seruorum, si domino uideatur, noxae deditione sarcitur. **2.** Messium sane per dolum incensores, '(*uel*)[7] uinearum oliuarumue, aut in metallum humiliores damnantur, aut honestiores in insulam relegantur.

Kap. IV. Idem Paulus libro et titulo, qui supra.[8] **1.** Incendia si qui[9] in oppido praedandi causa faciunt, facile [588] capite puniuntur.

Kap. V. Ulpianus libro VIII. de officio proconsulis, (*sub titulo*) de naufragiis et (*incendiariis*). **1.** [10]Incendiariis lex quidem Cornelia aqua et igni interdici iussit: sed uarie sunt puniti. Nam qui data opera in ciuitate incendium 'fecerint,[11] si 'humiliore[12] loco 'sint,[13] bestiis subiici solent: si in aliquo gradu, et Romae id 'fecerint,[14] capite puniri;[15] aut certe '(*deportationis poena*)[16] adficiendi sunt, qui haec committunt. **2.** [17]Sed ei, qui non data opera incendium fecerit, plerumque ignoscitur, nisi in lata et incauta neglegentia uel lasciuia fuit.

Kap. VI. Paulus libro singulari de poenis pa-

---

1) *Cf. L.* 30. §. 3. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2). 2) quae (que *B.*) *et post* euadunt *Cdd. etiam Ves. edd. Sed sequens* et si *desiderat antecedens* si *et casum venti eiusmodi esse oportet, quem noxium futurum prospici poterat. Cf. L.* 30. *cit.* 3) fuerint his uel *B.* furentis uel *Ve. Vi. ed. Bl.* ferente uel *C. Ves.* 4) uineas *Vi. Ve.* uinea *B. C. Ves. ed. Bl.* 5) *C. Ves.* oliua *B.* oliuas *Ve.* olíueta *Vi. ed. Bl.* 6) = *Paul. S. R.* 5, 20. §§. 4. 5. *ex C. Ves.* 7) *Supplevi.* 8) = *Paul. S. R.* 5, 20. §. 1. *ex C. Ves.* 9) incendiarii quidquid *B. Ve.* (quicquid *Vi.* qui quid *Paul. C. Ves. edd.*) *Cf.* c. 6. 10) *Partim extat L.* 12. §. 1. *D. de incend.* (47, 9). 11) *Ex Dig.* fecerunt *Cdd. edd.* 12) *Ex Dig. Cf.* 14, 2. §. 2. *L.* 1. §. *ult. D. ad leg. Corn. de sic.* (48, 8). humili modo *Ve.* humillimo *B. Vi. edd.* 13) *Ex Dig.* sunt *Cdd. edd.* 14) *Ex Dig.* fecerunt *Cdd. edd.* 15) *Cdd.* puniuntur *Dig.* puniendi *ed. Bl.* 16) *Bl. supplevit ad similitudinem Dig.* exilio uel deportatione *Cuiac. cj.* 17) *Cf. L.* 11. *D. de incend.* (47, 9).

ganorum, sub titulo 'de abigeis dicit:[1] **1.** [2]Incendia si[3] qui in oppido praedae causa 'admiserint,[4] capite puniuntur: qui casu insulam aut uillam, non ex inimicitiis, incenderint, leuius. Fortuita enim incendia ad forum remittenda[5] sunt, ut damnum uicinis sarciatur.

Kap. VII. Ulpianus libro XVIII. ad edictum, sub titulo si fatebitur iniuria occisum esse, in simplum 'ut condiceret.[6] **1.** [7]Item si insulam meam adusseris uel incenderis, Aquiliae actionem habebo. Idemque est, et si arbustum meum, uel uillam meam. **2.** Quodsi dolo quis insulam exusserit, etiam capitis poena plectitur, quasi incen-
[589] diarius. **3.** [8]'Si[9] quis insulam '(*suam*)[10] uoluerit exurere, et ignis etiam ad uicini insulam peruenerit, Aquilia tenebitur lege uicino: non minus etiam inquilinis ob res eorum exustas, et ita Labeo libro 'XV. responsorum[11] refert. **4.** Sed si stipulam in agro tuo incenderis, ignisque euagatus ad praedium uicini peruenerit, et illud excusserit, Aquilia lex locum habeat, an in factum actio sit, fuit quaestionis. **5.** Et plerisque Aquilia lex locum habere non uidetur, et ita Celsus libro XXXVII. digestorum scribit. Ait enim, si stipulam incendentis ignis 'effugerit,[12] Aquilia lege eum non teneri, sed in factum agendum, 'quia non principaliter hic exussit, sed dum aliud egit, sic ignis processit.' **6.** Cuius sententia 'et[13] rescripto diui Seueri comprobata est in haec uerba: 'Propter[14] ignem, '(*qui*)[15] pabuli gratia factus, culpa seruorum Veturiae Astiliae euagatus agrum tuum, ut proponis, depopulatus est, ad exemplum

---

1) *Errore ex inscriptione* 11, 4, 6. *repetitum videtur.* 2) *Cf. L.* 9. *D. de incend.* (47, 9). *supr. c.* 2. 5. 3) incendiarii *Cdd. edd.* 4) ad eam miserint *Vi.* id admiserint *B. Ve. ed. Bl.* 5) *Cf.* 7, 4. §. 1. *et* 11, 4. 6. 6) et eum doceret (docere *Ve.*) *Cdd. Cf. ad* 2, 4. 7) *Exstat L.* 27. §. 7. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2). 8) *Exstat L.* 27. §. 8. *D. eod.* 9) *Vi. et Dig.* Item si *B. Ve.* (*qui scilicet novum caput hic incipiunt*) *ed. Bl.* 10) *Supplevi. Excidit ob simile* -sulam. *In Dig. est* uoluerit meam. *Sed eadem postea pro* lege *habent* etiam. *Verius noster; cf.* §. *seq.* 11) *B.* responsorum XV. *Vi. ed. Bl.* responsurum V. *Ve.* 12) *Ve.* fugit *B.* offugit *Vi.* effugit *ed. Bl.* 13) *Ex Pith. cj.* sit *B. Ve.* scit *Vi.* scilicet *ed. Bl.* 14) profiteri propter *Cdd. ex mala geminatione; vid. Zeitschr. XIII. p.* 39. Praeses prouinciae si propter *ed. Bl.* 15) *Scal. supplevit.*

legis Aquiliae noxali iudicio 'acturus,[1] si litis aestimatio permittitur, iudicium 'cum ea edere potes.'[2] Videlicet non est 'uisa Aquilia[3] sufficere. **7.** [4]Si 'fornacarius seruusue aedium [590] conductoris coloniue[5] ad fornacem 'obdormisset, et[6] uilla fuerit exusta, Neratius scribit, ex locato conuentum praestare debere, si neglegens in eligendis ministeriis fuit. Ceterum si alius ignem subiecerit fornaci, alius neglegenter custodierit, '(*an tenebitur, qui subiecerit*)?[7] Nam qui non custodiit, nihil fecit: qui recte ignem subiecit, non peccauit: quemadmodum si hominem medicus recte secuerit, sed neglegenter uel ipse, uel alius curauerit, Aquilia cessat.[8] Quid ergo est? Et hic puto ad exemplum Aquiliae dandam actionem tam in eum, qui ad fornacem obdormiuit, uel neglegenter custodiit, quam in medicum, qui neglegenter curauit, siue homo periit, siue debilitatus est. Nec quisquam dixerit in eo, qui obdormiuit, rem eum humanam et naturalem passum, cum deberet uel ignem extinguere, uel ita munire, ut 'non euagaretur.[9] **8.** [10]Item

---

1) acturus (es) *ed. Bl. ex cj.* 2) cum adire potest *B. Ve.* kap. CII. adhire potest *Vi.* accommodare potest *ed. Bl. De re si 'iudicium cum litis aestimatione' interpretaris de formula, quae detracta noxae deditione concipitur (quod feci Zeitschr. l. c.), dubitationem movet, quod huiusmodi formula potius iudicium 'sine noxae datione' vel 'detracta noxae datione' dici et solet et debet. Itaque rem nunc ex L.* 26. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2) *iisque, quae 'Gaius' p.* 112. *disputavi, explicare malo. Ipsa lex Aquilia damnato reo, quanti ea res esset, dare, certi condictionem, ex infitiatione duplandam, actori tribuerat; itaque is iudicium ex hac lege 'cum (sua) litis aestimatione' dictabat. Quam priscam severitatem praetor ad actiones, quas ipse sane omnino ad exemplum legis Aquiliae dabat, simpliciter transferre dubitavit. Itaque eas ut ceteras vulgares actiones concepit: nisi tamen ipse reus, ut cum litis aestimatione ageretur, permitteret, veluti, quod factum confitebatur, aut metuebat, ne iudex sine eiusmodi actoris aestimatione, maioris quam ipse actor litem aestimaturus esset. — Male Rudorf. Rechtsgesch.* §. 42. *not.* 11. *cj.* praemittitur *pro* permittitur.
3) visu. Aquilia *B.* visum Aquilia *Ve. Vi.* visum Aquiliam *ed. Bl.*
4) *Est L.* 27. §. 9. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2). 5) forte seruus quae idem conductores coloni *B. Ve.* forte que eidem conductores colonia *Vi.* fornacarius seruus coloni *Dig. Cf. Zeitschr. XIII. p.* 41.
6) *Malim:* (*cum*) obdormisset. 7) *Ex Dig. suppl. Bl.* 8) *Cf. L.* 8 *pr. L.* 7. §. 6. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2). 9) *Ex Dig.* euagaret *B. Ve.* euaderet *Vi.* euagaret *ed. Bl.* 10) *Exstat L.* 27. §. 10.

libro VI. ex Viuiano relatum est: si furnum secundum parietem communem haberes, an damni iniuria tenearis? Et ait '(*Proculus*),[1] agi non 'posse tecum[2] Aquilia lege, quia nec cum eo, qui focum haberet: et ideo aequum putat, in factum actionem dandam. Sed non proponit exustum parietem. Sane enim quaeri potest, '(*si*)[3] nondum mihi damnum dederis, 'sed[4] ita ignem habeas, ut metuam, ne mihi detur, aequum sit, me interim actionem in factum impetrare? Fortassis enim de hoc senserit Proculus: nisi quis dixerit, damni 'infecti[5] sufficere cautionem. **9.** [6]Sed etsi qui serui inquilini insulam exusse-
[591] rint, libro X. Urseius refert, Sabinum respondisse, lege Aquilia seruorum nomine dominum noxali iudicio conueniendum: ex locato autem dominum teneri negat. Proculus autem respondit: cum coloni serui uillam exusserint, colonum uel ex locato, uel lege Aquilia teneri, ita ut colonus seruum possit noxae dedere: et si uno iudicio res 'sit[7] iudicata, altero amplius non agendum.[8] **10.** [9]Celsus libro XXVII. digestorum scribit: si cum apes meae ad tuas aduolassent, tu eas exusseris, quosdam negare, competere legis Aquiliae actionem, inter quos et Proculum, quasi apes dominii mei non fuerint. Sed id falsum esse, Celsus ait, cum apes reuenire soleant, et fructui mihi sint. Sed Proculus eo mouetur, quod nec mansuetae, nec 'cista[10] clausae fuerint. Ipse autem Celsus ait, nihil inter has et columbas interesse, quae si 'manus effugiunt,[11] domitae[12] tamen fugiunt.

Explicit titulus de incendiariis.

D. eod. quibusdam mutatis. 1) *Ex Dig. supplevi.* 2) posset id *B.* possem id *Ve.* posse id *Vi. Fuerit initio* tec'. *Bl. ed.:* posse. 3) *Ex Dig.* 4) *Dig.* et *Cdd. ed. Bl.* 5) *Dig.* non facti (*ex* (i)n̄ fecti) *Cdd. edd. Cf. L.* 24. §. 7. *D. de damn. inf.* (39, 2). 6) *Pars exstat L.* 27. §. 11. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2). 7) esset *Cdd. Dig. Sed* es- *ex* res *adhaesit.* 8) *Quae sequuntur in Dig., ipse Collator videtur resecuisse.* 9) *In breve coacta habentur L.* 27. §. 12. *D. ad leg. Aquil.* (9, 2). 10) ita *Cdd. edd. Alii cj :* inclusae *aut* in alueo clausae, *aut* tamen clausae. 11) *Ex Cuiac. cj.* manu refugiunt *Cdd. edd. Bl. Sensus est: etsi manus hominum evitant ac fugiunt, ut nec mansuetae nec mansuefactae proprie dici possint.* 12) dómi *Cdd. edd.;* -tae *ob sequens* tamen *periit. Est vero* domitae: *in universum deposita feritate, ut et ipsa fuga hac domitura contineatur.*

INCIPIT

(*TIT.*) XIII. DE TERMINO AMOTO.

Kap. I. Moyses dicit:[1] 1. Non transmouebis terminos proximi tui, quos constituerunt patres tui, uel principes possessionis tuae.

Kap. II. Paulus libro sententiarum (*primo*), sub titulo finium regundorum.[2] 1. In eum, qui per uim terminos 'deiecerit,[3] uel 'amouerit,[4] extra ordinem animaduertitur.

Kap. III. Ulpianus libro IX. de officio procon- [592]
sulis, sub titulo de termino moto. 1. Eos, qui terminum mouerunt, non impune id facere debere, diuus Hadrianus Terentio Gentiano XVII. Kal. 'Septembr. cum Q. Rustico[5] se tertio consule rescripsit: quo rescripto poenam uariam statuit. 2. Verba rescripti ita se habent:[6] '(*Quin*)[7] pessimum factum '(*sit*)[7] eorum, qui terminos finium causa positos abstulerunt, dubitari non potest: poenae autem modus ex conditione personae et mente facientis magis statui potest. Nam si splendidiores sunt personae, quae conuincuntur, non dubito, quin occupandorum aliorum finium causa id admiserint: et possunt in tempus, ut cuiusque 'patitur aetas,[8] relegari: '(*id est, si iuuenior, in longius, si senior, recisius. si uero alii negotium gesserunt et ministerio functi sunt, castigari*)[9] et sic in biennium aut triennium ad opus publicum dari. Quodsi

---

1) *Deuter.* 19, 14. *Cf.* 27, 17. 2) = *Paul. S. R.* 1, 16. *Cf. L.* 1. 3 *fin. D. de term. mot.* (47, 21). *L.* 1. *C. de accus.* (9, 9).
3) *Paul. Vis.* deiecit *Cdd. edd.* 4) *Paul. Vis.* amouit *B. Ve. ed. Bl.* mouit *Vi.* 5) septembriarum *Cdd. edd. et miror Bl., et hoc portentum verbi ferentem et consulatum hunc anno p. Chr.* 140. *assignantem, quo Hadrianus ante biennium mortuus erat. Tertium et ultimum consulatum eum cum Q. Iunio Rustico a.* 119. *gessisse constat. Itaque* septembriarum *ex* septembr. c. q. rustico *natum esse suspicor.* 6) *Idem rescr. refertur ex Callistrato L.* 2. *D. de term. mot.* (47, 21). 7) *Ex Dig.* 8) *Ex Dig.* compatitur *Vi. ed. Bl.* cumpatitur *B. Ve., quod cum factum est ex* quo
9) *Ex Dig. supplevi; apparet enim haec ob similiter desinentia* relegari *et* castigari *excidisse, nec interpretamentum sed partem rescripti esse.*

per ignorantiam aut fortuito lapides usus causa furati sunt, sufficit eos uerberibus coerceri.'

Explicit titulus de termino amoto.

INCIPIT

(*TIT.*) XIV. DE PLAGIARIIS.

Kap. I. Moyses dicit:[1] 1. Quicunque plagiauerit quemquam in Israel, et uendiderit eum, morte moriatur.

Kap. II. Paulus libro sententiarum v. sub titulo ad legem Fabiam. 1. Lege Fabia tenetur, qui ciuem Romanum[2] ingenuum, libertinum, seruumue alienum celauerit,
[593] uendiderit, uinxerit, comparauerit. 2. [3]Et olim quidem huius legis poena nummaria fuit: sed translata est cognitio in praefectos urbis,[4] itemque praesidis prouinciae extra ordinem meruit animaduersionem. Ideoque humiliores aut in metallum dantur, aut in crucem tolluntur: honestiores ademta dimidia parte bonorum in perpetuum relegantur.[5] 3. Si seruus sciente domino alienum seruum subtraxerit, uendiderit, celauerit, in ipsum dominum animaduertitur: quodsi id domino ignorante commiserit, in metallum datur.

Kap. III. Ulpianus libro iv. de officio proconsulis, sub titulo ad legem Fabiam. 1. Frequens est etiam legis Fabiae cognitio in tribunalibus praesidum: quamquam '(*eam*)[6] quidam procuratores Caesaris usurpauerint, 'quum[7] Romae 'tum[8] in prouinciis. 2. Sed enim iam eo peruentum est constitutionibus, ut Romae quidem praefectus urbis solus super ea re cognoscat, si intra miliarium centesimum sit 'in Fabiam commissum.[9] Enimuero si ultra cente-

---

1) *Exod.* 21, 16. *Cf. Deuteron.* 24, 7. 2) *Suspicor excidisse* Latinum; *vid.* 14, 3, 4. *Praeterea cf. Cic. pro C. Rabir. perd.* 3, 8. *Paul. S. R.* 5, 6. §. 14. *L.* 1. *L.* 6. §. 2. *D. de leg. Fab.* (48, 15). *L.* 9. 15. *C. ad leg. Fab.* (9, 20). *infr.* 3, 4. 5. 3) *Cf. Paul. l. c. L.* 7. *D. h. t. infr.* 3, 1—3. 4) *Cf. inscr. L.* 7. *C. ad leg. Fab.* (9, 20). 5) *Cf. I. Gothofr. ad L. un. Th. C. ad leg. Fab.* (9, 18). 6) *Supplevi; scriptum fuisse puta* quamq. eam. 7) quam *Cdd.* tam *ex Cuiac. cj. ed. Bl.* 8) tam *B. Vi.* etiam *Ve.* quam *ed. Bl.* 9) *Cf. L.* 12. §. 16. *D. de capt.* (49, 15). *L.* 3. §. 1. *D. h. t.* in uia commissa *Cdd. edd., quod nec ex Suet. Aug.* 32. *servari potest.* iniuria commissa *Scal. et Pith. cj.*

simum, praefectorum praetorio erit cognitio '(*in Italia*);[1] in 'prouinciis[2] enim '(*est*)[3] praesidum prouinciarum, nec aliter procuratori Caesaris haec cognitio iniungitur,[4] quam '(*si*)[2] praesidis partibus in prouincia fungatur. Plane post sententiam de Fabia latam procuratoris partes succedunt.[5] **3.** 'Vice praesidis[6] tamen procurator, qui illam prouinciam regit, licet de capitalibus causis cognoscere '(*nequeat*)[7] nec soleat, tamen [594] ut de lege Fabia possit cognoscere, imp. Antoninus constituit. Item legis Iuliae de adulteriis coercendis constitutione imperatoris Antonini quaestionem accepit. **4.** [8]Lege autem Fabia tenetur, qui ciuem Romanum, '(*Latinum, Italicum ingenuum,*)[9] 'eum denique,[10] qui in Italia liberatus sit, celauerit, uinxerit uinctumque habuerit, uendiderit, emerit, quiue in eam rem socius fuerit: cui capite primo eiusdem legis poena

---

1) *Supplevi, cum excidisset ob simile* -nitio in. 2) *Ex Cuiac. cj.* prouinciam *B. Vi.* prouincia *Ve. ed. Bl.* 3) *Supplevit Bl.* 4) *Cf. L.* 4. *C. ad leg. Fab.* (9, 20). *L.* 2. *C. de poen.* (9, 47). *L.* 3. *C. ubi caus. fisc.* (3, 26). *L.* 3 *pr. D. de offic. proc. Caes.* (1, 19). 5) *Cf. L.* 1. 2. *C. eod.* 6) huius certe ad *B.* huius cerei modi *Vi.* huiusce·rei et *Ve.* Huiuscemodi *ed. Bl. Sed vulgaris Caesaris procurator provinciam regere dici non potest, et* illam prouinciam *spectat ad illud* 'si praesidis partibus in prouincia fungatur'. *Denique vulgaris procurator ex epistola Severi et Antonini* (*L.* 16. §. 1. *D. de public.* 39, 4) *ne in servum quidem, qui ex adulterio perpetrato in commissum ceciderat, poenam legis Iuliae statuere poterat; cuius quaestionem noster procurator etiam adversus liberos ex constitutione Antonini accepisse dicitur. Codicum vitium inde natum est, quod* uice *tanquam nota acciperetur pro* (h)uiusce. *Praeterea Vi. vestigia certissima servat vocis* p̀sidis. 7) *Addidi. Intelligit vero causas civium Romanorum, nunc tantum honestiorum. Hoc enim sic interpretor, civibus forum huiusmodi procuratoris, hominis ad summum equestris ordinis, licuisse declinare ad ipsum imperatorem provocando* (*Act. apost.* 25, 9. 10). *cum et legati Caesaris pro praetore olim cives Romanos in gravioribus causis Romam mittere deberent* (*Plin. ep.* 10, 97 (96). §. 4. *Cf. ep.* 83 *fin. Ioseph. de b. Iud.* 2, 12, 6.), *itaque celeberrimam Pauli apostoli causam intelligo, a Festo procuratore ex provocatione ad imperatorem missi. Act. apost. l. c. Nihil vero probat ut in bello civili patratum quod Tacit. H.* 2, 16. *narrat. Ceterum cf. Lipsium ad Suet. Claud.* 12. 8) *Cf.* 14, 2, 1. 9) *Hi omitti non poterant, si etiam omnes in Italia liberatos lex spectabat.* 10) *Ex Io. Cannegieteri cj.* eundemque *B. Vi.* eiusdemque *Ve.* eumue *ed. Bl.*

iniungitur '(*sestertium c milium*). Si seruus insciente[1] domino fecerit, dominus eius 'sestertium[2] quinquaginta milibus eodem capite punitur.[3] **5.** [4]Eiusdem legis capite secundo tenetur, qui alieno seruo persuaserit, ut dominum fugiat, quiue alienum seruum inuito domino celauerit, uendiderit, emerit dolo malo, quiue in ea re socius fuerit: iubeturque populo 'sestertium[5] quinquaginta milia dare. Et reliqua.

[595] **6.** Sciendum tamen est, et nouellis constitutionibus[6] capitali sententia plagiatores pro atrocitate facti puniendos: quamuis et Paulus relatis supra speciebus crucis et metalli huiusmodi reis inrogauerit poenam.

Explicit titulus de plagiariis.

INCIPIT

(*TIT.*) XV.[7] DE MATHEMATICIS, (*MALEFICIS*) ET MANICHAEIS.

Kap. 1. Moyses dicit:[8] **1.** Non inueniatur in te, qui lustret filium tuum aut filiam tuam, nec diuinus, apud quem sortes tollas: nec consentias uenenariis impostoribus, qui dicunt, quid conceptum habeat mulier, quoniam fabulae seductoriae sunt. Nec 'attendas[9] prodigia, nec interroges mortuos. **2.** Non inueniatur in te augurator, nec inspector auium, nec maleficus, aut incantator, nec Pythonem habens in uentre, nec aruspex, nec interrogator mortuorum nec portenta inspiciens. **3.** Omnia namque ista a Domino deo tuo damnata sunt, et qui fecerit haec. Propter has enim abominationes deus eradicauit 'Chananaeos[10] a facie 'tua;[11] **4.** tu autem perfectus eris ante Dominum deum tuum: **5.** gentes enim

---

1) si seruus qui sciente *Cdd.* si seruus sciente *ed. Bl. Vid. Zeitschr. XIII. p.* 42. 2) sextertiis *B.* rexcertis *Vi.* sestertiis *Ve. ed. Bl.* 3) *Cf. L.* 12. *D. de manum.* (40, 1). *L.* 12. §. 16. *D. de capt.* (49, 15). *supr.* 2, 3. 4) *Cf. Cic. pro C. Rabir.* 3. *L.* 1. §. 2. *D. de fugit.* (11, 4). *L.* 2 *pr.* §. 1. *L.* 3. 5. 6 *pr.* §. 1. *D. h. t. L.* 1. 2. 6. 9. 10. *C. eod.* 5) extertiam *B. Ve.* sestertia *Vi. ed. Bl.* 6) *L.* 7. 16. *C. h. t. L. un. Th. C. eod.* (9, 18), *quae sunt Diocl. et Max. et Constantini.*

7) *B. om. Ve. Vi.* 8) *Deuteron.* 18, 10—14., *sed sententia ad usum temporis istius formata.* 9) intendas *Cdd. edd.* 10) caldeos *B.* chaldeos *Ve. Vi.* Chaldaeos *edd.* 11) tuam *Vi.* sua *B. Ve. edd.*

istae, quas tu possidebis, auguria et sortes et diuinationes audiebant.

Kap. II. Ulpianus libro VII. de officio proconsulis, sub titulo de mathematicis et uaticinatoribus. **1.** Praeterea 'interdicta[1] est mathematicorum callida impostura et 'opinatae artis[2] persuasio.[3] Nec hodie primum interdici eis placuit, sed uetus haec prohibitio est.[4] Denique exstat senatus consultum Pomponio et Rufo 'coss.[5] factum, [596] quo cauetur, ut mathematicis, Chaldaeis, ariolis et ceteris, qui 'simile inceptum[6] 'fecerint,[7] aqua et igni interdicatur, omniaque bona eorum publicentur: et si externarum gentium quis id fecerit, ut in eum animaduertatur. **2.** [8]Sed fuit quaesitum, utrum scientia huiusmodi hominum puniatur, an exercitio et professio. (*Et*) quidem apud ueteres dicebatur, professionem eorum, non notitiam, esse prohibitam. Postea uariatum; nec dissimulandum est, nonnunquam inrepsisse in usum, ut etiam profiterentur et publice se praeberent. Quod quidem magis per contumaciam et temeritatem eorum factum est, qui 'uisi erant[9] uel consulere, uel exercere, quam quod fuerat permissum. **3.** [10]Saepissime denique interdictum est fere ab omnibus principibus, ne quis omnino huiusmodi ineptiis se immisceret, et uarie puniti sunt hi, qui id exercuerunt, pro mensura 'scilicet[11] consultationis. Nam qui de principis salute '(*consuluere*),[12] capite puniti sunt, uel qua alia poena grauiore adfecti; enimuero si qui de sua suorumque, lenius.

---

1) interdictum *Vi. Ve. ed. Bl.* interdictos *B.* 2) obstinacitate *B.* opinatam *sed corr.* obstinatam *Vi.* obstinata *Ve. ed. Bl.* 3) *B.* persuasionem *Vi.* persuasione *Ve. ed. Bl.* 4) *Cf. I. Lips. exc. ad Tacit. A.* 2, 32. *Marquardt Röm. Alterh. IV. p.* 100. 5) consules *B.* conss. *Ve. ed. Bl. Sunt a.* 17. *Cf. Tacit. A.* 2, 32. *Dio* 57, 15, *qui ad a.* 16. *hoc SC. reiiciunt.* 6) *Quod de temerarie ausis dici solet.* similem incertum *Cdd.* s. quaestum *ex Lips. cj. ed. Bl.* s. artem *Pith. cj. Neque vero tantum, qui quaestus causa facerent, punire, neque artem, quae opinata erat, dicere senatus voluit.* 7) *Ex Schult. cj.* fecerunt *Cdd. ed. Bl.* 8) *Cf. Paul. S. R.* 5, 21. §. 4. *et* 5, 23. §. 18. *L.* 3. 8. *Th. C. de malef.* (9, 16) *ibique Gothofr.* 9) *Malim* insuerant. *Pith. cj.:* ausi erant. 10) *Cf. Paul. S. R.* 5, 21. §. 3. 11) *Ve.* scilicet et *B. Vi. Fortasse:* scelestae. 12) *Supplevi.*

Inter hos 'qui habentur[1] uaticinatores, 'hi[2] quoque plectendi sunt, quoniam nonnunquam contra publicam quietem imperiumque populi Romani improbandas artes exercent. **4.** Exstat denique 'decretum[3] diui Pii ad Pacatum, legatum prouinciae Lugdunensis, cuius rescripti uerba quia multa sunt, de [597] fine eius 'ad locum[4] haec pauca subieci.[5] **6.** Denique et diuus Marcus eum, qui motu Cassiano[6] uaticinatus erat, et multa quasi ex instinctu deorum dixerat, in insulam Syrum relegauit. **5.** ‘Et sane non debent impune ferri huiusmodi homines, qui sub obtentu 'monituum[7] deorum quaedam uel enuntiant, uel iactant, uel scientes 'eos fingunt.'[8]

Kap. III. Gregorianus libro 'XIII.[9] sub titulo de maleficis et Manichaeis.[10] Impp. Maximianus, Diocletianus et Maximinus nobilissimi AAA. Iuliano proconsuli Africae. **1.** Otia maxima interdum homines incommodioris conditionis naturae humanae modum excedere hortantur, et quaedam genera inanissima ac turpissima doctrinae 'superstitiosis[11] inducere suadent, ut sui erroris arbitrio pertrahere et alios multos

---

1) habentur quam *Cdd.* habentur etiam *ex Schult. cj. ed. Bl. Sed nota* q. (qui) *ad* leuius *male relata facile* quam *explicari et ante* uaticinatores *poni potuit.* 2) (sed) hi *ex cj. Bl. ed.* 3) *Forma rescripti ad consultationem ex appellatione emissum. Cf. Fr. Vat.* §. 113. 4) *Cf. Brisson. de V. S. s. v.* ad l. *Sed mihi significare videntur: quae ad locum pertinent, huc faciunt.* 5) *Schult. rescripti verba intercidisse putat. Mihi persuasum est, ea, quae* §. 6. *continentur, haec ipsa verba esse, a librariis quos quod ante legerant* de fine eius — subieci *decepit, ad finem totius excerpti reiecta. Itaque ea verba mutatis numeris* 5 *et* 6 *huc transferenda certe allegationis signis distinxi.* 6) *a.* 175., *de quo vid. L.* 7 *pr. C. ad leg. Iul. mai.* (9, 8). *Capitolin. M. Anton.* 15. *Ver.* 8. *Vulcat. in Avid. Tertull. apol.* 35. 7) et monitu *B. Ve. edd.* et monitum *Vi. Cf. Cic. divin.* 2, 41. *Tacit. Hist.* 4, 81. *Orell. Inscr.* 1872. 1790. *Gruter* 102, 1. *et de plurali Plin. paneg.* 76. reuererique numinum monitus. *Plin. N. H.* 2, 7, 5. *Val. Flacc.* 1, 27. 8) *Sic Cdd.* confingunt *ex Pith. cj. ed. Bl. Spectat hoc ad eos, qui ipsa deorum oracula vel monitus fingunt ab aliis enuntiandos.* 9) VII. *B.* VI. *Ve.* VIIII. *cj. Schult. Verius Haenel. ad lib. XIV. retulit.* 10) *De hac const. vid. quos citant Bl. ad h. l. Haenel. ad Greg. C. p.* 44. *Inscriptio sine dubio corrupta est.* Impp. Diocletianus et Maximianus AA. et Constantius et Maximianus nobilissimi CC. *cj. probabilis Mommseni ad Fr. Vat. p.* 405. 11) superstitionis *Cdd.* superstitioni *ed. Bl. De usu loquendi cf. Vellei.* 2, 36. §. 1.

uideantur, Iuliane karissime. **2.** [1]Sed dii immortales prouidentia sua ordinare et disponere dignati sunt, quae bona et uera sunt, ut multorum et bonorum et egregiorum uirorum '*(ore)*,[2] et sapientissimorum consilio et tractatu inlibata probarentur et statuerentur: quibus nec obuiam ire, nec resistere fas est, neque reprehendi a noua uetus religio debet. Maximi enim criminis est, retractare, quae semel 'ab antiquitate[3] statuta et definita, suum statum et cursum tenent ac possident. [598] **3.** Unde pertinaciam prauae mentis nequissimorum hominum punire ingens nobis studium est: hi enim, qui nouellas et inauditas sectas ueteribus religionibus opponunt, 'ui[4] pro arbitrio suo prauo excludunt, quae diuinitus concessa sunt quondam nobis. **4.** De quibus sollertia tua serenitati nostrae retulit, Manichaeos, 'audiuimus eos[5] nuperrime, ueluti noua '*(ac)*[6] inopinata prodigia in hunc mundum de Persica aduersaria nobis gente progressa uel orta esse, et multa facinora ibi committere; populos namque quietos 'perturbare,[7] nec non et ciuitatibus maxima detrimenta 'inferre:[8] et uerendum est, ne forte, ut fieri adsolet accedenti tempore, conentur 'execranda consuetudine et scaeua lege[9] Persarum innocentioris naturae homines, Romanam gentem modestam atque tranquillam, et uniuersum orbem nostrum ueluti uenenis 'anguis maliuoli[10] inficere. **5.** Et quia omnia, quae pandit prudentia tua in relatione religionis illorum, genera maleficiorum 'statuunt[11] euidentissimorum, 'exquisita[12] 'arte adinuenta[13]

---

[1]) *Cf. Dionys.* 2, 19. *Liv.* 1, 19. 39, 16. *Polyb.* 6, 54. *Paul. S. R.* 5, 21. §. 2. [2]) *Supplevi absumtum vicino* uirorū. *Sic Suet. Iul.* 88. decernentium ore *etc., quibus ii opponuntur, quorum consilio usi sunt.* [3]) *Ex Bilderdyk. cj.* antiquitus *Baron.* ab antiquis *Cdd. edd.* [4]) ut *Cdd. edd.* [5]) *B.* audimus eos *Ve. Vi.* eos *eiecit Bl. Haenel. scripsit* Manichaeis. [6]) *Supplevi.* [7]) turbare *ed. Bl. ex errore, qui Haen. fefellit.* [8]) *De Pith. cj.* inserere *Cdd. edd.* ingerere *Schult. cj.* [9]) execrandas consuetudines (et grande consuetudinem *Vi.*) et istebas (seuas *Vi.* sceuas *Ve.*) leges *Cdd. Pith. retento accusativo praefixit* per. *Ita ed. Bl.* [10]) de suis maliuolis *Cdd.* suis maliuolis *edd.* [11]) *Ex cj. Bl. ed.* statutis *B.* statutum *Vi.* statuti *Ve.* statuis *cj. Lachm. Haenel., ille comma ante* religionis *poni iubens.* statuunt, *in quo verbo imperatores ludunt, est: indubitanter sistunt ac probant.* [12]) (atque) exquisita *Bl. ed. ex cj.* [13]) et adinuenta *B. Ve. ed. Bl.* et inuenta *Vi.*

(*ac*)[1] commenta: ideo aerumnas atque poenas debitas et condignas illis statuimus. **6.** Iubemus namque, auctores quidem ac principes una cum abominandis scripturis eorum seueriori poenae subici, ita ut flammeis ignibus exurantur: ’consectaneos[2] uero, et usque ’aduersus deos[3] contentiosos capite
[599] puniri praecipimus, et eorum bona fisco nostro uindicari sancimus. **7.** Si qui sane etiam honorati, aut cuiuslibet dignitatis, uel maioris, personae ad hanc inauditam et turpem, atque per omnia infamem sectam, uel ad doctrinam Persarum se transtulerint, eorum patrimonia fisco nostro adsociari facies, ’ipsosque[4] Foenensibus uel Proconensibus metallis[5] dari. **8.** Ut igitur stirpitus amputari mala haec nequitia de saeculo beatissimo nostro possit, deuotio tua iussis ac statutis tranquillitatis nostrae maturius obsecundare ’(*ne cunctetur*).[6] Dat. pridie Kal. Aprilis, Alexandriae.[7]

Explicit titulus de mathematicis, maleficis et Manichaeis.

INCIPIT

TIT. XVI. DE LEGITIMA SVCCESSIONE.[8]

Kap. I. Scriptura diuina sic dicit:[9] **1.** Filiae Salfadae, adstantes ante Moysen et Eleazarum ’sacerdotem[10] et principes atque omnem senatum filiorum Israel in foribus tabernaculi testimonii, dixerunt: **2.** ‘Pater noster mortuus est: et filii non fuernnt ei, sed filiae. **3.** Et ideo non deleatur nomen patris nostri de medio tribus suae. Non est ei masculus. Date nobis possessionem in medio fratrum patris nostri.’ **4.** Et obtulit Moyses petitionem earum ’Domino deo.[11] **5.**

---

1) *Ex vicinis litteris geminavi.* 2) *i. e. qui eiusdem sectae sunt, ut saepius apud Sidonium.* consentaneos *B. Vi. edd.* consentaneus *Ve.* consectantes *Baron.* 3) ad eos *Cdd., ut puto, ex* adū deos *factum.* adeo *edd., quod non intelligo. Consectaneos ita demum, si persistant in oppugnatione deorum Rom., morte plecti Impp. volunt. Cf.* §. 2. 4) *Baron.* ipsos quoque *B. edd.* ipsi quoque *Vi.* ipso quoque *Ve.* 5) *Quorum illud in Arabia, hoc in insula ad Propontidem exercebatur, utrumque habitum letiferum. Vid. scriptores a Pithoeo et Blum. ad h. l. laudatos.* 6) *Quod ob similitudinem vocis* ob secundare *periisse videtur.* festinet *ex Pith. jc. suppl. edd.* 7) *a.* 292—295. *ut videtur.*

8) *Haec integra habet B.* 9) *Numer.* 27, 1—11. 10) *B.* sacerdotes *Ve. Vi. ed. Bl.* 11) *B. Ve.* coram deo *Vi. ed. Bl.*

Et locutus est Dominus Moysi dicens: **6.** 'Recte filiae Salfadae locutae sunt: et ideo dabitis eis possessionem hereditatis in medio fratrum patris earum. **7.** Et dices haec filiis Israel: Homo si decesserit, et filios non habuerit, '(*dabitis hereditatem eius filiae eius.* **8.** *Si filiam non habuerit, dabitis fratribus eius.* **9.** *Si fratres non habuerit, dabitis patruis eius.* **10.** *Si patruos non habuerit,*)[1] dabitis hereditatem [600]
proximo 'eorum[2] de tribu eius: et possidebit omnia eius. Et erit haec filiis Israel iustificatio iudiciorum, secundum quae constituit Dominus Moysi.'

Kap. II. Gaius institutionum libro III. legitimas sic ordinat successiones:[3] **1.** [4]Intestatorum hereditates (*ex*)[5] lege duodecim tabularum primum ad suos heredes pertinent. **2.** [6]Sui autem heredes existimantur liberi, qui in potestate morientis fuerunt, ueluti filius filiaue, nepos neptisue (*ex filio*), pronepos proneptisue ex nepote filio nato prognatus prognataue. Nec interest, (*utrum*) naturales (*sint*) liberi, an adoptiui. Ita demum tamen nepos neptisue et pronepos proneptisue suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit (*in potestate parentis esse, siue morte id acciderit*), siue alia ratione, ueluti emancipatione. Nam si per id tempus, quo quis moritur, filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. Item et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intellegemus. **3.** [7]Uxor quoque, quae in manu 'eius, (*qui moritur*)[8] est, ei sua heres est, quia filiae loco est: item nurus, quae in filii manu est, nam et haec neptis loco est; sed ita demum erit sua heres, (*si*) filius, cuius in 'manu est,[9] cum pater moritur, in potestate eius non sit. idemque

---

1) *Haec ad sensum et ceterorum similitudinem supplevi. Excidisse enim ea et quidem propter* ὁμοιοτέλευτον, *luce clarius est.* 2) *Corruptum. Fortasse leg.:* reliquorum *vel* cognatorum (*Hebr.: 'scheer'*). *Et puto, Pariatorem in his etiam gentilium similitudinem invenisse sibi visum esse.* 3) = *Gai.* 3, 1—17., *sed* §§. 1—5. *ex h. l. restitutae sunt.* 4) §. 1. *I. de hered. q. ab int.* (3, 1). 5) ex *suppletum ex* §. 9. 6) = §. 2. *I. eod., ex qua quaedam suppleta vel correcta sunt.* 7) *Cf. Gai.* 1, 114. 115b. 2, 139. 159. 3, 40. *Ulp.* 22, 14. 23, 3. 29, 1. *Gell.* 18, 6. 8) eius *Cdd. edd. necessario supplevi. Cf.* §. 3. *init.* 9) manus eius *B.* manus eius *Ve. Vi. nota* ē *pro* e' *accepta.* manu erit *edd.*

dicemus et de ea, quae in nepotis manu matrimonii causa sit, quia proneptis loco est. **4.** [1]Postumi quoque, qui si uiuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt. **5.** Idem iuris est de his, quorum nomine ex lege Aelia Sentia, uel ex senatus consulto post mortem patris
[601] causa '(*probatur: nam et hi, uiuo patre causa*)[2] probata, in potestate eius futuri essent. **6.** '(*Quod*)[2] etiam de eo filio, qui ex prima secundaue mancipatione post mortem patris manumittitur, intellegemus. **7.** '(*Igitur*)[2] cum filius filiaue, et ex altero filio nepotes neptesue 'extent,[3] pariter ad hereditatem uocantur: nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit: aequum enim uidebatur, nepotes neptesue in patris sui locum portionemque succedere. pari ratione et si nepos neptisue sit ex filio, et ex nepote pronepos proneptisue, simul '(*omnes*)[2] uocantur '(*ad hereditatem*).[2] **8.** Et quia placebat, nepotes neptesue, item pronepotes proneptesue in patris sui locum succedere, conueniens esse uisum est, non in capita, sed in stirpes 'hereditatem[4] diuidi, '(*ita*)[2] ut filius partem dimidiam hereditatis ferat, '(*et*)[2] ex altero filio duo pluresue nepotes alteram dimidiam: item si ex duobus filiis nepotes extent, et ex altero filio unus forte, uel duo, ex altero tres aut quattuor, '(*ad unum aut ad duos dimidia pars pertineat, et ad tres aut quattuor*)[2] altera dimidia.

De agnatis. **9.** Si nullus sit suorum heredum, tunc hereditas pertinet ex eadem lege duodecim tabularum ad agnatos. **10.** Vocantur autem agnati, qui legitima cognatione iuncti sunt. Legitima autem cognatio haec est, quae per uirilis sexus personas coniungitur: itaque eodem patre nati fratres agnati sibi sunt, qui etiam consanguinei uocantur; nec requiritur, an '(*etiam*)[5] matrem eandem habuerint; item patruus fratris filio, et inuicem is illi agnatus est; eodem numero sunt fratres patrueles inter se, id est, qui ex duobus fratribus progenerati sunt, quos plerique etiam consobrinos uocant: qua ratione scilicet etiam ad plures gradus agnationis peruenire poterimus. **11.** Non tamen omnibus simul agnatis dat

---

1) = §. 2 *fin. I. t. c.* 2) *Ex Gai. Ver.* 3) existent *Cdd.* (exsistente *Vi.*) extant *Gai. Ver. edd.* 4) *Vi. Inst.* hereditatis *Ve. B.* hereditates *ed. Bl. Gai. Ver.* 5) *Ex Gai. Ver.*

lex duodecim tabularum hereditatem, sed his, qui tunc, '(*cum*)[5]
certum est, aliquem intestato decessisse, proximo gradu sunt.
12. Nec in eo iure successio est: ideoque si '(*agnatus*)[1] pro-
ximus 'hereditatem omiserit,[2] uel antequam 'adierit,[3] deces- [602]
serit, sequentibus nihil iuris ex lege competit. **13.** Ideo
autem non mortis tempore, quis proximus fuerit,[4] requiri-
mus, sed eo tempore, quo certum fuerit, aliquem intestatum
decessisse, quia si quis testamento facto decesserit, melius
esse uisum est, '(*ex iis qui*) tunc (*sunt*),[5] requiri proximum,
cum certum esse coeperit, neminem ex eo testamento heredem
fore. **14.** Quod ad feminas tamen attinet, '(*in*)[5] hoc iure aliud
in ipsarum hereditatibus capiendis placuit, aliud in ceterorum[5]
ab his capiendis. nam feminarum hereditates proinde '(*ad nos*)[5]
agnationis iure redeunt, atque masculorum: nostrae uero here-
ditates ad feminas ultra consanguineorum gradum non perti-
nent: itaque soror fratri sororiue legitima heres est, amita
uero et fratris filia '(*legitima*)[5] heres esse non potest; soro-
ris autem nobis loco est etiam mater aut nouerca, quae per
in manum conuentionem apud patrem nostrum ius filiae con-
secuta est. **15.** Si ei, qui defunctus erit, sit frater et alterius
fratris filius, sicut ex superioribus intellegitur, frater potior
est, quia gradu praecedit: sed alia facta '(*est*)[6] iuris interpre-
tatio inter suos heredes. **16.** Quodsi defuncti nullus frater
extet, sed sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas per-
tinet: sed quaesitum est, si dispari 'forte numero sint[7] nati
'(*uelut*)[8] ex uno unus uel duo, et ex altero tres 'uel[9] quat-
tuor, utrum in stirpes diuidenda sit hereditas, sicut inter suos
heredes iuris est, an potius in capita: iam dudum tamen pla-
cuit, in capita diuidendam '(*esse*)[5] hereditatem: itaque quot-
quot erunt ab utraque parte personae, in tot portiones here-

---

1) *Ex Gai. Ver. Quod vero Cdd. hic habent* heredes *B.* heredem *Ve. Vi. et inde edd.* heres, *est notata vox* hereditatem, *quae cum suum locum, cui eam postea restituimus, amisisset, partim huc, partim post* antequam *aberravit.* 2) *Ita Gai. Ver.* 3) hereditatem adierit *Cdd. edd.* 4) erit *Ve. Vi.* (*om. B.*) *Gai. Ver. edd.* sit *Gösch. cj.* 5) *Vid. Gaium Ver. Quod Bl. post* ceterorum *ex Gai. Ver. supplevit* bonis, *glossema mihi videtur.* 6) *Ex Gai. Ver., quanquam quaeritur, annon legendum sit:* licet alia facta sit. 7) *Sic Gai. Ver.* numero sint forte *Cdd. edd.* 8) (*u*)ut *Gai. Ver.* 9) *Sic Gai. Ver.* aut *Cdd. edd.*

ditas diuidetur, '(*ita*) ut[1] singuli singulas portiones 'ferant.[2]

[603] 17. Si nullus agnatus sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem uocat. Qui sint autem gentiles, primo commentario retulimus: et cum illic admonuerimus, '(*totum*)[3] gentilicium ius in desuetudinem abiisse, superuacuum est hoc quoque loco de ea re curiosius tractare.

Kap. III. Paulus libro sententiarum IV. sub titulo de intestatorum successionibus.[3] 1. Intestati '(*et hi*)[4] dicuntur, qui testamentum '(*fecerunt, cum*)[5] facere non 'possent,[6] uel ipsi linum, ut intestati decederent, abruperunt:[7] uel hi, quorum hereditas repudiata est, 'heredisue[8] condicio defecerit, '(*quiue capite minuti fuerint,*)[9] 'nisi[10] iure praetorio 'facto testamento obiecta doli exceptione[11] 'obtinebitur hereditas. 2. Ii,[12] quorum testamenta '(*a postumo*)[13]

---

1) *Gai. Ver.* et *Cdd. edd.* 2) *Gai. Ver.* fuerunt *B.* fecerunt *Vi.* fer̄ *Ve.* ferent *ed. Bl.* 3) *Qui tit. est Paul. S. R.* 4, 8., *sed nunc maiore ex parte ex nostro restitutus. Ad* §. 1. *cf. pr. I. de hered. q. ab int.* (3, 1). 4) *Supplevi ex vicinis litteris.* 5) *Omissum, quia scriptum fuerat:* fecer̄c. *Ceterum alio modo de hac re disputat Ulp. L.* 1 *pr. D. de suis* (38, 16). 6) possunt *Cdd. edd.* 7) *Cf. Gai.* 2, 151. *L.* 1. §. 10. *D. de B. P. S. T.* (37, 11). *L.* 4. *D. de his q. in test. del.* (28, 4). *L.* 30. *C. de testam.* (6, 23). 8) cuiusue *Vi. edd.* cuius uel *Ve.* cuius nec *B.* eiusue *Lachm. cj., sed heres, non hereditas conditione deficitur: Gai.* 2, 144. *Scriptum fuerat:* hdisue. 9) *Plura fortasse initio exciderunt, velut* uel mors cretionisue finis aditionem praeuenerit (*Gai.* 2, 144); *quod vero supplevimus, necessario iis, quae sequuntur, requiritur.* 10) sine *Cdd., quod litterarum transpositarum vitium in iis frequens est.* sane *edd.* 11) factum testamentum abiecta doli expectatione (exspectationem *Vi.*) *Cdd.* f. t. obiecta d. exceptione *Pith. cj. ed. Bl.* (*sed is tamen* abiecta). 12) obtinebit (optinebit *Vi.*) eorum *Cdd., quod ex* obtinebitur h.ii *factum videtur.* obtinebit. Ii. *ed. Bl. Quod Lachm. commentus est:* siue iure praetorio f. t. o. d. e. obtinebitur *et ad L.* 11. §. 2. *D. de b. p. s. t.* (37, 11) *casum priorem retulit, ferri non potest; nam ut taceam, totum casum sine nostro supplemento initio facto intelligi non posse* (*id quod etiam Leistii rationem de bon. poss. II. b. p.* 84. *refellit*), *nec potest eadem hereditas, quae antea erat testamentaria, nunc* (*quod Lachm. vult*) *legitima intelligi. Casus, de quo sentit Paullus, is est, quem Papin. L.* 11. *cit. in fine tractat verbis* 'Plane si' *etc. Cf. Gai.* 2, 120. 13) *Supplevi fere sola geminatione vicinarum utrinque litterarum, cum scriptum esset* a pumo (*etiam* o, *modo transpositum, servat B.:* rumponuntur *pro* pumor̄puntur).

rumpuntur, aut '(*ut inpia*)[1] inrita fiunt, 'ipsi quidem iure [601] testamenti[2] decedunt, sed per consequentias sublato testamento intestati 'redduntur.[3] **3.** Intestatorum hereditas lege duodecim tabularum primum suis 'heredibus,[4] deinde '(*consanguineis*) et agnatis, et[5] aliquando[6] quoque gentilibus deferebatur. Sane consanguineos lex non '(*aperte*) adprehenderat; (*at*)[7] interpretatione prudentium[8] primum inter agnatos locum acceperunt. **4.** Sui heredes sunt hi: primo loco filius, filia in potestate patris constituti; nec interest, adoptiui sint, an naturales, 'sed[9] secundum legem Iuliam 'Papiamque[10] quaesiti. **5.** [11]'Modo maneant in potestate,[12] qui sui heredes sunt, ipso iure heredes etiam ignorantes constituuntur, ut furiosi, aut infantes et peregrinantes: quibus bonorum 'possessio nisi[13] propter praetoriam actionem non erit necessaria. **6.** [14]'Suis[15] heredibus adeo a morte testato-

---

[1]) *Eadem ratione sanavi.* [2]) *Pro* ipsi *Cdd. edd.:* ipso; *deinde* testamenti *B.* testati *Ve. Vi. ed. Bl. Cf. Paul. S. R.* 3, 4ª. §. 10. *Antea* (*Zeitschr. XIII. p.* 46.) *conieceram* initio *pro* ipso. [3]) decedunt *Cdd. edd. Testamenti destituti casum non his sed superioris §i speciebus Paullus adnumerat, quia testator et heres, cuius familiae emptor locum obtinet, testamentum facere videntur, ut si heres non existat, neque testamentum factum esse intelligatur.*

[4]) *Sic Vi. Ve.* hereditatibus *B.* heredibus datur *ed. mea altera.*

[5]) agnatis et *B.* agnatis est et *Ve.* agnatis est *Vi. Itaque* est *ex* et *transposito natum puto. Vocem* consanguineis *vero excidisse, duo argumento sunt: quod sequitur* Sane consanguineos *etc. et quod ibi omnes Cdd. habent* consanguineis, *quae vox sc. ex margine eo aberraverat et* consanguineos *expulerat.* [6]) *i. e. olim, quamdiu ius gentilicium in usu erat.* [7]) *Sensu exigente ex vicinis supplevi.* adprehenderat *B. ed. Bl.* ap̄phenderat *Ve.* adprehenderet *Vi.*

[8]) *Tum scilicet, cum Voconiana ratione* (*infr.* §. 20.) *feminae 'agnati proximi' appellatione contineri negarentur, consanguineorum quasi novo ordine invento, ne etiam secundo gradu, quo quasi sui heredis iure hereditas obtinetur, feminae excluderentur.*

[9]) et *B. edd.* eos *Ve. Vi.* [10]) *Ex Schult. cj.* Papiamue *ed. Bl. Intellige legem de maritandis ordinibus. Cf. Fr. Vat.* §. 168.

[11]) *Cf.* §. 3. *I. de hered. q. ab int.* (3, 1). *L.* 8. *C. de suis* (6, 55). *L.* 14. *D. eod.* (38, 16). *L.* 63. *D. de acq. hered.* (29, 2). [12]) *In edd. haec verba finem faciunt praecedentis §i; at ibi iam dictum erat* in potestate patris constituti. [13]) possessionis *B. Ve.* possessiones *Vi.* possessio *ed. Bl. De re cf. Gai.* 3, 34. [14]) *Cf.* §. 3. *I. de hered. q. ab int.* (3, 1). *L.* 11. *D. de lib. et post.* (28, 2). *L.* 11. 57 *pr. D. de acq. her.* (29, 2). [15]) sui *B.* suis *Ve. Vi.* In suis *ed. Bl.*

[605] ris rerum hereditariarum dominium continuatur, ut nec 'tutoris[1] auctoritas 'pupillo,[2] nec 'furioso[3] curator sit necessarius, nec si forte soluendo '(*non*)[4] sit hereditas: quamuis 'et[5] furiosus, si resipuerit, et pupillus, si adoleuerit, abstinere possint. **7.** [6]Post mortem patris natus, uel ab hostibus reuersus, aut ex primo secundoue mancipio manumissus, cuiusue erroris causa probata '(*est*),[7] licet non fuerint in potestate, sui tamen patri heredes efficiuntur. **8.** [8]Post filios, filias ad intestatorum successionem inter suos ueniunt nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, ac deinde masculino sexu post filium descendentes, si 'nullo[9] parentum impedimento 'ipsi[10] in aui potestate, uel proaui familia 'remanserint:[11] parentes enim liberis suis, cum quibus in potestate fuerunt ipsi, ordine successionis obsistunt. **9.** [12]'Filius, (*si*)[13] cum nepotibus ex alio filio susceptis in familia 'retinetur[14] ad intestati patris successionem cum fratris filiis 'uocatur:[15] quibus in patris sui partem uenientibus, hereditas in stirpes, non in capita diuiditur, ita ut unus filius et plures nepotes singulos semisses habeant. Idemque euenit, si auo ex duobus filiis impari numero nepotes successerint. **10.** Ex filia nepotes sui heredes non sunt: in aui enim materni potestate alienam familiam sequentes ipsa ratione esse non possunt. **11.** [16]Eo tempore suus heres constituendus est, quo certum est, aliquem intestatum decessisse: '(*secundum*)[17] quod ex
[606] euentu deficientis conditionis 'nepos is,[18] qui uiuo auo 'con-

---

1) *Bl. per errorem omisit.* 2) *B.* pupillū *Ve.* pupillis *Vi. ed. Bl.* 3) furiosis *Cdd. edd.* 4) *Suppl. Pith.* 5) etiam *Cdd. edd. etiam meae* 1. 2. 6) *Cf. supr. c.* 2, 4—6. §. 4. *I. de her. q. ab int.* (3, 1). 7) *Supplevi.* 8) *Cf. supr. c.* 2, 2. 9) *Vi. Ve.* nullum *B.* nullus *ed. Bl.* 10) *Cdd.* ipsis *ed. Bl.* 11) *Ex Scal. cj.* permanere *Vi.* remanseri *Ve.* remanserit *B. ed. Bl.* 12) *Cf. supr. c.* 2, 7. 8. 13) filius *Cdd.* filii si *ed. Bl.* 14) retinentur *Cdd. edd.* 15) uocantur *Cdd. edd.* 16) *Cf.* §§. 7. 8. *I. de her. q. ab int.* (3, 1). 17) secund. *geminando* -se *et* quod *fere effici potest.* 18) et certum nepotis *Vi.* et ortū nepotis *Ve.* et hortū nepotis *B.* et ortu nepotis *edd. Sed* ortum nepotis *quis et quo sensu unquam dixerit, velim scire. Accedit, quod totus locus, ut adhuc legebatur, sensu caret. Quod cum eo maxime effectum sit, quod post* auo *in Cdd. et edd. desiderabatur vox* conceptus (*cf.* §. 8. *I. cit.*), *nullus dubito, quin haec vox, olim scripta* c'ceptus,

ceptus,[1] post mortem patris natus '(*est*, *suus*) fieri[2] potest.[3] **12.** Quem filius emancipatus suscepit, uel adoptauit, sui heredis locum in aui successione, sicut ipse pater, obtinere non potest. Adoptiuus tamen 'ne[4] quasi cognatus bonorum possessionem eius petere potest.[5] **13.** [6]Si sui heredes non sunt, ad agnatos legitima hereditas pertinebit,[7] inter quos primum locum consanguinei obtinent. Agnati autem sunt cognati uirilis sexus per uirilem descendentes '(*sexum*):[8] sicut filius fratris, et patruus, et deinceps tota successio. **14.** [9]Inter agnatos et cognatos hoc interest, (*quod*) in agnatis etiam cognati continentur, inter cognatos uero agnati non comprehenduntur. Et ideo patruus et agnatus est et cognatus, auunculus autem cognatus tantummodo est. **15.** [10]Consanguinei sunt eodem patre nati, licet diuersis matribus, qui in potestate fuerunt mortis tempore: adoptiuus quoque frater, si non sit emancipatus, et hi, qui post mortem patris nati sunt, uel causam probauerunt. **16.** [11]Soror iure consanguinitatis tam ad fratris, quam ad sororis hereditatem admittitur. **17.** [12]Consanguineis non existentibus, agnatis defertur hereditas, prout quis alterum gradu praecesserit. Quodsi plures eodem gradu consistunt, simul admittuntur. **18.** [13]Si 'sint, [14]fratre defuncto,[15] et fratris filius, et 'nepos eius ex fratre[16] non existente, filius fratris nepoti prae- [607]

---

huc aberraverit, ubi in et ortu *depravata effecit, ut pro* nepos is *scriberetur* nepotis. *Post* condicionis *exciderit* filii (*sc. sub condicione potestativa instituti*). [1]) *Cf. not.* 18 *p. pr.* [2]) iniri *B.* siniri *Vi.* finiri *Ve.* (sit) iniri *ed. Bl.* [3]) *Tum scilicet, si condicio a moriente filio impleri potuit. Cf. L.* 28. *D. de cond. inst.* (28, 7). [4]) *Cdd.* nec *ed. Bl. Cf. Glück. Pand. XI. p.* 161. [5]) *Cf. L.* 23. *D. de adopt.* (1, 7). *L.* 1. §. 4. *D. unde cogn.* (38, 8). [6]) *Cf. supr. c.* 2, 9. 10. [7]) *Hic Vercellensis codex desinit.* [8]) *Periit hoc loco ob sequens* sicut. *Bl. ed.:* (sexum) descendentes. [9]) *Est Paul. S. R.* 4, 8. §. 14., *ex quo supplevimus* quod. *Cf. L.* 10. §. 4. *D. de grad.* (38, 10). *L.* 5 *pr. D. unde legit.* (38, 7). [10]) *Cf. supr. c.* 2, 10. 5. [11]) *Cf. supr. c.* 2, 14. [12]) *Cf. supr. c.* 2, 11. §. 5. *I. de legit. agn. succ.* (3, 2). [13]) *Est Paul. S. R.* 4, 8. §. 18. [14]) *Paul. Vis.* sit *Cdd. edd.* [15]) frater defuncti *Cdd. edd.* fratres defuncti *Paul. Vis.* [16]) nepus fratres et *B.* nepos fratre *Vi. ed. Bl.* nepotes fratre *Paul. Vis. Igitur* e'ex *in B. mutatum in* set *et transpositum in Paul. Vis. effecit, ut pro* nepos *scriberetur* nepotes. *Ceterum* eius, *quod regitur a* fratre, *refer ad filium fratris.*

fertur. **19.** [1]Sed si duorum fratrum sint liberi, non in stirpes, sed in capita hereditas distribuitur, scilicet ut pro numero singulorum uiritim distribuatur hereditas. **20.** [2]Feminae ad hereditates legitimas ultra 'consanguineorum[3] successiones non admittuntur: idque iure ciuili Voconiana ratione uidetur effectum. Ceterum lex duodecim tabularum sine 'illa[4] discretione '(*feminini*) sexus agnatos[5] admittit.

Kap. IV. Ulpianus libro '(*regularum*)[6] singulari, sub titulo de legitimis hereditatibus.[7] **1.** Intestatorum 'ingenuorum[8] hereditates pertinent primum ad suos heredes, id est liberos, qui in potestate sunt, ceterosque, qui in liberorum loco sunt; si sui heredes non sint, ad consanguineos, id est fratres et sorores ex eodem patre; si nec hi 'sint,[9] ad reliquos agnatos '(*proximos, id est cognatos*)[10] uirilis sexus, per mares descendentes, eiusdem familiae. Id enim cautum est lege duodecim tabularum hac: 'Si intestatus moritur, cui suus heres nec 'escit,[11] agnatus proximus fami-
[608] liam habeto.' **2.** Si agnatus defuncti non sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem uocat his uerbis:

---

1) *Cf. supr. c.* 2, 15. 2) *Extat Paul. S. R.* 4, 8. §. 22. *Cf. supr. c.* 2, 14. §. 3. *I. de leg. agn. succ.* (3, 2). *Gai.* 2, 22. *Ulp.* 26, 6. 3) consanguineos (*pro* consanguineor.) *Vi.* consanguineas *B. Paul. Vis. edd. Sed consanguineae vel agnatae successiones dici non possunt.* 4) ulla *Cdd. Paul. Vis. edd., quod omnino huius loci esse non videtur.* 5) cognatos *B. Paul. Vis.* cognatis *Vi.* agnatos *edd. Sed* cognatos *consulto librarius ex* (sexus) feminini agnatos, *quasi hi brevius et rectius cognati dicendi essent, fecisse mihi videtur; cui errori subveniens scriptor B. pro* discretione sexus *dedit* discreptationes ex his, *et certo ex feminis nati sunt cognati! Iam ex nostra lectione vides,* sine illa discretione *pertinere ad discrimen, quod ICti inter consanguineas et ulterioris gradus agnatas fecerant, et* feminini sexus agnatos *esse, quas Gai.* 3, 23. *dicit* feminas agnatas. 6) *Ex Schillingii cj. suppl. Cf. tit.* 2. *c.* 5. *not.* 9. 7) *Exstat in Ulp. fragm.* 16, 1. 8) *Ex Ulp. fr.* gentilitiorum *B. Vi. edd., quod pessimorum Codd. portentum cave ex argutiis optimorum virorum retineas. Cf. Zeitschr. f. RG.* 1866. *V. p.* 186. 9) sunt *Cdd. edd.* 10) *Ex Ulp. fr. suppl. Bl.* 11) est *Cdd.* esit *ed. Bl. Futurum positum fuisse, argumento sunt cum illae leges apud Cic. de leg.* 2, 21. 'quoi auro dentes uincti escunt' *et apud Fest. v. Nec* 'quod nec manifestum erit', *tum ea, quae sequitur* §. 2. *De ceteris locis vid. Schoell XII tabb. p.* 128.

'Si agnatus 'nec escit,[1] gentiles familiam 'habento.' Nunc[2] '(*nec gentiles*)[3] nec gentilicia iura in usu sunt.

Kap. V. Idem '(*libro*)[4] institutionum '(*secundo sub titulo de successionibus*)[4] *ab intestato.* **1.** Ab intestato quoque hereditas defertur 'aut[5] per ius ciuile, aut per praetoris beneficium: per ius ciuile suis heredibus, 'uel[6] liberis, qui in potestate '(*eius*)[7] fueruut, filio, filiae, et deinceps, qui in locum defuncti parentis, qui ex eodem 'natus sit,[8] succedunt.

Kap. VI. Idem eodem libro.[9] **1.** Post suos ab intestato legitimi admittuntur, primum consanguinei; (*ii*) sunt 'fratres et sorores,[10] qui in eiusdem potestate patris fuerunt, etsi ex diuersis matribus nati sunt. **2.** Consanguineos et adoptio facit, et adrogatio, '(*et*)[11] causae probatio, et in manum conuentio.

Kap. VII. Idem eodem libro. **1.** 'Post consanguineos[12] legitimi[13] uocantur. Hi sunt agnati, qui nos per patris cognationem contingunt, uirilis sexus: nam sciendum, feminis, ultra consanguineas, hereditates legitimas non deferri. **2.** [14]Suis praetor solet emancipatos liberos, itemque ciuitate donatos coniungere, data bonorum possessione:[15] sic tamen, ut bona, si quae propria habent,[16] his, qui in potestate manserunt, conferant. Nam aequissimum putauit, neque eos bo- [609]
nis paternis carere per hoc 'quod[17] non sunt in potestate:

---

1) nescit *B. Vi., quod nisi ex* n' escit *vix fieri potuit.* nec esit *ed. Bl.* 2) *De h. l. vid. Schilling de Ulp. fr. p.* 66—85. 3) *Supplevi.* 4) *Ex Pith. cj. suppl. ed. Bl.* 5) *Ita B. om. Bl. ed.* 6) *Malim* uelut. 7) *Supplevi geminata fere antecedente littera* e. 8) nati sunt *Cdd. ed. Bl. sine sensu.* 9) *Cf. supr.* 3, 15. 16. 2, 9. 10) fratres et soror (*pro* soror. = sorores) *B.* frater et soror *Vi. ed. Bl. Male, quia et frater fratri, soror sorori consanguinei sunt.* 11) *Supplevi.* 12) *Ex Scal. et Cuiac cj.* et consanguineis *B.* et consanguinei *Vi. Scilicet ob antecedens* -ro *excidit* po-. 13) *Proprie sic dicti; nam ipsa lex, quae suos tantum in condicione posuerat* (*c.* 4. §. 1 *fin.*), *consanguineos, ex suis et agnatis quasi mixtos* (*c.* 3. §. 15.) *non commemoraverat* (*c.* 3. §. 3.), *primum agnatis dedit hereditatem.* 14) *Cf. Gai.* 3, 19. 20. 26. 1, 94. §. 9. *I. de her. q. ab int.* (3, 1). *L.* 1 *pr. D. de coll. bon.* (37, 6). 15) *Hic Vindob. codex desinit.* 16) *i. e. si quid superest, deducto aere alieno: nisi malis si delere.* 17) *Ex Boeck. cj.* qui *B.* quia *edd.*

neque praecipua bona propria habere, cum partem sint ablaturi suis heredibus.

Kap. VIII. Idem libro, qui supra, '(*sub titulo*)[1] de suis '(*et legitimis*)[1] heredibus. **1.** [2]Post 'agnatos[3] praetor uocat cognatos: cognati autem sunt, qui nos per patrem aut matrem contingunt: post cognatos uirum et uxorem. **2.** Et haec, si qui decessit, non fuit libertinus, uel stirpis libertinae:[4] ceterum si libertinus est, uel libertina, 'patrono[5] eius legitima hereditas, 'patronaeue[6] lege duodecim tabularum defertur.

Kap. IX. Idem eodem libro.[7] **1.** Post familiam patroni uocat praetor patronum et patronam, item liberos, et parentes patroni 'et[8] patronae: deinde uirum et uxorem: mox cognatos patroni et patronae. **2.** Quodsi is, qui decessit, liber fuit ex '(*mancipatione citra*) remancipationem[9] manumissus, lex quidem duodecim tabularum manumissori legitimam hereditatem detulit: sed praetor, aequitate motus, decem personas cognatorum ei praetulit has: patrem, matrem, filium, filiam, auum, auiam, nepotem, neptem, fratrem, sororem: ne quis occasione iuris sanguinis necessitudinem uinceret. **3.** [10]Sed imperator noster in hereditatibus, quae ab intestato deferuntur, eas solas personas uoluit admitti, quibus decimae immunitatem ipse tribuit.[11]

---

1) *Supplevit. Bl.* 2) *Cf.* §. 3. *I. de leg. agn. succ.* (3, 2). §. 3. *I. de bon. poss.* (3, 10). *Gai.* 3, 27. 3) *B.* consanguineos *ed. Pith. et Bl. per errorem.* 4) *Cf. L.* 4. §. 23. *C. de bon. lib.* (6, 4) *et libr. meum 'Studien d. R. R.' p.* 74. 134. 5) patronum *B.* ad patronum *edd. contra usum loquendi.* 6) patronauc *B.* patronamue *edd. De re cf. Fr. Vat.* §. 308. 7) *Cf. Ulp.* 28, 7. §§. 3. 5. *I. de b. p.* (3, 10). 8) *B. om. ed. Bl.* 9) ex (*non* et) remancipationem *B.* absque remancipatione *ex Schult. cj. ed. Bl. Simile verbum repetitum librario fraudi fuit. Ceterum cf. Zeitschr. f. gesch. R. W. XIII. p.* 48. 10) *Cf. libr. nostr. 'Gaius' p.* 22. 11) *B.* praebuit *ed. Bl. per errorem. — Ceterum haec sententia tam apte in fine huius materiae posita est, ut ea ipsa hunc titulum finivisse Collationis auctor existimandus sit.*

FRAGMENTA IVRIS ROMANI VATICANA.

Locorum ex iure civili anteiustiniano ab incerto auctore [610] incertoque sub titulo collectorum reliquias, quae fragmenta iuris Romani Vaticana vulgo appellantur, debemus industriae Angeli Maii, qui eas ex palimpsesti bibliothecae Vaticanae codicis, nunc Cassiani collationem continentis inferiore scriptura eruit annoque 1823 Romae, Parisiis et 1824 Berolini primus publici iuris fecit. Cassiani codex cum in summa centum membranis, forma oblonga, constet,[1] earum quadraginta tres semel, quinquaginta septem bis scriptae sunt. Antiquioris vero scripturae folia duo et viginti ad Theodosianum Codicem, duo ad legem Burgundionum Romanam, triginta tria ad nostrum opus spectant. Quod quidem olim in codice quadrato grandioris modi scriptum fuit, singulis versibus, qui triceni bini in quaque pagina exarati sunt, litteras vel notas complectentibus circiter quinquaginta sed et ad sexaginta numero eiusque formae, ut partim ex hac partim ex frequenti notarum usu codicem certe non post seculum sextum, fortasse vero et multo ante scriptum esse periti iudicaverint. Huius vero codicis folia Cassiani scriptor operis in usus suos ita convertit, ut ex singulis geminis foliis cohaerentibus terna et quidem bina cohaerentia et deorsum dissecando unum solitarium faceret: qua ratione factum est, ut medium quodque folium partem tantum et prioris (a) et posterioris folii (b) antiquioris scripturae contineret, et nunc quoties medium folium solum nobis servatum est, id in utraque pagina tantum trientem vel postremum vel primum cuiusque versus tam anterioris quam posterioris folii exhibeat, primum vero vel tertium folium superstes bessem in utraque pagina partim postremum partim primum praestet. Ceterum frustis inter se iunctis triginta sex paginas integras antiquioris codicis restituere licuit; quibus accedunt viginti mutilae, quattuor bessariae, sedecim trientariae.

Vetustior codex quaternionibus constitit, quorum numerus in fine cuiusque a librario notatus erat; quibus ex

---

[1]) Quas et anteriores editores et nos numeris arabicis ad marginem positis significavimus: adiectus numerus uncinatus paginas superstites perpetua serie demonstrat.

numeris cum VI., XV., XXVII. et XXIX. servati sint, hoc maxime adminiculo Maius in ordinandis et iungendis mem-
[611] branis usus est, nec adhuc exstitit, qui rationem eius et ordinem ab eo institutum improbaret. Nam et titulum 'de cognitoribus et procuratoribus' quod ultimo loco posuit, quia nullo numeri signo certo loco assignatur, non est sine ratione, quanquam eum ceteros omnes praecessisse ex ipsa materia colligere licet. Verisimile enim est, hoc opus ut ceteros omnes posterioris aevi codices ad ordinem edicti perpetui compositum esse: quem etiam aliquatenus assequimur, si ponimus, post titulum de cognitoribus et procuratoribus secutum titulum ex empto vendito ea parte insertum fuisse, ubi in libris ad edictum de rei vindicatione agitur; quod sane paullulum deflectit ab ordine edicti, poterat tamen cum eo defendi, quod qui vindicet, dominum esse oporteat, dominiaque maxime emptionibus acquirantur, tum Hermogeniani ratione, qui in epitomis iuris 'primo de personarum statu ac post de ceteris ordinem edicti secutus et his proximos atque coniunctos applicans titulos, ut res patitur', dixerat (L. 2. D. de statu hom. [1, 5])[1]. Quid? quod persimiliter iam in Gregoriano Codice, teste breviario Alarici, cui fidem cum Haenelio (ad Gr. C. p. 23. not. n) derogare nolim, titulus 'si sub alterius nomine res empta fuerit' titulo 'de rei vindicatione' vicinus deprehenditur. Qua ratione si etiam tota materia de acquirendo rerum dominio hoc loco tractabatur, mirari non licet, quod novem quaterniones usque ad XV., ubi tit. de usufructu sequitur, ea occupabantur. Sequi deinde in edicti libris materiam de re uxoria et post de tutelis, quo spectat tit. de excusatione, et postremo, quamquam multo post, de donationibus,[2] satis notum est.

In libros syllogen distributam fuisse, nullum vestigium indicio est; videtur igitur, ut Collatio et Hermogenianus Codex, titulos tantum habuisse, qui etiam per paginas repetuntur, ita ut in versa quaque media prior tituli pars, in recta reliqua superne scripta sit, nullo tamen numero praefixo. Nec numerorum signis sed tantum novo versu, interdum etiam spatio tantum relicto, singulae species distinctae sunt; sic enim (ut Byzantinis θέματα) singula excerpta ex ICtis perinde in hoc opere atque in Collat. 14 fin. et L. Rom.

---

[1]) Possunt sane haec verba etiam ita intelligi, ut ad titulos iuris extraordinarii post absolutas omnes materias edicti perpetui in fine additos referantur. Omnino tamen cadentis iurisprudentiae etiam hoc indicium est, quod tradita iuris systemata misceri et pro lubitu mutari coepta sunt: quanquam idem modestius et cum ratione iam superiores ICti factitasse deprehenduntur, velut Paullus in Sententiis. Cf. Heimbach. in Repert. Lips. 1843. III. p. 144. [2]) Fortasse titulum de donationibus Vaticanae syllogae auctor titulo de legatis applicuerat.

Burgundionum et alibi appellata esse, argumento est lemma [612] §i 294, ubi 'sequens et tertia' (sc. species) allegatur. Scilicet et lemmata sive sententiarum summulas subinde continet collectio, in margine dissimilibus et minoribus litteris adscriptas, quo facilius species pro sententia aliqua facientes inveniri possent. Quae lemmata quamquam accurate concepta sunt, tamen non in ipso condendo opere, sed a docto quodam adhuc integri Vaticani codicis possessore facta esse, eo probatur, quod eiusdem codicis paginae numeratae in iis allegantur.

Complectitur collectio partim principales constitutiones easque ubique integras, partim sententias ex ICtorum libris excerptas: utrasque ita mixtas, ut perpetuum consilium in hac re frustra quaeras; nam ne temporis quidem ordo servatur, ubi imperatorum leges vel rescripta se excipiunt. Quoties sequentes species eosdem habent auctores, ii in inscriptione vocabulo 'Idem' significantur, scilicet, imperatores vel ICtus; in ICtorum vero libris una inscriptio ad omnes sequentes species ex eodem libro sumptas tacite porrigitur, singulis tantum 'item' vocula (semel etiam §. 93. 'post pauca') vel solo spatio distinctis, donec alia succedit. quanquam ne hoc quidem perpetuum est: imperatorum nomina repetuntur §§. 22—24. iurisconsulti et libri §§. 232—234. 328—331. Saepe etiam 'idem' vel iureconsulti nomen non comparet, ubi scriptum esse oportebat, hoc tamen, ut novissima Mommseni editio docuit, plerumque ea de causa, quod minio pictum nunc evanuit. saepe etiam 'item' librariorum culpa positum est, ubi oratio simpliciter continuatur, vel omissum, ubi interrupta oratione scribi vel spatium relinqui oportebat. nec non interdum 'item', quod erat in ipsius ICti oratione, per errorem pro eo habitum est, quod singulas species dirimeret. Praeterea etiam inscriptiones maxime in constitutionibus saepissime vitiosae sunt.

Constitutiones principales, quae in collectione suo nomine, non ex ICti alicuius opere, relatae inveniuntur, sunt et rescripta et novae leges, antiquissimae Severi et Caracallae (§§. 267. 295.), novissima Valentiniani, Valentis, Gratiani (§. 37.), iterum data a. 372., reliquae Alexandri (§§. 28. 266^{a}.), Philippi (§. 272.), Valeriani et Gallieni (§. 18.), Gallieni (§§. 19. 21. 25.), Aureliani (§. 30.), Probi (§. 288.), Diocletiani et collegarum (§§. 22—24. 41—43. 270. 271. 275—286. 292. 293. 297. 312—316. 325. 326. 338.), Constantini et collegarum (§§. 32—36. 273. 274. 287.), incertorum (§§. 20. 26. 27. 29. 31. 38—40. 73. 113. 289—291.). Ex his quae leges sunt, non ex Theodosiano Codice fluxisse, ex eo solo certum est, quod is non laudatur et quae in illo breviatae extant, hic integrae proferuntur, velut §§. 37. 248. 249. Contra rescripta ex eorum receptaculis, Gregoriano et Hermogeniano [613] Codice, hausta non esse, eodem argumento probari non

potest, cum nemo etiam post editos hos Codices rescriptis aliunde cognitis uti prohiberetur. Nec credibile est tam paratis subsidiis non usum esse, quicunque Vaticanam collectionem composuerit. Nec tamen minus dubitandum videtur, non omnia, quae affert, rescripta ex iis eum sumsisse. Primum enim non modo non fit mentio eorum Codicum in allegandis constitutionibus, sed etiam in tit. de donationibus ad legem Cinciam hic illic constitutionibus tanquam notabile quid posteriore manu, eiusdem, ut videtur, possessoris, qui lemmata composuit, adscriptum est, easdem in Greg. vel Herm. inveniri (§§. 266[a]. 270. 272. 285. 286. 288.), sicut semel etiam fit in Collat. 6, 5. Deinde inscriptionum ratio Vaticana non convenit ei, quae in his Codicibus et Iustinianeo, qui ex iis hausit, reperitur. In quibusdam enim titulis, de cognitoribus et de donationibus, novo modo divi appellatio imperatoribus praefigitur, velut 'divus imperator Probus' §. 288., 'divi Diocletianus et Constantius' §§. 270. 275. 297. 312. 316. 325. 338., 'divi Constantinus et Caess.' §§. 249. 287., quae alias partim in iisdem imperatoribus deest: cuius rei causa inde tantum repeti videtur posse, quod omnes hae constitutiones ex scriptis quibusdam de istis materiis compositis[1] sumtae sint, quorum auctores anteriorum ICtorum more imperatorum defunctorum rescripta libris suis inserentes divos eos appellaverant. Praeterea in iisdem titulis quoties Diocletiani et collegarum rescripta referuntur, hoc quoque singulare est, quod non solenni in Codicibus more, qui etiam in aliis Vaticanis titulis in summa retinetur (§§. 22—24. 41.), Diocletianus et Maximianus (et Caess.) inscribuntur, sed Diocletianus et Constantius, idque adeo fiat in rescriptis ante Constantium in imperii consortium adscitum i. e. ante a. 293. datis (§§. 275. 297. 312.), ubi in aliis partibus operis (§§. 23. 34.) recte is omittitur (cf. Momms. p. 405). Igitur trans Alpes illum uel illos, qui de donationibus et de cognitoribus scripserant, egisse coniicere licet, ubi cum quadripartiti imperii omnes quattuor collegas appellare molestum esset, post Diocletianum Constantium, cui illae provinciae obtigerant, quam ex aulica orientalium observantia stolidum et crudelem Maximianum sane Augustum commemorare maluerint et
[614] ita consueverint, ut idem non anxie perquisitis imperii temporibus etiam in rescriptis ante a. 293. datis facere non dubitaverint. Tandem quod Mommsenus asseverat (p. 397),

---

[1]) Eiusmodi scripta exolescente iam vetere iurisprudentia haud pauca composita esse, quae maxima ex parte tantum in posteriorum principum rescriptis vel legibus, de quibusdam materiis emissis, et excerptis ICtorum veterum sententiis consisterent et transitum quasi ad puras putas collectiones facerent, dubitare non licet. Ipsa legum Mos. et Rom. collatio hoc numero est.

inter Diocletiani et collegarum rescripta loco certo insignita, quae in Codice recepta sunt, paene nullum nisi in oriente datum exstare, licet id hactenus tantum verum sit, ut longe plura orientis quam occidentis habeant locum adscriptum, memorabile tamen est, in Vaticano inter non multa horum principum rescripta sex esse in Africa, Italia vel Gallia data (§§. 41. 271. 282. 292. 313. 315.): ex quibus quinque cum rursus sint in tit. de donationibus, iam confectum videtur, hunc titulum eum, quem dixi, habuisse fontem, eamque ipsam ob causam huic praesertim titulo a possessore Gregoriani et Herm. Codicis commemorationes adscriptas esse, quod is aliunde huius tituli constitutiones profectas esse compertum haberet. Ceterum et in aliis titulis quaedam rescripta et maxime quidem post Diocletianum emissa, in quo saltim Gregorianus desinit, aliunde in eos venisse verisimile est.

Ex ICtorum libris excerpendi et excerpta componendi mos sine dubio post constitutionum collectiones invaluit. Nostram collectionem continere trium ICtorum species, Papiniani, Ulpiani et Paulli, inter omnes constat. Unde suspicari licet, librum illum iuris, quem Wettermannus referente Clossio (in comment. Annal. Dorpat. T. III. no. XXXI. p. 289 seq. inserta indeque separatim ed. p. 11) seculo sexto decimo Moscoviae in Caesarea bibliotheca Ivani IIII Wassiljewitschii vidit et 'corpus Ulpiani, Papiniani, Pauli etc.' nuncupavit, eandem hanc continuisse collectionem. Nam et in hac de quarto ICto dubitatur propter §§. 90—92.: quae cum ex 'lib. I. II. III. de interdictis' sumptae sint, sed nomen ICti nullum praescriptum habeant, a plerisque Ulpiano tribuuntur, ea potissimum de causa, quod, quae proxime antecedunt, Ulpiani sunt. Sed hoc stare non potest; nam nec Ulpianum proprios de interdictis libros scripsisse notum est, et quae in §. 90. de interdicto 'Quod legatorum' profertur sententia, ei contrariam probat Ulpianus L. 1. §. 8. D. quod legat. (43, 3). Accedit, quod cum Venuleio Saturnino, quem unum, si Arrianum obscurum auctorem exceperis, de interdictis scripsisse scimus, confidenter abiudicare posse istos Vaticanos locos Buchholtzius sibi visus est, parum id probabilibus argumentis fecisse deprehenditur. Nam nec verum est, quod ait p. 297., §§. supra scriptarum auctorem interdicta ita tractasse ut divisionem illam sequeretur, quod interdicta vel adipiscendae vel retinendae vel recuperandae possessionis sint, id quod ipsa res redarguit, nec credibile, Venuleium ex partitione in prohibitoria, restitutoria et exhibitoria singula interdicta ineptissime persecutum esse. Imo Vaticanum auctorem edicti perpetui ordinem secutum esse, ipsa titulorum praescriptorum series ostendit. Idem vero etiam Venuleius, si locos ex eius libris in Digestis servatos accurate inter se et cum ordine edicti contuleris, fecisse deprehenditur, ut tamen interdicta de rebus divini et publici

[615] iuris aut omitteret, aut brevissime perstringeret.[1] Nihil igitur prohibet, quo minus §§. 90—92. Venuleio assignemus, cuius ex lib. I. petita sententia in L. 52 pr D. de acq. poss. (41, 2) etiam vicini argumenti est cum §. 90. item ex lib. I. profecta.

Difficilis interdum quaestio est, cui iureconsulto cuique eius libro singulae species attribuendae sint. Qua de re in universum agere ultra huius angustias loci longum est. Cum tamen haud raro et a Buchholtzio, qui in excursu I. editionis suae hanc quaestionem agitavit, et a Mommseno deflectendum mihi visum sit, certe conspectum locorum secundum auctores et libros digestum dare placuit.

Itaque sunt secundum nostram editionem Papiniani ex libris Responsorum II. III. IV. VII. XII. XV. §§. 328—332. 2—17. 121. 122. 65. 250—265. 294. 296. 327. 333. ex eiusdem Quaestionum libro XI. §§. 224—226.

Ex Paulli lib. Responsorum VII. VIII. §§. 94—112. 114—118. Quaestionum lib. VI. §§. 227. 228. ad Sabinum VIII. (?) §. 1. ad edictum VII. (?) VIII. (?) LXXI. LXXIV. (?) §§. 322—324. 319. 298—309. 317. ad edictum de brevibus lib. XXIII. §§. 310. 311. Sententiarum lib. I. II. §§. 336. 337. 340. 172. Manualium lib. I. II. §§. 46—58. 45. de excusationibus lib. sing. §. 231. de excusatione tutorum lib. sing. (nisi is idem liber sit) §. 246. de officio praetoris tutelaris lib. sing. §§. 244. 245. de iurisdictione tutelari lib. I. editionis secundae §. 247. de testamentis lib. sing. §§. 229. 230. ad municipalem lib. sing. §§. 237. 243.

Ex Ulpiani libris ad Sabinum XVII. XLVI. §§. 59—64. 70—72. 74—89. 269. ad edictum VI. (?) VIII. IX. (?) I. de reb. cred. XXXIII. §§. 339. 318. 341. 266. 120. de officio proconsulis lib. II. §. 119. lib. sing. de excusationibus §§. 123 —170. de officio praetoris tutelaris[2] §§. 173—223. 232—236. 238—242. Responsorum lib. II. §§. 44. 268. (?)

---

1) Libro I. egit de interdicto quodam ad possessionem vel usumfructum pertinente (L. 52. D. de acq. poss. 41, 2) et de interd. de rivis et de cloacis reficiendis (L. 4. D. de rivis 43, 21. L. 2. D. de cloac. 43, 23); lib. II. de interdicto Quod vi aut clam (L. 2. 4. 8. 10. 12. 22. D. quod vi 43, 24); lib. III. de precario (L. 7, 22. D. de precar. 43, 26); lib. IV. de libero homine exhibendo et de liberis exhibendis (L. 2. D. de hom. lib. exh. 43, 29. L. 5. D. de lib. exhib. 43, 30); lib. V. de interdicto Utrubi (L. 53. D. de acquir. poss. 41, 2. L. 15. D. de div. temp. 44, 3); lib. VI. de Salviano (L. 66. D. de acq. rer. dom. 41, 1. coll. L. 1 pr. D. de Salv. 43, 33) et de fraudatorio (L. 8. 11. 25. D. quae in fraud. cred. 42, 8). 2) De quo libro respectu habito superioris, qui inscribitur de excusationibus, rectius Mommsenus p. 395. quam Fitting. über d. Alter d. Schr. d. Röm. Jur. p. 36. egisse mihi videtur.

Ex Venuleii Saturnini de interdictis lib. I. II. III. [616]
§§. 90—92.

Omnino epitomator non ut Iustiniani prudentes tria scriptorum genera, sed ut Theodosius II. et Valentinianus III. in simili, quem parabant, codice 'tractatus et responsa', qua ratione etiam in Valentiniani de responsis prudentum lege Papinianus et Paullus, praecipui responsorum et quaestionum auctores, Gaio, Ulpiano et Modestino anteponuntur, distinxisse et in tractatibus magis ad breviores libros, maxime μονογραφίας, quam ad magnos commentarios animum videtur advertisse: et hoc quidem eo sine dubio consilio, ut quam commodissime et minimo labore opere suo defungeretur, morosum scilicet ducens, ex magnis libris quae ad quemque titulum pertinerent, colligere, si minoribus uti liceret, in quibus iam collecta exstarent. Quod institutum cum furtim adeo secutus sit, ut ne ab eiusmodi quidem libris abstineret, ex quibus eum titulos de cognitoribus et de donationibus composuisse deprehendimus, apparet, quam parum diligentiae is operi suo impenderit.

Excerpta quae posuit, integra eum posuisse ut in ipsis, quibus utebatur, libris exstabant, nec pro arbitrio suo vel omissionibus vel emblematis foedasse, non est quod dubitemus. Certe vestigium eiusmodi facinoris adhuc deprehensum non est. Nam quae verba Wiedingius (der Libellprocess p. 298) pro emblemate habuit ('libellos det et litteras petat' §. 167), non minus genuina ipsius Ulpiani sunt, quam illa 'Quod uero supra diximus' §. 165., ne in speciem quidem suspicionis cadentia, quo ille tamen exemplo usus est, ut alterum istud, quod sibi videbatur, probaret emblema.

De origine operis cum nihil traditum sit, ad coniecturas viris doctis confugiendum fuit, de quibus adi, si placet, Zimmern. hist. iur. I. §. 7. Wenck. opusc. acad. ed. Stieber. p. 449. F. Osann. ad Pompon. de orig. iur. p. 147. Rudorf. hist. iur. §. 107.[1] Igitur mihi quoque si coniectura uti licet, pronior sum ad existimandum, non privato consilio sed principis alicuius auctoritate, nec ab uno sed a pluribus opus confectum esse, ut tamen inchoatum tantum vel, si consummatum, saltem non probatum ab eo, qui fieri iusserat, privatim suscepti loco pervulgatum fuerit. Primum hoc suadet ambitus operis, in modum fere Iustinianorum codicum instituti: cuiusmodi amplissimi codicis conficiendi consilium pri- [617]

---

[1]) Quibus nunc accedit Mommsen. edit. ipsius p. 403—406. Is privato homini, qui sub Constantino scripserit, opus attribuit, §. 37. i. e. Valentiniani legem pro supplemento habens, quod multo post additum sit. Sed quod maxime eum movit, inscriptionum singularitas in Diocletiani et Constantini rescriptis, eius nos probabiliorem originem ostendisse nobis videmur.

[617] vatum aliquem potuisse capere tanto minorem habet verisimilitudinem, quod privatim excerpti iurisconsultorum loci an plenam fidem habituri essent in iudiciis recitati, admodum dubium videri debebat. Maiorisque capti spiritus, quam in privato auctore expectes, etiam illud indicium est, quod non tantum ex usitatis codicibus, sed etiam aliunde, ut vidimus, tracta sunt rescripta et rariores etiam ICtorum libri adhibiti. Eodem ducit omissa in rescriptis Codicis Gregoriani vel Hermogeniani mentio. Cur eos privatus homo taceret? In Collatione et Consultatione, quae sunt privatorum, ubique eos praescriptos invenimus: non item in Iustinianeo Codice; nam sub ipsius principis nomine promulgandus codex reapse non patiebatur aemulum alius eorundem fontium nomen codicis. Deinde opus aperte non unius hominis consilio regitur. Hoc prodit mira in excerpendo et componendo inconstantia. Leviora, velut vocabulum 'idem' et alias 'item' in novarum specierum exordio modo scriptum modo omissum et interdum eundem auctorem repetitum iam non moror. Eiusdem generis est, quod qui §§. 90—92. exscripsit, praeter librum etiam titulum, alius (§. 227.) rubricam diligenter notavit. Et ut illi loci ab alio profecti videntur, ita etiam rescripta in §§. 38—40. legibus Constantiniani aevi, quae antecedunt, adiecta. Sed et alium in titulis de donationibus et de cognitoribus componendis operam collocasse, praeter ea, quae singularia ex iis iam retuli, etiam hoc indicio est, quod is solus Ulpiani ad edictum editione usus est, cuius libri secundum partes edicti numerabantur (§. 266. collata cum §. 120. et eo, quod dixi supra p. 155 fin.) et mirum in modum constitutiones et iurisconsultorum locos miscuit, ut opinor, quod in libris de his materiis scriptis, quos adhibebat, ita invenerat,[1] dum in tit. ex empto et vendito et de usufructu constitutiones omnes separatim congregatac locos ex ICtis exscriptos vel sequuntur vel antecedunt, idemque etiam in titt. de re uxoria et de excusationibus, quos integros non habemus, factum esse opinari licet, nisi ii ex meris ICtorum sententiis compositi fuerint, priori tamen uno rescripto (§. 113.) propter argumenti similitudinem immisto. Ne illud quidem facile credas, eundem hominem §. 159 et 246., §. 185 et 240., §. 186 et 231., §. 183[a]. cum sequenti et 238., quae omnes idem continent, excerpsisse et in eodem titulo posuisse.

Haec cum ita sint, statuendum videtur, membranas Vaticanas aut reliquias esse eius codicis, quem simul cum
[618] constitutionum codice Theodosius adiuncto Valentiniani nomine a 429. L. 5. Th. C. de const. princ. (1, 1) fieri iussit

---

1) Puta vero, ibi propriis scriptoris verbis utrumque genus separatum fuisse.

(quae olim Wenckii fuit opinio), aut antea eosdem vel alios imperatores post a. tamen 372. simile quid molitos esse. Sed prius quo minus accipiamus, praeter alia prohibet, quod Theodosius illum alterum codicem ex 'tribus codicibus' et ICtorum scriptis componi ideoque ab iis, quibus totum opus curandum dabat, 'cum primum codicem nostrae scientiae et publicae auctoritati obtulerint', inchoari voluit; at Vaticanus liber quas habet leges novas, non epitomatas ex Theodosiano Codice, sed integras, ut iam diximus, refert. Alteri vero opinioni quid obstet, non video. Imo sunt, quibus confirmari videatur. Primum enim de altero illo codice, qui 'omni iuris diversitate exclusa magisterium vitae susciperet', tam breviter et quasi incidenter praecipitur, quam in re tam nova non potuisse videatur, nisi eiusdem modi operis iam consilium et experimentum aliquod extiterit. Item vero etiam expressa quaedam vestigia produnt. Qui enim imperator sine inepta quadam ταυτολογίᾳ dicere potuisset 'Ex his autem tribus codicibus et per singulos titulos cohaerentibus prudentium tractatibus et responsis n o s t e r erit alius, qui nullum errorem, nullas patietur ambages, qui n o s t r o n o m i n e n u n c u p a t u s, sequenda omnibus vitandaque monstrabit', nisi iam alius imperator et isto quidem tempore, ut in re recenti omnes etiam ex subobscura significatione, quo tenderet oratio, intellegere possent, talem codicem inani tamen experimento faciendum curasset? Sed et quae de codice conficiendo praecipit, eiusmodi sunt, ut iis non tam operi prorsus novo legem dicere, quam vitia iam ante oculos posita et (addere licet) nobis quoque in Vaticana sylloga conspicua notare et ne rursus committantur vetare videatur. Nam verbis illis 'per singulos titulos cohaerentibus prudentium tractatibus et responsis', nonne excerpturi ipsos antiquorum ICtorum libros ita adire iubentur, ut ex scriptis, ubi iam excerpta exstabant, uti fecerant tituli Vat. de cognitoribus et de donationibus compositores, vel etiam ex ipsa Vaticana collectione mutuari vetentur?[1] Item illa 'omni iuris diversitate exclusa', et 'nullum errorem', 'nullas ambages', licet aliquo modo etiam ad differentiam constitutionum codicis dicta esse credi possint, magis tamen Vaticanum corpus iis carpi videtur, et vetus ius abolitum (velut legis Cinciae) et novum miscens, et longis incerti iuris tractatibus velut de usufructu accrescendo et non resectarum legum ambagibus oneratum. Quid? quod Theodosius in const. de Th. C. auctoritate §. 3. cum collaudatis antea sui Codicis confecto- [619]

---

[1]) Sane aliter haec verba interpretatur Mommsen p. 403.; titulos intelligit trium codicum cohaerentes, tractatus non inter se cohaerentes, sed illis titulis argumento cognatos. Quod an rectius statuatur, alii iudicanto.

ribus, 'detersa, inquit, nube voluminum, in quibus multorum nihil explicantium aetates attritae sunt, compendiosam divalium constitutionum scientiam ex d. Constantini temporibus roboramus nulli post kal. Ian. concessa licentia ad forum . . . ius principale deferre . . . nisi ex his videlicet libris, qui in nostri nominis vocabulum transierunt' etc. primis illis verbis aperte demonstrat corpus aliquod iuris iam confectum Vaticani tam simile, ut ovum ovi non videatur similius; nam et multorum annorum fuisse hoc opus, quod multorum virorum susceptum consortio in tantam nubem voluminum excreverat, nemo non facile credet. Itaque ut plane dicam, quod sentio, cum summo desiderio purgandorum iuris fontium istius aevi homines tenerentur,[1] cui satisfaciendi aemulatione occidentis et orientis imperatores inter se certasse ipsa Valentiniani de responsis prudentium lex et Theodosii constitutionum codex argumento sunt,[2] vix dubito quin iam anterior imperator, velut Honorius[3] vel adeo prior Theodosius[4] primum de corpore iuris 'magisterium vitae suscipiente' cogitaverit, et post demum, cum iussum ab ipso vel alio opus, cuius reliquias Vaticanas tenemus, spem fefellisset, nec probato eo nec improbato (unde aliquamdiu tamen homines eo usi esse videntur), ut tamen aliquo
[620] modo iuris confusioni subveniretur, lex de auctoribus allegandis a Valentiniano emissa sit. Cui opinioni convenit primum patria Vaticani operis sine dubio occidentalis; eam enim evincunt, ut dudum docti viri viderunt, et ipse codex Vat.

[1]) Cuius documentum est incerti auctoris 'de rebus bellicis' opusculum, ubi c. ult. 'de legum vel iuris confusione purganda' (Notit. dignit. imp. Rom. ex ed. Labbaei Paris. 1651. p. 189.) 'Divina providenti', inquit, 'sacratissime imperator, domi forisque reip. praesidiis compositis, restat unum de tua serenitate remedium ad civilium curarum medicinam, ut confusas legum contrariasque sententias, improbitatis reiecto litigio, iudicio augustae dignationis illumines' etc. [2]) Accedit, quod Iustinianus initio const. Haec quae necessario de novo Codice faciendo auctor est, adeo multis retro principibus eiusmodi codicibus ius corrigere necessarium visum, nullum tamen rem ad exitum perducere ausum esse. [3]) Meminerimus, etiam Notitiam dignitatum utriusque imperii et libellum provinciarum imperantibus Arcadio et Honorio conscriptum esse. Unde hoc saltem probatur, quantae tunc curae imperatoribus fuerit, ut imperii administratio ad certam formam scriptis consignatam redigeretur. [4]) Ut quod in Chron. Idatiano vel Hispano (nec tamen in omnibus eius codd. mss.) legitur: 'Undecimo anno Theodosius regni sui (389) Romam cum filio Honorio ingressus, legesque Romanorum integra emendatione edidit' itemque a Claudiano in Rufin. 1, 56. significari videtur: 'Iustitia insultat, vitiisque a stirpe recisis, Elicit oppressas tenebroso e carcere leges', ad Vaticanum opus pertinere credi possit.

origine Bobiensis et praeterea legem Burgundionum continens, et ratio in hac collectione saepe Italiae et Hispaniae (velut §§. 134. 137. 138. 146. 147. 148. 187. 191. 192. 204. 205. 232—237. 247.) numquam orientis habita, et quod scripta (p. 691.) et rescripta orientalibus ignorata complura in ea adhibentur, a Graecis contra velut Modestini libris abstinetur. Deinde tota Valentiniani de scriptis ICtorum data lex ex hoc, quem posuimus, rerum nexu facilius explicatur, maxime quod ait 'Papiniani, Paulli, Gaii, Ulpiani atque Modestini scripta universa firmamus' et quod Gaio et omnibus quidem eius libris eadem quae ceteris auctoritas vindicatur. Scilicet iam abstinet imperator a 'codice iuris enucleati', praeter quem verisimile est, Gaii fuisse quaedam opera scholis reservata, et firmata omnium, quibus tunc uti solebant, iam vacillante auctoritate, etiam Modestini, quem quasi orientalem magis ICtum codicis compositores neglexerant, aliam interim medicinam iuris incertitudini affert sane multo faciliorem et in qua, ut eventus docuit, etiam Theodosio licet meliora sibi spondenti acquiescendum erat. Expresse vero abolita est illa Vaticani operis 'nubes voluminum' ea demum Theodosii constitutione, qua suum Codicem roboravit, verbis, quae supra retulimus.

Restat de editionibus pauca dicere. ** Post principem A. Maii editionem, duae tantum suis dotibus commendabiles paratae sunt, Buchholtziana a. 1828. et Hollwegiana a. 1833. Prior amplo commentario tam critico quam exegetico instructa, licet saepissime offendat vel superfluis vel nimis iuvenilibus, tamen etiam quaedam habet, quae bonae frugis sint. Altera, quae etiam in corpus iuris civ. anteiust. Bonnense migravit, et iudicii maturitate in textu constituendo et indicibus a Boeckingio confectis et specimine cod. Vatic. adiecto praestat. Quamobrem nostram editionem ad hanc referre visum est, Buchholtzii tantum, ubi intererat, ratione habita. In textu recognoscendo scio quidem, ut tuto ubique procedere possis, iteratam et accuratiorem codicis Vat. inspectionem magnopere desiderari. Sed etiam, dum eam desideramus, quaedam emendari vel rectius explicari et, quod hic maxime refert, suppleri posse arbitratus sum. Pertinet hoc inprimis ad folia illa bessarios vel trientarios versus continentia, quibus supplendis duplex subsidium editoribus suppetebat, alii libri scripti et ingenium. Quidam enim ex his locis etiam alibi, maxime in Iustiniani codicibus nobis servati sunt, unde sarciri deperdita poterant. Et hoc quidem genus locorum iam absolutum videri potest; certe unam [621] tantum §. 66. inveni, cui hoc modo auxilium ferri posset, a prioribus editoribus non animadversum. Ex ingenio aliquatenus supplendis hi iis tantum paginis animum adverterant, in quibus triens scripturae perierat: nec in his, quatenus restituere deperdita conati sunt, spatii et rei, de qua agitur,

ubique satis rationem habuerunt. Nos huic parti tantam operam navavimus, ut in his quidem paginis nullus amplius hiatus mentem vel oculos offendat. Sed et de ceteris desperandum non esse arbitrati, effecimus, ut cum §§. sexaginta octo essent (si recte numeravi), quae bessem scripturae perdiderant, tantum undecim mancae relictae sint, quae doctioris vel ingeniosioris opem exspectent. Ceterum in aestimandis huiusmodi supplementis ut ea, quae in totius operis praefatione dixi, animo recolas, iterum monitum te volo. Paragraphorum numeros non mutavi, licet quaedam aperto errore ita, ut nunc eduntur, distinctae sint. Ampliores autem §§. ut facilius citari possent, in partes distribui easque numeris uncinis inclusis insignivi. * * Haec asteriscis notata perfecta, ut putabam, mea editione ita disputaveram, cum nova Th. Mommseni editio affertur, cui inscriptum est: 'Codicis Vaticani n. 5766. in quo insunt iuris anteiustiniani fragmenta quae dicuntur Vaticana exemplum addita transcriptione notisque criticis ed. Th. Mommsen. Berol. 1860.' Qua editione etiam plus quam docti viri desiderare ausi erant, praestitum est. Iam enim habes Vaticani codicis non modo iteratam collationem, quam vocant, sed ut titulus non mendax praedicat, exemplum et paene simulacrum idque Mommseni consilio et arbitratu et Detlefseni scitissima opera accuratissime factum: cui accedit nova textus recensio multis emendationibus et supplementis conspicua, et de codice et ipsa sylloga Vaticana subtilis disquisitio, cuius in hac praefatione iam aliquoties rationem habuimus. Itaque hac editione si ab initio uti licuisset, ad eam ut omnes, quae deinceps unquam fient, etiam hanc meam accommodandam fuisse, non est quod dicam. Post accepta, cum totum opus de integro occipiendi otium non sufficeret, tamen retractandi eius necessitatem mihi imposuit: in quo quantum mihi profuerit iam datum certum fundamentum et ipsius Mommseni de dubiis locis iudicium, quanquam, ut fit, non ubique convenerimus, et ipse scio nec lectorem latebit. Ab eodem vero excusationem me habiturum spero, si aequabilitatem rerum notandarum in opere quasi bis suscepto interdum desideraverit. Denique de signis, quibus in notis usus sum, moneo, *V.* designare codicem Vaticanum, *Vat.* eundem codicem a Maio et Blumio inspectum et relatum, *V*[d]. Detlefseni apographum.

[*Desunt paginae octoginta.*]

EX EMPTO ET VENDITO.

[1]60.b. *PAVL. L. VIII. AD SAB. (?)* **1.**[1] . . . *Qui a muliere* | sine tutoris auctoritate sciens rem mancipi emit, uel falso tutore auctore, quem sciit non esse, non uidetur bona fide emisse. itaque et ueteres putant, et Sabinus et Cassius scribunt. Labeo quidem putabat, nec pro emptore eum possidere, sed pro possessore; Proculus et Celsus, pro emptore, quod est uerius: nam et fructus suos facit, quia scilicet uoluntate dominae percipit; et mulier sine tutoris auctoritate possessionem alienare potest: Iulianus, propter Rutilianam constitutionem[2] eum, qui pretium mulieri dedisset, etiam usucapere; et si ante usucapionem offerat mulier pecuniam, desinere eum usucapere. [622]

PAP. LIB. III. RESP. **2.** [3]Papinianus[4] libro III. Responsorum. Usur*a*e uenditori post traditam possessionem arbitrio iudicis praestantur; ante traditam autem possessionem emptori quoque fructus rei uice mutua praeberi necesse est: in neutro mora considerabitur.

3. [5]Venditor, qui legem commissoriam exercere noluit, ob residuum pretium iudicio uenditi recte agit; quo secuto, legi renuntiatum uidetur.

---

[1]) *Fortasse idem locus tantumque iuri Iustiniano accommodatus est L.* 27. *D. de contr. empt.* (18, 1), *ex Paulli lib. VIII. ad Sabinum desumpta. De nostro cf. Zeitschr. f. Civ. u. Proc. N. F. XIV. p.* 20. *Labeonem movisse videtur, quod mulier ex empto non tenetur* (*Gai.* 1, 192) *sicut furiosus: aut quod viro ab uxore donatum non pro donato possidetur. sed utraque causa dissimilis est. Ceterum cf. L.* 13. §. 2. *D. de Public.* (6, 2). *L.* 28. *D. de nox. act.* (9, 4). [2]) *Cf. Valer. Max.* 2, 9, 1. [3]) *Cf. Paul. S. R.* 2, 17. §. 9. *L.* 13. §§. 20. 21. *D. de act. empt.* (19, 1). *L.* 5. *C. eod.* (4, 49). *L.* 2. *C. de usur.* (4, 32). [4]) P. *V. i. e. Papinianus* (*non Paullus, L.* 18. §. 1. *D. de usur.* 22, 1). [5]) *Cf. L.* 7. *D. de l. comm.* (18, 3). *L.* 38 *pr. D. de minor.* (4, 4).

[623] **4.** [1]Qui die transacto legem commissoriam exercere *uo*luit,[2] postea uariare non potest.

5. [3]Aede sacra terr*ae* motu diruta, locus aedificii non est profanus, et ideo uenire non potest.

6. [4]Mulier seruam ea lege uendidit, ut si rediss*et* in eam ciuitatem, unde placuit exportari, manus iniectio esset. Manente uinculo seruitutis si redierit, quae uendidit, manum iniciet, et ex iure concesso mancipium a*b*ducet. post manumissionem autem si redierit, in perpetuam seruitutem sub eadem lege publice distrahetur, quae uendidit, si manum iniecerit non liberatae, mancipium retinere poterit ac manumittere. adimi quippe libertatem et publice uenditionem fieri placuit propter pericula uenditorum, 'quae uel[5] metuentes ut seruis suis offensam ita 'et[6] duritiam possunt p*ae*nitendo remittere.[7]

7. [8]*Quo* minus possessio rei uenditae tradatur empti iudicio, decem annorum praescriptione non inpeditur.

8. [9]Euictione ci*t*r*a* dolum emptoris et iudicis iniuriam secuta, duplum ex empti iudicio secundum legem contractus praestabitur.

---

[1]) *Cf. L.* 4. §. 2. *D. de l. comm.* (18, 3). *L.* 4. *C. de pact. int. empt.* (4, 54). [2]) *Ex Hollweg. cj. propter L.* 4. §. 2. *cit.* noluit *Vat. edd.* [3]) *Est L.* 73 *pr. D. de contr. empt.* (18, 1). *Cf. L.* 6. §. 3. *D. de divis. rer.* (1, 8). §. 8. *I. eod.* (2, 1). *Cic. Phil.* 9, 6. *Plin. ep.* 10, 24 (76). *Ceterum* pap. lib. III. resp., *quod initio minusculis litteris non corrector sed possessor codicis in spatio vacuo addidit, ut significaret, eiusdem ICti ex eodem libro novum lemma, licet non, ut alias, cum novo versu incipere, omisi.* [4]) *Cf. L.* 1. 2. *C. de serv. exp.* (4, 55). *L.* 1. 9. *D. eod.* (18, 7). [5]) *Sic* q̃ũ *V*[d] *non* q̃u = quamuis (*Hollw.*). *Itaque fere sola transpositione vocularum* ita, *quae in Vat. post* uenditionem, *et* ut, *quae ibi post* placuit *legitur, locum vexatissimum vere sanari nunc demum vidi. Nam et sic menti Papiniani, cuius non verba sed sententiam Ulpianus L.* 1. *D. cit. refert, plane satisfit: non obstare manumissioni lege ademtam libertatem et iussam publicam venditionem, quoniam id non reip. sed domini causa sancitum sit.* [6]) u *V*[d] (*natum ex* et) *non* ũ = uel *edd. duritia est lex dura in venditione servo imposita et lege publica exasperata.* [7]) uenditionem ita fieri placuit ut *lex custodiatur* p. p. uenditorum, qu*i* uel m. seruis s. offensam uel duritiam possu*nt* p. r. *ed. Momms.* u. ita f. p. ut propter p. uenditores *quondam* m. s. s. o. u. d. poss*int* p. r. *edd. meae* 1. 2. [8]) *Cf. L.* 21. *C. de evict.* (8, 45.) *L.* 5. *C. quib. n. obiic.* (7, 35). [9]) *Cf. L.* 31. §. 20. *D. de aedil. ed.* (21, 1). *L.* 2. 51 *pr. D. de evict.* (21, 2).

9. [1]Creditor a debitore pignus recte emit, siue in exordio contractus ita conuenit, siue postea. Nec incerti pretii uendi- [624] tio uidebitur, si conuenerit, ut pecunia fenoris non soluta creditor iure empti dominium retineat, cum sortis et usurarum quantitas ad diem soluendae pecuniae praestitutam certa sit. |

[2]60. a. **10.** [2]Iniquam sententiam 'euictae rei[3] periculum uenditoris non spectare placuit, neque stipulationem auctoritatis committere.

11. [4]Conuenit, ad diem pretio non soluto, uenditori alterum tantum praestari. quod 'usuram[5] centesimam excedit, in fraudem iuris uidetur additum. Diuersa causa est commissoriae legis, cum in ea specie non faenus inlicitum exerceatur, sed lex 'contractui[6] non inprobabilis dicatur.

12. [7]Ante pretium solutum dominii quaestione mota, pretium emptor restituere non cogetur, 'nisi[8] maximi fideiussores euictionis offerantur, tametsi ignorans possidere coeperit; nam usucapio frustra conplebitur anticipata lite. nec oportet euictionis securitatem praestari, cum in ipso contractus limine domini*i* periculum immineat.[9]

---

1) *Cf. L.* 12 *pr. D. de distr. pign.* (20, 5). *L.* 16. §. 9. *D. de pign.* (20, 1). *Dernburg Pfandrecht II. p.* 282. 2) *Cf.* §. 8. *L.* 51 *pr. D. de evict.* (21, 2). *L.* 8. *C. eod.* (8, 45). 3) *Hic quoque genitivus pendet a* periculum. 4) *Ad sensum refertur hoc Pap. responsum in L.* 13. §. 26. *D. de act. empti* (19, 1). 5) *Dig.* usurarum *Vat. Hollw. Momms. edd.* 6) *Dig.* contractus *Vat. edd. Hollw. Momms. De lege commissoria cf. L.* 4. §. 1. *D. de l. comm.* (18, 3). 7) *Exstat prior pars L.* 18. §. 1. *D. de peric. et comm.* (18, 6). *Cf. L.* 24. *C. de evict.* (8, 45). 8) *Ex Dig.* tametsi *Vat. edd., quod non dubito, quin librarius ex margine, cum postea ante* ignorans *esset restituendum (quod fecimus), ubi item coniunctio exciderat (nam* cum *ibi librarius, ubi sequens* nam *desiderabat* tametsi, *ex arbitrio et per se inepte superposuit), huc male intruserit, ubi nota vocis* nisi, *sequenti* m *simillima, exciderat; aliud enim Papiniano placuisse, quam L.* 18. *cit. eum dixisse refert, vel Iustinianum haec mutavisse, cum aliis ex causis tum ob L.* 24. *C. cit. vix credibile est. Maximos fideiussores intellige evidentissime locupletes. L.* 5. §. 1. *D. qui satisd.* (2, 8). maxime (*pro* maximi) *Momms. ed.* 9) *Haec verba, quae ex Vat. lectione admodum frigent, nunc sic intellige: quodsi in ipso contractus limine, i. e. non ante pretium solutum, sed iam antequam res tradita est (et ita quidem, ut in lite de possessione emptor potior sit L.* 11. §. 13. *D. de act. empt.* 19, 1), *alieni dominii periculum immineat, tum nec satis-*

[625] **13.** [1]Venditor si per conlusionem imaginarium colonum emptoris decipiendi causa subposuit, ex empto tenebitur. nec idcirco recte defenditur, si, quo facilius excogitatam fraudem 'retine*a*t, et[2] colonum, et quinque annorum mercedes in fidem suam recipiat: alioquin si bona fide locauit, suspectus non erit.[3]

14. [4]Lege uenditionis inempto praedio facto, fructus interea perceptos iudicio uenditi restitui placuit, quoniam eo iure contractum in exordio uidetur: sicuti in pecunia, quanto minoris uenierit, ad diem pretio non soluto. Cui non est contrarium iudicium ab aedilibus in factum de reciperando pretio, mancipio 'red*hib*it*o*,[5] quia 'displicuisse*t*, proposit*um*;[6] quod non erit necessarium, si eadem lege contractum ostendatur.

15. [7]Fructus pendentes, etsi maturi fuerunt, si eos uenditor post uenditionem ante diem soluendi pretii percepit, emptori restituendos esse conuenit, si non aliud inter contrahentes placuit.[8]

16 [9]Vino mutato, periculum emptorem spectat, quamuis ante diem pretii soluendi uel 'condicionem emptionis inplet*am*[10] id euenerit. quodsi mile amphoras certo pretio, corpore non demonstrato uini, uendidit, nullum emptoris interea periculum erit.

17. [11]Euictis '*a*g*r*is,[12] quanti emptoris interest, iudicio

---

dationi locus est, ut emptor ad pretium solvendum cogatur. Nec me movet, quod impp. in L. 24. *C. cit. verba 'in ipso contractus limine' parum caute latiori sensu acceperunt, qui Papiniano non erat affingendus.* 1) *Cf. L.* 49. *D. de act. empti* (19, 1), *Hermogeniani locus, ex nostro in epitomen redactus.* 2) retineret *Vat. edd. Hollw. Momms.* retineat *Buchh.* et colonum *intellige: et colonum verum esse.* 3) *i. e. accipi fideiussio oblata utiliter poterit.* 4) *Cf. L.* 6. §. 1. *D. de contr. empt.* (18, 1). *L.* 4. §. 2. *D. de l. comm.* (18, 3). 5) redditur *Vat.* reddito *Niebuhr. et aliorum cj. Sed vid. L.* 31. §. 17. *D. de aed. ed.* (21, 1). 6) displicuisse proponitur *Vat. Plerique cj.:* displicuisset, proponitur, *antea post* contrarium *inserentes* quod. — *quod* iud. ab a. i. f. d. r. p. mancipi*i* redditur q. displicuisse proponitur *ed. Momms.* 7) *Cf. L.* 13. §. 10. *D. de act. empt.* (19, 1). 8) conuenit *et* placuit *ex Hollw. cj. transponit ed. Momms.* 9) *Cf. L.* 1 *pr. L.* 4. §. 1. *L.* 8 *pr. D. de peric. et comm.* (18, 6). *L.* 2. *C. eod.* (4, 48). 10) *Ex Maii cj.* condicione emptionis impleta *Vat. ed. Hollw.* 11) *Est L.* 18 *pr. D. de usur.* (22, 1), *male ibi Paullo (pro Papiniano) tributa.* 12) agris *Vat. ed. Hollw.*

empti lis aestimatur. quodsi ab initio conuenit, ut uenditor pretium restitueret, usurae quoque post euictionem praesta- [626] buntur, quamuis emptor post dominii litem 'inchoat*am* fructu*s*[1] aduersario restituat. nam incommodum medii temporis damnum emptoris est. |

[*Desunt paginae duodecim.*]

[3]61. b. ⅓ pr. VALER. ET GALLIENVS. **18.** [2] *Valerianus et Gallienus Augg. . . . . Licet creditor res sibi fiduciae datas mala fide uendiderit, si tamen secundum ius in* faci*enda uenditione uersatus est, non debent emptores* inquietari, sed actione fidu*ciae aduersus creditorem agendum est . . . .* Valeriano III. et *Gallieno II. conss.*[3]

GALLIENVS. **19.** [4]Gallienus Aug. . . . . *Pignoris hypothecaeue iure res hereditariae* pupillorum a credit*oribus paternis distractae iure uindi*cari nullo possunt. Si igitur abs*it dolus, praesidi, a quo pupilli nisi causa cog*nita contra uenditionem a cr*editore factam in integrum restitui non possunt, confide*, qui inquietari te in possess*ione rei emptae non patietur* . . . . *Saeculari* II. et Donato conss.[5]

INCERT. IMP. **20.** . . . . 'per Iulium Me*n*ofilum spe*ctabilem uirum*[6] . . . auxilium non potest denega*ri* . . . . . . *pe*cuniam creditoribus s . . . . . . habere non potuit in poss . . . . . . et usurarum, quia in commun . . . . . . kal. Iuliis. Viminaci*i* . . . . . .

GALLIENVS. **21.** Gallienus Aug. . . . . [7]*Nondum damnati ab eo, cui ius est, res a procuratore alie*nandae non sunt. Aditus ita*que praeses prouinciae si hoc in te factum cognouerit, inter*cedente '*eius*[8] iussione, qui *res tuas distraxit, eas tibi restitui curabit.* PP. VIIII. kal. Nou. Pa*tauii* . . . .

DIOCL. ET MAXIM. **22.** [9]Diocletianus et Max*imianus AA. Plotio. Si deserta praedia, ob* cessationem collatio*num uel reliqua tributorum* [627]

---

1) *Dig.* inchoatum fructum *Vat.* inchoat*am* fructum *edd. Hollw. et Momms.* 2) *Ad sensum et spatiorum mensuram restitui. Cf. L.* 1—5. *C. si vend. pign. ag.* (8, 36). — facin*orosos* (*pro* faci*enda*) *ed. Momms.* 3) *a.* 255. 4) *Similiter restitui* (*aliter Mommsenus*). *Cf. LL. cit. L.* 1. 2. *C. si adv. vend. pign.* (2, 29). *L.* 38 *pr. D. de minor.* (4, 4). 5) *a.* 260. 6) *Sic egregie Momms.* periulmino 'filium spe *Vat.* 7) *Ad sensum restitui. Cf. L.* 1. 3. *C. ubi caus. fisc.* (3, 26). 8) *Ex Mai. cj.* e (*pro* e') iussione *Vat. edd.*
9) *Partem priorem esse L.* 2. *C. si propt. publ.* (4, 46), *quibusdam resectis, Hollw. vidit. Restitui, iis, quae resecta sunt, ex versuum mensura aestimatis.*

ex permissu praesidis distracta, '*sin*cera[1] fide conparasti, 'ea[2] uen*ditio ob sollennes praestationes ex necessitate* facta conuelli non *debet.*[3] . . . .

23. [4]Diocletianus et '(*Maximianus*) Au*gg.* Leo*ntio.*[5] *Cum speciem uenditam uio*lentia ignis, qui nunc 'per pom*erium sacrae urbis grassatus est,*[6] *absump*tam dicas, si uenditio*nem nulla condicio suspenderat*, *amissae rei periculum* te non adstringet. PP. . . . . . .

24. Diocletianus 'Claudia*no*[7] . . . *Utrum ob culpam aliquam uenditoris tibi* emptori indemnita*s eo nomine praestanda sit*, *quod quam scribis* possessionem uenditam esse, 'co*etus*[8] *hominum ingressus est et deuastauit*, ex qualitate rei perdoc*tus praeses prouinciae aestimabit. Diocletiano Aug.* II. et Aristob*olo conss.*[9] |

25. [10]*Gallienus Aug. . . . Eum, qui iure emphyteu*tico possessionem pa*ratam recte tenuit, ex ea detrudi non posse* *a*b aliquo directi iuris emp*tore, indubitati iuris est. . . . Gallieno* V. et Faustino conss.[11] 61.a.[4] ⅓ PO. GALLIENVS.

26. [12] . . . *Si te extremis quondam* necessitatibus urguentibus pater *sanguinolentum uendidit*, *secundum id*, *quod* '*d*iuis[13] parentibus placuit, *dato pretio*, *quo uales, uel alio mancipio ei*, *in cuius* familia longa aetate *degisti*, *potes redimi: quo morante adi et rem doc*e praefectum urbi, uirum claris- INCERT. IMP.
[628] simum. PP. II. kal. . . . . . . conss.

27. . . . . [14]*Ne possit per nutritorem tuu*m Fortunatum

---

[1]) *C. I.* uera *Vat. edd. Hollw. Momms.* [2]) *Om. I. C.* et *Vat. edd. Hollw. Momms.* [3]) *Subscriptio in I. C. desideratur.* [4]) *Est, paucis omissis, L.* 5. *C. de peric. et comm.* (4, 48) *Hollw.* [5]) *Scripsi;* diocl. et aurel. *V*d. Diocletianus et *Maximianus AA. Leontio ed. Hollw.* Diocletianus Aure*lio Leontio ed. Momms. Sed de nota* dioclet = Diocletianus *in Vat. non constat.* [6]) *Restituit Momms.* [7]) Claudia*e vel* Claudia*no Buchh. cj. Sequentia ad sensum restitui.* [8]) coe *Vat.* coc *vel* cog *vel* com *V*d. *Ergo fortasse:* com*militiones eius ingressi sunt et deuastarunt.* [9]) *a.* 285. [10]) *Ad sensum restitui. — Si in Vat. est* ntico (*X*antico. Possessionem pa*ternam ed. Momms.*), *restitue: 'Qui emphyteuticam a possessore* antico possessionem pa*ratam' etc.* [11]) *a.* 262. [12]) *Sensum restituendo significavi. Cf. Paul. S. R.* 5, 1. §. 1. *L. un. Th. C. de his, qui sanguin.* (5, 8), *infra* §. 34. [13]) uiuis *edd.* [14]) *Restitui. Cf. tit. C. de patrib. qui fil.* (4, 43). *L.* 1. *C. de lib. causa* (7, 16).

militem, *cui a patre infans uenditus es, ingenuitati tuae* controuersia moueri, consti*tutionibus principum cautum est.* . . . . *i*pso Aug. III. consule.[1]

ALEXANDER. 28. *Alexander Aug. . . .* [2]*Si tibi certae personae* uendendarum possessionum *uel oppignerandarum mandatum a domino datum est, ali*i neque alienare eas, neque *pignori hypothecaeue dare recte potuisti. A*gricola et Clementino conss.[3]

INCERT. IMP. 29. . . . [4]*Praediorum minoris quondam* Sabiniani non oportuit post interpo*situm decretum a curatoribus factam uenditionem in dubium uo*cari. 'praepropere[5] igitur procurator *meus propter debita, quae Sabinianus contraxit ex actu* rationis meae, possessiones *illas inquietauit: quarum cum ad te transierit domini*um, nec emptor ignora*bit, se tutum fore, rem edocto praeside prouinciae, a quo* ordine audietur. PP. kal. . . . . .

AVRELIANVS. 30. [6]*Aurelianus Aug. . . . Si praedii, de quo controuersia est inter* '*u*os, ita[7] in possessione fuisti, *ut proponis, et ab eo, cui id uendidisti, ui ex eo d*eiectus inueniris, is erit *interdicti euentus, ut restituare, quem praeses prouinciae* u. c. pro sua aequitate ad effec*tum perducere non cunctabitur . . . . . Au*reliano et Basso conss.[8]

INCERT. IMP. 31. . . . . *cari*ssime nobis. Tenes tu quidem . . . . . . dissime et lites dirimis . . . . . . tum statutis tuis non cu . . . . . . e incipient discedere . . . . . . *di*uersum euentum 'sae-[9] . . . . . . litigabatur, insidunt par . . . . . . u et interpretationem diuersam . . . . . . est, non censui: quasi uero in ea |

[*Aliquot paginae desunt.*]

[5]58.b. CONST. ET LICINIVS. 32. . . . aditus competens iudex, considerato tutelae iudicio, eam curabit ferre sententiam, quam agnitam legibus esse prouiderit. PP. IIII. kal. Sept. Constantino et Licinio Augg. II. [629] conss.[10]

33. (*Iidem*)[11] Aug. et Caess. Rutiliae Primae. Ingenuos

---

[1]) *a.* 220? 229? 248? 251? [2]) *Sequentia ad sensum restitui.* [3]) *a.* 230. [4]) *Quae sequuntur, ad sensum restitui. Emtor praediorum, qui rursus alii vendiderat, libellum imperatori dederat.* [5]) *Momms. ed. ex* V^d. praeponere *edd. ceterae ex Vat.* [6]) *Ad sententiam restitui.* [7]) posita *edd.* ..osita *ed. Momms.* [8]) *a.* 271. [9]) sententiae (*quasi nota explicata*) *ed. Momms.* [10]) *a.* 312. [11]) *Supplevi. Sunt sc. Constantinus et Licinius. Caesares perperam adscriptos esse, Momms. animadvertit p.* 405.

progenitos seruitutis adfligi dispendiis minime oportere, etiam nostri temporis tranquillitate sancitur; nec sub obtentu initae uenditionis inlicitae decet ingenuitatem infringi. quare iudicem competentem adire par est, qui in liberali causa ea faciet conpleri, quae in huiuscemodi contentionibus ordinari consuerunt, secundum iudiciariam disciplinam partibus audientiam praebiturus. PP. idib. Aug. Romae, Constantino et Licinio Aug. IIII. conss.[1]

34. (*Iidem*)[11] Augg. et Caess. Fl. 'Aprillae. Cum profitearis, te certa quantitate mancipium ex sanguine conparasse, cuius pretium te exsoluisse dicis et instrumentis esse firmatum: 'quia[2] a nobis iam olim praescriptum est,[3] quod, si (*uenditor*)[4] uoluerit liberum suum legitimum reciperare, tunc in eius locum mancipium domino daret, aut pretium, quo ualuisset,[5] numeraret: etiam '*mancipii*[6] a suis parentibus certo pretio 'conparati (*ita*)[7] ius dominii 'possidere te[8] existimamus. nullum autem ex gentilibus[9] liberum adprobari licet. Su*b*scripta XII. kal. 'Aug. Constantino (*et Licinio*) Augg.[10] III. conss.[11]

35. (*Iidem*) Augg. et Caess. (**1.**) Nulla uerecundiae uel quietis mora '*nec*[12] quolibet interuallo cunctandi passim nunc singuli, modo populi, proruentes 'in nostr*i* o*ris* obtutus,[13] sic
[630] uniformes querelas i*is*dem fere sermocinationibus uolutarunt, ut nec interpellantium 'cre*br*i*tati[14] ualeret occurri, nec allega-

---

[1]) *a.* 315. [2]) h' = hoc *Vat. edd. Sed suspicor olim fuisse* q́ = qui *pro* h' *accedente geminanda* a = quia. [3]) *Puta L.* 2. *C. de patr. q. fil.* (4, 43). *Cf. L. un. Th. C. de his, qui sangu.* (5, 8) *et* §. 26. [4]) *Supplevi. Excidit* ūditor *ob sequens simile* uoluer- — (*quis*) *edd.* 1. 2. [5]) *i. e. aestimatum esset; cf. L.* 2 *cit.* [6]) n̄ (= nunc) si *Vat. edd. sed factum id puto ex* ¯ci(pi), *cum insipide imperator dicat, id quod olim constituerat, etiam nunc se velle.* [7]) conparasti *Vat. edd. Intellige, ita ut venditori id redimere liceat.* [8]) *V*[d]. te possidere *ed. Hollw.* [9]) *i. e. barbaris imperii accolis. Cf. L. un. Th. C. de nupt. gentil.* (3, 14). *Constantin. Porphyr. de adm. imp. c.* 12. [10]) *Supplevi.* augg. constantino aug. *Vat.* [11]) *a.* 313. [12]) uel *Vat. edd. nota* n *pro* u *accepta.* [13]) in nostros in obtutus *Vat.* in nostros obtutus *Hollw. Momms. edd. — Factum hoc videtur, cum Constantinus anni* 313. *initio Roma Mediolanum proficisceretur, et Mediolani.* [14]) *Ex Buchh. cj.* credulitati *Vat. edd. unde possis tentare* sedulitati.

tionum qualitas disparari, parens carissime atque amantissime *nobis*.[1] Pari siquidem exemplo uociferationibus 'consu*tis*[2] multitudines memora*r*unt, non iuste res suas esse diuenditas; aliis possidentibus, se fiscalia luere: frequenti denique obsecratione delata remedium cupiuerunt. (2.) His sumus ualde permoti, uerentes, ne alicuius 'callidi *ar*tibus[3] auersabili[4] emolumento persuasi res suas uenderent sine censu, ac post subsidia nostrae mansuetudinis precarentur, itaque 'uersutis[5] calliditatis commenta miscentibus, dum ins*idi*arum fallentium non suspicamur arcana, pro innocentiae nostrae natura ceteros aestimantes, detrimento census 'nocent*es*[6] leuaremus. (3.) Has fraudes, hos dolos, istas argutias lege prohibemus, constitutione ex*c*ludi*mus*: et idcireo iustae prouidentiae consulta deliberatione sancimus,[7] ut omnino qui conparat, 'rei conparatae ius cognoscat et censum,[8] neque liceat alicui rem sine censu
[6]58.a.'uel[9] conparare uel uendere. (4.) In|spectio autem public*a* uel fiscalis esse debebit, hac lege, *ut* si aliquid sine censu uenierit, et post ab aliquo 'defer*a*tur,[10] uenditor quidem possessionem, conparator uero id, quod dedit, pretium fisco uindicante deperdat. (5.) Id etiam uolumus omnibus intimari, nostrae clementiae placuisse, neminem debere ad uenditionem rei cuius- [631]
libet adfectare et accedere, nisi eo tempore, quo inter uenditorem et emptorem contractus sollemniter explicatur, certa et uera proprietas uicinis praesentibus demonstretur; usque eo

---

[1]) *Solennis praefectum praet. alloquendi formula* (*cf. subscriptionem*). *'nobis' debetur Mommseno.* [2]) *Ut dicuntur doli consuti et sutelae.* consules *Vat. ed. Hollw.* consertis *ed. Momms.* [3]) calliditatibus *Vat. edd. Eundem intellige callidum, quem iam significaverant pari exemplo querentibus vociferationes consuisse.* [4]) aduersabili *Vat. edd.* (*praeter Momms.*). *Emolumentum est ostensum iis lucrum, quod nec emptor ex pacto nec venditor ab impp. levatus tributa pensitaturus esset.* [5]) *Ex Momms. cj.* uersutiis *Vat.* [6]) *Ita et Momms. ed.* nocentis *Vat. ed. Hollw.* [7]) *Hinc incipit epitome huius legis in L.* 2. *Th. C. de contrah. empt.* (3, 1) *a.* 337. *in oriente promulgata, cuius prima verba etiam Tribonianus assuit alii constitutioni a.* 319. *L.* 2. *C.* (*L.* 1. *Th. C.* 11, 3) *sine censu v. reliquis* (4, 47). [8]) censum rei comparatae cognoscat *Th. C.* censum rei comparatae agnoscere *I. C. Unde fortasse leg.:* c. (cum) re conparata eius agnoscat et censum (*scilicet nota* c. *transposita*). [9]) *Th. C. et ipse V*[d]. [10]) deferetur *Th. C.* deferretur *Vat.*

legis istius cautione currente, ut etiamsi 'subsec*iu*a[1] uel, ut uulgo aiunt, scamna uendantur, horum uendendae[2] proprietatis probatio conplc*a*tur. (6.) Hinc etenim iurgia multa nascuntur, hinc proprietatis iura temerantur, hinc dominiis uetustissimis molestia conparatur, cum caecitate praepropera, et rei inquisitio*ne* neglecta, luce ueritatis omissa, nec perpetuitate cogitata dominii, iuris ratione postposita, ad rei conparationem accedunt, omissis '(*his*)[3] omnibus, dissimulatis atque neglectis, id properant a*t*que festinant, ut quoquo modo cuniculis nescio quibus inter emptorem et uenditorem sollemnia celebrentur: cum longe sit melius, sicuti diximus, ut 'luce[4] ueritatis, 'fidei[5], testimonio, publica uoce, subclamationibus populi idoneus uenditor adprobetur, quo sic felix conparator a*t*que securus aeuo diuturno persistat. quod pro quiete totius successionis eloquimur, ne forte, (*cum*)[6] aliquis uenditor suum esse dicat, quod esse constat alienum, 'ita[7] conparator, malo uenditore deterior, incautus et credulus, cum testificantibus uicinis omnia debeat quaerere, ab uniuersorum disquisitione dissimulet, 'quem[8] sic oporteat agere, ut nec illud debeat requiri, quod ex iure dicitur 'si a domino res uendita sit.'[9] (7.) Ita ergo uenditionum omnium est tractanda sollemnitas, ut fallax illa et fraudulenta uenditio paenitus sepulta depereat. Cui legi deinceps cuncti parere debebunt, ut omnia diligenti circumspectione quaesita per uniuersas successiones tuto decurrant, neque aliquem ex improuidentia casum malignae 'captioni*s* *h*orrescant.[10] Dat. IIII. kal. Sep. 'a PF. P.[11] ad correctorem

---

[1]) *i. e. 'steriles agri'. Cf. Du Cange s. v.* subsellia *Vat. edd. Sed tantum de soli rebus impp. cavent.* [2]) hostendendae *V*[d]. *ed. Momms. pro* hor'uendendae *puto.* ostendendae *edd. meae* 1. 2.
[3]) *Geminando supplevi. sed et malim* c'(um) missis *pro* omissis. [4]) lucem *Vat. ed. Hollw.* [5]) *Malim* fideli. [6]) *Nunc supplevi* c' *post* fort-e. [7]) *Vat.* i*d*q*ue Momms. ed.* ita*que edd. meae* 1. 2. alienum. Ita *interpungunt edd.* [8]) *V*[d]. *ed. Momms.* quoniam *Vat. ceterae edd.* [9]) *Qua allegatione adversarius empti titulo confisum actorem dominium auctoris probare cogebat.* [10]) captiones orr̄cant *V*[d]. captionis orrescant *ed. Momms.* captiones obruant *ed. Hollw.* [11]) apff. *Vat. Recte interpretatur Hollw., hoc exemplar esse constitutionis* a PraeFecto Praetorio (Aquileia IIII. kal. Sept.) *ad correctorem Piceni transmissum (et ab eo* XIIII. kal. Oct. Albae acceptum). *De subscriptione L.* 2. *Th. C. not.* 7 *p. pr. cit. cf. Wenck.*

Piceni Aquileia. Accepta XIIII. kal. Oct. Albae. Constantino [632] et (*Licinio*) Aug. III. conss.[1]

36. (*Iidem*) [2]Augg. et Caess. Basso. Valentinus perfidiam et 'de illo[3] maxime queritur, quia a tutore processit, a quo aliquid in fortunas suas perniciosissimum proficisci minime omnium decebat. Exuperantius, uir clarissimus, si tantum auunculus Valentino esset, nequaquam in Valentinum peccare deberet, qui 'nunc | [4]

[*Quattuor aut octo paginae desunt.*]

[6]63.b. ⅓ *pr.* *VALENTIN. VALENS GRAT.* **37.**[5] .. uidelicet 'iactando, numquam[6] . . . . . . fiduciam sibi esse seruatam . . . . . . obnoxia comparator accedi*t* . . . . . num. proinde posthac saltim . . . . . . fraudesque talia dis- semina . . . . . . *eradi*centur, nullus aditus fictis c . . . . . . dolis relinquatur ingenui . . . . . . [7]*Igitur quod* ad prouincialium preces dudum est con*stitutum, ne his, qui praestationi*b*us fiscalibus differrent* satisfacere uel nollent, pub*lica reliquorum laxitas proueniret uel* summa releuaret*ur*, iam nunc *id ipsum a fraudibus munientes constituimus per*spicue lege sancire, ut quaecumque *pro reliquis prodigorum in annonario titulo ceterisue* fiscalibus debitis luxu ac ne*quitia 'ad egestatem perductorum hominum*[8] *in* fundis atque mancipiis uel in quibus*cumque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco* auctore uendantur, et ut perpetu*i penes eos sint iure dominii, quibus res huius*cemodi sub hastae sollemni*s arbitrio fiscus addixerit* . . . . . . in his utitur uenditoris, quae ob d . . . . . . gi uel permissu iudicum distr*a* . . . . . . emolu- [633]

---

1) *a.* 313. 2) *Cf. ad* §. 33 *init.* 3) *Haec verba, quae Vat. et Hollw. ed. post* quia *habent, huc suo loco restitui. Sic et Momms.* 4) *V*[d]. *ed. Momms.* non *Vat.* 5) *Pars huius const. exstat in L.* 1. *Th. C. de fide et iur. hastae* (10, 17) = *L.* 5. *C. eod.* (10, 3) *sub inscr.: 'Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Vicentium Pf. P. Galliarum', unde quaedam ab edd. suppleri potuerunt.* 6) *V*[d]. *ed. Momms.* acta non donum quam *Vat.*
7) *Quae sequuntur, videntur spectare Constantini const. in L.* 4. *Th. C. de exact.* (11, 7), *unde proximos versus ad sententiam restitui.* 8) *Supplevi. Apparet, etiam antea* prodigorum *esse vulgari sensu 'decoctorum', non, ut I. Gothofredus nullo exemplo interpretatus erat, 'rerum quae prodigantur'. Cf. postea* penes perditos maneant . . . . ignauorum . . . . . luxuriam ferre debemus . . . . . per somnum et gulam atque lasciuiam.

menta malle, quam debita n . . . . . . penes perditos maneant sib . . . . . . nere contractuum ’tergiuersatio nu[1] . . . . . . interpretationis insidias pertimesc . . . . . . talis accesserit ignauorum . . . . . .[2] *Si quid* umquam quo (*a*) fisco facta uenditio *possit infringi*, *auctoritate rescripti fuerit impetratum*, his, quae contra utilitatem prouisionis *huius rescripta sunt*, *nullus obtemperet*, magisque obreptiui praerogati . . . . latur, cum haec sit commissa sec . . . . . . atque luxuriam ferre debemus . . . . . . Lucana saepius uina redem . . . . . . per somnum et gulam atque lasciuiam . . . . . . alienare uelle nec posse defend . . . . . . mus est ita status debet esse fe- . . . . . . concedit, qui et in satisfactio . . . . ni- 63.a.[8] tas, nisi forsitan hi copiam . . . . . . que repetendi, cum in ⅓ po. praeteritum . . . . . . uis omnium rerum multis ex . . . *cum etiam minoribus*, *si quando* aliquid eorum pro fiscalibus debitis *adiudicatur emptoribus*, *repetitionis facultas* in omnem intercipiatur aetatem,[3] *neque in integrum restitutionis adminiculo* res obnoxiae necessitatibus *publicis eis reddantur aetatis ratione*, *quam saepius* respexere leges, quia parendo *potius legibus res suas tueri eos oportet*, *quam* ut desidia mereri posse se credant *earum legum auxilium*, *quas illudunt*. *Dat.* IIII. id. Nou. Treueris. Acc.[4] . . . . *Valentiniano* nobilissimo puero et Victore conss.[5] ’*Et iterum data* . . *ad* . . *consularem* prouinciae Lugdunensis primae[6] Modesto et Harintheo *conss.*[7]

38. [8] . . . . . bus tantum praedii rustici sit interdicta INCERT. IMP. . . . . . . nullum debitum doceatur haec . . . . . . supplicans [634] Eugrafius memo . . . . . . ad speciem fuerit ementitum . . . . . *ita* res gesta probatur, ut precibus continetur, ... fuisse suggerit, Fauste carissime, aestima . . . . . rem sit, an in rem eius uersum . . . . . . si res minori profuisse potuerit . . . . . .

---

1) *Vd. ed. Momms.* tergiuersationum *Vat.* 2) *Th. C. pergit:* ‘*Et si quid unquam, ut a fisco facta venditio possit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet, cum etiam’ etc.* (*Unde sequentia Momms. restituit.*) 3) *Quae sequuntur, ego restitui.* 4) *De hac subscriptione vid. Haenel ad Th. C. p.* 1018. *not. t.* 5) *a.* 369. 6) *Sic ex Vd. restituit Momms.* 7) *a.* 372. 8) *Cf. L.* 1 *pr.* §. 2. *L.* 5. §§. 13. 14. *D. de reb. eor.* (27, 9).

39. .... *em*ptio et uenditio bonae fidei auctori ...... plicet memorant, raptis a*t*que ...... t terroris iniectum, ut ei casula ...... scinderet uitesque inspectori ...... bonam fidem gestam in possessionis ...... *a*uxilium iure congruum ita faciat ...... as aestimet. Dat. prid. non ......

40. .... te patris, ut Maximus adserit ...... cônparata omnium heredum commu ...... suam quoque consortes obtineant |

[*Complures paginae desunt.*]

DE VSVFRVCTV.

[9] 88.b. 87.b. *DIOCL. ET MAX.* **41.** Diocletianus et Max. Constantius[1] Tannoniae Iuliae. Usumfructum locari et uenundari posse a *f*ructuario, nulli dubium est. proinde si uendente filio tuo possessionem etiam tu certo pretio usufructu proprio cessisti, quem testamento mariti 'tibi[2] relictum esse proponis, quandoquidem emptorem contractus fidem commemores minime custodire, aditus Aelius Dion*y*sius, uir clarissimus, amicus noster, id tibi faciet repraesentari, quod te constiterit iure deposcere. PP. VI. id. Mart. 'Carthagini[3] Fausto II. et Gallo conss.[4]

42. *Iidem* 'Aurelio Loreo cui et Enucentrio.[5] Fructuario superstite, licet dominus proprietatis rebus humánis eximatur, ius utendi fruendi non tollitur.[6] Subscripta V. id. Feb. Sirmi*i*. Aug*g*. V. et IIII. conss.

43. [7]*Iidem* Claudio Theodoto. Habitatio morte finitur; [635]

---

1) *Turbata quidem inscriptio* (*cf. Momms. p.* 404.). *Sed et Maximiani et Constantii nomen retinendum est. Hic enim a.* 292. *Caesar appellatus, obtinuerat etiam Mauritaniam, ut in his regionibus eum cum Maximiano, cui Africa obvenerat, rescripsisse, mirari non liceat.* 2) tui *Vat. edd. ex* tiui *sc. natum.* 3) *Vat.* Carthagine *ed. Hollw.* 4) *a.* 298. 5) *Corruptum.* Aur(elio) (*rectius* Aug.) Heliodoro cui et Enucentrio *cj. Momms. coll. Fabretti* 146. 175. *Vid. etiam Orelli-Henzen.* 4150. 2766. 2767. 2772. 4719. 5007. 6250. *Nominativo binominis adiciebant* qui et, *velut inscr. L.* 1. 21. 25. *D. de test.* (22, 5). 6) *Extat hoc rescriptum alii agglutinatum in L.* 3. §. 1. *C. de usufr.* (3, 33). *Est a.* 293. *Cf. Buchholtz. ad h. l.* 7) *Quibusdam omissis extat L.* 11. *C. de usufr.* (3, 33).

nec proprietatem ea, quae habitationem habuit, legando '(*domini*) uindicationem,[1] uel 'debitum negando *in*[2] testamento creditoris[3] actionem excludit. Subscripta IIII. kal. Oct. Viminaci Caess. conss.[4]

44. [5]*Ulp.* lib. II. Respondit Aurelio Felici, fructus ex *VLP. L. II. RESP.* fundo per uindicationem pure relicto post aditam hereditatem a legatario perceptos ad ipsum pertinere; colonum autem cum herede ex conducto habere actionem.

45. [6]*Pa*ul. lib. II. Manualium ex tribus. Tametsi usus- *PAVL. L. II. MANVAL.* fructus fundi mancipi non sit, tamen sine tutoris auctoritate alienare eum mulier non potest, cum aliter quam in iure cedendo id facere non possit, nec in iure cessio sine tutoris auctoritate fieri possit. Idemque est in seruitutibus praediorum urbanorum.

46. [7]*Idem* lib. I. Manualium. Actio de *usu*fructu *i*isdem *L. I. MANVAL.* modis perit, quibus ipse ususfructus, praeterquam non utendo. Pecuniae quoque ususfructus legatus per annum non utendo '(*non perit*);[8] quia nec ususfructus est, et pecuniae dominium fructuarii, non heredis est.

47. Item. Per mancipationem deduci ususfructus potest, non etiam transferri. Per 'do lego' legatum et per in iure cessionem et deduci et dari potest.

Item.[9] Potest constitui et '*familiae erciscundae*[10] uel communi diuidundo iudicio legitimo. In re nec mancipi per traditionem deduci ususfructus non potest; nec in homine, si
636] peregrino tradatur;[11] ciuili enim actione constitui potest, non traditione, quae iuris gentium est.

---

[1]) dominii uindicationem *C. Iust.* per uindicationem *Vat. rei* (*domini ed. Momms.*) uindicationem *ed. Hollw.* [2]) *Ita Hollw. et Momms. edd.* debitum necandum *Vat. Sane vix est, ut* per *in Vat. transpositum et legendum dicamus* per debitum negandum. *Quis enim ita unquam dixit?* [3]) *Cui id aedificium pignori nexum erat.* [4]) *a.* 294. [5]) *Est L.* 120. §. 2. *D. de leg.* 1. [6]) *Cf.* §. 49. *Ulp.* 11, 27. [7]) *De h. l. vid. disquis. nostram 'ususfr. pecuniae an non utendo pereat?' (in Wachleri Rectoratu indic. Vratisl.* 1830). [8]) *Supplevi disq. cit. cf.* §. 57. (*non amittitur*) *edd. Hollw. Momms.* [9]) *In V*[d]. *nova incipit species.* [10]) factum ē *Vat.* [11]) *Quo casu res mancipi mobiles rerum nec mancipi iure censendae sunt. Cf. Ulp.* 1, 16. *Varr. de r. r.* 2, 6. §. 3.

48. [1]Item. Ad certum tempus et in iure cedi et legari et officio iudicis constitui potest.

49. Item. Ex certo tempore '(*cum*) legari possit,[2] (*ita*) an in iure cedi, uel an adiudicari possit, uariatur. uideamus ne non possit; quia nulla legis actio[3] prodita est de futuro.

50. Item. In mancipatione uel in iure cessione an deduci possit uel ex tempore uel ad tempus uel ex condicione uel ad condicionem, dubium est: quemadmodum *si* is, cui in iure
[9] 87.a. 88.a. ceditur, | dicit: AIO HVNC FVNDVM MEVM ESSE, DEDVCTO VSVFRVCTV EX KAL. IAN., uel DEDVCTO VSVFRVCTV VSQVE AD KAL. IAN. DECIMAS; uel AIO HVNC FVNDVM MEVM ESSE, DEDVCT*O* VSVFRVCTV, SI NAVIS EX ASIA VENERIT (*uel NISI NAVIS EX ASIA VENERIT*).[4] item in mancip*a*tione: EMPTVS MIHI 'EST*O*[5] PRETIO, DEDVCTO VSVFRVCTV EX KAL. ILLIS 'uel[6] VSQVE AD KAL. ILLAS: *e*t eadem sunt in condicione. Pomponius igitur putat, non posse ad certum tempus deduci nec per *i*n iure cessionem, nec per mancipationem, sed tantum transferri ipsum posse. *E*go didici, et deduci ad tempus posse; 'quia et mancipation*um* et in iure cessionum (*leges*) lege XII tabularum confirmant*ur*.[7] Numquid ergo[8] et ex tempore [637]

---

[1]) *Cf. L.* 1. §. 3. *D. quib. mod. ususfr.* (7, 4). *L.* 16. §. 2. *D. fam. erc.* (10, 2). *L.* 5. *C. de usufr.* (3, 33). [2]) legari possit *Vat.*, *ubi nota* c' *propter* -e *periit;* '*ita*' *geminando effeci.* legari potest. *edd. Deinde* '*sed* an *ed. Momms. De re cf. L. un.* §§. 3. 4. *D. quando dies ususfr.* (7, 3). *L.* 2. *L.* 5. §. 1. *D. quando dies leg.* (36, 2).
[3]) *Nam et adiudicatio est ex legis actione, omnesque actiones, cum ius exsequantur, praesentia iura spectant, non futura* (*L.* 35. *D. de iudic.* 5, 1), *quale hic ususfr. est* (*L. un. fin. D. quando dies ususfr.* 7, 3), *secus atque praestatio futura in diem debiti. Cf. lib. nost.* '*Gaius*' *p.* 180. *L.* 4. *D. de usufr.* (7, 1), *quae item est Paulli, manum Triboniani passa est.* [4]) *Supplevi omissa ob similitudinem: neque enim exemplum ad condicionem deducti ususfr. deesse poterat. Cf. L.* 44. §. 2. *D. de obl. et act.* 44, 7 (*Paulli*). [5]) est *Vat. edd. Cf. lib. meum* '*Recht des Nexum*' *p.* 23. [6]) *Supplevi* ū *ex sequenti. Sed est in* V^{d}. [7]) quia et mancipationem et in iure cessionem lex XII tabularum confirmant *Vat. ed. Hollw.* quia . . . confirm*at ed. Momms. Sed de ipsa mancipatione vel in iure cessione non quaeritur. Et ut apparet, quomodo vitium natum sit ex repetitis vv.* leges lege (*olim et* X *ex* XII *repetita*), *ita vestigium eius restat in plurali* confirmant. *De mancipiorum legibus cf. Fest. v. Nuncupata p.* 172. *Varr. de L. L.* 6, 7. §. 74. *De in iure cessione similem illi ICtus legem spectavit* 'ubi pagunt orato' *ad Herenn.* 2, 13. [8]) *Est interrogatio*

et condicione deduci possit? Sequitur,[1] et 'legat*o* *e*um deduci ad certum tempus poss*e*.[2]

51. [3]Adquiri nobis potest usufructus et per eos, quos in potestate, manu, mancipioue habemus: sed non omnibus modis, sed legato, uel si, h*ere*dibus illis institutis, deducto usufructu proprietas legetur. per in iure cessionem autem uel iudicio familiae erciscundae 'uel (*communi diuidundo*)[4] non 'po*test; per*[5] mancipationem ita potest, ut nos proprietatem, quae illis mancipio data (*sit*), deducto usufructu remancipemus.

52. 'Ususfructus[6] ad certum tempus 'constitutus[7] cum adiectione temporis 'sui *uindic*ari debe*t*.[8] Diuersum est, si in statu libero constitutus sit. tunc enim *p*ure uindicandus est, sicut pure uindicatur, qui simpliciter constitutus est, non adiectis casibus, qui*bus* solet amitti ususfructus. **53.** 'Item si (*de*)[9] altius tollendo aget is, qui in infinitum tollendi ius non habet, si non expresserit modum, plus petendo causa cadit, quasi intenderit, ius sibi esse in infinitum tollere.

54. [10]Sicut legato usufructu loci sine seruitute, iter quo-
[638] que per loca testatoris debetur, ita in iure 'cess*o* *e*o[11] iter quoque contineri, Neratius scribit.

55. [12]Ususfructus sine persona esse non potest; et ideo seruus hereditarius inutiliter usumfructum stipulatur. legari autem ei posse '(*usumfructum*)[13] dicitur, quia dies eius non cedit statim; stipulatio autem pura suspendi non potest. Quid ergo, si sub condicione stipuletur? uideamus, ne nec hoc

---

pronioris ad asserendum. [1]) *Nam et legatorum condiciones XII tab. lege ('uti legassit, ita ius esto') confirmatae erant.* [2]) legatum *Momms. ed. ex* V^d. *Sed ususfr. hic non legatur:* ut et legat*o* d. a. c. t. possit *edd. Sed* ut *prava correctio est voci* et *superscripta, cum in fine scriptum esset* possit. [3]) *Cf. L.* 6. §§. 2. 3. *D. de usufr.* (7, 1). *Gai.* 2, 96. *L.* 9. *D. de obl. et act.* (44, 7). [4]) *Supplevi, voce* uel, *quae in Vat., amisso* c. d. (= communi diuidundo) *ante* mancipationem *aberraverat, huc revocata.* [5]) posse *Vat.* posse per *ed. Hollw. Verum etiam Momms. ed.* [6]) *Vat.* usu*m*fructu*m ed. Hollw.* [7]) constitutum *Vat. ed. Hollw.* [8]) *Ita Momms. ed.* sui dari debere *Vat., quod postremum fortasse factum ex* debet ne r̄peat; *ut legendum sit:* debet, ne res pereat. *Cf.* §. 53. [9]) *Supplevi, et* Item *ipsius Pauli esse credidi ut* §. 56. *Ceterum cf. L.* 26 *pr. D. de exc. r. i.* (44, 2). [10]) *Cf. Glück Pand. IX. p.* 82. [11]) cessio *Vat.* cesso *ed. Hollw.* [12]) *Est L.* 26. *D. de stip. serv.* (45, 3). [13]) *Suppl. ex Dig.*

casu ualeat '(*stipulatio*),[1] qu*ia* ex praesenti uires accipit stipulatio, quamuis petitio ex ea suspensa sit. [**56.**][2] Item seruo[3] uia inutiliter legatur; stipulatur autem eam utiliter, si dominus fundum habeat.

57. [4]Ususfructus 'do lego' seruo legatus morte et alienatione serui perit; si stipuletur, non perit: igitur et post mortem suam, sicut cetera, usumfructum seruus stipulari potest; quod aliter est in legatis.

58. [5]Si heres fundi, cuius ususfructus ab ipso sub con-
[10]98.b. dicione legatus | sit, usumfructum legaue*rit pure*, *sed pen-*
⅓ pr. *dente illa condicione, alii*, *existen*te ea, desinit ad posteriorem pertin*ere et priori acquiritur; nec si is postea* desierit habere usumfru*ctum*, *ad posteriorem*, *sed ad dominum reuertitur*: item ac si quis usumfructum *legauerit Meuiae uxori, si non nupserit*, *Titio*, si ea nupserit, nubente ea *ususfructus Titio quaesitus non ad Meuiam pertinet*, *si is eum* deinde amittet; si iuraue*rit uero, cum nuberet*, *partem tantum sibi seruabit; le*gis enim beneficium, quaten*us ipsi legatum est*, *non amplius habet. Sed uidea*mus, quid dicendum sit, si Titius *legatum repudiauerit et deinde capite dimi*nutus sit; nihil enim habuit, quod amit*teret. sed nec tunc consequetur Meuia*, *quod datum est Ti*tio; ac si id ipsum testator expres- [639]
serit, *qui primum totum usumfructum lega*uerit Meuiae, deinde Titio *partem illi ademptam adscripserit.*

VLP. L. XVII. AD SAB. **59.** [6]*Ulp.* lib. XVII. ad Sabinum. *Verum est*, *diem legati ususfructus semel tantum* cedere; 'quamquam enim[7] ususfructus *ex fruendo consistat*, *id est facto aliquo eius*, *qui fruitur et* utitur, tamen ei semel cedit *dies.*

---

1) *Suppl. ex Dig.* 2) *Cf. L.* 5. 2. *D. de serv. leg.* (33, 3). *L.* 17. §. 1. *D. de leg.* 3. *L.* 17. *D. de stip. serv.* (45, 3). *L.* 19. *D. de serv. p. r.* (8, 3). 3) Item. Seruo *edd. Sed* Item *in novis speciebus hic ubique omittitur, et aequiperat ICtus alium casum inutilis in servo legati, utilis stipulationis.* 4) *Cf. L.* 17. 15. *C. de usufr.* (3, 33). 5) *Cf. L.* 16. *D. quib. mod. ususfr. am.* (7, 4) (*cum L.* 105. *D. de cond. et dem.* 35, 1) *et ad posteriorem partem* ('item ac') *legem Iuliam miscellam* (*Nov.* 22. *c.* 43.) *et*, *quae contrarium fere casum continet*, *L.* 74. *D. de cond. et dem.* (35, 1). *Earum ad sententiam lacunas explevi.* 6) *Est L.* 1 *pr. D. quando dies us.* (7, 3) *omisso principio*, *quod supplevi* (*paulo aliter ac Momms.*). 7) *Ita V*d. *Momms. ed. Omittit Vat.*

60. [1]Item. Dies autem usus fructus, '*item*[2] *usus, non prius cedet, quam adita heredi*tate. et Labeo quidem putabat, etiam a*b apertis tabulis cedere, sicuti ceterorum* legatorum. sed est uerior Iul*iani diuersa sententia: tunc enim constituitur* ususfructus, cum quis iam f*rui potest.*

61. [3]Item. Amitti autem usumfruc*tum capitis minutione constat; nec solum usum*fructum, sed etiam actionem de usufructu, *uelut si is ex stipulatu debeatur* uel per fideicommissum leg*atumue*[4] *per damnationem datus sit. Et parui* refert, utrum iure sit constitu*tus ususfructus, an uero tuitione praetoris: proinde* 'licet[5] in fundo stipendi*ario uel tributario, item in fundo uectigali uel superficie non sit* iure constitutus, capitis min*utione amittitur; nam ex persona fructuarii capitis* minutio extinguit usum*fructum.*

62. Item.[6] Sed ita demum amitt*itur capitis diminutione ususfructus, si iam constitutus est: ce*terum si ante *aditam h*ereditatem aut ante d*iem cedentem quis capite minutus est, constat non* amitti, et ita Iulianus lib. *XXXV. Dig. scribit. Si igitur per uindica*tionem fuit ex die legatus, *antequam dies uenerit, non nocet capitis* diminutio. hodie enim incip*it ad legatarium pertinere.*

[640] **63.** [7]Item. Usque adeo autem capitis d*iminutio eum demum usumfructum perimit*, qui iam constitutus est, ut si in *singulos annos uel menses uel dies legatus sit*, | *is demum* [12]98.a. *amittatur, qui iam processit.* $\frac{1}{3}$ *po.*

64. [8]*Item. Sicut in annos singulos ususfructus legari potest, ita* nec capitis diminutione amis*sus legari prohibetur, ut adiciatur: QVOTIENSQVE CAPITE MI*NVTVS ERIT, uel sic: QVOTIENS AMIS*SVS ERIT VSVSFRVCTVS, EI DO LEGO: et tunc si capitis mi*nutione amittatur, repetitus *uidebitur*,[9] *sicut in*

---

[1]) *Partim extat in L.* 1. *cit.* §. 2. *Cetera ad mensuram spatii supplevi (paulo aliter Hollw. et Momms.).* [2]) *Dig.* ut *Vat. abest a V*[d]. [3]) *Est L.* 1 *pr. D. quib. mod. ususfr. am.* (7, 4). *Ibi recisa supplevi, quaedam ab aliis mutuatus.* [4]) lego . . . *Vat. edd.* [5]) *scilicet ex Buchh. cj. ed. Hollw.* '*item qui*libet' (*pro* 'scilicet') *cj. Ad. Schmidt Jahrb. d. gem. Rechts III. p.* 265. *In restituendo ab emblematis Triboniani discedendum erat.* [6]) *Est L.* 1. *cit.* §. 1. *Quae ibi desiderantur, partim Hollwegium secutus supplevi.* [7]) *Est L.* 1. *cit.* §. 3. [8]) *Est L.* 3 *pr. D. eod.* [9]) *Quae proxime sequuntur, restitui. Inde a verbis* Ante aditam hereditatem

*usufructu singulorum an*norum. Ante aditam hereditatem . . . . . . netur.

PAPIN. L. VII. RESP. **65.** [1]*Papinianus lib. VII. Responsorum. Equis per fideicommissum relictis post m*oram fetus quoque praestabitur '(*ut fructus*):[2] sed fetus *secundus ut causa, sicut partus mulieris; n*isi si gregem reliquit,[3] uel morae actio[4] *fetus nomine praestita fideicommissum* relictum sequatur.

66. '*Item. Usura etiam fructuum ex litis contestatione praestatur bonor*um[5] usufructu legato.

VLP. L. XVIII. AD SAB. **66**[a]. Ulp.[6] lib. *XVIII. ad Sabinum. Omnium bonorum* usumfructum posse leg*ari*, *nisi excedat dodrantis aestima tionem, est uerius.* [641]

67. [7]*Item. Usufructu bonorum in diem legato uidetur pertim*escendum, ut ne 'in[8] cuius*que rei commutatione vertatur periculum amittendi usumfructum.* summam igitur

---

aliud excerptum videtur coepisse, quod cum praecedenti per errorem coaluit, huiusce fere sensus: Ante aditam hereditatem *fructus ex re legata perceptus in hereditate retin*etur. *Cf. L.* 38. *D. de leg.* 2. *L.* 4. *C. de usur. et fr. leg.* (6, 47). *In Vat. vero hic ut p.* 5. *v.* 12. *versui vox aliqua omissa superscripta fuisse videtur, quae integri versus spatium occuparet.* 1) *Pars legitur L.* 8. *D. de usur.* (22, 1). 2) *Ex Dig. supplevi. Ob similitudinem litterarum* it ur (= fr.) *excidisse videtur.* 3) *Ubi summisso fetu in gregem, secundus fetus fructus fit. Cf. L.* 39. *D. de usur.* (22, 1). 4) *Sequentia restitui;* morae actio *dicta, ut usurae morae; iam finge post moram factam fetum ab herede commodatum vel furto ei ablatum apud commodatarium vel furem secundum fetum edidisse; cessa condictione vel commodati actione is ut fructus fideicommissario praestabitur.* 5) *Restitui, licet haesitans, cum multa alia hic dicta fuisse potuerint. Sed aptissimus hac sententia fit transitus ad* §. 66[a]. 6) *Restitui, suspicatus esse, omissis auctoritatibus, L.* 29. *D. de usufr.* (7, 1). *Ulp. lib. XVIII.* (? XVII.) *ad Sabinum.* '*Omnium bonorum* usumfructum posse legari, *nisi excedat dodrantis aestimationem, Celsus lib.* 32. *Dig. et Iulianus lib.* 61. *scribit et est verius.*' *Nam et* §. 67. *ad usumfructum bonorum videtur pertinere ut* §. 69., *et in* §. 68. *de Falcidia agitur usufructu legato. Sane nova species in Vat. hic non incipit; sed errore id factum malim putare, quam cum Blum. et Momms. statuere, Ulpiani notam ad Papin. hic secutam esse; Ulpiani enim ad Papin. notas Constantinus infirmaverat.* 7) *Sententiam huius §i restitui. Cf. L.* 24 *pr. D. de usufr. leg.* (33, 2). *L.* 31. §. 2. *D. de usufr.* (7, 1). 8) *V*[d]. *omissum a Maio et errore in edd. meis* 1. 2. *Unde restitutio immutanda fuit. Sed et alias eam correxi.*

'senatus consulti sententiam[1] eam *fuisse puto, ut legatarius omnium, quae sunt in heredit*ate, ususfructus caperet; ceter*um aut ueteris rei habebit usumfructum, si adhuc est i*n ea, aut in re noua omnes *ex mora fructus et constituendum ei usum*fructum. Sed in *u*eteribus rebus, *quae patiuntur, uerum eum habere usumfructum, dise*rte ibi scriptum est. Verendum *igitur non est, ne damnum patiatur ex commutatione rei hereditari*ae.

68. [2]*Paullus lib. sing. ad l. Falcidiam. Usufructu legato* (*nam ius praediorum uelut i*ter non recipit hanc quaestionem, quia et di*uidi nequit*) *quaeritur, quemadmodum Falcidia retinenda* sit. Et ueteres quidem aestiman*dum totum usumfructum putabant et i*ta constituendum, quantum sit in *legato. sed Aristo a ueterum opinione r*ecessit; ait enim, posse quartam ex eo *sicut ex corporibus retineri, idque recte Iulian*us probat. PAVL. L. SING. AD. L. FALC.

69. [3]. . . *Lucius Titius testamento suo ita* cauit: DO PAVL. L. RESP. LEGO EIDEM SEIAE VXO*RI MEAE, EX QVA SVSCEPTVS COMMVNIS FILIV*S MIHI PRO PARTE HERES EST, VSVM*FRVCTVM EIVSDEM PARTIS BONORVM MEORVM VSQVE E*VM[4] IN DIEM, QVO LEGITIMAE AETA*TIS FILIVS FACTVS ERIT, AB EAQVE SATISDATION*EM EXIGI VETO; ITA TAMEN, VT AB EA *FILIVS*
642] *IN EVNDEM DIEM ALATVR ATQVE EDVCETVR* ET STVDIIS LIBERALIBVS INSTI*TVATVR. Quaesitum est de cautione fidei*commissaria. 'Paullus respondit,[5] uxorem, de *qua quaeritur,* [6]*secundum ea, quae proponuntur, iussu prae*toris non debere conpelli ad satis*dandum ex causa fideicommissi.*[7]

[*Octo paginae desunt.*]

---

[1]) *V*[d]. *ed. Momms.* patientiam *Vat.* [2]) *Est L.* 1. §. 9. *D. ad leg. Falc.* (35, 2). *Initium, ubi paulo immutatum, formavi; potest tamen etiam aliter formari.* [3]) *Paulli ex Resp. libris* (*et quidem XIII. vel XIV.*) *esse, quod suspicatus eram, V*[d]. *confirmavit. In restituendo quaedam aliorum adhibui.* [4]) *Ex Blum. cj.* um *V*[d]. [5]) praeter *Vat.* pr. *V*[d]. *ita scriptum, ut aut* Paulus *aut* Papinianus (*sic Momms.*) respondit *significet. Sed Paullus intelligendus est. Vid. Buchholtz. p.* 302. [6]) *Cf.* §§. 109. 111. [7]) *Dubium movebat, quod testator solam cautionem usufructuariam remisisse videbatur, quae remitti non potest L.* 7. *C. ut in poss. leg.* (6, 54). *Similem casum vid. in L.* 77. §. 3. *D. de cond. et dem.* (35, 1).

VLP. L. XVII. AD SAB. **70.** [1](1.) *Si fundi usus fructus fuerit legatus, et sit ager, unde palo in fundum, cuius usus fructus legatus est, solebat* [13]98.a. *paterfamilias uti, uel salice, uel arundine: puto* | fructua- ⅓ pr. rium *h*actenus *uti posse, ne ex eo uendat; nisi forte salicti ei, uel siluae pal*aris, uel arundineti ususfructus *sit legatus: tunc enim et uendere potest. nam et Trebatius scribit*, siluam caeduam pos*se fructuarium caedere, sicut paterfamilias caedebat.* Item, ut arundinetum '*caedat, quo de genere paterfamilias sues* alebat,[2] non, puto, 'prohibetur. *Quin et caesum uendere poterit, quanquam*[3] *paterfamilias uendere* non solebat, sed ipse ut*i*.[4] *ad modum enim referendum est, non ad qualitatem uten*di. (2.) Cass*i*us autem[5] *ususfructus siluae caeduae exemplo definit etiam semi*nari*i* quoque usumfructum. itaq*ue si seminaria a patrefamilias conserendi* tantum agri causa f*a*cta si*nt, dicendum esse ait, cum ex iis conseratur, etiam arbores* demortuas ad fruc*tuarium pertinere, quae alioqui sicut lapides* ceteraeque materiae, *quia in fructu non sunt, dominum proprietatis* seq*u*untur. (3.) Numquid *igitur, si seminarium non sit, dominium earum ad propri*etarium spectet, ut *lapidum caeterarumque materia-* [643] *rum, quaeri potest.* Trebatius autem sim*pliciter, si arbores in agro demortuae sint*, esse eas fructuarii, *cogendumque eum alias adserere scribit.* [**71.**][6] (1.) *Labeo ait*, 'fructuarium ad m*ateriam aptas arbores in agro demortuas* usque[7]

---

1) *Est L.* 9. §. 7. *D. de usufr.* (7, 1) *paulum mutata.* 2) *Restitui sententiam ex Colum.* 7, 9. §. 7. *Oriens hunc arundinis usum videtur ignorasse. Aliter Mommsenus.* 3) *Restitui.* non puto. Prohibetur *edd.* 4) *In Dig. est: 'nam et Trebatius scribit, siluam caeduam et arundinetum posse fructuarium caedere, sicut paterfamilias caedebat, et uendere, licet paterfamilias non solebat uendere sed ipse uti.'* 5) *Sequentia ad sensum restitui. Cf. L.* 7. §. 3. *L.* 18. *L.* 59 *pr. D. de usufr.* (7, 1). *L.* 32. *D. de iur. dot.* (23, 3). *Vocis* usus *vestigia in V*d*. reperta sunt.* 6) *Est L.* 12 *pr. D. de usufr.* (7, 1) *sed ibi mutata; nam incipit ibi: 'Arboribus euulsis uel ui uentorum deiectis usque ad usum .... utatur ligno, Labeo ait' etc.* 7) fructuarium adm ..... §. 71. Item. (*Sed* Item *non est in V*d) *Ex silua caedua* usque *ed. Hollw. Mihi certum est, novum excerptum hic non coepisse, novam sententiam vero iam ante v.* fructuarium *exorsam esse. Verba 'Labeo ait', quae in Dig. in fine periodi leguntur, ubi ea in Vat. versus non capit, ante ponenda et commodissime huc transferenda erant, ubi alioqui spatium abundat.*

ad usum suum *et uillae posse*[1] *ferre; nec materia eum pro ligno usurum, si* habeat, unde utatur li*gno: idemque esse in* '*arboribus ui uentorum euulsis, uel*[2] etiam deiectis. Puto tamen, '*et in silua hoc probandum, ne*[3] *si totus ager sit hunc* casum passus, om*nes arbores* '*auferre fructuarium posse dicendum sit.*[4] materiam tamen ipse su*ccidere, quantum ad uillae refectionem, poterit, ut putat N*eratius lib. III. Mem*branarum; quemadmodum, inquit, calcem coquere, uel arenam fodere, aliudue* quid aedificio neces*sarium sumere.* . . . . . . apud Labeonem 'agita*t*[5] . . . . . . pertinere, quamuis Proculus non . . . . . . [6](2.) Nunc uidendum, si *fructus serui sit legatus, quid contineatur* legato. quidquid is ex opera *sua adquirit, uel ex re fructuarii, siue* '*manci*pio[7] accipiat, siue stip*uletur, siue emerit et ei possessio fuerit tradita, lega*tario adquirit. 'A*t*[8] si her*es institutus sit, uel legatum acceperit,*
44] *placuit, hoc domino* quaeri; quamuis Labeo distin*guat, cuius gratia uel heres institutus sit, uel legatum acceperit.*[9] |

72. [10](1.) *Sed sicuti stipulatio*ne fructuario adquirit, *ita*[14]98.b.
*etiam paciscendo eum adquirere exceptionem fruct*uario, ⅓ po.
Iulianus '(*lib.*)[11] XXXV. *Dig. scribit:* '*itemque*[12] *et si acceptum rogauerit, liber*ationem ei *parere.* (2.) *Quoniam autem diximus, quod ex operis adquiritur, ad fructu*arium pertinere, sciendum *est, etiam cogendum eum operari; etenim modicam*

---

1) *Dig. et edd. h. l. inserunt 'usufructuarium', quod versus vix capit.* 2) *'arboribus euulsis uel ui uentorum' Dig. pr. L.* 12. *cit. edd.* 3) *Restitui. In Dig. est: 'alioqui si totus' etc., sed cf. L.* 10. *D. ib.* 4) *In Dig. tantum est: 'auferret fructuarius', quod versum non explet.* 5) agit a *edd. De quaestione agitata sermo est. Versus antecedens et is, qui post alterum sequitur, in V*[d]. *initio vacuus. Singula tantum verba suppleta utrumque occupasse videntur: et puto agitatum esse de tegularum similiumque dominio, quae ventus deiecerit. Nam de marmore (cf. L.* 18 *pr. D. de fundo dot.* 23, 5) *Ulpianus alio loco egit: L.* 9. §§. 2. 3. *L.* 13. §. 5. *D. h. t.* 6) *Est L.* 21. *D. de usufr.* (7, 1), *sed mutata. Restitui, partim Buchh. secutus.* 7) . . pium *Vat.* manci*pium edd. (praeter Momms.).* 8) et *Vat. edd.* 9) *Fortasse sequebatur sequenti versu: 'quod habet rationem'. Cf. L.* 22. *D. de usufr.* (7, 1). *Certe Iustinianus Labeonis sententiam probavit. Ceterum cf. L.* 10. §. 3. *L.* 47. *D. de acq. rer. dom.* (41, 1). *L.* 45. §. 3. *D. de acq. v. om. her.* (29, 2). 10) *Prior pars ad* (2) *med. extat in L.* 23. *D. de usufr.* (7, 1). 11) *Ex Dig. supplevi.* 12) idemque *Dig.*

*quo*que castigationem fruc*tuario competere, Sabinus respondit et Cassius lib. VIII. iu*ris ciuilis scribit, ita ut neque *torqueat, neque flagellis caedat, 'neque oper*ae gladiatoriae ei usus *sit; nisi quod ad batuendum ei existime*nt[1] conpetere posse. Ut uero 'pug*net, concedendum ei esse, Cassius negat.*[1] *I*dem e*t S*abinus, quamuis nauis[2] *usufructu legato, nauigatum eam mittendam puta*t, licet naufragii peri*culum immineat; 'neque id contrarium est;*[1] *n*aues enim ad hoc parantur, *ut nauigent, 'non item serui, ut pugnent.*[1]

ALEXANDER an CLAVD.? **73.** [3]. . . *Si Titia, cum tibi f*undos et mancipia dona*ret, usumfructum eorum sibi et liberis interuen*iente recepit stipu*latione eiusque, quae ad se spectaret, uten*di fruendique partis *condicionem liberis concessit ita, ut in die*m uitae suae ex uo*luntate matris toto fruerentur, inde quod parte, quam ipsa* habuerit, usque in *obitum eius fruiti sunt, non etiam nactos esse i*us partis alterius, adpro*batur iuris auctoritate . . . et* Paterno conss.[4]

INCERT. IMP. **74.** . . . *Aui testamento usufructu liberi*s *tuis 'do lego' legato, si* ex his aliqui mortuus *est, eius pars iure accrescendi ad ceteros pertinet; quod* si per damnationem *heredis testator legatum reliquit, ceteris, quibus leg*auerit, liberis mort*ui pars accrescere non potest. . . .* [645]

VLP. L. XVII. AD SAB. [5]**75.** *'Ulp. lib. XVII. ad Sab.* (**1.**) *Usufructu legato, est inter fructu*arios[6] ius adcrescendi, sed '*non omnimodo, uerum in per praeceptionem et*[6] in 'do lego' legato, 'm*odo coniunctim legatus sit. ceterum si separatim*[7] *usus fruct*us sit relictus, sine du*bio ius adcrescendi cessat.* (**2.**) *Denique apud Iulianum* lib. XXXV. Dig. quaeritur, si com*muni seruo usus-*

---

1) *Haec in Dig. omissa ad sententiam restitui.* (*Similiter Momms.*) 2) *Sequentia mutata exstant L.* 12. §. 1. *D. de usufr.* (7, 1). *Cf. L.* 16. §. 1. *D. de rei vind.* (6, 1). 3) *Ad ius accrescendi* §§. 73. *et* 74. *pertinuisse et utramque rescripta continuisse puto, ut haec materia ab imperatorum rescriptis coepta esse videatur. Tantum ut hoc appareret, utriusque restituendi feci periculum.* 4) *a.* 233. *aut* 269. 5) §§. 75—88. *ex Ulp. ad Sab. lib. XVII. exscriptae maximam partem paucis mutatis exstant L.* 1. 3. 8. *D. de usufr. accr.* (7, 2). *Ad* §. 75. (1) *cf. Paul. S. R.* 3, 6. §. 26. 6) *Restitui paullo aliter ac Buchh. et Momms.* 7) *De Hollw. cj. restitui. 'separatim' Ulpianum dixisse de legatariis et verbis et partibus separatis, patet ex* §. 77.

fructus sit relictus, et '*utrisque dom*inis[1] adquisitus sit, an al*tero repudiante uel amittente usumfructum, alter totum* habeat. Et Iulianus quidem *putat, ad alterum pertinere; et licet dominis* usnsfructus non aequis partibus, *sed pro dominicis adquiratur, tamen persona eius, non do*minorum, inspecta ad *alterum ex dominis pertinere, non proprietati acce*dere. | (3.) Idem ait, et *s*i communi seruo et separatim 83.b.[15] Titio ususfructus legatus sit, amissam partem ususfructus non ad Titium, sed ad solum socium pertinere debere, quasi solum coniunctum; qua*m* sententiam neque Marcellus, neque Mauricianus probant; Papinianus quoque lib. XVII. Quaestionum ab ea recedit; quae sententia Nerati*i* 'fuit, (*ut*) est libro I. Responsorum relatum.[2] Sed puto, esse ueram Iuliani sententiam: nam quamdiu uel unus utitur, potest dici, usumfructum in suo esse statu. Pomponius ait libro VII. ex Plautio, relata Iuliani sententia, quosdam esse in 'diuersa opinione;[3] nec enim magis socio debere adcrescere, quam debere ei, qui 'fundi[4] habens usumfructum, partem ususfructus proprietario cessit, uel non
646] utendo amisit. ego autem Iuliani sententiam non ratione adcrescendi probandam puto, sed eo, quod quamdiu seruus '(*eius*)[5] est, cuius persona in legato spectatur, non debet perire portio. Urgetur tamen Iuliani sententia argumentis Pomponi*i*: quamquam Sabinus responderit, ut et 'Celsus lib. XVIII. *et* Iulianus (*lib. XXXV.*) Dig.[6] refert, eum, qui partem ususfructus in iure cessit, et amittere partem, et ipso

---

1) utrique domino *Dig. utrique ex dom*inis *ed. Hollw.* 2) *Ita tantumque* fuerit *pro* fuit *scripto ed. Momms. ex V*[d]. *sed malui* ut, *quod post* fuit *facile excidere potuit, supplere, cum incertas sententias referre ICti Romani non soleant.* e libro I. resp. relat*a ed. Hollw.* 3) diuersam opinionem ait *Vat. edd. Non est* ait *in V*[d]. 4) *qui potest e regionibus dividi, quo facto etiam partis non utendo ususfructus amitti potest. Itaque nihil mutandum, ut tentaveram edd.* 1. 2. 5) *Supplevi, cum ex* -uus *vel ex nota* e' *ob sequens* est *periisset. Cf. L.* 15. *C. de usufr.* (3, 33), *cuius in quaestione sine dubio Ulpianus item a Iuliani partibus stetit.* 6) celsus iulianus lib. XVIIII dig. *Vat.* Celsus lib. XVIIII. (*sed probantes correctionem* XVIII.) Dig. *edd. Hollw. et Momms. Sed verisimilius est, librarium duplici binorum Digestorum citatione in errorem inductum esse, quam Iuliani mentionem sine causa intrusisse. Cf.* §. 77. *et de Celsi lib. XVIII. Buchh. ad h. l.*

momento recipere: quam sententiam ipse ut stolidam reprehendit: etenim esse incogitabile, eandem esse causam cuique et amittendi et recipiendi.[1]

76. [2]Iulianus scribit, si seruo communi et Titio ususfructus legetur, et unus ex dominis amiserit usumfructum, non adcrescere Titio, sed soli socio: quemadmodum fieret, si duobus coniunctim et alteri separatim esset relictus. Sed qui diuersam sententiam probant, quid dicerent? utrum extraneo soli, an etiam socio adcrescere? Et qui Iulianum consuluit, ita consuluit, an ad utrum pertineat, quasi possit et ipsi socio adcrescere. A*t*quin quod quis amittit, secundum Pomponi*i* sententiam ipsi non accedit.[3]

77. [4]Interdum tamen, etsi non sint coniuncti, tamen ususfructus legatus alteri adcrescit: ut puta si mihi fundi ususfructus separatim 'totus,[5] et tibi similiter fuerit ususfructus relictus. Nam, ut Celsus lib. XVIII. Dig. et Iulianus lib. XXXV. scribit, concursu partes habemus. Quod et in proprietate contingeret: nam altero repudiante, alter totum fundum haberet. sed in usufructu hoc plus est (contra quam Atilicinum respondisse, 'Aufidius[6] Chius refert), quod et constitutus 'amissus nihilominus[7] ius adcrescendi a*d*mittit. omnes enim auctores [647] apud Plautium de hoc consenserunt, 'et ut[8] Celsus et Iulianus eleganter a*i*unt, ususfructus *quo*tidie constituitur et legatur, non, ut proprietas, eo solo tempore, quo uindicatur. Cum primum itaque non inueniet '(*alter*) alterum,[9] qui sibi concurrat, solus utetur '(*in*)[10] totum. Vindius tamen, dum consulit Iulianum, in ea opinione est, ut putet, non alias ius adcrescendi esse, quam in coniunctis; qui responso ait: 'Nihil refert, coniunctim an separatim relinquatur.' |

83 a.[16] **78.** [11]Iulianus lib. XXXV. scribit, si duobus heredibus institutis deducto usufructu proprietas legetur, ius adcrescendi

---

1) *Cf. L.* 3. §. 2 *fin. D. quib. mod. ususfr. am.* (7, 4). 2) *Hinc manavit L.* 1. §. 2 *fin. D. cit.* (7, 2). 3) *Ergo Pomponius dicere debebat, soli extraneo accrescere.* 4) *Est L.* 1. §. 3. *D. cit.* 5) totius *Vat. edd.* 6) Fufidius *cj. Momms. allegata L.* 5. *D. de auro leg.* (34, 2). 7) nihilominus amissus *Vat. edd.* constitutus et postea amissus nihilominus *Dig.* 8) *Dig.* ut et *Vat. edd.* 9) *Ex Buchh. cj.* alterum *Vat.* alter eum *Dig.* 10) *Ex Dig.* 11) *Est L.* 1. §. 4. *D. cit.*

heredes non habere: nam uideri usumfructum 'constitutum,[1] non per concursum diuisum.

79. [2](*Item*) Neratius[3] putat, cessare ius adcrescendi, lib. I. R*esp*., 'cui[4] sententiae congruit ratio Celsi dicentis, totiens ius adcrescendi esse, quotiens in duobus, qui solidum habuerunt, concursu diuisus est.

80. [5]Unde Celsus lib. XVIII. '(*scribit*),[6] si duo fundi domini deducto usufructu proprietatem mancipauerint, uter eorum amiserit usumfructum, ad proprietatem redire: sed non ad totam, sed cuiusque usumfructum ei parti accedere, quam ipse mancipau*er*it: ad eam enim partem redire debet, a qua initio diuisus est. 'Plane', inqui*t*, 'si partem ususfructus habea*s*, et ego totam proprietatem cum partis usufructu, non 'possum eam[7] partem tibi mancipare, quae est sine usufructu, quoniam nullam partem habeo, in qua non est tibi ususfructus.' [**81.**] *Papinianus* quoque libro XVIII. Quaestionum sententiam Nerati*i* probat, quae non est sine ratione.

648] **82.** Poterit quaeri, si, duobus seruis heredibus institutis, deducto usufructu proprietas sit legata, an altero defuncto ususfructus proprietati adcrescat? nam illud constat, ut et Iulianus lib. XXXV. scribit, et Pomponius lib. VII. ex Plautio non reprobat, si duobus seruis meis ususfructus legetur, et alter decesserit, cum per utrumque quaesissem usumfructum, ius adcrescendi me habere; cum, si alterius nomine repudiassem, alterius quaesissem, haberem quidem usumfructum totum iure adcrescendi, sed ex solius persona amitterem. in proposito autem, siquidem pure fundus [. . [8] . .] non ex persona

---

[1]) *i. e. tanquam constitutum s. ipsa constitutione* (*cum hereditatis sit, quae utrique pro parte data est*). [2]) *Est L.* 3 *pr. D. de usufr. accr.* (7, 2). [3]) Idem Neratius *Dig.* [4]) *Dig.* cuius *Vat. edd.* [5]) *Prior pars exstat L.* 3. §. 1. *D. ib.* [6]) *Ex Dig. supplevi.* [7]) posseme meam *Vat.* posse me eam *Sav. cj. ed. Hollw.* [8]) *Omissa a librario nullo indicato hiatu. Ad sententiam Heimsoeth de usufr. accr. p.* 42 *recte supplet: 'legatus sit, ius accrescendi locum non habet* (*cf.* §. 78.), *si sub conditione legatur, alia ex causa non est ius accrescendi, quia ususfructus morte serui non perit, qui ex domini persona constitutus est' etc. Sed malim: 'legatus sit, sicut liberis hominibus heredibus scriptis, cessat ius accrescendi, sin uero sub condicione, nec perit serui morte ususfructus, quippe ex domini heredis facti persona constitutus' etc.* fundus, non *sub condicione legatus sit, constituitur ususfructus* ex persona serui *Momms. ed.*

serui. Et ita Iulianus quoque lib. XXXV. Dig. scribit, quamuis Scaeuola apud Marcellum dubitans notet. *Nam*[1] si sub condicione sit legatus, potius ex persona domini constitui usumfructum, Marcellus lib. XIII. Dig. scribit; ubi Scaeuola notat: 'quid si pure?' sed dubitare non debuit, cum et Iulianus scribat, ex persona serui constitui. secundum quae ius adcrescendi locum haberet in duobus seruis, si quis contrariam sententiam[2] probaret. sed nunc, secundum Iuliani sententiam et Neratii, cessat quaestio.

83. [3]Non solum autem si duobus 'do lego' ususfructus legetur, erit ius adcrescendi, uerum '(*et*) si[4] alteri ususfructus, alteri proprietas; nam amittente usumfructum altero, cui erat legatus, magis iure adcrescendi ad alterum pertinet, quam redit ad proprietatem. Nec nouum: nam et si duobus ususfructus legetur, et apud alterum sit consolidatus, ius adcrescendi non perit; nec ei, apud quem consolidatus est, neque ab eo: et ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem et nunc ipso quidem iure non amittet; sed praetor, subsecutus exemplum iuris ciuilis, utilem actionem dabit fructuario: et [649] ita Neratio et Aristoni uidetur, et Pomponius probat. quamquam Iulianus lib. XXXV. Dig. scribat, ipsi quidem ius adcrescendi | *conpetere, non uero fructuario ab eo.*[5]

[*Duae aut quattuor paginae desunt.*]

96.a. [17] 95.a. **84.** *Si alteri usufructu serui, alteri seruo legato, is cui seruus legatus fuerat, manumiserit, deinde amissus ab altero usus fructus ei accrescat, manumissionem ex post facto conualescere,*[6] difficile est dicere. quamquam non sit longe, quod Marcellus lib. 'XII.[7] Dig. scribit, si duobus pure Stichus legetur, et alter manumittat, alter post manumissionem repudiet, ubi non fit caducum, libertatem locum habere. idemque, et si heres deliberante legatario manumittat, mox legatarius repudiauerit: nam hoc casu liberum fore ait.

---

1) ad *Vat.* at *ed. Hollw. Momms. antea:* dubitare se. 2) *Contrariam sententiae Iuliani et Neratii* §§. 78. 79. 3) = *L.* 3. §. 2. *D. ib.* 4) *Ex Dig. suppl.* 5) *Hollw. suppl.* 6) *Ad sententiam supplevi. De sequentibus cf. L.* 15. *D. de reb. dub.* (34, 5). *L.* 34—36 *pr. D. ad l. Aquil.* (9, 2). *Extrema verba exstant L.* 3. *D. de manum. vind.* (40, 2) *ex Ulp. lib. XVII. ad Sab.* 7) *An* XIII? *Cf. L.* 31. *D. de testam. mil.* (29, 1).

85. Si tamen per damnationem ususfructus legetur, ius adcrescendi cessat: non inmerito, quoniam damnatio partes facit. Proinde si rei alienae ususfructus legetur, et ex Neroniano confirmetur legatum, sine dubio dicendum est, ius adcrescendi cessare, si modo post constitutum usumfructum fuerit amissus. quodsi ’ante*a*[1] socius amittat, erit danda totius petitio. Idemque, et si sinendi modo fuerit legatus ususfructus. An tamen in Neroniano,[2] quoniam exemplum uindicationis sequimur, debeat dici, utilem actionem, amisso usufructu ab altero, alteri dandam, quaeri potest: et puto secundum Neratium, a*d*mittendum. In fideicommisso autem id sequimur, quod in damnatione.

86. [3]Nouissime, quod ait Sabinus, si uxori cum liberis ususfructus legetur, amissis liberis eam habere, quale sit, uidendum. Et siquidem ‘do lego’ legetur, tametsi quis filios legatarios acceperit, sine dubio locum habebit propter ius ad-
550] crescendi. sed si legatarii non fuerint, multo magis, quoniam partem ei non fecerunt, tametsi cum ea uterentur. Matre autem mortua, siquidem legatari*i* fuerunt, soli habebunt iure adcrescendi: si heredes, non iure adcrescendi, sed iure dominii, si fundus eorum est, ipsis ’adcrescit;[4] sin minus, domino proprietatis. sed si nec heredes fuerunt, nec legatarii, nihil habebunt.

87. [5]Quodsi per damnationem fuerit ususfructus legatus matri, siquidem legatarii sunt fili*i*, partes ’*(factae)*[6] sunt: si non sunt, sola mater legataria est, *nec* mortalitas liberorum partem ’ei*us*[7] facit. [**87.**] [8]Sabinus certe uerbis istis non ostendit, utrum legatarii fuerint, nec ne. sed Iulianus lib. XXXV. Dig., relata Sabini scriptura, ait, intelligendum eum, qui solos liberos heredes scribit, non ut legatariorum fecisse mentionem, sed ut ostenderet magis, matrem ita se uelle frui, ut liberos secum habeat: ‘alioquin’, inquit, ‘in damnatione ratio non permittebat ius adcrescendi.’[9] proposuit autem

---

1) *De Buchh. cj.* ante et *Vat. edd.* 2) *Cf. Gai.* 2, 197. 3) *In epitomen redegit haec L.* 8. *D. de usufr. accr.* (7, 2). *Cf. Cic. pro Caec.* 4. *supra* §. 73. 4) *Malim* adcedit. 5) *Orationem antecedentis §i hic ut in aliis §is, etiam* 87. *et* 88., *nullo interiecto, continuari, palam est.* 6) *Excidit, ut puto,* facte *ob similitudinem v.* parte, *cui* s *ex* sunt *adhaesit.* partes s*umunt ed. Momms.* 7) ei *Vat. edd.* 8) *L.* 8. *cit. quaedam ex his habet.* 9) *Et tamen*

Iulianus uel 'do lego' legatûm usumfructum, uel per damnationem; et sic sensit, *quamuis*[1] legatarii sint et heredes soli, in 'do lego' legato non esse[2] ius adcrescendi, '(*perinde*) *at*que,[3] si alteri ab altero legetur (quoniam a semetipsis inutiliter legatum est) sibi non concurrunt;[4] matri uero non in totum concurrunt, sed alter pro alterius portione: et in eo dumtaxat ius adcrescendi erit; mater tamen aduersus utrumque ius adcrescendi habet.[5] | [651]

95.b. 96.b. [18] **88.** Iulianus subicit, Sextum quoque[6] Pomponium '*responsum* referre,[7] et si per damnationem[8] ususfructus '*cum* liberis uxori[9] legetur, '(*legatum*)[10] singulare hoc esse, a*t*que ideo fili*i* personam[11] matri 'accedere,[12] nec esse legatarios, sed, matre mortua, liberos quasi heredes usumfructum habituros. 'Ego', inquit Pomponius, 'quaero, quid, si mixti fuerint libe-

---

in universum verisimile est, testatorem mortalitate unius alteriusve liberorum nihil voluisse legato decedere. [1]) *ex Momms. ed.* q̃s (*pro* q̃u) = quasi *Vat.* '*quod si*' *edd. meae* 1. 2. '*quod nunc, re iterum perpensa, minus huius loci esse intellego.* [2]) ēē *Vat.* est *inter*(*eos*) *edd. meae* 1. 2. *qua emendatione opus non est.* [3]) diadq. *Vat.* atque *vel* ádque *edd. ut* qui *meae* 1. 2. [4]) *Cf. L.* 34. §§. 11. 12. *D. de leg.* 1. *Adde L.* 2 *pr. D. de instruc. leg.* (33, 7). *L.* 67. §. 1. *D. de leg.* 1. *Igitur Gaio ex besse, Quinto ex triente heredibus institutis, illi ex triente Quinti, huic ex besse Gaii ususfr. legatus esse videbitur: nec hoc ad ius accrescendi ICti retulerunt. Qui in h. l. desudarint, vid. apud Heimsoeth. l. c. p.* 48. *Buchholtz Praelegate p.* 419 *sq.* [5]) *Cf. L.* 41 *pr. D. de leg.* 2. [6]) et, *quod hic habet Vat., om. ab Hollw. et Momms., a me translatum ante* si per damnationem, *h. l. retinet Schulin ad tit. Pand. de orig. iur. p.* 15. *Cf. L.* 8. *D. de usufr. accr.* (7, 2). [7]) p̃ferre = praeferre *Vat. edd.* (referre *Momms.*). *Sed non dubito in eo libro, unde librarius descripsit, scriptum fuisse:* ʀreferre *i. e.* responsum referre, *cui deinde Pomponii quaestionem* (Ego, inquit Pomp. quaero) *subiungit. De Sexto Pomponio responsum apud Iulianum vel sententiam Aristonis referente vid. L.* 63. §. 9. *D. pro soc.* (17, 2). *L.* 18 *pr.* §§. 1. 2. *D. de don.* (39, 5). *Vid. etiam Gai.* 2, 218. *L.* 14 *pr. D. sol. matr.* (24, 3). *Fitting über d. Alter d. Schr. d. Röm. Jur. p.* 9. [8]) *Quanquam ibi partes ab initio fieri solent et ius accrescendi esse negatur.* [9]) *Ita etiam Momms. ed.* et (*quo expulsum est* c') liberis uxori *Vat.* uxori et liberis *ed. Hollw. Sed vid.* §. 86. [10]) *Supplevi. Excidit ob antecedens* leget'; *legatum singulare est uni personae, non pluribus datum.* [11]) *Hoc quoque probat, responsum referri; cf. not.* 7. [12]) accederet *Vat. accedere, ne sine liberis ad usumfructum mater* accederet *ed. Momms. Non probo.*

ris extranei heredes?' '(*Et*)[1] ait, et filios pro legatariis habendos, et mortui partem interituram: Aristonem autem adnotare, haec uera esse. et sunt uera.

89. [2]Ulp. ad Sabinum lib. 'XVII.[3] De illo Pomponius dubitat, si fugitiuus, in quo ususfructus meus est, stipulet*ur* aliquid, uel 'mancipio[4] accipiat, an per hoc ipsum, quasi utar, retineam usumfructum. *m*agisque admittit, retineri. nam saepe etiamsi praesentibus seruis non utamur, tamen usumfructum retinemus, ut puta aegrotante seruo, '(*uel*)[5] infante, cuius operae nullae sunt, uel defectae senectutis homine. nam et si agrum aremus, licet tam sterilis sit, ut nullus fructus nascatur, retinemus 'usumfructum.[6] Iulianus tamen lib. XXXV. Dig. scribit, etiamsi non stipuletur qui*d* seruus fugitiuus intra annum, mancipioue accipiat, tamen retineri usumfructum. 'nam qua ratione', inquit, 'retinetur a proprietatis domino
652] possessio, etiamsi in fuga seruus sit, pari ratione etiam ususfructus non amittitur.'

90. . . . [7]lib. I. de interdictis, sub titulo 'In eum, qui *VENVL. L. I. DE INTERD.*
legatorum nomine, non uoluntate eius, cui bonorum *posses*sio data erit, possidebit.' Si usufructu legato legatarius fundum nanctus sit, 'non competit[8] interdictum aduersus eum, quia non possidet legatum, sed potius fruitur. Inde *u*t interdictum VTI POSSIDETIS utile hoc nomine proponitur (*et*) VNDE VI, quia non possidet, (*etiam*) utile[9] datur, quod t*a*liter[10] concipiendum est: QVOD DE HIS BONIS LEGATI NOMINE POSSIDES, QVODQVE VTERIS FRVERIS, QVODQVE DOLO MALO FECISTI, QVOMINVS POSSIDERES, VTERERIS FRVERERIS.[11]

---

1) *Ex Dig. supplevi.* 2) *Est L.* 12. §. 3. *D. de usufr.* (7, 1). 3) *Ex Dig.* XVI. *Vat. ed. Hollw.* 4) mancipium *Vat. ed. Hollw.* 5) *Ex Dig. suppl.* 6) *Dig.* eum *Vat. ex nota non intellecta.* 7) *Ulp. nomen excidisse, statuunt Buchh. et Zimmern. Sed vid. nostram praef.* 8) *Sic ex* V^d. *ed. Momms.* competit *Vat.* competit (*utile*) *ed. Hollw.* 9) *Nunc demum hanc unam periodum esse vidi eamque feci scribendo* Inde *ut* (Inde et *Vat. et ed. mea altera cum ceteris*) *et post* possid. et *addendo vel potius geminando* et. (= etiam). 10) *Sic nunc scripsi. Cf. L.* 1. §. 8. *D. quod leg.* (43, 3). *In Vat. post* dat' *secuta videtur fuisse nota v.* quod *et deinde* talit., *de quo cf. Pallad.* 9, 8. 'Utile *hoc inter*dictum tali *formula*' *ed. mea altera. Quod Hollw. proposuit:* 'Utile *autem interdictum quod legatorum' spatium excedit.* utile dat*ur.* Vi*de*licet *ed. Momms.* 11) cetera,

91. [1]*Idem* lib. II. de interdictis, sub titulo 'Si uti frui '(*ui*)[2] prohibitus esse dicetur'. Non is, ad quem 'ususfructus *inter uiuos peruenerit uel per lega*tum, uel[3] qui utendi fruendi causa, cum ususfructus ad eum '*non pertineat*, in qua[4] re sit, possidere 'eum[5] uidetur, et ob *id*, qui uti frui (*ui*)[2] prohibitus est, proprie deiectus dici non potest. ideo specialiter hoc interdictum eo casu desiderari '*uisum est.*[6]

IDEM L. IIII. DE INTERD. **92.** [7]*Idem* lib. IIII. de interdictis, sub titulo 'A quo usus- [653] fructus petetur, si rem nolit defendere'. Sicut corpora uindicanti, ita et ius, satisdari oportet; et ideo necessario '(*ad*) exemplum[8] interdicti QVEM FVNDVM 'proponi*tur*[9] etiam 'ei interdictum[10] QV*E*M VSVMFRVCTVM VINDICARE VELIT de restituendo usufructu.

93. Post pauca sub titulo suprascripto. Restitutus ex hoc interdicto ususfructus intellegitur, cum petitor in fundum admissus sine periculo interdicti VNDE VI ad eam rem propositi depelli non potest. Idem Pedius 'a*it*,[11] diuersam causam esse possessionis, cum ille, qui posses|*sor est*, '*nisi a non possessore deiici non possit*, *qui uero ususfructus nomine quasi possideat*, *etiam a possessore*, *quominus fruatur*, *prohiberi possit.*[12]

[*Desunt paginae octo.*]

---

*quod addunt edd. ex Vat., non est in V*d. 1) *Cf.* §. 93. *L.* 3. §§. 13—18. *D. de vi* (43, 16). *L.* 27. *D. de donat.* (39, 5). *L.* 60 *pr. D. de usufr.* (7, 1). 2) *Geminando restitui.* 3) *Ad vestigia V*d. *restitui. Alii alia ad h. l. commenti erant. Vid. etiam Rudorf. Zeitschr. f. gesch. RW. XI. p.* 233. *Quod Momms. ed.:* '*a* uiuo *domino peruenerit uel per testamen*tum', *spatium capere non videtur; nec dici solet* '*per testamentum peruenire*'. 4) pertineret, missus in qua *ed. Hollw. pertineat*, *in ali*qua *ed. Momms., ubi vid. V*d. 5) *V*d. *ed. Momms.* eam *Vat. ceterae edd.* 6) *Supplevi.* desidera*bitur ed. Momms. — Proprium igitur et suo sub titulo propositum* (§. 93. *et L.* 27. *cit.*) *hoc interdictum fuit. Quare cave, cum Ad. Schmidt* (*Jahrb. f. gem. R. III. p.* 256.) *in L.* 3. §. 13. *cit., ubi Iustiniani prudentes quaedam reciderunt, pro* '*Unde ui*' *corrigas* '*Unde ui utile*'. 7) *Cf. Ulp. Inst. fr. Vind. IV. L. un. C. uti poss.* (8, 6). *L.* 80. *D. de rei vind.* (6, 1). *L.* 45. *D. de damno inf.* (39, 2). 8) *De Schraderi cj. ed. Momms.* exemplum *Vat.* exemplo *ed. Hollw.* 9) proponi (*pro* proponit') *Vat. edd. Hollw. Momms.* 10) *Ex V*d. *ed. Momms.* interdict*um ceterae edd.* 11) ali *Vat.* Idem Paedius. Ali *ed. Momms.* 12) *Restitui.*

DE RE VXORIA AC DOTIBVS.

94. [1] . . . *Paullus lib. VII. Responsorum.* '*Fundus aestimatus in dotem datus a creditore antecedente ex causa* | fiduciae ablatus est; quaero, an mulier, si aestimationem dotis repetat, exceptione submouenda sit? ait enim, se propterea non teneri, quod pater eius dotem pro se dedit, cui heres non 'extiterit.'[2] Paullus respondit, 'pro praedio euicto[3] *si*ne dolo et culpa uiri pretium petenti doli mali exceptionem obesse; quae tamen officio iudicis rei uxoriae continetur. Poterit mulieri prodesse hoc, quod ait, se patri heredem non extitisse, si [654] conueniretur;[4] amplius autem et consequi eam pretium fundi euicti, euidens iniquitas est, cum dolus patris ipsi nocere debeat.

PAVL. RESP. L. VII. 91.a.[19]

95. [5]Paullus respondit, solam testationem dotis repetendae non sufficere ad moram doti factam, ut actio eius ad heredem transmittatur.

96. [6]'Die nuptiarum (*uir*) uirgini optulit munus, et duxit eam. quaero de donatione.' Paullus respondit, si ante nuptias uxori futur*ae* 'situlus argenteus[7] traditus est, donationem perfectam uideri; quodsi post nuptias donatio intercessit, 'ius ciuile[8] donationem inpedisse. quoniam igitur die nuptiarum munus datum proponitur, facilius in iudicio examinari posse tempus donationis et matrimonii.

97. Paullus respondit, id, quod dotis nomine marito datum est, si post mortem mariti nulla mora intercessit '(*atque ita mulier decessit*),[9] apud heredem mariti remanere oportere.

---

[1]) *Est L.* 49. §. 1. *D. sol. matr.* (24, 3). [2]) *Dig.* extitit *Vat. edd.* [3]) *Vat.* praedio euicto *Dig. ed. Hollw.* [4]) *A marito ex empto. L.* 52. §. 1. *D. de act. empt.* (19, 1). [5]) *Cf. Ulp.* 6, 7. *L.* 57. *D. sol. matr.* (24, 3), *infra* §§. 97. 112. [6]) *Cf. L.* 66. *D. de don. int. vir.* (24, 1). *L.* 6. *C. de don. ante n.* (5, 3). *Paullo post v.* '*uir*' *Momms. supplevit.* [7]) *Sic ex V*[d]. *ed. Momms. Cum situlus, quem Glossae exponunt κάδος, mundo muliebri adnumeretur* (*Paul. S. R.* 3, 6. §. 83.), *suspicor moris fuisse, ut mundus muliebris tanquam nuptiale munus in eiusmodi vase a marito novae nuptae offerretur, unde perinde situli nomen traxerit, atque Galli munus a cado vel potius cadello* '*cadeau*' *dixerunt, et ipsi Romani alia munera sportulas.* [8]) *Ex V*[d]. *ed. Momms.* tunc iura *ed. Hollw.* [9]) *Haec supplevi, cum et necessario deside-*

98. [1]Paullus respondit, stipulationem quidem in hunc casum conceptam CVM MORIAR, DARI utilem esse, etiamsi 'mixti casus[2] non interuenirent; ut autem de dote sua, quam apud maritum habet, mulieri testari liceat, inutiliter conuenisse uideri.

99. Paullus respondit, filiamfamilias ex dotis dictione obligari non potuisse.[3] [655]

100. [4]'Mater pro filia partem dotis dedit, partem dixit; filia in matrimonio decessit, relictis filiis ex alio matrimonio; quaero de iure dotis'. Paullus respondit, eam, quae data est, mortua in matrimonio muliere, apud uirum remansisse; eam, quae dicta est a matre, 'peti[5] non posse.

101. Paullus respondit,[6] rebus non aestimatis in dotem datis maritum culpam, non etiam periculum praestare debere.

102. 'L. Titius cum esset in patris potestate, absente eo duxit in matrimonium Septiciam filiamfamilias, cuius nomine dotem accepit a patre; postea superuenit pater, quo praesente du*r*auit in diem mortis filii matrimonium; postmodum decessit L. Titius: quaero, an ex eo, quod non contradixit pater, etiam dotis dationi consensisse uideatur, et ideo actione rei uxoriae filii nomine teneatur?' Paullus respondit,[7] patrem etiam postea nuptiis consentientem et matrimonium filii sui et dotem efficere; et 'ideo rei uxoriae iudicio (*et*) uulgari conueniri posse, (*et*) ex persona filii,[8] in 'qua*m* actionem[9] peculi*i* quantitas 'de-

---

rentur et ob ὁμοιοτέλευτον facile excidere potuerint. Cf. §. 95. 1) *Cf. L.* 4. *C. de contrah. stip.* (8, 38). *Gai.* 3, 100. 2) *i. e. in mulieris stipulatione 'cum moriar' admixti casus, velut testaturae de dote vel mortis causa donaturae: qui condicionem non faciunt, quia mens ita stipulantis est, ut heres repetere dotem possit. Cf. L.* 25. *C. de iur. dot.* (5, 12). *L.* 4. *C. de contr. vel comm. stip.* (8, 38). *Promittere dotem stipulanti 'cum moriere' mulier non potest. L.* 20. 76. *D. de i. dot.* (23, 3). — *mortis causa et deinde* interueniret *cj. et ed. Momms. Non probo.* 3) *Cum tutorem non habeat, quo auctore obligari possit. Cf.* §. 10. *I. de inutil. stip.* (3, 20). *Gai.* 1, 192. 3, 108. 176. *Ulp.* 11, 20. 4) *Cf. Ulp.* 6, 2. 4. 5) repeti *Vat. Sed maritus inutiliter dictam dotem petere non potest.* re *ex* matre *adhaesit.* 6) *Cf. L.* 5. §. 2. *D. commod.* (13, 6). *L.* 1. §. 6. *D. de dot. prael.* (33, 4) *etc.* 7) *Cf. L.* 5. *C. de nupt.* (5, 4). *L.* 68. *D. de iur. dot.* (23, 3). 8) *Ex Savinii cj.* ideo ex persona filii rei uxoriae iudicio uulgari conueniri posse *Vat. ed. Hollw. Similiter sed expuncta voce* uulgari *ed. Momms.* 9) *Sic*

ducitur. Tamen[1] in proposito tutius fuit respondere, ex persona filii eum conueniri posse, qui solus contraxerat; etsi alias placeat, patrem, quo consentiente filius | dotem accepit, rei 91.b.[20] uxoriae iudicio uulgari conueniri posse.

103. Paullus respondit,[2] rei uxoriae titulo id solum peti posse, quod in dotem datum est. Ex donatione autem non potest peti id, quod ante matrimonium in stipulatum deductum
[656] non est, saluo eo, ut quaeratur, utrum perfecta 'fu*er*it[3]-donatio, an non.

104. Paullus respondit,[4] dignitatem mul*ie*rum ex honore matrimonii et augeri et minui solere.

105. Paullus respondit, 'aestimatis[5] rebus in dotem datis et manente matrimonio euictis, uiro aduersus uxorem ex empto conpetere actionem;[6] et ideo eius quantitatis, quae in aestimationem deducta est, sextas retineri posse.[7]

106. 'Conuenit in pacto dotali, ut diuortio facto sextae liberorum nomine retinerentur; quaero, an discidio interueniente sextae retineri possint?'[8] Paullus respondit, secundum ea, quae proponuntur, posse. **[107.]** Item quaesitum[9] est, si uir, 'qui repudium misit,[10] eandem 'redux*er*it,[11] eaque mulier absente uiro de domo eius discesserit, an aeque sextae retineri possint ex priore pacto? Paullus respondit, si uerum diuortium intercessit, et ad 'eundem rursum[12] reuersa, non renouato pacto, man*en*te dote diuortit, sextas liberorum

---

etiam Momms. ed. qua actione *Vat. ed. Hollw. De re cf. L.* 22. §. 12. *L.* 25 *pr. L.* 53. *D. sol. matr.* (24, 3). *L.* 36. *D. de pecul.* (15, 1). [1]) deducitur t*antummodo. ed. Momms. ex cj. Sed Paullus responsum antea datum corrigere videtur.* [2]) *Cf. L.* 1. *C. de don. ante nupt.* (5, 3). [3]) *De Buchh. cj.* fuit *Vat. ed. Hollw. De re cf.* §§. 302. 310. 311. [4]) *Cf. L.* 8. *D. de senat.* (1, 9). *L.* 10. 28. *C. de nupt.* (5, 4). *infra* §. 115. [5]) *Ex V*[d]. *Momms. ed. Omiserant ex Vat. edd.* [6]) *Cf. L.* 1. *C. de i. dot.* (5, 12). §. 94. *not.* 4. [7]) *Cf. Ulp.* 6, 10. [8]) *Sc. in infinitum. Cf.* §. 120. *L.* 2. 21. *D. de pact. dot.* (23, 4). *L.* 48. *D. sol. matr.* (24, 3). *L.* 1. §. 1. *D. de dot. praeleg.* (33, 4). [9]) *Ita Buchh. In eadem sc. causa* (§. 106.) *hoc quoque quaesitum erat.* Item. Quaesitum *ed. Hollw.* [10]) qui repudium misit et *V*[d]. *sed* qui *superscriptum a correctore, qui postea* et *delere oblitus est.* repudium miserit *edd. meae* 1. 2. [11]) reduxit *Vat. edd. Paullo post restitui* eius *ex V*[d]. *Momms. ed.* [12]) *Suspicor hoc depravatum ex* eundē ml uirum (mulier uirum).

nomine ita demum retineri posse, si culpa mulieris diuortium intercessit.[1]

PAVL. L. VIII. RESP. **108.** Paullus lib. VIII. Responsorum 'titulo de re uxoria.[2] Paullus respondit, patrem dotem a se profectam, mortua in matrimonio filia, deductis quintis singulorum liberorum nomine, repetere posse.[3]

109. Paullus respondit, pupillorum matrem uxorem ducere [657] tutoribus interdictum non esse, et ideo eum,[4] de quo quaeritur, et priuignum fuisse, et recte heredem institutum uideri.

110. Paullus respondit, etiam post nuptias copulatas dotem promitti uel dari posse; sed non curatore praesente promitti debere, sed tutore auctore.[5]

111. 'L. Titius a Seia uxore sua inter cetera accepit aestimatum etiam Stichum puerum, et eum possedit annis fere quattuor; quaero, an eum usucceperit?' Paullus respondit, si puer, de quo quaeritur, in furtiuam causam non incidisset, neque maritus sciens alienum in dotem accepisset, potuisse eum aestimatum in dotem datum post nuptias, 'ante non, anno[6] usucapi; quam*uis enim*[7] Iulianus et ante nuptias res dotis nomine traditas usucapi pro suo posse existimauerit, et nos quoque idem probemus, [8]tamen hoc tunc uerum est, cum res dotales[9] sunt. cum uero aestimatae dantur, quoniam ex empto incipiunt possideri, ante nuptias 'pendente[10] uenditione, non prius 'ususcapio[11] sequi potest, quam nuptiis secutis.[12]

---

1) *Itaque non ex pacto, quod non item ut matrimonium et dos tacite renovatur, sed communi iure. Cf. L.* 33. *D. de rit. nupt.* (23, 2). *L.* 13. *D. de i. dot.* (23, 3). *Ulp.* 6, 10. 11. 2) *Ab alia manu in Vat. addita. Cf. Interpr. ad L.* 2. *Th. C. de dotib.* (2, 13) *in Haen. ed. Leg. Rom. Vis. p.* 92. *et ex eadem Lege Papin. locum supra p.* 433. 3) *Cf. Ulp.* 6, 4. 4) *Puta pupillum, quem sub appellatione 'priuigni' tutor heredem instituerat.* 5) *Cf. Cic. pro Caec.* 25. *pro Flacc.* 35. *Ulp.* 11, 20. 27. 6) anteno, *mox factum* antino, *denique correctum* anno *Vat.* ante non *ed. Hollw. Tempus non potuit omitti.* anno *ed. Momms.* 7) qn *Vat.* (*sc. pro* q̄uNJ) qu*amuis edd. Hollw. Momms.* 8) *Cf. L.* 1. §. 2. *D. pro dote* (41, 9). 9) *V*[d]. dotalis *Vat. ed. Hollw.* 10) ã (= aut) pentende *Vat.* aut *rursus ut in edd.* 1. 2. *cum Sav. et Hollw. omisi.* autem pendet uenditio *Meyerfeld cj.* 11) *Vat. edd. Hollw. Momms.* usucapio *edd. meae* 1. 2. 12) *Cf. L.* 2. *D. pro dote* (41, 9). *L.* 2. §. 2. *D. pro empt.* (41, 4).

112. 'Apud magistratus[1] de plano 'L. Titius[2] his uerbis a marito repetit: 'Anicius Vitalis dixit: 'Quoniam praesto est Fl. Vetus iunior, peto 'Re | . . *quae uxor eius fuit*, *nomine*[3] 99.b.[21]
ab eodem ex legibus et edictis[4] dotem et peculium.[5] *Manda-* ⅔ *po.*
[658] *tum sibi ab ea esse*[6] *d*ixit tabulis signatis, nec p*r*otulit. Fl. Vetus iunior dixit: '*Nullo iure abs te postulatus* sum.' Duumuir dixit: 'Sermo uester in actis erit.' *Quaero, defuncta muliere*, *an a*d heredes eius rei uxoriae actio transierit, cum '[h]is, qui repe*tisset*[7] *eius nomine*, *eius neque* curator, neque procurator, neque cognitor, aut *quis al*ius *fuisset*, *cuius postulationem ratam* haberet.' Paullus respondit, mulieris nomine postulatum' u*irum*,[8] *sufficere; per quemcunque enim p*osse actionem rei uxoriae perpetuari.[9]

113. [10]. . . *Paternam laedi u*erecundiam, hoc est, uitae *INCERT. IMP.*

---

[1]) *Rei testificandae gratia. L.* 22. *D. de test.* (22, 5). [2]) *Legendum videtur* Anitius *vel* L. Anitius. [3]) *Restitui hunc et sequentes versus, paucis post* V^d. *compertum mutatis. Alia supplementa Momms. dedit, de quibus cf. Wieding. Libellproces p.* 625. *In hoc versu non dubito* Re . . . . *initium esse nominis proprii, velut* Re*migiae vel* Restitutae. rei *uxoriae actione Buchh. cj.* rem *uxoriam ed. Momms.* [4]) *Hinc apparet, actionem rei uxoriae partim legibus* (*XII tab. et Maenia*) *constitutam esse, partim edictis praetorum, velut de alterutro et si mulier de suo dotata heres marito ab intestato non erat.* [5]) *Cf.* §. 254. *L.* 9. §. 3. *D. de i. dot.* (23, 3). *Petitio haec eo spectabat, quod rei uxoriae actio tum demum competebat, cum 'post divortium de dote contentio est' Boeth. in Cic. Top.* 17, 66. *p.* 378 *Or.* [6]) *Iam Buchh. pleraque restituit. De tabulis, quibus mandatur, cf. Plaut. Curc. IV*, 3, 17. [7]) *Sic ex* V^d. *Momms. ed.* his quae re . . . . *Vat.* [8]) videri *ed. Momms.* [9]) *De re cf. L.* 24. §. 2. *D. de usur.* (22, 1) *et* §. 334. *In margine lemma:* H. Posse per quemcunque actionem . . . . (rei uxoriae *suppl. Meyerfeld*) perpetuari. *Quod praemittitur his scholiis* H. (*Detlefseno visum* b) *non dubito quin significet* Hic *sc. traditur, vel require. Vid. simile scholium in Consult. ante c.* 6. [10]) *Est rescriptum inferioris aetatis imperatoris ad Renati simul libellum et, cum is appellasset a Maximi sententia, ad eius relationem s. consultationem datum* (*cf. Gothofr. ad L.* 6. *Th. C. de appell. et poen.* 6, 30. *et de iteratis precibus infra* §. 282.). *Quaerebatur, an si pater libello a genero subscripto, quo res dotales enumeraverat, de his filiae suae restituendis cavisset, dos filiae donata videretur, ut ea et repetere dotem ex pacto paterno posset, nec conferre eam fratribus necesse haberet. Caetera ex restitutione, quam informavimus, cognosces.*

probabilis instrumentum[1] *filiae proprie datum in peri*culum redigi, ut eam praelatam *l*iceat '*heredi*tatis *c*um[2] *sociis aequari*, *par non est eo*, *quod pater*, fretus con*iu*nctionis firmitate, 'pro*missio*nem[3] *solo libello perfecit*, *quamquam eam* iuxta statutum iudicantis adflixerit *ob hoc sententia*, *cuius iniuri*a deprimitur. Viderit enim, utrum in praeteritum *auctoritas extet apud uirum de d*ote repromissa aestimantis aliquid remanere *oportere*, *quod sine stipulatione hau*d constituta petendi firmitas putaretur e commu*ni dotium iure*, *dum po*tior parentium affectus persuasit, ut in 'sola[4] *conuentione* [659] *filiae cauta* dote obligatio gigneretur.[5] Frustra euidens *male detorquentium patern*am restituendae dotis uoluntatem astutia here*dum ita interpretatur*, *quasi de s*peciebus, quas doti pater filiae nomine designaue*rat*, *sua gratia quid ad gener*um libelli scriptione promat, et de redhibitione *sibi facienda caueat*, *qui contr*a filiae dotem restitui uoluit. Frustra Maximus *u. c.*, *dum filiae stipulationem d*esiderat, Renato submoto,[6] cui dos Paulinae no*mine data est*, *hanc ita tantum eius re*petitionem instituere potuisse iudicauit, *ut conferret*. *Cum igitur*, *quae sit demort*ui uoluntas soceri, primo per libellum, dehinc *per relationem Renatus nos* consuluit, auxilium nostrae mansuetudinis in*plorans pro uxore*, *ut praeses prouinciae un*dique uersum eius actionibus aditum daret, qui cum repetitionem *dotis ex pacto ei denegas*set, uiolato necessitudinis iure, secundo soceri iu*dicio eam priuauit contra heredes*, *hoc ad*ipisci merebatur. Quapropter Maximi sententia dotem, cuius *pretium non oportet heredibus patris iux*ta extremam restitui uoluntatem, qui eam reddi *filiae suae antea pepigit*, *proh*iberi placuit. nec enim dubium est, effectum restituti*onis filiae a Renato esse de*stinatum, cui dotem filiae nomine per libellum *constituit*. . . . . .

PAVL. L. VIII. RESP. **114.** [7]*P*aullus lib. VIII. Responsorum. (*Inter*) uirum et

---

1) *Cf. Appian. de b. c.* 4, 33. 2) . . . . tatis eum *V. proprietatis* eum *edd. In marg. est lemma:* Hic, dotem (V^d. donum *Vat.*) per libellum promi*ssam* et sine stipulatione a*fferre filiae* actionem. 3) proi . . . . em *Vat. et* V^d. 4) V^d. solo *Vat.* 5) *Cf. L.* 45. *D. sol. matr.* (24, 3). *L.* 7. *C. de pact. conv.* (5, 14). 6) *i. e. si is morte vel alias e matrimonio submotus esset.* 7) *Cf. L.* 18. *L.* 58. 59. §. 9. *D. de iur. dot.* (23, 3). *L.* 66. §. 3. *D. sol. matr.* (24, 3).

uxorem conuenit, cum res et *inter eas mancipia aestimata in do*tem darentur, ut, diuortio secuto, utrum uellet mulier | eligeret, uel mancipia, uel aestimationem. Manent*e matrimo*- 99.a.[22] *nio quaedam ex mancipiis* pepererunt. quaesitum est, si mulier mancipia elegisset, *an partus quoque eius esse de*berent? Paullus respondit, quoniam periculo mariti uixer*unt mancipia, partus quoque ex iis matrimonii* tempore perceptos apud uirum remanere deb*ere.*[1]

[660] **115.** *Idem lib. . . resp. refert* tamen consultationem et responsum. '*Minor XXV annorum Luci*a Titia cum nuberet Septicio, maioris dign*itatis uiro, ei sestertium centum*[2] milia in dotem dedit, cum non amplius in bonis ha*beret. Num recte dedit et num* uerum est, quod a quibusdam dicitur, omnia in dotem da*ri bona posse?' Paullus respondit, 'recte dotem datam;*[3] dari posse, argumento esse in manu*m* conuention*em.*[4]

116. [5]'*Iure potestatis pater inuita* filia repudium genero misit. Quaero, *an idem iure stipulatio*nis dotem petere possit?' Paullus respondit, matrimonium quidem re*pudio quoad socerum solutum* uideri; se*d* patri filiam inuitam a marito *abducere non licere; nec* dotem repetere posse, nisi filia consentiente.[6]

117. 'Lucius Titius Septiciam ducturus ux*orem erat nondum nubilem.*[7] postea Septicius datus tutor Septiciae eunde*m Titium potiorem nominauit* tutorem. Quaero, an excusandus sit?' Paullus respondit, de offic*io praetoris quaeri; sed*

L. 48 *pr. D. de leg.* 2. *Deperdita rectius mihi videor quam Hollw. et alii reparasse.* 1) *Ex eodem Paullo sequitur aliud responsum: sed dicendum videtur, prima verba esse collectoris vel collegae potius, qui hunc titulum recensens quibusdam supplementis auxerit. Lacunas explevi.* 2) *'decies centena' edd.* 1. 2. *dederam, non recte.* 3) *Ita Momms. Malim: omnia bona in dotem. Cf. L.* 9. §. 1. *D. de minor.* (4, 4). *L.* 1. *C. si adv. dot.* (2, 34). *L.* 4. *C. de i. dot.* (5, 12). 4) *Cf. Cic. Top.* 4, 23. 5) *Lacunas sensus et spatii accuratiore habita ratione supplevi, partim aliorum usus commentis. Cf. L.* 32. §. 19. *D. de don. int. vir.* (24, 1). *L.* 1. §. 5. *D. de lib. exhib.* (43, 30). *L.* 5. *C. de repud.* (5, 17). *Paul. S. R.* 5, 6. §. 15. 6) *Quod in dote non recepticia etiam soluto inter coniuges matrimonio futurum erat.* 7) *Lacunas supplevi. Similiter Momms.*

melius eum facturum, si eum, de quo quaeritur, potiorem non *pronuntiet*, *ne nuptias* destinatas 'ea res[1] inpediat.

118. Paullus respondit, etiam 'ma*nente accusatione adulterii*,[2] eam, quae rea facta erat, nubere potuisse.

VLP. L. II. DE OFF. PRO-CONS. **119.** Ulpianus lib. II.[3] de officio proconsulis. Impp. (*nostri*) Augg. Iulio 'Iu*liano*[4] *consulente*, *crimine postula*tam [661] dotem recte reddi sibi desiderare 'dixerunt,[5] quae *omnino repeti iam possit*. quod etiam in patre seruabitur, qui consentiente filia re*a dotem communem repetit*: nec moratoriae dilationi locus erit, quod mal*e perditurus dotem sit*.[6]

VLP. L XXXIII. AD EDICT. **120.** [7]Ulpianus lib. XXXIII. ad Edictum. Inter cetera 'in reddenda[8] *dote obseruanda cum placeat*, ut retentionum ratio habeatur, siquidem conueni*t* d*e iis*, *id modo pactum ualet*, *quo* non deterior dotis causa fiat: nisi in eum casum, quo *liberi extent*, *conuenerit*; hoc enim iure utimur; 'et[9] Iulianus scribit, et est rescrip*tum*; *itaque a marito etiam tota* dos retineri uno filio interueniente potest, si modo non culp*a eius diuortium factum sit*. Quodsi nihil conuenit, exercendae retentiones non sunt '*praeter solitas*.[10]

PAP. L. IIII. RESP. **121.** Papinianus lib. IIII. Responsorum. Non ab eo culpa dissociandi matri*monii procedit*, *qui nuntium diuor*tii misit, sed qui discidii necessitatem 'indu*x*it.[11]

---

1) *V*d. earum *Vat.* eorum *ed. Hollw. De re cf.* §. 202. *L.* 1. §. 5. *D. de excus.* (27, 1). *L.* 15. *D. de spons.* (23, 1). 2) *Hollw. restituit ex L.* 11. §. 13. *D. ad l. Iul. de adult.* (48, 5): *dubito, an recte, cum videatur addendum fuisse: post mortem mariti. Cf. L.* 26. 34. §. 1. *D. de rit. nupt.* (23, 2). 3) *Quo libro etiam de criminibus egit L.* 3. *D. de priv. del.* (47, 1). *L.* 6. *D. de accus.* (48, 2). *L.* 1. *D. de custod. et exh.* (48, 3). *Hinc et propter vicinitatem* §. 118. *hanc* §. *ad crimine postulatam pertinere ratus, ex sententia L.* 41. 42. 45. §. 1. *D. de solut.* (46, 3) *restitui. Cf. etiam L.* 22. §. 6. *D. sol. matr.* (24, 3). *L. ult. D. de feriis* (2, 12). 4) *Ex Buchh. cj. coll. L.* 2 *pr. D. de bon. eor. qui ante s.* (48, 21), *unde patet, imperatores Augg. esse Severum et Antoninum.* 5) *Ex Hollw. cj.* d *lineola transmissa Vat.* diuus *ed. Momms.* 6) *Cf. L.* 22. §. 1. *D. sol. matr.* (24, 3). 7) *Restitui paucis aliorum adhibitis. Cf.* §. 106. *ibique laud. Aliter Momms.* 8) *Ita V*d. (*Momms. p.* 408) in *omitt. Vat. edd.* 9) *Legendum videtur* ut *vel:* (*et ita*) et. 10) *Haec addidi, diffidens Maio notanti, reliquum spatium versus scriptura vacuum videri. Etiam Momms. V*d. *supplevit*: '*nisi legitimas.*' 11) *Ex Maii cj.* inducit *Vat. edd.*

122. Item. Conuenit, ut diuortio uel morte uiri solu*to* *matrimonio* . . .

[*Desunt quaterniones decem s. paginae centum et sexaginta.*]

---

[662] DE EXCVSATIONE.

[1] **123.** . . . eum, de quo agitur, et de incolumitate eius ’ibi[2] rescribant. [23]82.a. *VLP. L. SING. DE EXC.*

124. Item. Hi quoque, qui sunt ex collegio sex ’primorum,[3] habent a tutelis excusationem; sed non simpliciter, sed post unam. nam non alias a ceteris uacant, nisi unam habeant.

125. [4]Item. Olim uarie obserua*ba*tur circa numerum tutelarum; sed hodie certo iure utimur, tam ex rescriptis diuorum, quam ex constitutionibus imperatorum nostrorum: nam si quis tres tutelas siue curas habeat, excusatur.

126. [5]Item. Haec locuti sumus de tutelis, finitis non inputandis. eodem loco sunt et non coeptae.

127. [6]Item. Sed hodie hoc iure utimur, ut si filium quis habeat in potestate, tam patris, quam fili*i* onera patri in numerum ’procedere (*debeant*).[7]

128. Item. Hodie itaque ut quis excusetur, tria onera allegare debet, siue tutelarum, siue curarum, siue etiam curae kalendari*i*; et ’si uel[8] eiusdem tituli sint tria onera, a quarta excusant.

129. [9]Item. Valetudo quoque mala praestat uacationem, si talis sit, ut ostendat, eum ne quidem rebus suis administrandis idoneum esse.

Hollw. Momms. In marg. schol.: H(ic). Non ab eo culpam diuortii procedere, qui repudium dedit, sed qui dandi necessitatem ind*u*xit.

1) *De* §§. 123—170. *sumptis ex Ulp. lib. sing. de excus. vid. Buchh.* 2) sibi *Vat.* V^d. *edd.* 3) uirorum *cj. Buchh. Male. Cf. Nov. Valent.* 34. §. 3., *ubi leg.:* sexprimarius *et post* seuir *pro* situir. *Item L.* 39. *Th. C. de decur.* (12, 1). 4) *Cf.* §§. 128. 231. §. 5. *I. de excus.* (1, 25). 5) *Cf. L.* 2. §. 9. *D. de excus.* (27, 1). 6) *Cf.* §. 190. *L.* 4. §. 1. *L.* 5. *D. h. t.* 7) *De Böcking. cj.* procedant *edd.* 8) *De Böcking. cj. i. e. si adeo; difficiliora enim tria onera diuersi tituli sunt, quam eiusdem.* sū *Vat.* siue *ed. Hollw.; postea* siue non *excidisse cj. Mai.* siue eiusdem *siue diuersi Momms. ed.* 9) *Cf.* §. 7. *I. h. t.*

130. [1]Item. Si quando autem huiusmodi ualetudo adfirmetur, inspectio praetoris necessaria est. Siue autem quis arthriticus sit, siue 'p*hthi*sicus,[2] siue epilempticus, siue 'orbus,[3] et his similia, excusantur.

131. [4]Item. Verba rescripti: 'Libertus, qui negotia senatoris populi Romani 'gerit[5], a tutela excusatur; a muneribus autem ciuilibus, cum ipse quoque bonis publicis fruatur, non uacat.' [663]

132. [6]Item. Sic autem interpretantur prudentes has constitutiones, ut unum libertum procuratorem in 'quaqu*e*[7] domo senatoris uoluerint uacare, non quotquot erunt, si plures fuerint.

133. Item. Ergo uidemur hoc iure uti, ut is uacet, cui omnium rerum generaliter procuratio mandata sit; et non amplius, quam unus.

134. Item. Arcari*i* Caesariani, qui in foro Traiani habent stationes, ex sacris constitutionibus multifariam emissis habent immunitatem.

135. [8]Item. Qui iam tutores uel curatores sunt, si rei publicae causa absint, ad tempus excusantur.

136. Item. Eum, qui uiae curam habet ab imperatore iniunctam, excusari.[9]

137. Item. Anabolicari*i*[10] a tutelis curationibusque habent uacationem.

138. Item. Ii, qui in centuria *a*ccensorum uelatorum[11] sunt, habent immunitatem a tutelis et curis.

139. [12]De litibus, quas tutor cum pupillo habet, an propterea excusetur? Et 'dicit[13] propterea non excusandum; et extant rescripta.

---

1) *Cf.* §. 239. *L.* 10. §. 8. *D. h. t.* 2) *Ex Barkovii cj.* posicus *Vat. ed. Hollw.* psoricus *Dirks. cj.* pod*agr*icus *ed. Momms.* 3) *Suspicor:* uisu orbus *vel* surdus. 4) *Cf. L.* 15. §. 6. *L.* 44. §. 3. *D. h. t. L.* 17. §. 1. *D. ad munic.* (50, 1). 5) *V*[d]. *ed. Momms.* curat *Vat. ceterae edd.* 6) *Cf. L.* 13. *C. h. t.* (5, 62). 7) quaqua *Vat. edd.* 8) *Cf.* §. 2. *I. h. t.* 9) *Fortasse:* c'stat (constat) excusari. *De re cf. Frontin. de aquis* 100. *L.* 22. §. 1. *D. h. t.* 10) *Cf. Vopisc. Aurel.* 45. 11) *Cf. lib. nostr. Verf. d. Serv. Tull. p.* 181. 12) *Cf.* §. 4. *I. h. t.* 13) dicitur *Mai. cj.* didici *Momms. cj. Sed malim credere, ICti nomen in recisis praecessisse, velut: Item Iulianus quaerit* de litibus.

140. [1]Item. Veterani quoque, post emerita stipendia | missi[2] honesta missione, in perpetuum a tutelis uacant. 82.b.[24]

[664] **141.** Item. Primipilaribus ob id ipsum, quod primipilares sunt, uacatio a tutelis '(*alienis*)[3] a diuo Hadriano dari coepit.

142. [4]Item. Decuriales quoque, qui ob id ipsum uacant a tutelis, '(*a tutela*)[5] condecurial*is* filii non uacare,[6] si non habeant aliam excusationem.

143. [7]Item. Neque autem primipilarium filii, neque ueteranorum, a tutelis excusantur.

144. [8]Item. Is, qui inter uigiles militat, quamuis post emerita stipendia legitima missus sit, non in perpetuum uacat a tutelis, sed intra annum, quam missus est: ultra non uacat.

145. [9]Item. Officium quoque militare excusat. 'nam *cum*[10] munus emeritum prodest, multo magis, cum frequentatur.

146. [11]Item. Qui Romae magistratu funguntur, quamdiu hoc funguntur, dari tutores non possunt.

147. [12]Item. Imperatores nostri constituerunt, ne '*ul*tra[13] ducentesimum miliarium senator populi Romani cogatur res pupillares administrare. Itaque in usu ita seruatur, ut ad eas res, quae ultra ducentesimum lapidem sunt, equestri*s* ordini*s* uiri dentur tutores 'siue[14] curatores a praetore. et hoc non tantum in eo senatore seruatur, qui decreto tutor uel curator datus est, sed et in eo, qui testamento.

148. Item. Is, qui in portu pro salute imperatoris sacrum facit ex uaticinatione archigalli,[15] a tutelis excusatur.

149. [16]Item. *Ph*ilosophis quoque et medicis et r*h*etoribus

---

1) *Cf. L.* 8. §. 6. *D. h. t. Tit. C. de excus. veter.* (5, 65).
2) *Ita Buchh. et Momms.* missi si *Vat. V*[d]. *ed. Hollw.* 3) *Hoc in fine versus videtur excidisse. Cf.* §. 142. 'quoque' *et L.* 8. §. 12. *D. h. t.* 4) *Cf.* §. 235. *L.* 17. §. 2. *L.* 41. §. 3. *L.* 46. §. 1. *D. h. t. L.* 24. *C. eod. I. Gothofr. ad Tit. Th. C. de decuriis* (14, 1).
5) *Supplevi.* (*Idem cj. Momms.*) uacant, a tutelis *edd.* 6) *Fortasse geminandum:* r̄e *i. e.* responsum *vel* rescriptum est. 7) *Cf. L.* 8. §. 2. *D. de vacat.* (50, 3). 8) *Cf. L.* 8. §§. 4. 5. *D. h. t.* 9) *Cf.* §. 14. *I. h. t.* 10) *Sic infra* §. 222. namque *Vat. edd.* 11) *Cf.* §. 3. *I. h. t. L.* 17. §. 4. *D. h. t.* §. 174. 12) *Cf. L.* 21. §§. 2. 3. *D. h. t.* 13) *nisi* intra *Momms. ed.* 14) *V*[d] uel *Vat. edd. antiquiores.* 15) *Cf. Tertull. apol.* 25. 16) *Cf.* §. 15. *I. h. t.*

et grammaticis, quibus 'per[1] hanc professionem immunitas dari solet, etiam uacatio a tutelis datur tam diuorum principum rescriptis, quam imperatoris nostri. Quo*d* ad medicos 'cetero*sque*[2] uniuscuiusque ciuitatis[3] pertinet, intra nume- [665] rum 'qu*em*que[4] esse debere, sacrae constitutiones docent.

150. Item. Neque geometrae,[5] neque hi, qui ius ciuile docent,[6] a tutelis excusantur.

151. [7]Item. Qui muniti sunt aliquo priuilegio, aliquando (*non*) admittuntur ad excusationem, uelut '*qui*[8] minor sit annorum xxv, si adfini datus sit tutor, et aliquem usum rerum habeat; quod ius uenit ex epistula diui Hadriani.

152. [9]I*d*em de libertis[10] quoque: quamuis multa priuilegia excusationum praetendant, tamen a patroni sui liberorum tutela non excusantur.

153. [11]Item. Qui patri pupilli promiserunt, se suscepturos tutelam, non excusantur, quia est ini*q*uum, alios non esse datos.

154. [12]Item. Si inmiscuit se administrationi tutor, perdit beneficium excusationis; plus enim egit, quam si promisisset; idque diui Fratres Domitio Rufo rescripserunt in haec uerba:
97.a. 92.b. [25] 'Liber*a*ri tute|la, quam sponte suscepisti, *impro*be *nunc* desideras.'[13]

155. Item. [14]'Igitur obseruandum deinceps erit, ut qui tutor datus (*sit*), si quas habere se causas excusationis arbitrabitur, adea*t* ex more: 'sed nec[15] infinitum captiosi silentii

---

[1]) propter *Mai. cj.* [2]) *Sic correxi et huc revocavi, quod Vat. et edd. in fine sine sensu habent* cetera, *cui* cetera *in* §. 90. *non est simile.* [3]) *Non* περιοδευτάς. *Cf. L.* 6. §§. 1. 2. *D. h. t.* [4]) quinque *Vat. edd.; sed vid. L.* 6. §§. 2. 10. *L.* 46 *pr. D. h. t. L.* 1. *D. de decret. ab ord.* (50, 9). [5]) *Cf. L.* 22 *pr. D. h. t. L.* 2. *C. de excus. artif.* (10, 64). [6]) *Cf. L.* 6. §. 12. *D. h. t.* [7]) *Cf.* §. 13. *I. h. t. Idem locus plenior et sanior legitur* §. 223. [8]) si *Vat. edd. etiam meae* 1. 2. [9]) *Cf.* §§. 220. 224. *L.* 14. *D. h. t. L.* 5. *C. h. t. Paul. S. R.* 2, 29. §. 1. [10]) item de libertis *Vat.* Item. De libertis *edd.* Idem. Liberti *ex Barkovii cj. edd. meae* 1. 2. [11]) *Cf.* §. 9. *I. h. t.* [12]) *Cf. L.* 2. *C. si tut. v. cur. fals.* (5, 63). [13]) Liberis tutela*m* q. s. s. praebe; nam desideras*ti edd.* Liber*a*ri tutela q. s. s. perperam desideras *ed. Momms., quo verisimilius videtur, quod dedi.* [14]) *Ipsius D. Marci de hac re constitutionis videtur pars esse. Cf.* §. 156 *et* §. 16. *I. h. t.* [15]) sed in (*pro* sed n') *Vat.* nec in *ed. Hollw.* ad eas ex more *nec* in infinitum *ed.*

tempus, per quo*d* res interfrigescat, concessum sibi 'credat.
[666] *Nam*[1] *hi*, qui Romae uel intra centesimum[2] fuerint, sciant, in proximis diebus quinquaginta se excusationis causas allegare debere, aut capessere administrationem; ac nisi id fece-ri*nt*, in ea causa fore, in qua sunt, de quibus consules amplissimi decreuerunt, periculo suo eos cessare.'

156. [3]Item. Formam autem ex hac constitutione datam hodie in usu ita celebrari animaduertimus, ut ex eo die incipiant quinquaginta dies enumerari, ex quo '(*quis*) scierit,[4] se esse tutorem uel curatorem, scilicet ex eo, ex quo in notitiam eius decretum 'perlatum[5] sit testato: uel, si testamento datus sit, ex quo id 'quo*q*u*o* *modo*[6] scierit. Itaque ubi sciit, ne praescri*p*tione L dierum excludatur, si sint *s*essiones uel pro tribunali uel de plano, aduersario, id est ei, qui eum peti*i*t, denuntiare debet, et adire praetorem et titulum excusationis suae apud eum expromere. si feriae sint, libellos det contestarios.[7]

157. [8]Item. Tunc demum excusandus est, q*ui* prius datus fuerat, si is, quem nominauerit, et potior necessitudine et idoneus re fideque '*nec*[9] absens '*de*praehendatur.[10]

158. Item. Pars oration*is* imperatoris Seueri: 'Promiscua facultas potioris nominandi, nisi intra certos fines cohibeatur, ipso tractu temporis pupillos fortunis suis priuabit: cui rei obuiam ibitur, patres conscripti, si censueritis, ut collegae patris '*a*uiue[11] pupilli in decuria uel corpore, item cognati uel affines utriusque necessitudinis,[12] qui lege Iulia et Papia excepti sunt,[13] potiorem non nominent; ceteri cognati uel adfines

---

Momms. '*adire*' *simpliciter dicitur* §. 161. 165. *L.* 10. §. 4. *D. h. t.* (27, 1). 1) credant *V*d. credat *Vat. edd.* 2) *Non opus est addere* miliarium; *cf. v. gr. Tacit. H.* 2, 24. 3, 15. 3) *Cf. L.* 6. *C. h. t.* (5, 62). *L.* 13. §. 9. *L.* 16. *L.* 45. §. 1. *D. h. t.* 4) scierant *Vat.* scierat *ed. Hollw.* scierit *Buchh.* 5) *Ex Buchh. cj. et sic V*d. prolatum *Vat. ed. Hollw.* 6) *Ex Momms. ed., qui laudat L.* 5. §. 10. *D. de adm. et peric.* (26, 7). quoque *Vat.* 7) *Cf. L.* 13. §. 10. *L.* 25. 38. *C. h. t. L.* 11. §. 6. *D. ad l. Iul. de adult.* (48, 5). *L.* 2. *D. de fer.* (2, 12). 8) *Cf.* §. 158. 9) ū (*i. e.* uel *pro* n') *Vat. V*d. *edd.* 10) *Ex Blum. cj.* repraehendatur *Vat. ed. Hollw. Sed fortasse fuit:* fideque (ē(st) *nec absens*) uel absens repraesen-*t*atur. 11) suiū (*pro* auiū.) *Vat.* siue *ex Maii cj. edd.* (uel *ed. Momms.*) 12) *i. e. per patrem et per matrem.* 13) *Cf.* §§. 216—219.

amiciue atque municipes eos tantummodo nominent, quos *sup*ra conplexus sum; uicinitatis autem iure nemo potior [667] existimetur.'[1]

159. [2]*Impp.* nost*ri* Aelio Diodoto. 'Tutores secundum patris uoluntatem decreto praetoris, clarissimi uiri, quo*d* non iure testamento uel cod*i*cillis dati fuerant, confirmatos potiores nominare posse non arbitramu*r*: nam iudicium patris, licet iure deficiat, seruandum est.'

160. Item. Libertus 'sicut[3] ex*cu*sare se a tutelis, ita '*etiam*[4] potiorem nominare potest.

161. Item. Ex ea die, ex qua quis potiorem nominauit,
97.b. [26] deinceps omnibus sessio|nibus aduersus eum, quem nominauit,
92.a. adire debet, usque dum causam finiat. ceterum si aliquam sessionem intermiserit is, qui potiorem nominauit, praescriptione excluditur. plane illa sessio, quae de plano celebratur, ei non conputabitur.

162. Item. Si is, qui potiorem nominauit, litteras petierit ad magistratus, ut conpellant eum uenire,[5] quem potiorem nominauit, '(*postquam*)[6] libellos dedit, 'al*ter*a[7] die litteras accipere debet, ac magistratibus reddere per dinumerationem uicenum milium passuum.[8]

163. Item illud[9] curare debet, ut intra diem decimum, quam litteras reddidit magistratibus, rescriptas[10] deposcat: et ubi eas acceperit, per dinumerationem 'simili modo[11] reuerti debebit, et si sessionem inuenerit pro tribunali, reddere praetori, ut subnotet s*u*a manu, quod uolet.[12]

---

1) *Itaque ut non municeps municipem potiorem nominaret, hac oratione non sublatum. Cf.* §. 166. 2) = §. 246. *Cf.* §. 211. 3) *i. e. quatenus.* §§. 152. 211. 4) nec *Vat. edd. Necessario correxi* (*item nunc Momms.* n' *V*[d].), *praesertim cum antea dictum sit* a tutelis *non* a tutela liberorum patroni. 5) *In ius sequendo actorem, qui ipse frustra eum sua denuntiatione vocaverat* (§. 167), *addito, ut puto, si sequi se velle intra decimum diem professus esset, apparitore cum literis rescriptis, qui fuga eum prohiberet; sin minus, hoc ipsum praetori die decimo rescribendo* (§. 163). 6) *Ex Hollw. cj. supplevi. De libellis vid.* §. 166. 7) *Ex Hollw. cj.* alia (*pro* al‡a) *Vat. edd.* 8) *Cf.* §. 16. *I. h. t. ibique Schrader.* 9) Item. Illud *edd.* 10) *Cf. L.* 5. *Th. C. de repar. appell.* (11, 31). *Wieding. Libellproc. p.* 526. 11) *Malim* similem, *quod acceptum est* similim. 12) *Puta, in ius non venisse alterum ad causam*

[668] **164.** [1]Item. Si quis eos, quos potiores nominauit, non probauerit, si adhuc intra quinquagesimum diem est, alios potiores potest nominare.

165. Item. Q*uod* u*ero* supra diximus,[2] eum, qui potiorem nominauerit, si aliquam sessionem intermiserit pro tribunali, praescriptione submoueri, utique uerum est, si litterae non sunt impetratae:[3] ceterum ex quo impetratae sunt, in eum diem, quo reddi praetori rescriptae debent, '*cum*[4] hoc medio spatio sessio fuerit, non oberit, si sessionibus non adierit. et ita in usu seruatur.

166. [5]Item. Libelli[6] ita formandi: CVM PROXIME DECRETO TVTOREM ME DANDVM EXISTIMAVERIS ILLI, QVOD MIHI IN NOTITIAM 'PER*VEN*IT[7] ILL*A* DIE, NOMINO POTIOR*EM*, VT MVNICIPE*M* SVPRASCRIPTI, ILLVM, VEIENTANVM, MORANTEM EO LOCO, HABENTEM IN SVBSTANTIA PLVS MINVS TANTVM. Si eques Romanus fuerit, qui *p*otior nominabitur, etiam hoc comprehendi debet. Deinde fine talem clausulam addat: ROGO, PRAETOR, PROPTER 'PRAESCRIPTION*I*S TEMPORA,[8] LIBELLOS ACCIPERE DIGNER*I*S.

167. [9]Si pro tribunali dabuntur, 'V,[10] de plano IIII[11] dandi

---

disceptandam, et plerumque addita statim die, qua peremtorio proposito edicto, tutor datus audiretur, nisi statim rem cognoscere mallet. L. 2. 9. *C. quom. et quando* (7, 43). 1) *Cf.* §§. 207. 242. *L.* 21. §. 1. *D. h. t.* 2) quamuis s. dixerimus *Vat. edd.* 3) *sc. quia necessariae non erant, praesente eo, qui potior nominatus erat.* 4) et *Vat.* (*pro* c'). et(*si*) *edd. Hollw. Momms.* 5) *Cf.* §. 210. *Paul. S. R.* 2, 28. §§. 1. 2. 6) *Non contestatorii illi* §. 156. (*testantes se per ferias non potuisse adire*). *Cf.* §. 210. *Se excusare per libellos non licebat L.* 25. *D. h. t.* 7) pertulit *Vat. edd. Cf. L.* 1. §. 3. *D. quae sentent.* (49, 8). pertulit *ille ed. Momms.* 8) *Ex Kelleri cj.* (*etiam Momms. ed.*), *nam et appellationis tempora dicuntur.* praescriptiones tempora *Vat. ed. Hollw.* 9) *Cf. L.* 15. *D. de in ius voc.* (2, 4). 10) *Ex V*[d]. *ed. Momms.* 11) *Unus non praetori honoris causa dandus, ut antea conieceram, sed, ut Wiedingius Libellproc.* §. 25. *docuit,* ἀντίβιβλος *ille Nov.* 53. *c.* 3. *alter, cum pro tribunali officium aderat, actis praetoris mandandus, ceteri, quos praetor item subnotaret,* (*Plin. ep.* 1, 10. §. 9. *Symmach. ep.* 10, 43.) *cum* ἀντιβίβλῳ *tutori dato reddendi, a quo nominatus ter intra decimum diem per denunciationem vel per litteras a praetore ad magistratus dandas citandus esset ita, ut in primo illo libello cum cautione iudicio sisti ea die, qua post legitimum actoris*

erunt, et petendum, ut 'denuntietur *alteri*[1] ex auctoritate, [669]
cum 'denuntiaueris[2] et non uenerit. '(*quot*) libellos[3] det, 'et[4] litteras petat.

168. [5]Item. Quidam tamen iustos secundum has *l*eges putant dici. '(*Sed*)[6] diui quoque Marcus et Lucius Apronio Saturnino ita 'scripserunt:[7] 'Si instrumentis probas, habere te iustos tres liberos, excusationem tuam Manilius Carbo praetor uir clarissimus accipiet. Sed iustorum mentio ita acc*i*pienda est, uti secundum ius ciuile quaesiti sint.'[8]

169. [9]Item, (*In*) adoptionem dati ad hanc causam prode*runt*.

170. Item. Ius liberorum a principe impetratum nec ad
94.b.[27] hanc causam, nec ad mu|*nera cetera declinanda prodest.*[10]
$\frac{1}{3}$ *pr.* [*Desunt paginae duae.*]

INC. ICTVS. **171.** [11]. . . *Nec a patre testamento designatus tutor per potioris nomina*tionem poterit *se oneri subtrahere, licet a praetore confirmatus sit.* Non enim testamentarius *quidem tutor est, sed tamen pro eo habetur.*

PAVL. L. II. SENT. **172.** Paullus libro II. Sententiarum.[12] Pro'*testamentaria sua inutili tutela ipse tutor datus*, ut est Latinus Iunia*nus*, [670]

---

reditum prima pro tribunali sessio futura esset, subscriberet eumque ita reddendum actori, quo is tertio alterum per libellum conventum esse doceret, ἀντίβιβλον faceret, hoc est, in quo contra libellum (κατὰ τὸ βιβλίον) ab actore subscriptum, quem retineret. et ipse in iudicium subscriberet. [1]) denuntie⋊t' *V*[d]. *penultimo signo expuncto. Videtur olim scriptum fuisse:* denuntiet' al∓i. *De re cf. L.* 5. §. 2. *D. depos.* (16, 3). *Ed. Theoder.* 10. 11. *L.* 2. *Th. C. de denunt.* (2, 4). [2]) *Sic V*[d]. *Privatam intellige denuntiationem. Altera editione scripseram:* ex auctoritate. cum denuntia*tum* erit *Eodem modo interpungens* denuntiauerit et *is* non *ed. Momms.* [3]) *Sic nunc supplevi. Antea edideram:* uenerit, libellós. *Sed apparet, librarium cum non intellegeret, prius* cum *et quae sequuntur ad id pertinere, quod* petendum *sit, 'quot' hoc loco omisisse. Ceterum nec* dat *pro* det *scribendum nec totum hoc* libellos . . . . petat *pro glossemate habendum cum Wiedingio d. Libellprocess p.* 299. [4]) *V*[d]. *et Momms.* ut *ex Vat. ceterae.* [5]) *Cf.* §§. 191— 194. *Collat.* 16, 3. §. 4. *L.* 2. §. 3. *D. h. t.* [6]) *Supplevi.* [7]) *V*[d]. *ed. Momms.* rescripserunt *ex Vat. ceterae.* [8]) *i. e. licet postea iusti esse desierint. Sensu exigente hucusque rescripti verba accipienda erant.* [9]) *Cf.* §. 196. *pr. I. h. t.* [10]) *Restitui. Similia Buchh.* [11]) *Sententiam restituendo effeci; cf.* §. 211. [12]) *Ad sensum restitui.*

*in potioris nominatione non aequiperatur codi*cillis ad testamentum non pertinen*tibus a patre dato tutori, quem praetor confirmauit.*[1]

173. Ulpianus de officio prae*toris tutelaris.*[2] *Qui in patria priuilegio utitur, si in Ita*lia domicilium cons*tituit, iure domicilii omnibus etiam tutelae mu*neribus subiicitur ta*mdiu, donec in patriam reuersus priuilegium* recuperabit. **173ª**. [3]*Item. Si ei, quem magistratus uel pater testamento tutorem nomina*uit, sacerdotium cont*igit, quod a muneribus excusat, tamen ita demum* tutelam priuileg*io subnixus declinare potest, si ante nominationem uel* apertum testamentum sacerdos *factus est.* VLP. DE OFF. PR. TVT.

174. Item. [4]Haec de sa*cerdotio dicta similiter pertinent ad* excusationem cons*uli ceterisque populi Romani magistratibus competentem: sed per annum tantum*, quo quis consul, uel praetor, uel *tribunus pl. uel quaestor uel aedilis erit, uacabit.*

175. Item. [5]Collegas eo*s haberi non oportet, qui licet eandem artem* exerceant, quam pater *factitabat, tamen eiusdem collegii non sunt, in* quo pater pupillorum ex*ercebat.*

176. Item. [5]Sicut autem de*functi collegam non oportet excusari, ita nec eius fi*lium. Et ita imperator noster *cum patre rescripsit.*

177. Item. [6]Veteran*i a paganorum tutelis perpetuo excusantur, a militum uel* ueteranorum autem fi*liorum intra*
[671] *annum et ita ut post non plus quam unam suscipiant.* Sed utrum simul non plu*s quam unam suscipiant, an semel tan-*

---

1) *Poterit igitur potiorem nominare.* §. 211. *Cf. Gai.* 1, 23. *infra* §§. 193. 221. *et L.* 1. §. 1. *D. de confirm. tut.* (26, 3). *Ut a praetore tutor dari posset Latinus, eadem ratione placuisse videtur, quae effecit, ut fideicommissa capere non prohiberetur.* (*In aliam sententiam cum Rudorf. Vormundsch. II. p.* 279. *Momms. locum restituit.*) 2) *Ad sensum restitui parum iuvantibus L.* 19. 30. §. 1. *D. h. t.* 3) *Partim Mommsenum secutus restitui. Cf. Momms. Inscr. Neap.* 2569. *et hic* §§. 148. 179. *L.* 31. §. 4. *D. de receptis* (4, 8). *L.* 13 *pr. D. de vacat.* (50, 5). *L.* 23 *pr. L.* 41. §. 2. *h. t.* 4) *Item restitui. Cf.* §. 146. *L.* 48. *D. de iudic.* (5, 1). — *L.* 17. §. 5. *D. h. t. ad municipales honores spectat.* 5) *Restitui ad sensum. Cf.* §. 142. 6) *Restitui, quaedam a Mommseno mutuatus, ope L.* 8 *pr.* §§. 10. 1. 2. 3. *D. h. t. L.* 2. 1. *C. de excus. veter.* (5, 65).

tum unam, tractari potest. Puto *tamen, simul non plus quam unam, et ita* inueni rescriptum.

177a. *Item. Non honesta missione missi non ex*cusantur. et ita de ig*nominiose misso imperatores* . . . . . riae Sabinae rescripser*unt, cum cognatum, quem ob delictum aliquod* exauctoratum e*sse dicebat, liberis suis tutorem peteret.* Ab urbicis plan*e tutelis excusabuntur, quia ingredi iis urbem non licet.* Sed etsi non sint 'perfuncti s*tipendiis*,[1] *tamen post uiginti annos* si missionem non ig*nominiosam acceperint, ut ueterani excusantur.*

94.a.[28] 178. [2]Item. Sed primipil . . . | . . . . . *pr*imipilarem da-
⅓ po. bunt . . . . . . legare quoque ipse quoque in locum . . . . .

179. [3]*Item. Temporarium sacerdotium nactus, dum* sacerdotio fungitur, *tutela liberatur curatore interim dato; quod ita* rescripto diui Pii declaratur *ad* . . . . .

180. [4]*Item. Quae de primipilaris filii tutela placue*runt in primipilaribus, *sciendum est, ita in usu seruari, ut ex*emplo ueteranorum *duntaxat unam simul suscipiant.*

181. [5]*Item . . . rescripsit, testamento datum tutorem propter* ueterem suam emp*tionem a patre pupilli, ex qua euictionis nomine s*estert*ium*[6] centum mi*lia ei deberi possint, non excusari a tutela, cum ante consu*mmatam eam nanc*turusne sit actionem incertum sit.*

182. [7]*Item. Interdum praetor excusationibus modum in*ducit: nam 'minor*es*[8] uigin*ti quinque annis ita plerumque a tut*ela excusantur, ut *ad certos annos curator detur; quem si perpetu*o daret, minores XXV *annis etiam idoneos* [672] *liberaret.*

183. [9]*Item. Diuus Marcus in semestribus rescripsit,*

---

1) *Ita Momms. ed. ex V*d. perfectis *Vat.* 2) *Cf. L.* 10. §§. 5. 6. *D. h. t.* §. 141. *Sed ipsa, quae servata sunt, corrupta esse videntur.* 3) *Sensum probabilem restituendo significavi. Cf. L.* 10. §§. 2. 6. *D. h. t. Sacerdotiorum* διὰ βίου *oppositis temporariis maxime in Graecis titulis frequentissima mentio. De temporariis cf. Liv.* 5, 1. *Orell.* 5580. *Cic. Verr. II,* 2, 51. 126. *Diodor.* 16, 70. 4) *Similiter restitui ope* §§. 177. 212. *et L.* 8. §. 12. *D. h. t.* 5) *Restitui. Cf. L.* 21 *pr. D. h. t. L.* 16. *C. h. t.* 6) sestertia *edd. Cf. Collat.* 14, 3. §. 4. 7) *Restitui. Cf.* §§. 151. 223. *L.* 10. §. 7. *D. h. t.* 8) minor (r *nec in V*d. *traiecta linea*) *Vat. edd.* 9) *Restitui partim Mommsenum secutus. Cf.* §. 1. *I. h. t.*

eum, '*cui data est* a principe[1] negotiorum *fiscalium administratio, quamdiu administrat*, onera tutelarum *suscipere non cogi*, *ne uel priuatum onus publico uel inuicem* iniuriam adferat.

183ª. '[2]*Item. Is*, *qui temporario morbo laborat*, *interim a tutel*a excusabitur; hi, quos ua*letudo perpetua oppressit*, *ita excusantur*, *ut eas quoque* tutelas, *quas ante susceperant*, *deponant*.

184. [3]*Item. In furorem quoque qui incidit*, *excusa*bitur etiam ab ea, quam antea sus*ceperat*, *tutela; nec tamen in totum*, *sed ut in locum furio*si ad tempus curator *detur*, *donec resipuerit*.

185. [4]*Item. Non infrequens est*, *etiam eum*, *qui nimi*am per rusticitatem se alie*nis negotiis gerendis imparem esse probat*, *excusationem* mereri. Pau*per*tas pla*ne excusat*, *si impar est oneri ferendo*.

186. [5]*Item. Tria onera tutelarum excusationem* tribuunt. Tria autem o*nera sic sunt accipienda*, *ut non numerus pup*illorum plures tutelas faciat, *sed patrimoniorum separatio. et ideo qui tribus* fratribus tutor datus est, | qui[29]93.b.
indiuisum patrimonium habent, uel quibusdam tutor, quibusdam curator, unam tutelam suscepisse creditur: **[187.]** item qui[6] curam kalendarii Gaditanorum a principe 'inductam[7] et in equestri ordine susceptam 'administrat.[8]

---

cum Theoph. L. 22. §. 1. *L.* 41 *pr. D. h. t. L.* 10. *C. h. t.* 1) *Ex Vd. ed. Momms.* . . t a principio *Vat.* 2) *Restitui* (*similiter Momms.*). *Cf.* §. 238. *L.* 10 *fin. L.* 11. 12 *pr. D. h. t.* 3) *Restitui sententia ab aliis monstrata. Cf. L.* 10. §. 8. *L.* 12 *pr. D. h. t.* 4) *Similiter restitui. Cf.* §. 8. *I. h. t. L.* 6. §. 19. *L.* 7. *D. h. t. infra* §§. 240. 244. 5) *Est L.* 3. *D. h. t. ex Ulp. lib. sing. de offic. praet. tut. Cf.* §. 231. 6) Item. Qui *edd. Cf.* §. 128.
7) iniunctam *cj. Buchh. Sed hoc ait Ulp., cum Gadibus vetus esset cura kalendarii, principem quondam civitati largitione subvenisse ita, ut simul induceret a principe constitutum kalendarii curatorem.*
8) administrabat *Vat. edd. Nihil videtur deesse; sed intellegendum est ex* §. 186: *cum etiam cura kalendarii sit inter tria onera* (§. 128), *eum, qui Gadibus equestrem curam kalendarii administret, licet ea et Gaditanorum pecunias et a principe donatas comprehendat, tamen unius tantum curae onus suscepisse credi. Cf. L.* 30. §. 1. *D. h. t.* — *Sed tamen rem Ulpianus clare demonstrare debebat. Itaque iam post* inductam *addidi* et, *quod non dubito omissum*

188. [1]In tribus non inputabitur tutela uel cura, quae affectata est. Affectatam sic accipiemus, si uel appetita uideatur, uel cum posset quis se excusare, ab ea se non excusauit. creditur enim affectasse, qui onus, cum posset declinare, non recusauit. et id saepe decretum est in tutore, qui non potuit inuitus dari tutor, uel 'curatore, qui ei,[2] cuius fuerat tutor, curator est nominatus. [673]

189. [3]Item. Si quis inter tres '(*tutelas*)[4] emancipati fili*i* sui tutelam administret, an ei haec in 'numerum cedat,[5] scio dubitatum. inuenio tamen Fuluio Aemiliano[6] in persona Manili*i* Optiui rescriptum, emancipatae filiae tutelam numerari ei inter onera oportere.

190. [7]Item. Tria autem onera in domo[8] esse sufficit. proinde si pater alicuius, uel filius, uel frat*er*, qui est in eiusdem potestate, tria onera sustineat, quae ad periculum patris pertinent, quoniam uoluntate eius 'administrant*ur*:[9] omnibus excusatio a tutela conpetit.

191. [10]Item. Numerus quoque liberorum a tutela excusationem tribuit: ciuibus quidem Romanis earum tutelarum, quae Romae sunt iniunctae, 'a trium *numero;*[11] earum uero, quae in municipiis Italicis iniunguntur, '(*a*)[12] quattuor numero liberorum. idque imperator noster et diuus Seuerus Claudio Herodiano rescripserunt.[13] et ideo si quis a magistratibus municipalibus fuerit datus, quattuor numero liberorum debebit excusari. [674]

---

aliquando, cum, ut fit, in fine suppletum esset, effecisse administrab-at. *Intellige vero, in municipio Gaditano (de quo vid. Dio* 41, 24) *cum esset, ut passim in aliis municipiis (Orell.* 4020. 3713) *equester ordo (Cic. ad famil.* 10, 32, 2), *in quo equitibus cura kalendarii suscipienda esset, post principalem, de qua dixi, inductam accidere potuisse, ut idem utramque administraret curam.*

1) *Cf.* §. 5. *I. h. t. L.* 15. §. 15. *D. h. t.* 2) curator ei qui *Vat. V*ᵈ. in curatore *ed. Buchh.* curatore, qui eius *cj. Hollw.* 3) *Inest paucis mutatis L.* 15. §. 16. *D. h. t. ex Ulp. lib. sing. de excus.* 4) *Ex Dig. suppl. Buchh.* 5) numero cedat *Vat. edd.* numerum procedat *Dig.* 6) *Cf.* §. 210. 7) *Est L.* 5. *D. h. t.* 8) una *add. Dig.* 9) administrant *Vat. Dig. edd.* 10) *Cf. pr. I. h. t. L.* 2. §. 2. *D. h. t.* 11) *i. e. inde a tribus; cf.* §. 192. trium filiorum *edd.* ([filiorum] *Momms.*) a trium filior'. *V. Recte Momms. laudat L.* 2. §. 7. *D. h. t.* 12) *Addidi.* 13) *Cf.* §. 247. *L.* 1. *C. qui num. lib.* (5, 66).

192. Item. 'Sed si[1] in prouincia delata fuerit tutela, licet Romae excusatio allegetur, a quinque liberis debet recipi.

193. [2]Item. Exemplo ciuium Romanorum Latinos Iu*nia*nos excusari oportet.

194. [3]Item. Iusti autem an iniusti s*i*nt filii, non requiritur: multo minus, in potestate necne sint; cum etiam iudicandi onere iniustos filios releuare,[4] Papinianus lib. V. Quaestionum scribat.

195. [5]Item. Ex filia nepotes (*non*) prodesse ad tutelae liberationem, sicuti nec ad caducorum uindicationem, palam est; nisi mihi proponas ex ueterano praetoriano genero socerum auum effectum; tunc enim secundum orationem 'd*iui*[6] Marci, quam in castris praetori*i*s recitauit, Paulo iterum et Aproniano consulibus[7] VIII. id Ian., id. habebit auus, quod habet in nepotibus ex filio natis. cuius orationis uerba haec sunt: 'Et quo facilius ueterani nostri soceros repperiant, illos quoque nouo priuilegio 'sollicitabimus,[8] ut auus nepotum ex ueter*an*o praetoriano natorum iisdem commodis nomine eorum | fruatur, quibus frueretur, si eos haberet [30]93.a. ex filio.'

196. [9]Item. In adoptionem dedisse non nocet; nec adoptasse ad excusationem proderit, quoniam soli naturales tribuunt excusationem.

197. [10]Item. An bello amissi a tutela excusare debeant? nam et in fascibus sumendis et in iudicandi munere pro super-
[675] stitibus habentur, ut lege Iulia de maritandis ordinibus de fascibus sumendis,[11] et publicorum[12] kapite *XXVI.*,[13] item priuatorum kapite XXVII.[14] de iudicando cauetur. Et puto

---

1) *Sic etiam Momms. ed.* s'etsi *V.* sed etsi *ed. Hollw.* 2) *Cf.* §§. 172. 191. 3) *Cf.* §. 168. *Gai.* 1, 76. 80. 4) *Cf.* §§. 197. 198. *L.* 1 *pr. D. de vacat. et exc.* (50, 5). 5) *Cf. pr. I. h. t.* 6) dei *Vat. hic et* §§. 210. 220. 247. *perscriptum, quod Maius ex Capitol. Marc.* 18. *frustra defendere conatus est.* 7) *a.* 168. 'iterum *post* Aproniano *inseri iubet Borghes. Cf. Orelli-Henzen* 1368. 1694. 5307. 6123.' *Momms.* 8) sollicitauimus *ed. Momms.* 9) *Cf.* §. 169. *pr. I. h. t.* 10) *Cf. L.* 18. *D. h. t.* 11) *Cf. Gell.* 2, 15. 12) *sc. iudiciorum. Cf. inscr. L.* 2. *D. de requir.* (48, 17). *L.* 7. *D. de muner.* (50, 4) *et L.* 2 *pr. L.* 3 *pr. D. de accus.* (48, 2). 13) uiginti sex *Vat.* uigesimo sexto *ed. Hollw.* 14) uicensimo VII. *Vat.* uicensimo septimo *ed. Hollw.*

constituendum, ut et a tutelis excusent. proinde siue tres bello amiserit, siue unum duosue, pro superstitibus cedent.

198. Item. Sed utrum soli filii, an et nepotes debent prodesse?[1] Subsistendum: quoniam lex quidem priuatorum kapite XXVII. 'se natos[2] appellat, lex uero publicorum kapite XXVI. liberorum facit mentionem. Puto tamen, eandem esse aequitatem in nepotibus, qui in locum filiorum succedunt,[3] quae est in filiis.

199. [4]Item. Utrum in acie dumtaxat amissus, an tempore belli amissus prosit? [5]Aristo, in acie amissum dumtaxat. ego puto, per tempus belli amissum debere prodesse, ne publica strages patri noceat.

200. [6]Item. Erit haec etiam excusatio, si quis se dicat tutelam alicuius administrasse, et ad curam eius uocetur. nam inuitum non esse conpellendum suscipere, imperator noster cum patre Polo Terentiano rescripsit.

201. [7]'item si quis[8] uxori suae cura*t*or d*e*tur.[9] nam sicuti senatus censuit, ne quis eam ducat, cuius tutor uel curator fuit, ita uxoris suae non debere curam administrare, diuus Seuerus Flauio Seueriano rescripsit.

202. [10]Item. Proinde si cui fuerit pupilla a patre desponsa, non debebit ei tutor dari, ne nuptiae inpediantur, et datus [676] excusabitur; et si sponsae suae curator fuerit datus, debebit excusari, nisi forte a patre tutor uel curator fuerit destinatus. aut enim ipse eam pater despondit, et utrumque perficiet; aut post mortem patris desponsa est, et magis est, ut uoluntati patris obtemperetur in onere, quam ipsius in matrimonio; quare nuptiae inpediuntur.

---

1) *Ita recte interpungit Momms.* 2) senatus *V. Plerumque dicitur* ex se natus. *Cf. lib. nostr. Verf. d. Serv. Tull. p.* 554. *Sed* '*se natum*' *etiam dixit Scipio apud Gell.* 5, 19. §. 16. solos natos *ed. Hollw.* *ex* se nato*s ed. Momms. Ceterum cf. L.* 104. *D. de V. S.* (50, 16). 3) *Cf. pr. I. h. t.* 4) *Cf. pr. I. h. t. L.* 18. *D. h. t. interpolata.* 5) prosit s' *V.* prosit? Sed *edd.* sed *uncinis inclusit Momms.* 6) *Cf.* §. 188. *Paul.* 2, 27. §. 2. §. 18. *I. h. t. L.* 16. *D. h. t. L.* 5. 20. *C. h. t.* 7) *Cf.* §. 19. *I. h. t. ibique Schrader.* 8) Item. Si quis *edd.* (*praeter Momms.*), *ut aliquid excidisse statuatur.* 9) datur *Vat. edd.* 10) *Cf.* §. 117. *L.* 36. *L.* 66 *pr. D. de rit. nupt.* (23, 2). *L.* 7 *pr. D. ad l. Iul. de adult.* (48, 5).

203. [1]Item. Est et hoc genus excusationis, si quis se dicat domicilium non habere, (*ubi datus est ad tutelam, uel-uti*)[2] Romae delectus ad munus,[3] uel in ea prouincia, ubi domicilium non habet; idque et diuus Marcus Pertinaci et Aeliano conss.[4] rescripsit.

204. Item. Proinde qui studiorum causa Romae sunt, praecipue ciuilium, debent | *excusari*,[5] *quia tantum tempo-* [31]100.b
ris[6] causa Romae agunt, studii cura distracti. Et ita *cum* 2/3 *po.*
diuo Seuero patre suo[7] imperator Antoninus Aug. Cereali a censibus et aliis *rescripsit*.

205. Item. Proinde si quis ad urbicam d*io*e*c*esim[8] pertinens *testamento tutor detur*, excusare se debebit ab eo patrimonio, q*uod* in regi*one iuridici est*, *et similiter*[9] a re prouinciali; sed caueat, si legatum accepit, hoc facere; li*cite enim quidem urbana tantum*[10] *admi*nistr*a*t;[11] uerum q*uia* n*on* in plenum uoluntati paret, legat*i relicti petitio ei denega*bitur;[12] idque diuus Marcus in eo, qui se a re prouinciali excusauit, *cum Romae testamento tutor esset datus*,[13] Claudio Pulchro rescripsit.

206. [14]*Item. An is*, *qui se* uoluit excusare, nec optinuit,
[77] postea potiores nomi*nare possit*, *est dubitatu*m: et magis est, ut possit, si '*die*rum[15] tempora patiantur; '*e*os[16] enim *adhuc habet ut tutor dat*us:[17] licet potior nominatus alterutrum debeat eli*gere*, *utrum uelit nega*re se potiorem, an uero magis

---

[1]) *Cf. L.* 46. §. 2. *D. h. t.* §. 241. [2]) *Supplevi; scriptura* uui (*pro* ubi) *et post* ūūi (= ueluti) *errorem creavit. Cf. L.* 46. §. 2. *cit., quae ex nostra videtur fluxisse.* [3]) *Puta testamento, vel a praetore vel a praeside eius provinciae, unde originem ducebat.* [4]) *a.* 163. [5]) *a munere Romae eis iniungendo; cf. L.* 5. §. 5. *D. de iniur.* (47, 10). *L.* 2. *C. de incol.* (10, 39). [6]) *Restitui; aliter Momms.* [7]) *Restitui. Cf.* §. 236. [8]) *Cf.* §. 147. [9]) *Restitui.* (*Similiter Momms.*) *Cf.* §. 232. *Minus probabilia et modum excedentia cj. Buchh. et Hollw.* [10]) *Restitui secundum Momms.* [11]) *Ita ed. Momms.* ministratum *Vat.* ministrat uerum quoniam *V*[d]. administratum *Hollw. cj.* [12]) *Momms. restituit. De re cf. L.* 5. §. 2. *D. de his quae ut ind.* (34, 9). *L.* 36 *pr. D. h. t.* [13]) *Restitui.* [14]) *Cf.* §. 242. *Pleraque Maius et Hollw. suppleverunt, quae passim paullo immutavi.* [15]) *Ex Maii cj. ed. Hollw. De diebus simpliciter dictis cf.* §. 207. *L.* 1. §. 7. *D. de success. ed.* (38, 9). eum *V. ed. Momms.* [16]) uos *V.* [17]) *Restitui; q*uos enim *habet dies, iis utetur omnib*us *Momms.*

potiorem nominare. *'idque imperator noster Aelio Diodoto* praetor*i* rescripsit.[1]

207. [14]*Item. Quanquam uero is, qui* tutor datus est, et excusare se et, non recepta excus*atione, adhuc potiores n*ominare potest, si tempora dierum patiantur, *tamen si 'semel coeperit*[2] potiores nominare, postea ad excusationem transi*re non potest. nam confit*entis est, nullam se excusationem habere, cum potiores *nominare coeperit; nec* ferendus est, si dicat, se sine praeiudicio hoc facere, fort*e quod simul profi*teatur[3] excusationem et potiorum nominationem, *ut alterutram exequatur.*[3]

208. *Item. Is, qui potior* nominatus est, si quidem negat, se esse in ea coniunctione, am*plius nominare magis*[4] potiorem non potest: conuictus, ne excusare se quidem poterit: *nam ita est rescripto ad Claudium*[5] *He*rodianum de excusatione insertum.

209. *Item. Is, qui potior* nominatus est, ad omnia haec dies eos[6] habebit, quos *habent, qui primo loco dati* sunt, ut eodem rescripto declaratur.

210. [7]*Item. Is, qui* potiorem nominat, libellos debet quaternos dare praetori *de plano, 'quinos*[8] *pro* tribunali, ut epistula di*ui* Marci ad Aemilianum *continetur, et dicere, quo* iure potiorem nominet, id est gradum necessitu*dinis eius uel 'rationem coniunct*ionis[9] aperte designare. et ideo non sufficit, cognatum *'uel affinem pupilli*[10] *gen*erali*ter* dicere, sed [678]
debebit gradum dicere uel nomen *'cognationis aff*initatisue[11] designare et ius cognationis[12] expri*mere; nec sufficit, colle-*
[32]100.a. gam dicere, nisi in quo collegio, addiderit. et si forte | in
⅔ pr. aliquo horum deliquerit, emendandi ei facult*as intra tempus,*

---

1) *Mai. et Hollw. suppl. De hoc rescripto vid.* §§. 159. 211. 215. 216. *Sed* (*Diodo*)io *V* ., *unde Momms. supplementum omisit.* 2) *elegerit ed. Hollw. De re cf.* §§. 242. 164. 3) *Extremas lacunas supplevi, in prioribus aliorum supplementis paullo mutatis.* 4) *'magis' addidi etiam spatio exigente. Cf.* §. 206. *item* 158. 5) *Cf.* §§. 191. 247. 6) *Cf.* §§. 155. 164. *L.* 38. *D. h. t.* 7) *Cf.* §§. 167. 157. 158. *Paul. S. R.* 2, 28. §. 1. *Consult.* 5, 2. *L.* 3. *C. de edendo* (2, 1). 8) *Momms. addidit.* 9) *cognat*ionis *edd. Cf.* §. 208. 10) *'uel collegam' edd. praeter Momms.* 11) *collegii dig*nitatisue *edd.* 12) *i. e. paternae vel maternae; cf.* §. 158. *not.* 12.

*quo po*tuit potiorem nominare, conceditur, postea non. idque imp*erator noster 'cum patre*[1] *rescripsit.*

211. [2]Item. Ne hi quidem possunt,[3] quos praetor confirmauit, testamento de*signatos, ut imperator noster Dio*doto[4] praetori rescripsit. proinde si a matre fuerint design*ati*, *an 'nec hi*[5] *potiores* nominare possint, quaeri potest; et puto, eos nomin*are posse; nam de iis tantum* rescriptum est, qui a patre erant designati. sed hoc erit seru*andum*, *'et si qui ab auo uel*[6] alio uirili*s* sexus per uirilem sexum descenden*tibus sint tutelae uel*[6] curae destinati. nam et Papinianus respondit, libertum a patro*na*[7] *nepoti 'testamento*[6] *des*tinatum tutorem posse potiorem nominare.

212. Item. Nominare autem potiores non possunt in pri*mis*[8] *'collegae patris pupilli*,[9] *ut* diuus Seuerus constituit.

213. Item. Licet autem patris appellatio in orati*one 'tantum sit*, *puto tamen et de auo eam*[10] accipiendam; quamquam circa primipilares hoc iure *utimur*, *ut tutores filio primi*pilaris dentur soli, non etiam nepoti.[11]

214. Item. Sed nec cognati uel adfines possunt nominare potiores; *uerum tamen*, *ut 'ipsa*[12] *oratione ex*pressum est, hi soli, qui lege Iulia (*Papia*)ue excepti sunt.

215. [13]Proinde si quis cognatus alterutra lege exceptus,
[679] lic*et remotior*, *datus sit*, *ut ab imp. nostro Dio*doto praetori est rescriptum, potiorem nominare non poterit; ne*c igitur cognatum poterit* nominare adfinis, qui alterutra lege exceptus *est*.

216. Item. Excipiuntur autem lege quidem Iulia cognatorum *sex gradus et ex septimo* sobrino sobrinaue natus; sed et nata per interpre*tationem*; *item 'quae personae*[14] *in* horum potestate sunt, quaeue in matrimonio, uel ii, qui su*nt*

---

[1]) *Ex Buchh. cj. addidi; cf.* §§. 200. 234. 235. 238. [2]) *Cf.* §. 171. [3]) *sc. potiorem nominare.* [4]) *Cf.* §§. 159. 246. [5]) *Addidi.* [6]) *Restitui. Aliter Momms.* [7]) *Cf.* §. 224. [8]) *i. e. primo loco memorati* §. 158. [9]) *Ita Momms. restituit, sed 'uel pupilli'; 'uel' omisi.* [10]) *Restitui. Similiter Momms. Dubitatum fuisse videtur, an oratio avi quoque mentionem contineat; de quo dubio Ulpianus, qui ipse* 'auiue' *legebat* (§. 158.), *antea egisse putandus est.* [11]) *Cf. L.* 8 *pr.* §. 12. *D. h. t. Antea* nec (*pro* non) *ed. Hollw. errore.* [12]) *Addidi. Cf.* §. 158. [13]) *Restitui. Similiter Momms.* [14]) *'qui' edd.*

*cognatarum nos*trarum hoc gradu nos contingentium mariti, *uel eorum*, *qui sunt in potes*tate nostra, cognati, contingentes eos ea cognati*one*, *quae* '*supra scriptum*[1] *gradum* non excedit.

217. Item. Nuptarum nobis *cognati* '*a nobis*[2] *usque ad eum* gradum, uel nostri cognati ab uxoribus nostris '*capere possunt*.[3]

218. Item. Lege autem Papia 'hi[4] adfines excipiuntur: qui u*ir et uxor*, *et gener et nurus*, et socer et socrus unquam fuerunt; [**219**.] item[5] '(*qui*)[6] uitricus, *nouerca*, *priuignus*, priuigna, uel ipsorum, uel eorum, qui in eorum potestate '*sunt, unquam*[7] fuerunt.

220. [8]Item. Memini itaque, me suad*ente*, '*a . . . praetore*[9] Alcimum libertum maternum Furi*i* 'Octaui*ani*[10] clarissimi uiri '*furiosi in cura*[11] *retentum esse*, cum tutelam eius administrasset, necessariusque ad *curam* '*eum nominasset*,[12] |
90.a.[33] nam et liberti materni in pari sunt condicione. oratio enim 'di*ui*[13] Marci ita scripta est, ut patroni, patronae '(*liberis*)[14] libertus tutor deligi possit, tametsi aliquo priuilegio subnixus sit.

221. Item. Si alius eum Latinum fecerit, alius iterauerit,[15] [680]
an utriusque liberorum tutelam suscipiat,[16] uidendum, quasi utriusque meritum habeat. Nisi forte, exemplo munerum, '*quibus*[17] diuus Marcus rescripsit apud orig*i*nem '(*modo*)[18] eius, qui Latinum fecit, debere eum fungi, sol*i*us eius liberorum tutelam susceptur*u*m dicemus.

---

1) *Ita etiam Momms.* '*septimum*' *edd.* 2) *Haec addit Buchh.* 3) *Ex Hollw. cj.* '*excepti sunt*' *ed. Buchh.* 4) hii *Vat.* ii *ed. Hollw.* 5) *Non debuit contra Vat. nova hic* §. *fieri.* 6) *Litteram hic excidisse puto* q. '*et*' *cj. Buchh.* 7) *Supplevi flagitante sensu* (*aliter Momms.*). 8) *Cf.* §. 152. *L.* 5. *C. h. t. Lacunas praeter primam Buchh. scite explevit.* 9) *Eius nomen proprium periit. De responso etiam praetori dato cf. L.* 3. §. 1. *D. de minor.* (4, 4). 10) *Em. Borghes. ex Momms. Inscr. Neap.* 635. *Murat.* 1783, 15. *Don.* 5, 68. *Vid. Momms. ed.* Octaui *V. edd. ceterae.* 11) *Prima littera in V. vel* f *vel* p *est.* 12) *Aliter Momms. restituit.* 13) *Cf.* §. 195. *not.* 6. 14) *Supplevi; excidit ob seq. voc.* 15) *Cf. Ulp.* 3, 4. 16) *Cf.* §. 152. 17) ut *Vat.* (*pro* q̄b, *ut et Momms. cj.*) *edd.* 18) *Supplevi geminando* m ($\overset{o}{m}$) = modo.

222. [1]Item. Officium quoque militare excusat. nam cum munus emeritum prodest, multo magis, cum frequentatur, prodesse debet. sed si ad tempus rei publicae causa absit, non in perpetuum, sed ad tempus excusabitur.[2] Denique cum ex facto sub diuo Hadriano testamentum recitatum esset, quo 'quidam, cum legatus esset legionis,[3] tutor erat datus, non in perpetuum, sed ad tempus, quo legatus legionis erat, meruit excusationem. '(*Excusatur*)[4] etiam is, qui commentarios habet praefecti,[5] quamdiu hic commentarios habet praefecti, ut diuus Marcus cum filio rescripsit.

223. [6]Item. Hi, qui muniti sunt aliquo priuilegio, aliquando non admittuntur ad excusationem, uelut si minor sit annis XXV adfini datus tutor, et aliquem usum rerum habeat hereditariarum. Quod ius uenit ex epistula diui Hadriani, quam scripsit Claudio Saturnino, legato Belgicae; quae constitutio uidetur de his loqui, (*qui*) a praetore dati sunt. '*existimo tamen*[7] ego, idem esse accipiendum, si testamento datus sit. in eandem sententiam et diuus Pius 'Platorio[8] Nepoti scripsit.

224. [9]Papinianus lib. XI. Quaestionum respondit: '(*Ubi*) uerbis[10] orationis fratrum imperatorum libertus, etsi ob ali- *PAPIN. L. XI. QVAEST.*
[681] quod priuilegium a tutelis uac*et*, patroni tamen patronaeque liberorum tutor ut del*i*gatur conprehensum '*est*,[11] numero liberorum pronepos patroni sine dubio continetur. sed potest dici, non aliis patroni[12] liberis libertum hoc debere, quam qui 'iure patroni hoc[13] sper*a*re possunt;[14] et ideo neque patronae

---

[1]) *Cf.* §. 145. [2]) *Cf. L.* 10. §§. 2. 5. 6. *D. h. t.* [3]) *Verba haec fugitiva, in Vat. et edd. pone* Hadriano *posita, suo loco restitui.* cum ex*cusaretur* sub diuo H. q. c. l. e. legionis *et* testamentum r. e. q. t. *ex cj. Momms. ed.* [4]) *Supplevi. Item Momms.* [5]) *legionis. Cf. Orell. Inscr.* 3464. 3487. 6792[a]. *cum Henzen. indic. p.* 133. *Schol. ad Cic. Verr.* 2, 1, 28. [6]) *Cf.* §. 151. [7]) *Supplevi lacunam. Librarius novam hic speciem incipere putavit.* [8]) *Ed. Momms.* Plaetorio *ceterae.* [9]) *Cf. cit. ad* §. 152. [10]) *Geminavi.* ūbis *V*[d]. *Vox* respondit *mihi suspecta. Aut delenda videtur, ut postea legatur* '(*nepos et*) pronepos . . . contine*n*tur', *aut, quod malim, mutanda* respondi. [11]) comprehensum∗ (*i. e.* ē) *V*[d]. comprehensum in *edd. Antea* libertum *Vat. edd.* [12]) '*patronaeue*' *ex L.* 14. *D. de tut. et cur. dat.* (26, 5). *suppl. Momms., quae est ex lib. XII. Quaest.* [13]) iur*a* patron*atus ex L.* 14. *cit. em. Momms.* [14]) *Cf. L.* 14. *cit.*

nepotis[1] tutelam administrare conpellen*dum pr*iuilegio 'subnixum,[2] neque pupilli, qui ex filia patroni uenit, quia uacatione pr*ae*ter liberos patronorum, qui per uirilem sexum descendunt, liberti fruuntur.

225. Item. Et haec qu*i*dem de eo, cui beneficium datae libertatis exprobrari potest. alioqui[3] nequaquam credendum est, ei priuilegium ablatum, cui fideicommissa libertas soluta est. nam in toto fere iure manumissor eiusmodi nihil iuris (*ut*) patronus aduersus personam modo liberti consequitur, licet in bonis eius patroni ius exerceat; excepto, quod in ius uocare patronum iniussu praetoris non debeat. |

90.b.[34] **226.** [4]Item. Ius anulorum ingenuitatis imaginem praestat, saluo iure patronorum patronique liberorum.

PAVL. L. VI. QVAEST. **227.** Paullus libro sexto Quaestionum sub rubrica (*de*) legitimis tutelis. 'Apollinaris Paullo.[5] Duo sunt Titi*i*, pater et filius: datus est tutor Titius, nec apparet, de quo sensit testator; quaero, quid sit iuris?' Respondit: Is datus est, quem dare se, testator sensit. si id non a*d*paret, non ius deficit, sed probatio: ergo neuter est tutor. Hoc rescriptum est in Sticho manumisso, si duo sint Stichi, et incertum, de quo testator senserit;[6] uel si Erotem legauerit, qui plures eodem nomine habuit seruos.[7] Quod in nummis legatis non ita placuit: si non a*d*paret uoluntas, id acceptum est, quod mi- [682]
nus est.[8]

228. Antoninus Granio Firmino militi.[9] 'Ex duobus tutoribus, qui 'non specialiter in locum excusati[10] dati sunt,

---

1) *Nam filio filiaeve patronae tantum patronatus iura data erant. Gai.* 3, 53. 2) *Ita V*d. 3) *Sequitur L.* 24. *D. h. t.* 4) *Cf. L.* 14. §. 2. *L.* 44. §. 3. *D. h. t.* 5) *Sequitur L.* 30. *D. de test. tut.* (26, 2) *usque ad verba* neuter est tutor. 6) *Cf. Paul. S. R.* 3, 6. §. 13. *L.* 10 *pr. L.* 27. *D. de reb. dub.* (34, 5). *L.* 31. *D. de manum. test.* (40, 4). 7) *Cf. L.* 32. §. 1. *L.* 37. §. 1. *D. de leg.* 1. 8) *Cf. L.* 45. *D. de leg.* 3. 9) *Hoc rescriptum, subscriptione carens, item ex antecedentis ICti libro* (*ut* §§. 158. 159.) *referri puto, ne unicum hoc titulo sit rescriptum, quod suo nomine referatur. Post obitum Severi Paullum Quaestiones scripsisse, patet ex L.* 18. *D. ad munic.* (50, 1). *Caracalla et Geta mortuus intelligendi in L.* 52. *D. de manum. test.* (40, 4). 10) *i. e. non ita, ut, qui esset, excusaretur, et deinde in eius locum hi darentur, itaque habenti tutorem, ideoque inutiliter. L.* 10. *D. de tut. et cur. dat.* (26, 5).

sicut precibus tuis adlegas, si unus pro tutore res tuas administrauit, aduersus eum tantum tibi conpetere actionem, ignorare non debes. nec enim mutuo cessationis periculo, qui nihil gessit, teneri potest, cum simpliciter datus eius, qui administrationi se miscuit, contutor iure fuisse non uideatur.'

229. [1] Paullus libro singulari de testamentis. Parentibus licet liberis suis in 'potestate manentibus[2] testamento tutores dare, masculis quidem impuberibus, feminis uero etiam puberibus, et tam iam natis quam etiam postumis. itaque '(*quis*)[3] post institutionem *her*edum hoc modo scribere potest: LVCIO TITIO FILIO MEO, ET SI MIHI VIVO MORTVOVE NATI '(*ALII*)[4] ERVNT, TVTORES DO LVCIVM AVRELIVM ET GAIVM OPTATVM; A QVIBVS PETO, VT TVTELAM LIBERORVM MEORVM GERANT, ITA[5] VT EA, QVAE IN ASIA RELIQVERO, AVRELIVS, EA AVTEM, QVAE IN ITALIA, OPTATVS ADMINISTRET. *PAVL. L. SING. DE TEST.*

230. Possumus autem et singulis liberis alium atque alium tutorem dare, ueluti hoc modo: TITIO FILIO MEO AVRELIVM TVTOREM DO; SEIO FILIO MEO TVTOREM OPTATVM DO. Pluribus quoque liberis unus tutor, item uni plures dari possunt.

231. [6] Paullus libro singulari de excusationibus. Ii, qui tres pluresue tutelas uel curationes, uel permixto modo, cuius- *IDEM L. SING. DE EXCVS.*
683] cumque[7] separatas administrant, excusari a tutela curationeue solent. quodsi fratrum tutelam suscipiant, pro una tutela *reput*antur eadem bona. |

232. [8] Ulpianus de officio praetoris tutelaris. Obseruari 89.a. autem oportet, ne his pupillis tutorem det, qui patrimonia in 84.b. [35] his regionibus habent, quae sunt sub iuridicis, ut Claudio Pompeiano praetori imperator noster rescripsit; multo magis, si in prouincia sit patrimonium, licet is, '(*cui*)[9] petitur, in urbe consistat. *VLP. DE OFF. PR. TVT.*

---

[1]) *Cf. Gai.* 1, 144. 147. [2]) *Ex Barkovii cj. ed. Momms.* potestatem habentibus *Vat. ed. Hollw.* [3]) *Supplevi.* [4]) *Suppl. Momms.* [5]) *Cf. L.* 15. *D. de test. tut.* (26, 2). *L.* 3. §. 4. *L.* 47. §. 2. *D. de adm. et peric.* (26, 7). [6]) *Cf.* §§. 128. 186. [7]) *i. e. sive pupilli sive adolescentis, sive furiosi sive kalendarii ceterorum. 'tituli' addit ex Buchh. cj. ed. Hollw.* tutelas curationesue *ed. Momms.* permixto modo *est partim tutelas partim curationes.* [8]) *Cf. L.* 27 *pr. D. de tut. et cur.* (26, 5). §. 205. [9]) *Ita Savin. et alii. 'qui' ed. Hollw.*

233. [1]Ulpianus de officio praetoris tutelaris. Qui in collegio pistorum sunt, a tutelis excusantur, si modo per semet ipsos pistrinum exerceant. sed non alios puto excusandos, quam qui intra numerum constituti 'centenarium[2] pistrinum secundum litteras diui Traiani ad Sulpicium Similem exerceant. quae omnia litteris[3] praefecti annonae significanda sunt.

234. Ulpianus lib. suprascripto. Sed Ostienses pistores[4] non excusantur, ut Filum*e*niano[5] imperator noster cum patre rescripsit.

235. [6]Item. Urbici pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur, quamuis neque decuriales, neque qui in ceteris corporibus sunt,[7] excusentur. et *i*ta '(*diui*) Hadrian*i*[8] rescripto ad Cl. Iulianum praefectum annonae significatur; quam epistul*a*m quodam rescripto ad Vernam et Montanum pistores imperator noster cum patre interpretatus est et ad pistores pertinere, cum 'in eo negotio[9] frumentum agenti*bus* daretur a collegarum filiorum tutelis uacatio. Plus etiam imperator noster indulsi*t*, ut a tutelis, quas susceperant, antequam pistores essent, excusarentur. sed h*o*c ab ipso creatis [684] pistoribus praestitit; et ita Marco 'Diocae[10] praefect*o* annonae rescripsit.

236. Item. Sed et qui in foro *s*uario negotiantur, si duabus partibus bonorum[11] annonam iuuent, habe*n*t excusationem litteris allatis *a praefecto* urbis testimonialibus negotiationis;[12] ut imperator noster et diuus Seuerus 'Man*ilio*[13] Cereali rescripserunt; quo rescripto declar*a*tur, ante eos non habuisse immunitatem, sed nunc eis dari eam, quae data est his, qu*i* annonam populi Romani iuuant.

PAVL. L. SING. AD MVNIC. **237.** [14]Paullus lib. singular*i a*d municipalem. Urbici autem

---

1) *Cf. L.* 46 *pr. D. h. t.* §§. 235. 203. 2) *Hoc ad* pistrinum *referendum esse, apparuit ex Gai.* 1, 33[a]. 3) *Cf.* §. 236. 4) *Cf. L.* 4. *Th. C. de can. frum.* (14, 15). *L. un. Th. C. de pret. pan. Ost.* (14, 19). 5) *Ita Buchh.* Filiuminiano *Vat. ed. Hollw.* 6) *Cf. L.* 46. §. 1. *D. h. t.* §. 237. 7) *Cf.* §. 142. 8) Hadriano *edd. Hollw. Momms.* 9) *Suspicor leg.:* in collegio alio; *nam* frumentum agere (*i. e. coemere*) *recte dictum ut libellos*, *rationes agere. Cf.* §. 336 *fin.* 10) *Nomen corruptum.* 11) *Cf. L.* 5. §§. 6. 8. *D. de iur. immun.* (50, 6). 12) *Cf. L.* 1. §. 11. *D. de off. praef. urbi* (1, 12). 13) *Ita Momms. ed.* M. An*icio ceterae.* 14) *Pars prior exstat in L.* 46. §. 1. *D. h. t. Cf.* §§. 233—236.

pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur. Sed et si qui in foro suario negotiantur, si duabus parti*bus* patrimonii annonam iuuent, a tutelis habent excusationem.'

238. [1]Ulpianus de officio praetoris tutelaris libro singulari. Proinde si mu*t*us surdusue quis sit, sine dubio a tutela excusabitur. Hi uero, quos ualetudo, '*siue* furor (*si*)ue[2] morbus perpetuus excusat, etiam eas tutelas, quas ante *sus*ceperant, deponunt: alia causa aetatis est.[3] Luminibus etiam captum '(*excusandum*),[4] 'Por*catio*[5] Faustino rescripsit imperator noster cum patre. [**239.**] Item Furio[6] | Epatidae, cum allegasset, se unum oculum amisisse et in alio periclitari, rescripsit, an propter aduersam ualetudinem oculorum excusari deberet, praetorem aestimaturum. Hi etiam a susceptis excusabuntur. *VLP. DE OFF. PR. TVT.* [36] 84.a. 89.b.

240. [7]Item. Paupertas plane dat excusationem, si quis imparem se oneri iniuncto possit docere; idque diuorum fratrum rescripto continetur.

241. [8]Item. Si quis autem in prouincia domicilium habet,
685] debet excusari; sed et si quis patrimonium in ea regione, quam iuridicus administrat, habet.

242. [9]Item. Scio tamen quosdam, cum per errorem ad potiorum nominationem prosilissent, haud impetrasse, ut, deserto iure potiorum, ad excusationem se conuerterent.

243. [10]Paullus libro singulari ad municipalem. Pa*u*pertas quoque solet tribuere excusationem, 'quod[11] oneri tutelae inp*ar e*sse uideatur. *PAVL. L. SING. AD MVNIC.*

244. [12]Paullus libro singulari de officio praetoris tutelaris. Mediocritas et rusticitas et domesticae lites interdum excusationes merentur, ex 'epistulis[13] diuorum Hadriani et Antonini, et fratrum ad Caerellium Priscum, praetorem tutelarem. *IDEM L. SING DE OFF. PR. TVT.*

---

1) *Cf.* §§. 129. 130. 184. *etc.* 2) *uel* furor uel *edd.* 3) *Cf.* §. 13. *I. h. t.* 4) *Supplevi.* 5) *Ed. Momms. ex Hauptii cj. coll. Momms. Inscr. Neap.* 387. Port*ato ceterae.* 6) Item. Furio *ed. Hollw. ex Vat. Sed non debuit nova* §. *fieri.* 7) *Cf.* §§. 185. 243. *L.* 7. *D. h. t.* 8) *Cf.* §. 203 (205). 9) *Cf.* §. 207. 10) *Cf.* §. 240. *L.* 40. §. 1. *D. h. t.* 11) *Legendum vel* quae *vel* quum. 12) *Extat in L.* 6. §. 19. *D. h. t. Sed omittuntur* domesticae lites. 13) *Buchh. ex Dig.* epistula *Vat. ed. Hollw. Cf. Orelli-Henzen Inscr.* 6485. *D. fratrum est a.* 166—168.

245. [1]Item. Qui conplura allegant, quae singula non sint firma, interdum excusari solent. nam et fratres imperatores Sentio Potito ita rescripserunt: 'Quamuis singula, quae litteris tuis conplexus es, non praestent tibi iustas causas excusa*t*ionis, tamen quia multa simul congruerunt, mouere nos possunt, ut excusatio tua a tutela recipi possit.'

IDEM L. SING. DE EXC. TVT. **246.** [2]Paullus libro singulari de excusatione tutorum. 'Imperatores nostri Aelio Diodoto suo *salutem*. Tutores secundum patris uoluntate*m* decreto praetoris, clarissimi uiri, quod non iure testa*men*to uel codicillis dati fuerant, confirmato*s* nominare potiores posse, non arbitramur. nam iudicium patris licet iure *d*eficiat, seruandum est.'

IDEM L. I. DE IVRISD. TVT. ED. II. **247.** [3]Paullus libro I. editionis secundae de iurisdictione 'tutelari.[4] Qui tres pluresue liberos habent superstites, excusari solen*t*, *i*dque conpluribus constitutionibus cauetur tam 'd*iu*orum[5] Marci et Luci*i*, 'qui[6] Pontium Ma*r*cellum, trium liberorum patrem, liberauerunt litteris ad eum em*i*ssis, quam [686] dominorum nostrorum. Sed hic numerus[7] in Italia ciues Romanos liberat: nunc *e*x constitutione principum nostrorum nec in Italia, sed Romae tantum exem*p*lo municipalium munerum. nam Clodio Herodiano ita scripserun*t*: 'Sicut in Italia ciues Romani consistentes numero quattuor liberorum *inc*olumium a ciuilibus | *muneribus excusantur, ita eundem numerum in tutelarum et curarum excusationibus seruari par est. Proinde qui ad tutelam uel curam uocantur, Romae quidem trium liberorum incolumium numero, de quorum etiam statu non ambigitur: in Italia uero quattuor, in prouinciis autem quinque habent excusationem.*[8]

[*Deest unus quaternio s. paginae sedecim*].

---

[1]) *Cf. L.* 15. §. 11. *D. h. t. L.* 1. §. 3. *D. de vacat.* (50, 5). *L. un. C. qui num. tut.* (5, 69). [2]) = §. 159. [3]) *Cf.* §. 191. *L.* 1. *C. qui num. lib.* (5, 66). [4]) *Sic Vat. ed. Hollw.* tutelaris *V*[d]. *ed. Momms.*, *qui mavult* praetoris tutelaris. *Dicitur 'iurisdictio pupillaris' Orelli-Henzen Inscr.* 6485. [5]) *Cf. not.* 141. [6]) *Ex Klenz. cj.* quibus *V. edd. Hollw. Momms.* [7]) *Suspicor hic ob sequentia similia verba excidisse:* ex l. Iulia. *Buchh. postea pro* liberat *cj.* liberabat. [8]) *Supplevi, inde a verbis 'qui ad tutelam' ex L.* 1. *C. cit., quae habet subscriptionem: 'PP. Non. April. Geta et Plautiano coss.' (i. e. a.* 204).

QVANDO DONATOR INTELLEGATVR REVOCASSE VOLVNTATEM.

248. . . . *speramus enim, liberos, cum uiderint, non* CONST. ET CAESS. *licere iis, ubi ex paternae auctoritatis iure dimissi sunt, inpune*[1] | ipsam contumeliis 'pers*equi*, *ae*quo[2] in affectu pie- [37] 21.b. 86.b. tatis monitos posse mitescere. Volumus igitur, ut si 'con-s*titer*it,[3] iuxta patrem liberos, contra quam humanitatis ratio deposcit, superbe cru*deliterque* se tollere, emancipatio firmitudine euacuetur; idque, quod liberis pater do*nati*onibus contulit, patris dicioni, naturaeque 'i*psi*[4] subiugati patriae 'recidan*t*[5] *p*otestati: et ita illi, qui sacris euoluti, a functione obsequii recesserunt, nec*ess*itatis laqueis adstricti '*ta*nqua*m*[6] [687] commendatione pietatis, (*ea*) etiam detre*cta*ntes 'ad*ti*n*e*antur.[7] Dat. XVII. kal. Aug. Constantinopoli, Gallicano *e*t Symmacho conss.[8]

249. [9]Constantinus et 'Caess.[10] (1.) Multas saepe natas ex donatione causas cognouimus, in quibus uel adu*m*brata pro e*x*pressis, uel inchoata pro perfectis, uel plurima pro omnibus controuersiam faciant, cum agentium uisa 'pro[11] ingenio ac facultate dicendi aut perfecta d*e*formarent, aut inchoata perficerent. inde ius anceps, ac pro dicentium in*p*ulsu 'uacillanti*a*[12] sententiarum decreta 'differeba*nt*,[13] Maxime[14] karissime ac 'iuc*undissime nobis*.[15] Hi*n*c enim nuper exceptis personis

---

1) *Sententiam supplevi* (*aliter atque Momms.*). *De re cf. L. un. Th. C. de ingrat. lib.* (8, 14). 2) persequi *Vat. edd.* perse . . . q̊ (*nam aliter littera* q, *si recte expressa eius vestigia sunt, notata esse non potuit*) *V*ᵈ. perse*qui neque ed. Momms.* 3) *Ita Momms.* constet *ceteri.* 4) i*u*ri subiugati*s ed. Hollw.* iuri subiugati *ed. Momms.* 5) *Ita V*ᵈ. reccida*t ed. Hollw.* re*d*dan*t ed. Momms.* 6) in qua *V*ᵈ. *edd.* in qua*m et postea* commendatione*m ed. Momms.* 7) aduenant *V. edd. Antea* '*ea*' *supplevi: sc. functione obsequii.* 8) *a.* 330. 9) *Verba dispositiva inde a* (2.) *exstant in L.* 1. *Th. C. de donat.* (8, 12) *p.* 764. *Haen.* = *L.* 25. *C. eod.* (8, 54) *hic illic mutata.* 10) *i. e. Licinius, si placet, et Martinianus, ab illo a.* 323. *factus Caesar. Vid. tamen Momms. p.* 405. 11) *Ita V*ᵈ. *ed. Momms.* 12) uaccillanti *Vat.* uaccillantis *V*ᵈ. uaccillans *de Buchh. cj. ed. Hollw.* 13) *Ex Barkovii cj.* differebat *Vat. edd.* 14) *Praefectus urbi a.* 323. 15) *Ex Momms. cj.* iucundissime *edd. ceterae.*

dicta lex est,[1] in quibus[2] summum ius[3] et uoluntas 'omni[4] libera solemnitate more perfecta ortus[5] suos praesenti munere *o*pulentat. Tempestiua dehinc communium donationum[6] cura suc*c*essit. Absolutis enim illis, quae ideo prima sunt, quoniam sunt religione potiora, cir*cum*acto animo ad uniuersum donationum genus, conspeximus omnes ear*um* species[7] signis ac nominibus inprimendas, ut in hominum contractibus *d*ifferentiam sui nuncupationum proprietate secernant. (2.) Itaque siue *il*la donatio directa sit, siue mortis causa instituta, siue condicionibns fa*ci*endi non*faciendiue suspensa, siue ex aliquo notato tempore prom*i*ssa, siue ex animo dantium accipientiumue sententiis, quantum ius sinit, 'co*g*nito;[8] eius haec prima obseruatio est,[9] ut, quas leges indulgent, condiciones [688] *p*actionesque promantur; hisque penitus cognitis uel recipiantur, si conplacita*e*, *uel r*eiciantur, si sunt molestae. Sed 'iure re*ceptis*[10] parendum erit, nec de*ne*gabitur officium,[11] quin simul spes abicia*tur adi*piscendi. (3.) 'In*ret*i*ri*[12] sane condicionibus indefensos minores, 'q*uando* praestare[13] promissa difficile est, non '*pl*ac*u*it;[14] quorum tamen defensores, si forte per eos in obeundis donationum off*i*ciis, cum res erit recepta, ne*g*lecta utilitas minoris '(*fuerit*), quar*e*[15] 'commodis

[1]) *L.* 4. *Th. C. de donat.* (8, 12) *a.* 319, *ut cum Buchh. aliisque statuo.* [2]) *i. e. inter quas.* [3]) *h. e. necessitudo inter parentes et liberos.* [4]) omnib. *V. edd.* [5]) *i. e. qui ex nobis et ex quibus nos orti sumus;* ocius *ex cj. Blum. ed. Momms.* [6]) *i. e. non exceptarum personarum, licet imperator hanc legem postea* (*L.* 5. *Th. C. eod. a.* 333.) *ad omnes donationes pertinere interpretatus sit.* [7]) *Quae sequuntur segm.* (2); *cf. L.* 1. *D. de donat.* (39, 5). [8]) co*g*nita *Vat. ed. mea prior.* cogn*ominat*a *ex Th. et I. C. ed. Momms.; at* cognit*o est, ubi tempus non palam promissione continetur, sed ex mente dantium vel accipientium cognoscitur.*

[9]) esto *cj. Hollw.* [10]) *Sic item Momms. ex Rudorfii cj. Intellige: ad implendum* (*condicionibus*); iur*i* rec*tius ad. Buchh.* [11]) *Ab eo, cui donatum est.* [12]) in ceteri* *V*[d]. In ceteri*s edd. Cf. L.* 28. *Th. C. de cohort.* (8, 4) '*conditionum laqueis inretitos*'. *Jornand. de reb. Geth.* 88. '*Amalaricus in ipsa adolescentia Francorum fraudibus irretitus*'. *Accedere ed. Momms.* [13]) q̄np̄stare *V*[d]. quoniam praestare *ed. Momms. Sed prior sigla corrupta videtur.* [14]) *Restitui; item Momms.* [15]) *Vat.* q̄r' (= quarum *pro* q̄r. =) quare *habet post* officiis: *scilicet verba* fuerit quare *aliquando omissa et ad marginem scripta illuc aberraverunt, ubi* fuerit, *ibi inconveniens, abiectum est.* off*i*ciis neglecta [*fuerit*] utilitas minoris,

(*is*)[1] spoliabitur, rei am*is*sae periculum praestabunt;[2] '*ita enim*[3] familiaris dispendii | metus etiam segniores ad ea conficienda [38] 86.a.
ex tard*itate in*citabit. (4.) Post in iisdem conscribendis prae- 21.a.
cipue nomen donatoris, ius a*c re*m 'notans[4] p*er*scribat;[5] tum 'utr*i*que iure conplea*nt*,[6] neque id occulto, aut per imp*eritos*, aut priuatim; his enim rebus sae*p*e clandestina fraus et, quae facta sunt, infecta, *et* '*i*ndicta,[7] quae scripta sunt, simulans,
[39] aliisque ac dehinc aliis largiendo 'a*tque*[8] donando ac saepe 'uend*e*ndo[9] multos, habendi spe allectos, concurr*ere* in expugnanda sibi proprietate impulit. (5.) Tabulae '*igitur*[10] aut quodcumque aliu*d* materiae '(*genus*)[11] tempus dabit, uel ab ipso uel ab eo, quem fors summ*ini*strauerit, scientibus plurimis perscribantur,[12] eaeque, ut supra conprehensum est, rebus, nominibus, personisque distinctae sint; ac tum corporalis *tra*ditio[13] — in quam saepe multi talia simulando inrepentes, aut 'u*i*[14] corpo*r*a capientes, sollemne illud ius ac uoluntarium inconcessa usurpa*ti*one praeripiunt' — ea[15] igitur ipsa rerum traditio praesentium, aduocata uicin*ita*te, omnibusque arbitris, quorum post fide uti liceat, conuentu plurimorum celebre*tur*. non enim aliter uacua iure dantis res erit, quam ea uel eius uoluntate, si est mob*ilis*, tradatur, uel abscessu sui, si domus

---

quare, cum res erit recepta, commodis *edd. Hollw. Violentius Momms. correxit nec recte officia, quae ad modum implendum pertinent, ad instrumenta donationum conficienda retulit.* 1) *Geminando supplevi.* 2) *Haec mutata etiam extant in L.* 2. *Th. C. de adm. et per. tut.* (3, 19). 3) *Ita V*^d^. *habere videtur.* ita *Vat. edd.* 4) *Simul pro notario* ('*noto*') *dictus, nisi ipse donator scriberet. Cf. Spangenberg neg. sol. p.* 168. 176. 177. 195. 199. 202. 206. 215. 5) pscribat' *V.* = proscribatur *edd.* perscribatur *Buchh. cj.* 6) *i. e. donator et is, cui donatur, instrumentum absolvant, maxime subscribendo. Cf. Spangenberg l. c. p.* 186. 194. 208. 212. ab utroque *Vat. ed. Hollw.* utr*que *V*^d^. utrumque *ed. Momms.* compleat(ur) *V. edd.* 7) *Sic recte V. secunda manu;* inducta *V. prima manu, edd. Sed inductiones fiunt, non simulantur.* 8) ac *edd. contra fidem V.* 9) ūdando *V. correxit Momms.* uel dando *edd. ceterae. De re cf. L.* 19. *C. ad leg. Corn. de fals.* (9, 22). 10) itaque *ed. Momms.* 11) *Supplevi ex I. Cod.; ob sequens* tempus *excidisse videtur.* 12) *Schol. in marg.:* Donationes apud acta firmandas et praesentibus multis inplendas. 13) '*subsequatur*' *ex Th. C. suppl. Buchh.* 14) ũu *V.* uelut *edd.* 15) *Omissis signis* — — Ea *ed. Hollw. Recte interpunxit ed. Momms.*

aut fundus aut quid eiusdem generis eri*t*, sedem nouo domino patefecerit. (6.) Quae omnia consignare actis iudicis praestat, ut res multorum mentibus, oculis, auribus testata, nullum effu*gi*at, cuius aut scientiam *c*apiat, aut dissimulationem tegat. Quodsi *iu*dex aberit, cui summa prouinciae commissa est, mandetur istud magistratuum actis, atque ut nullus sit subiciendi aut surripiendi locus, cum alterutri co*m*modum sit, 'eorum[1] exemplis i*i*dem magistratus adscribant. sic enim conscie*n*tia multorum monumentis iudiciorum ac populorum 'p*er*scri*p*tis,[2] '*h*aut litium causa[3] peruulgatis, omnibus fides abstrusior non erit. (7.) Tal*ia* enim esse oportet 'domin*i*orum[4] initia, quorum diuturna possessio saepe legitima proprietatum iura perfringit: talis '(*sit*)[5] liberalitatum honestas, quae, loci*s* clamata omnibus, accipientium donantiumque 'famili*as*[6] liberalitatis et gratiae praedicatione conpleat, 'simul ut,[7] cum sit eximi*um* [690]
cuiusque donum promerendo cepisse, eius iucunditas nulla lit*i*um tristitudine minuatur. (8.) Quodsi 'in[8] expectanda causa dicendaque sententia orba publico testimonio liberalitas caecam gratiam obscuro*s*que coetus prodiderit: quoniam sola fraus cognita est, eorum, quae donata dicu*n*tur, temere non
[39]23.b. erit fides acci|pienda, sed ea 'aliena*tio*[9] *rata habebitur*, *quae*
⅓ pr. *publice facta est*, *reliq*uorum reiecta uel su*specta habenda allegatione*, *licet contendant uni*uersis studiis, recte r*ecepto iure sibi donatum esse*, *sopitoque legis Cinciae* iure, quod quibusque rebus don*atis suam perfectionem praescribebat.*[10] *Verum post*ea perfectione facienda *nulla nisi secundum nostrae legis praecepta*, *etiam uer*borum deinde esse quicquam *uetamus*, *quod donationes ualeat perficere*, *cum ipsa* lege commutata uer*ba quoque secundum eam concepta uilescant in donationibus post* faciendis, neque ullam *controuersiam donationibus iam factis uolumus* con*f*lare, cum futu-

---

1) *Ex* V^d. *ed. Momms.* uerum *Vat. ed. Hollw.* 2) *Sic etiam Momms. ed.* praescriptis *V. edd.* 3) a*nte* litium *contestationem ex cj. ed. Momms.* aut litium causa *Vat. edd. ceterae. Cf.* (7) *fin.* 4) dominorum *V. ed. Momms.* 5) *Addidi.* 6) *Ita Buchh. ed. Momms.* famili** *V.* famili*is ed. Hollw.* 7) V^d. *ed. Momms.* ut *om. Vat.* 8) V^d. *ed. Momms.* in *om. Vat.* 9) aliena*tione ed. Hollw. Sequentia restitui.* 10) *Ius perfectae et imperfectae donationis lege Cincia sancitum idque aliquando expresse abolitum esse apparet ex Nov.* 162. *c.* 1. *pr.* §. 1.

ris ius per *hanc consultissimam legem ponamus*, quae, ut omnes cognoscant *atque obseruent*, *quod statuimus*, *edicto promulgan*ti tuo praeferenda est.[1] PP. *III. non. Feb. Seuero et Rufino* conss.[2] in foro diui *Traiani.*

250. 'Pa*pinianus*[3] lib. XII. Responsorum. Imperfec*tam donationem mors confirmat*, *si animum* liberalitatis nouissi*mum in uitae diem perseuerasse constat.* *PAPIN. L. XII. RESP.*

391] **251.** [4]Item. Non ideo donatio*nem aedium, possessione a matre praesenti* filiae tradita, placui*t irritam esse*, *quod mater habitationem citra proprie*tatem sibi recepisse*t et ita in possessione aedium mansisset.*

252. [5]Item. Cum mater absenti fi*lio* . . . . . . ad eum fecit, quas procu*rator* . . . . . . quae instrumenta praediorum e . . . . . . praediorum ad filium p . . . . . . uel seruis eius tradita non . . . . . . *prae*diorum ad filium peruen . . . . . . *mater*nae uoluntatis et ei . . . . . . causa redire iussisset . . . . . . possessionem praediorum . . . . . . constare. **252**[a]. [6]. . . . . . factam praedio neque manc*ipato* . . . . . . habuisse. Respondi, nec fideicommis*s* . . . . . . in aede sacra aeditu . . . . . . teris post mortem su*am* . . . . . . post mortem suam . . . . . | . . . . . . r*edd*itam . . . . *r*ationem . . . . . . uit, quod ne fidu- 23.a.[40] ciae daretur . . . . . . num accepit, perueniret, qui . . . . . . ⅓ *po.*

253. [7]*Item. Etiam per nouationem 'don*atio[8] perfici-

---

1) *Cf. L.* 7. *Th. C. de cursu publ.* (8, 5). *L.* 1. *Th. C. si per obrept.* (11, 13). *L.* 31. *Th. C. de episc. eccl.* (16, 2), *Haenel Praef. ad Th. C. p. XL.* 2) *a.* 323. *Alii Sabino et Rufino conss.* (*a.* 316.), *subscriptis Legi* 1. *Th. C. de donat.* (*cf. not.* 9.), *h. l. attribuunt. Cf. Haenel. ad Th. C. p.* 767. 214 *seq. Mommsen ad h. l. Mihi Th. C. constructores in hac subscriptione errasse ut in multis aliis* (*Haenel. ad Th. C. Praef. p. XXXVII.*) *videntur.* 3) *Ita Mai. Buchh. Momms.* Paul. *ed. Hollw. Sed argumentis Buchh., Papiniani haec esse, accedit, quod Papinianum* (*L.* 29. 31. *D. de donat.* 39, 5. *Cf. L.* 42. *D. de mort. c. don.* 39, 6), *non Paullum, hoc Resp. libro de donationibus egisse constat. Sententiam restituendo demonstravi. Cf.* §§. 259. 312. 4) *Similiter restitui. Cf.* §. 265.
5) *Similis casus tractari videtur L.* 48. *D. de acq. rer. dom.* (41, 1). *De lectione*, *singula quaedam accesserunt ex V*[d]. *et Momms. ed.*
6) *Similia videntur tractari L.* 77. §. 26. *D. de leg.* 2. *L.* 31. §. 3. *D. de donat.* (39, 5). *Nova* §. *et quaedam emendata debentur V*[d]. *et Momms. ed.* 7) *Ad sensum restitui. Cf. L.* 76. §. 3. *D. de leg.* 2. 8) *Ita ex V*[d]. *Momms. ed.* actio *Vat. ed. Hollw.*

tur. Cum autem creditor *pecuniae ita recte perficiat donationem*, si debitor pecuniam, quam dele*gat ille*, *Titio promittat, an et per litis* '*contestati*one[1] factam nouationem *idem fiet in praediis*, *si eorum legatum quasi per quan*dam stipulationem uenit *in litem*, *quam legatarii nomine Titius i*nchoauit? Respondi, *praediorum non tam coeptam donationem, nondum possess*ione tradita, quam inritam *esse; non enim sic pecunia*, ut *in ea*, *quam quis delegando d*onauit, in iis praediis fuit.

253a. '*Item.*[2] *Donationes in concubinam colla*tas non posse reuocari, conue*nit*, *nec si matrimonium inter eosdem postea fuerit contractu*m, ad irritum recidere, *quod ante iure ualuit. an autem maritalis honor e*t affectio pridem praecesseri*t*, '*cum tabulae dotis consignarentur*,[3] *personis com*- [692] *par*atis, uitae coniunctione *considerata perpendendum esse, respondi.*

254. [4]*Item. Species extra dotem a matre filiae nomine uiro* traditas filiae, quae *praesens fuit*, *donatas et ab ea uiro traditas uide*ri, respondi; nec matrem *offensam repetitionem habere*, *uel eas recte* uindicare, quod uir cauis*set*, *extra dotem usibus puellae sibi traditas;* cum ea significatione non *modus donationis declaretur*, *nec ab usu proprie*tas separetur, sed peculium *a dote puellae distinguatur.*

255. [5]*Item. Pater*, *qui filiae*, *quam habuit in potestate*, *mancipi*a donauit, et peculium *emancipatae non ademit*, '*uel herede ea sine beneficio eman*cipationis *scrip*ta deces*sit*,[6] *ex post facto donationem uidebatur perf*ecisse.

256. [7]*Item. Iure filiaf. possessionem donatorum reti-*

---

1) *stipulati*one *edd. Hollw. Momms.* 2) *Addidi. Sequitur L.* 31 *pr. D. de don.* (39, 5). *Cf. L.* 3. §. 1. *L.* 58 *pr. D. de don. int. vir.* (24, 1). 3) *Haece periisse videntur, quia in Dig. in fine additur: 'neque enim tabulas facere matrimonium'. Cf. L.* 66 *pr. D. de don. int. vir.* (24, 1). 4) *Est L.* 31. §. 1. *D. eod.*, *sed ibi plenior.* 5) *Est L.* 31. §. 2. *D. eod.* 6) *Restitui et emendavi.* uita (*pro scripta*) *Vat. edd. Secundum Vd. in V. esse puto* -ionis-c̄rta (*cum oporteret* -ionis sc̄rta). *De re cf.* §. 294. *In Dig. haec omissa sunt propter L.* 25. *C. de don. int. vir.* (5, 16). *Quod Momms. supplevit 'si deinde ea post diem eman*cipationis uita decessit' *ad rem non pertinet.* 7) *Restitui, ut probabilis sensus appareret. Cf. L.* 65. §. 1. *D. de rei vind.* (6, 1). *L.* 8. *D. de dot.*

*ne*bat praediorum, quae pater ei post*remo iudicio non legarat*, *si filiae*, *quam post ill*am donationem genuit, *praelegauit*, '*quidquid fundorum penes se reliquum* esset.' parui etenim refert, *quod solemniter confirmata donatio filiae fa*cta non probaretur: arbitrum *enim hereditatis diuidundae patris uoluntat*em recte secuturum *dixi*, *qua filiae fundi praeter praedia* ea dati si*nt*,[1] *quae soror eius tenebat*, *perinde ac* si filiae *pro*pria praedia | praelegaret, et adiecisset [41] 19.a. 'exceptis, quae sorori tuae donaui.' nam et testamento liberalitatem confirmatam, et aperte patris declaratam uoluntatem; quod diuisionis arbitrio sufficit, iuris quoque uerbis deficientibus.

[693] **257.** [2]Item. Eiusmodi lege deposita in aede sacra, ut eam ipse 'solus, qui[3] deposuit, tolleret, aut post mortem domini Aelius Speratus, non uideri perfectam donationem, respondi.

258. [4]Item. Pomponius Filadelfus dotis causa praedia filiae Pomponiae, quam habuit in potestate, tradidit, et mercedes eorum genero solui mandauit. An ea praecipua filia retinere possit, cum 'omnes[5] filios heredes instituisset, quaerebatur. Iustam causam retinendae possessionis habere filiam, quoniam pater praedia, (*de*) quibus quaerebatur, dotis esse uoluit, et matrimonium post mortem quoque patris constiterat, *respondi;* filiam etenim, quae naturaliter agros retinuit, specie dotis, cuius capax fuit, defendi.

259. Item. Mulier sine tutoris auctoritate praedium stipendiarium instructum non mortis causa Latino donauerat. perfectam in praedio ceterisque rebus nec 'mancipi[6] donationem esse apparuit;[7] seruos autem et pecora, quae collo uel dorso domarentur, usu non capta.[8] si tamen uoluntatem mulier non mutasset, Latino quoque doli profuturam duplica-

coll. (37, 7). *L.* 16. 18 *pr.* 26. *C. fam. erc.* (3, 36). [1]) *Haec non ad finem versus pertingunt, qui scriptura vacare visus est.* [2]) *Est L.* 31. §. 3. *D. de don.* (39, 5), *paucis mutatis. Initio et in Dig. excidit* Re. [3]) *Ex Dig.* qui solus *Vat. edd.* [4]) *L.* 35. *D. fam. erc.* (10, 2), *paucis variantibus.* [5]) *Dig.* communes *Vat.* [6]) mancipii *edd. Hollw. Momms.* [7]) *Cf.* §. 293. *Gai.* 2, 80. [8]) *Non, quod mulier sine tutore auctore (qui tunc agnatus legitimus iam non erat) donaverat (Gai.* 2, 47. *coll. nostra* §. 264), *sed quod Latinus ex lege XII 'adversus hostem aeterna auctoritas esto' usucapere non poterat. Cf. Gai.* 3, 80.

tionem[1] respondi: non enim mortis causa capitur, quod 'ali- ter[2] donatum est, 'quando[3] morte Cincia remouetur.[4]

DE DONATIONIBVS AD LEGEM CINCIAM. [694]

260. [5]Item. Filius emancipatus, cui pater peculium non ademit, res quidem pro donato uel pro suo, quod iustam causam possidendi habet, usucapit: sed debitores conuenire non potest, neque lites 'pecu*lii*[6] prose*qui*, si non sit in rem suam cognitor datus, aut nominum delegationes interuenerunt. Plane[7] quod ei soluitur patre non dissentiente, debitorem liberat; nec interest, an emancipatum ignoret 'uel[8] ei non esse peculium ademptum, cum rei substantia plus polleat existimatione falsa.

261. [9]Item. Peculium uindicta manumisso uel inter amicos si non adimatur, donari uidetur. Quae ratio facit, ut ex iusta causa possidens usucapere *re*m possit. aliu*d* in his placuit, qui 'testamento[10] libertatem acceperunt, '*uel morte*[11] parentis potestate soluuntur; quos amittere peculium, si non sit legatum, constitit. neque enim tacita liberalitas defuncti [42]19.b.*per*mittentis retinere peculium po|tuit intellegi.

---

[1]) *Contra legis Cinciae replicationem, qua heredes vindicantes exceptionem rei donatae et traditae repellere conantur.*
[2]) altero *Vat.* alteri *ed. Hollw.* al*i*ter *etiam ed. Momms.* [3]) q̃n *V., quod hic est* quando (*ut* §. 249. [3]). quoniam *edd. Sensus est: etiam Latino, qui directo iure ex lege Iunia mortis causa capere non potest* (*Gai.* 1, 24), *haec duplicatio ex voluntatis ad mortem perseverantia prodest; neque enim ea opposita Cinciae replicationi efficitur, ut mortis causa videatur donatum, quod aliter* (*inter vivos*) *donatum est.* [4]) *Sequitur in V*[d]. *duorum versuum spatium, quod Mommsenus olim rubricam 'de donationibus ad legem Cinciam' occupavisse recte suspicatur, quae deinceps summis paginarum oris inscribitur. Quare eam h. l. restitui.*
[5]) *Cf.* §§. 261. 255. *L.* 53. 16. *D. de pecul.* (15, 1). *L.* 11. *C. de don.* (8, 54). [6]) pecuñ. (*pro* peculi) *V.* pecuniae *edd.* pecuniarias *ed. Momms. Sed cf. ex. gr. L.* 44 *pr. D. de leg.* 1. [7]) *Cf. L* 11. *D. depos.* (16, 3). *L.* 41. *D. de reb. cred.* (12, 1). *L.* 18. 32. *D. de solut.* (46, 3). [8]) *Malim* et. [9]) *Cf.* §. 20. *I. de legat.* (2, 20). [10]) tt̄ = tantum *Vat. edd. Correxit etiam Momms.* [11]) si testamento *Vat. edd. In V*[d]. *tantum litterae* to *certae sunt et secunda*

262. [1]Item. Sponsae res simpliciter donatae non insecutis nuptiis non repetuntur. sed etsi adfinitatis contrahendae causa donationes factae sunt et nuntium sponsus culpa sua remiserit, aeque non repetuntur. quod ita intellegi oportet, si 'reuocan*d*i donationes[2] condicio non 'coniunct*o* matrimoni*o*[3] conprehendatur, non perficiendi contractus.

[695] **263.** [4]Item. Eam, quae bona sua filiis per epistulam citra stipulationem donauit, si neque possessionem rerum singularum tradidit, neque per mancipationem praediorum dominium transtulit, nec interpositis delegationibus aut inchoatis litibus actiones nouauit, nihil egisse placuit.

264. [5]Item. Matrem, quae sine tutoris auctoritate filio donationis causa praesentes seruos mancipio dedit, perfecisse donationem apparuit.

264a. [6](*Item.*) Pollicitatio donationis inter priuatos uim obligationis non inducit.

265. Item. [7]Aurum et argentum, quod in re praesenti fuit, pater filio sui iuris donauit, eiusque possessionem traditam esse, instrumento palam fecit: non i*d*circo donationem inritam factam existimaui, quod usum omnium rerum apud patrem filius reliquit.

266. [8]Ulpianus lib. I. ad edictum de rebus creditis. Indebitu*m* 'solutum[9] accipimus, non solum si omnino non de- *VLP. L. I AD ED. DE REB. CR.*

---

manus aliquid superscripsisse videtur, quod oportuit esse id, quod scripsimus. test*amen*to parent*es ed. Momms. de statu libero cogitans.* [1]) *Cf. L.* 1. §. 1. *D. de don.* (39, 5). *L.* 2. 10. 11. 15. *C. de don. ante n.* (5, 3). [2]) reuocantis donationis *V.* reuocan*dae* donationis *ed. Hollw.* reuocan*d*is donation*ibus* condicio *non* compraehendatur non coniunct*o* matrimoni*o* n. p. c. *ed. Momms. Non probo.* [3]) coniuncti matrimoni *V.* [4]) *Quo casu neque non secutis nuptiis neque secutis perficitur donatio. Cf. L.* 22. §. 22. *D. de don. int. vir.* (24, 1). *L.* 4. *C. de don. ante n.* (5, 3). [5]) *Cf.* §. 287. *Consult.* 6, 10. *L.* 42 *pr. D. de m. c. don.* (39, 9). [6]) *Hanc sententiam minusculis litteris inter versus scriptam ut scholium, quod tamen non habet, quo referatur, magis supplevisse corrector ut omissam videtur. Itaque Papiniani eam esse censui. Cf. Paul.* 5, 12. §. 9. *L.* 5. *C. de contr. vel comm. stip.* (8, 38). [7]) *Cf.* §§. 314. 251.
[8]) *Initium extat paucis mutatis in L.* 26. §. 3. *D. de cond. ind.* (12, 6). [9]) non solutum *V.* [non] solutum *ed. Hollw. Sed fortasse Ulp. scripserat* Indebitum non solum tum accipimus, *ut posterius* non solum *delendum sit.*

bebatur, sed et si per aliquam exceptionem peti non poterat, id est perpetuam exceptionem. quare hoc quoque repeti poterit, si quis perpetua exceptione tutus soluerit. unde si quis contra legem Cinciam obligatus non excepto soluerit, debuit dic*i*, repetere eum posse;[1] nam semper exceptione Cinciae uti potuit, 'nec[2] solum ipse, uerum, ut Proculeiani contra *Sabinianos* putant, etiam quiuis, quasi popularis sit haec exceptio;[3] sed et her*e*s eius, nisi forte durante uoluntate decessit donator: '*tunc* enim[4] doli replicationem locum [696] habere, imperator noster rescripsit in haec uerba.[5]

ALEX **266a.** '[Greg. lib. XIII. tit.][6] *Imp.* Alexander Flauio Menandro. Professio donationis apud acta 'facta,[7] cum neque mancipationem, neque traditionem subsecutam esse dicas, destinationem potius liberalit*atis* quam effectum rei actae continet. eapropter quod non habuit filius tuus dominium, si quae adfirmas, uera sunt, obligare pacto suo creditori non potuit; nec quod sine effectu gestum est, uindicationem tui iuris impedit. PP. III. kal. Ian. Alexandro Aug. III. et Dione II. conss.[8]

SEV. ET ANTON. **267.** *Impp.* Seuerus et Antoninus Augg. Cosoniae Hilar*ae*.
[43] 17.b. Actio noua ex pro|missione, quae donationis causa facta sit,
85.a. dari non solet[9]. PP. prid. kal. Ian. Romae, Antonino II. cons.[10]

VLP. L. II. RESP. (?) **268.** [11]Quaerebatur, '*si*,[12] cum Seius filiam suam 'emanciparet,[13] apu*d* acta professus sit, ei *s*e donare fundum, nec

---

[1]) *Cf.* §. 311. [2]) *Ex V*d. *Momms. ed.* non *Vat. edd. ceterae.* [3]) *Cf. L.* 7. *D. de exc.* (44, 1). *L.* 24. *D. h. t. Sabiniani hoc negasse videntur propter heredem promissoris, cui tamen magis ex nova causa opponitur doli replicatio. Cf. quae seq. et* §. 294.
[4]) *Ex V*d. *Momms. ed.* etenim *Vat. edd. ceterae.* [5]) *Quae desiderantur.* [6]) *Recentiore, ut videtur, addita manu. Mai. Vid. praefat. et cf. Haenel. ad Gr. C. p.* 39. [7]) *Ex Meyerfeldii cj.* factae *Vat. ed. Hollw. De re cf.* §§. 268. 285. [8]) *a.* 229. [9]) *Sensus est: Licet nova actio i. e. institutoria vel restitutoria* (*L.* 13. §. 1. *L.* 8. §§. 11—15. *D. ad SC. Vellei.* 16, 1) *creditori dari soleat, apud quem mulier intercessit, hoc tamen non fit, si mulier pro eo, qui donare volebat, promittendo se obligavit. Cf. L.* 8. §. 15. *cit. Nec igitur* noua (*in* nuda *cum Hass.*) *nec* promissione (*in* professione *cum Wenck.*) *mutandum, nec* expromissione *cum Buchh. legendum est.* [10]) *a.* 205. *Propter similitudinem huius subscriptionis inscriptio sequentis speciei periisse eademque strages alterum consulem Septimium Getam absumpsisse videtur.* [11]) *Cf.* §§. 266a. 285. [12]) an *Vat. edd.* [13]) emancipar*it* et *ex cj. ed. Momms.*

instrumenta donationis fecerit, an uideatur professione actorum perfecta esse donatio? Respondi, si neque mancipatio, neque traditio secuta est, solis actis dominium non transisse.

269. Ulpianus libro XLVI. ad Sabinum. 'Ut,[1] quod utendum mater filiae dedit, non uideatur donatum, et si donatum sit, non ualeat, in potestate filia constituta 'patris: aliud[2] esse, si dotem dedit.' Ulpianus: Constat, quod utendum filiae datum est, non esse donatum; sed etsi 'donat*a* res[3] esset, aeque donatio non ualeret in filiam conlata, quae in patris erat potestate.[4] plane si in dotem mater filiae dedisset, ualet, quod factum est: potest enim donare filiae, 'quamuis[5] res mariti fiant, 'cum[5] quandoque filia uel sola, si iuris sui fuerit, uel uoluntate filiae pater habeat rei uxoriae actionem.[6] Merito igitur Sabinus ait, si inscia uxore uel inuita 'marit*o*[7] in dotem dedit, rem mariti non esse factam, et ideo uindicari ab herede mulieris posse. quod(*si*) sciente ea hoc factum sit, consequens erit dicere, in dotem conuersum esse id, quod datum est. *VLP. L. XLVI. AD SAB.*

[697]

270. [Hermog. tit. de donationibus.][8] Diui Diocletianus et Constantius Caeciliae Anagrianae. Si donationibus in unam filiam conlatis, quarta non retenta, patrimonium exh*au*stum in fraudem ceterorum filiorum[9] probetur, has rescindi ad instar inofficiosi testamenti, sacris constitutio*n*ibus parentum nostro- *DIOCL. ET CONSTANT*

---

[1]) *i. e. utut, quanquam.* [2]) patris. Aliud *edd.* [3]) *i. e. ipsa res, non usus.* don*atum ex Mai. cj. edd. Hollw. Momms.* donator *Vat.* (*ut geminandum sit sequens* es, *aut* r *pro nota accipiendum*). [4]) *Schol.:* Hic: Mater filio in potestate posito donando nihil agit *Cf. L.* 3. §. 4. *L.* 32. §. 16. *D. de don. int. vir.* (24, 1). [5]) cum res mariti *et* quamuis quandoque *Vat. edd. praeter meas* 1. 2., *ubi pro* quamuis *posueram* quoniam. *Sed ex mente Ulpiani manifestum est,* cum *et* quamuis *in Vat. locum inter se commutasse, itaque nunc correxi.* [6]) *Cf. L.* 7. *C. sol. matr.* (5, 18). [7]) maritus *Vat.* mat*er de Blumii cj. edd. Hollw. Momms. Sed tunc antea* filia *pro* uxore *dicendum fuisset.* (maritus i. d. *cepit ed. Momms. min.*) *Ceterum intellige matrem ut filiae donaturam i. e. filiae nomine marito dedisse* (*cf. L.* 17. *C. de collat.* 6, 20), *qua non consentiente nulla donatio est; nam si suo nomine, dotem receptura, ut marito donaret, non video quin mariti fiat. L.* 34. *D. de iur. dot.* (23, 3) *prorsus alium casum tractat.* [8]) *Cf. Haenel. ad Herm. C. p.* 71. *De re L.* 87. §. 3. *D. de leg.* 3. §§. 271. 281. *Tit. C. de inoff. don.* (3, 29). [9]) *In quibus Caecilia Anagriana videtur fuisse; cf. v.* unam filiam.

rum euidenter continetur. Matre quoque 'filiae[1] res uenundante nihil ei 'auferri[2] posse, non ambigitur. Subscripta V. kal. Mai. Sirmi*i*, Caess. conss.[3]

271. I*i*dem 'Boncio[4] Secund*o*. Praeses prouinciae, amicus noster, notionem suam inpertiet, non ignorans pro sua auctoritate atque experientia, si docebitur inmoderatis donationibus, non retenta quarta ad excludendam inofficiosi querelam nepotis ex filio nati, patrimoninm suum auum exhausisse, '*pleris*que constitutionibus[5] huiusmodi conmentis ad exemplum in- [698]
officiosi querela*e* esse *oc*cursum. PP. Mogontiaci XI. kal. Iul. Maximo et Aquilino conss.[6]

PHILIPP. **272.** '[Greg. lib. XIII. tit.][7] Imperator Philippus 'Agilio Cominio[8] suo salutem. Inter patronos et libertos de iure donationum tractari non oportet, cum etsi perfectis donationibus in possessionem inductus libertus quantolibet tempore ea, quae sibi donata sunt, pleno iure ut dominus possederit, 'tamen[9] omnis donatio mutata patronorum uoluntate reuocanda
[44] 85.b. 17.a. sit. Quod obseruabitur etiam circa | ea, quae libertorum nomine, pecunia tamen patronor*um* et beneficio conparata sunt, nam qui obsequi*is suis* liberalitatem patronorum prouocauerunt, sunt digni, 'qui[10] eam non retineant, cum coeperint obsequia neglegere: cum magis eos conlata liberalitas ad obsequium inclinare debeat, quam ad insolentiam erigere. Fundus autem, que*m* Agilio liberto donasse te '*s*crib*is*,[11] et decuria, quae ipsius nomine 'comp*arata est*, rec*te* si*ue in rem* act*ione siue condictione repetentur, nec ea* libertus uindica*bit*, *cum eas* tan*tum* donationes uel pecuniae la*rgitiones*[12] libertus ob-

---

1) *i. e. Caeciliae Anagrianae (genitivo casu).* 2) *V*^d^*. ed. Momms.* auferre *Vat. edd. ceterae.* 3) *a.* 294. — *Sequitur ad marg. schol.:* Hic de immodicis donationibus. 4) Bonicio *Buchh. cj.* 5) *Ex Momms. cj. ad V*^d^. postque constitutiones *Vat. edd. ceterae.* 6) *a.* 286. 7) *Quibusdam omissis vel mutatis extat L.* 1. *C. de rev. don.* (8, 56). *In marg. lemma:* Hic: in libertos collatam a patrono donationem, si ingrati extent, reuocandam, uel si nomine eorum quid emptum sit. 8) Cosmino *C. Iust.* 9) *C. Iust. inserit:* si ingratus sit. *Cf.* §. 313. 10) *Buchh. cj.* quin *V. ed. Hollw.* non sunt digni, quo eam retineant *Iust. C.* 11) *Buchh. cj.* tribus *V. edd. Librarium fefellit, quod decuria plerumque iuxta tribum commemoratur.* 12) *Sic fere locum etiam in V*^d^. *desperatae lectionis restituere mihi visus sum, de quo vid. est Momms. ed.*

tinere debeat, circa quas uoluntas patronorum in supremam usque diem perseuerauerit. Hoc tamen ius stabit intra ipsorum tantum liberalitatem, qui donauerunt: ceterum neque filii eorum, neque successores ad 'hoc[1] beneficium peruenient. neque enim fas est omnimodo *inquie*tari donationes, quas is, qui donauerat, in diem uitae suae non reuocauit. *Dat. XV. kal. Iul. Aemiliano II. et Aquilino conss.*[2]

[699] **273.** 'Diuus[3] Constantinus et Caess. 'Prisca[4] legum aequitate 'prouisa,[5] uariis ambagum uersutiis exquisita donatio, licet 'titulum[6] emptionis uel debiti tenorem conprehendere uideatur, tamen claris 'testationibus[7] probata, debe*t* in irritum deuocari; siquidem consultissima ratione uideatur esse prouisum, matrimonio cons*t*ante donationes inter uirum et uxorem 'altrinsecus agitatas[8] nullam firmitatem habere. nec sibi debent mulieres[9] blandiri, 'si tamquam[10] uenditores uel debitores ad eludendas legum sanctiones mariti earum se falso uideantur esse professi. quare Vettium Rufinum, clarissimum uirum praefectum urbi, amicum nostrum, cuius notio est, adire non prohiberis, qui *par*tium 'allegationibus examinatis[11] petitioni tuae secundum 'iuris[12] prouidebit iustitiam. Dat. XIIII. kal. Nou. Mediolano, Constanti*n*o et Licinio conss.[13] *CONSTANTINVS.*

274. I*i*dem Aureliae Sabinae siue Gaudiosae. Lic*e*t in potestate 'filius degens[14] donationum effectum a patre sibi

---

Alia quaedam Momms. dedit, uelut conlationes *pro* largitiones.
[1]) *Sic ex V*[d]. *Momms. ed. et Iust. C. om. ceterae edd.* [2]) *Suppleta ex Iust. C. Est a.* 249. [3]) *Sic V*[d]. Diui *ed. Hollw.* Dominus *ed. Momms.* Caesares *perperam adiectos esse, Momms. p.* 405. *notat.* [4]) *Fortasse:* Prisco. Priscar(*um*), *vel tantum* Prisco. *ut huic* Prisco *rescriptum fuerit; nisi is consulto omissus est. Cf.* §§. 35. 249. — *Schol. in marg.:* De donationibus sub emptione . . . sub . . . tis *Mai.* Hic de donatiouibus sub empti*onis titulo fac*tis *ed. Momms. recte.* [5]) *praeclusa ex cj. ed. Momms. At* prouisa *pertinet ad* donatio, *quae etiam hoc modo facta ne valeret, prisca legum aequitate provisum erat.* [6]) *Ex V*[d]. *Momms. ed.* instrumentum *Vat. edd. ceterae.* [7]) *Ita ex V*[d]. *ed. Momms.* donationibus *Vat. edd. ceterae.* [8]) *Sic ex V*[d]. *ed. Momms.* re (*sive* res) insecuta non ratas *Mai. ed.* [9]) *V*[d]. mulieris *Vat. edd. ante Momms.* [10]) *Ex V*[d]. *ed. Momms. qua*mquam *edd. ceterae.*
[11]) *Hanc cj. Bark. Buchh. Rudorf. confirmavit V*[d]. allegationis exa . . . . *Vat. ed. Hollw.* [12]) *Fortasse:* muneris. [13]) *a.* 315.
[14]) *Sic etiam Momms. ed.* filii sunt (filiiu *V*[d].) degentes *Vat. Sci-*

'conlat*ar*um[1] mox consequi 'm*inime*[2] posse uideatur, tamen 'perseuera*ntia uolunt*atis[3] ad instar mortis causa donationis huiuscemodi liberalitatem redigi oportere, retro principum *re*scriptis cogn*oscit*u*r* esse concessum.[4] unde uirum clarissimum praefectum urbi, amicum nostrum, cuius notio est, adire non prohiberis, qui omnibus rite consideratis, quae in [700] precem tuam confereuda[5] 't*ibi sunt uisa,*[6] pro experientia sua recte '*sententiam d*ari *faciet.*[7] Dat. idib. Augustis Romae, Constantino et Licinio Augg. conss.[8]

DIOCLET. **275.** Diui Diocletianus et Constantius 'Sab*inae*[9] *et D*iodu-
[45]24.b.*lae.* Perfectam dona|tionem mutata uoluntate donatoris, etsi parum gratus existet, cui dono res data est, minime '*rescin*di[10] posse, saepe rescriptnm est.[11] PP. V. non. Mart. Nicomediae, Maxim*o et* Aquilino conss.[12]

276. [13]I*i*dem . . . iae. Si, 'u*t ais,*[14] *pater* tuus nomine matris tuae de sua pecunia '*res quasdam emit*[15] *donatio*nis causa, eique tradidit et decedens non reuocauit id *quod in eam*[16] contulisse uidetur, intellegis, frustra te uelle experiri, cum oratione diui Seueri huiusmo*di d*onationes post obitum eorum, qui donauerunt, confirmentur. PP. pridie *non.* Mart. Antiochiae, Augg. IIII et III. conss.[17]

277. [18]I*i*dem Aurelio . . . '*Ne frater tibi eripiat, quam*

---

licet primum ex filius *factum* filii s̄ (= sunt), *deinde ex* degens degentes; *cuius certum vestigium quod Vat. postea habet* uideatur (uide*an*tur *edd.*). filii [sunt] degentes *ed. Hollw.* [1]) conlatu*m V. edd. Correxit etiam Momms.* [2]) *Ex Rudorf. cj. et* V^d. m . . *Vat.* '*non*' *ed. Hollw.* [3]) *Ex Wenck. cj. et* V^d. perseuerat et . . . . satis *Vat.* perseuerante uoluntate *ed. Hollw.* [4]) *Cf.* §§. 277. 278. 281. *Paul. S. R.* 5, 11. §. 3. *L.* 2. *Gr. C. famil. erc.* (3, 4 *vel* 6). *L.* 2. *C. de inoff. don.* (3, 39). [5]) *Addit* m (*in fine versus, ubi siglam* $\overset{0}{m}$ *esse oportet*) *Vat.* [6]) *Ad* V^d. *vestigia restitui.* tu duxisti *ed. Momms.* [7]) *In V. initio fuerit* sādari. *iudicari curabit ed. Momms.* [8]) *a.* 315, *ut videtur; cf. Buchh. et Momms.* [9]) Sabinianae *ed. Buchh.* Sab . . na *Vat. Antea Constantii nomen perperam additum esse, notat Momms. p.* 405. [10]) *Ex ed. Momms.* contendi *Vat. ed. Hollw.* [11]) *Cf. L.* 2—4. *C. de revoc. don.* (8, 56). [12]) *a.* 286. [13]) *Cf. L.* 32 *pr.* §§. 1. 2. *D. de don. int. vir.* (24, 1). [14]) *Ex* V^d. *Momms. ed.* [15]) *Similia alii rest.* [16]) *Ex* V^d. *et Momms. ed.* '(*contra*) id *quod in eam*' *edd. meae* 1. 2. ad (*pro* id) *Vat.* [17]) *a.* 290. [18]) *Cf. not.* 4.

pater in te[1] *con*tulit donationem et decedens supremo *iud*icio non reuocauit, scilicet manente potestate, praeses prouinciae iuxta diuorum principum *con*stitutiones super hac re factas uim prohibebit, de ceteris inter uos discep*tat*urus. PP. IIII. kal. Sept. Maximo et Aquilino conss.[2]

278. [18]I*i*dem Aurelio Zoilo. *Cum* adfirmes, patrem tuum
[701] donationes perfectas in te contulisse et supre*mis* iudiciis eas non reuocasse, poteris iure constituto, praesertim cum honor*i* *p*rimipilari sis adstrictus,[3] securo animo ea, quae donata sunt, possidere. PP. *V*III. kal. Nou. Maximo et Aquilino conss.[2]

279. I*i*dem Benign*a*e Superlatae. In filiam post emancipationem 'donationem[4] a patre conlatam postea auferri ab ea non potuisse, dubitari non oportet. si igitur nihil aliud tibi de iure aduersatur, praeses prou*inciae*, *ne* qua tibi legitime possidenti fiat iniuria, intercessu auctoritatis su*ae* *prou*idebit. PP. IIII. kal. Dec. Maximo[5] et Aquilino conss.[2]

280. [6]I*i*dem Aur. Anniano. In 'dub*i*um[7] non uenit, aduersus enor*mes* *d*onationes, quae 't*antummodo*[8] in quosdam liberos uacuefactis facultatibus '*reliqu*orum[9] pernicie conferuntur, iamdudum diuorum principum stat*utis* *esse* *proui*sum. Si igitur mater tua ita patrimonium suum profunda liberalita*te* *in* *f*ratrem tuum *eu*isce*r*ati*s* *o*pibus *s*uis ex*h*au*s*it, ut quartae pa*rtis* *d*imidiam, quam ad excludendum inofficiosi 'or*dinariam*[10] querelam aduersum 't*estamentum* (*sufficere*) constat,[11] his donatis datisqu*e* 'n*on* relictam *ti*bi habe*as*,[12] praeses prouinciae, quod *immoderate* gestum est, reuocabit. '*n*amque[13]

---

[1]) *Restitui. Paullo aliter Momms. et ego ipse priore ed.* [2]) *a.* 286. [3]) *Ut castrensis peculii factae donationes videri possint.* [4]) *Accessit ex V*[d]. [5]) Maximino *V. ed. Hollw.* Maximo II. *ed. Buchh.* [6]) *Pars extat in L.* 7. *C. de inoff. don.* (3, 29) *inscr.:* '*Iidem AA. Ammiano*', *quod Buchh. h. l. restituit. Sed* Anniano *V*[d]. *ed. Momms. In margine schol.:* Hic de inmodicis donationibus. [7]) *Ex V*[d]. *et Momms. ed.* [8]) *Ex V*[d]. *et Momms. ed.* ita *Vat. ceterae edd.* [9]) *Ita Momms. ex V*[d]. in filiorum *Vat. edd. priores.* [10]) or *in fine versus V*[d]. *linea ante insuper ducta, ut puto pro* ord., *ut saepissime v.* ordinarius *in lapidibus notatur.* [11]) *Ad imaginem V*[d]. *scripsi. In V. fuerit:* ttum constat, *fortasse superscripta v.* '*sufficere*', *de qua vid. Iust. C.* aduersum te *sufficere* constat *ed. Momms.* [12]) *Ex V*[d]. *ed. Momms.*, *tantum pro* non *posito h*au (haud?). [13]) *Ex Hollw. cj.* eamque *V*[d]. sane *ed. Momms.*

aeris alieni solutionem,[1] *si ab* intestato cum fratre tuo matri heres exstitisti, 'reuocare[2] non pot*es*. *Dat.* Nicomediae V. non. Mart. Augg. III.[3] et II. conss.

281. [4]I*i*dem Aurelio Seue*ro Alexan*dro. Pater in filium, [702] quem in potestate habet, conferens ipso iure do*nationem* non [46]24.a.facit; sed ex praeceptis statutorum recepta | humanitate placuit,[5] si in eodem iudicio perseuerans in fatum concesserit, liberalitatem eius salua lege Falcidia probari. Proinde si pater, qui per epistulam res tibi dono dedit, non reuocata liberalitate, nec mutata uoluntate, fatalem diem intestato obiit, inlibata donatio permanet, 'nisi tamen legis Falcidiae ratio comminui eam exegerit[6]; quod si locum habet, eatenus ex donatione fratres tui deducent, quatenus id fieri indemnitas et iuris ratio[7] in optinendis portionibus, quas eos habere necesse est, exigunt.[8] Iuxta hanc iuris formam praeses prouinciae ad uicem familiae herciscundae officium sententiae suae legibus temperabit. PP. Byzantio, XI. kal. Apr. Maximo et Aquilino conss.[9]

282. I*i*dem Calpurniae Aristenetae. Quoniam non contenta rescripto, quod ad primas preces acceperas, iterato supplicare uoluisti, ex iure rescriptum reportabis. Communes[10] res in solidum donari nequeunt, sed portiones eorum, qui donant, ad eos, qui dono accipiunt, transitum faciunt. nec[11] ambigi oportet, donationes etiam inter absentes, si ex uoluntate donantium possessionem ii, quibus donatum est, nanciscantur, ualidas esse.[12] Restat, ut si[13] filius tuus immoderatae liberalitatis effu-

---

1) *Materni, cuius solutionem fratri donationis in eum collatae causa soli incubuisse Annianus putaverat. Cf. L.* 15. *C. de donat.* (8, 54). 2) *Ita Vat. ed. Hollw.* reuocare *V*[d]. *ed. Momms., et post* p*otest pro* potes. 3) *Videtur corrigendum IIII., ut sit a.* 287. *At in I. C. subscriptum est: 'PP. V. Id. Maii, conss. ut supra'* (*Maximo II. et Aquilino conss. a.* 286.). 4) *Schol. marg.:* Hic. Si pater in filiumfamilias aliqui*d confert,* liberalitas eius salu*a lege* Falcidia probanda *est.* 5) *Cf. not.* 4. *p.* 776. 6) si tamen .... nex exegerit *V. prima manu, ed. Momms.* 7) et *inserit Vat.* 8) *Cf. L.* 2. *C. de inoff. don.* (3, 29). *L.* 10. 16. 21. *C. fam. erc.* (3, 36). 9) *a.* 286. 10) *Cf. L.* 12. *C. de don.* (8, 54). *Schol. marg.:* Hic, communes res in solidum donari non posse. Donationes etiam inter absentes posse fieri et ualidas esse, si ex uoluntate donantium hi, quibus donatum est, nanciscuntur possessionem rerum donatarum. 11) *Est L.* 6. *C. de don.* (8, 54). 12) *Schol.:* Idem supra pag. VIII. et infra pag. XV. et XXIII. 13) *Hinc incipit L.* 4. *C. de inoff. don.*

sione patrimonium suum exhausit, iuxta legum placita praesidis prouinciae auxilio utaris; qui, discussa fide ueri, si integri restitutionem ex filii persona conpetere tibi ob inprobabilem
[703] donationis enormitatem animaduerterit, in remouendis his, quae perperam gesta sunt, tibi subueniet. PP. III. id. Feb. Mediolani[1], Maximo et Aquilino conss.[2]

283. [3]I*i*dem 'Au*gg. et Caess.* Zenoni.[4] Si stipendiariorum '(*praediorum*)[5] proprietatem dono dedisti, ita ut post mortem eius, qui accepit, ad te rediret, donatio inrita est, cum ad te*mpus* proprietas transferri nequiuerit.[6] si uero usumfructum in eam, contra quam supplicas, contulisti,[7] usumfructum a proprietate alienare non potuisti.[8] PP. V. id. Mart. Maximo et Aquilino conss.[2]

284. [9]I*i*dem Alexandriae. Ea quidem, quae iure donationis a socru tua in te conlata sunt, manere inconcussa, rector prouinciae efficiet. '*De*[10] matrimonio uero retinendo tui arbitri*i* est, an uelis et filiis communibus interuenientibus in eodem proposito perseuerare. PP. III. id. Oct. Heraclia Thracum, Maximo et Aquilino conss.[2]

285. '[Greg. lib. XIII. tit.][11] I*i*dem Aurelio Abanti. Si filiae tuae possessiones, de quibus agitur, neque mancipasti, neque tradidisti, frustra uereris, | ne ex una professione uel '*apud* 22.a.[47]
$\frac{1}{3}$ *pr.*

(3, 29) *in fine plenior.* [1]) *Cf. Mommsen Zeitf. d. Const. Diocl. p.* 423. [2]) *a.* 286. [3]) *Mutatum extat in L.* 2. *C. de don. q. sub modo* (8, 55) *inscr.* '*Impp. Diocl. et Max. AA. et CC. Zenoni.*'

[4]) *Ex I. C. correxi.* Aurelio Carrenoni *Vat. edd. Similiter in tribus Herm. C. constitutionibus tit. I. c.* 1. *tit. II. c.* 1. *tit. III. c.* 1. (*p.* 65. 66. 68. *Haen. et cf. eundem ad Gr. C.* 3, 1. *p.* 16. *Zimmern H. I. T. I.* §. 46. *p.* 159. *not.* 24). '*Aurelius*' *ille imperator natus est ex* '*Aug.*', *quasi id esset* '*Aur.*', *omisso ante* '*It.*', *vel* '*Id.*', *quo tantum nova constitutio librario indicari videbatur.*

[5]) *Buchh. supplevit.* [6]) *Quod Iustinianus demum et in leganda re mutavit L. ult. C. de leg.* (6, 37). *Idem est in obligatione.* §. 3. *I. de verb. obl.* (3, 14). *L.* 55. *D. de leg.* 1. *Dissimiles casus continentur L.* 29. 42 *pr. D. de mort. c. don.* (39, 6). [7]) *Sc. ita ut post mortem eius, cui datus esset, ad te rediret.* [8]) *i. e. tamen ad eum redibit ususfr., cuius mortis tempore proprietas erit; nam donatio eiusmodi valet, cum ususfr. ad tempus dari possit.*

[9]) *Cf. L.* 12. *C. de don. a nupt.* (5, 3). [10]) * * *Vat.* '*In*' *edd.* '*De*' *etiam Momms. Postea pro* retinendo *malim* non retinendo.

[11]) *Cf.* §§. 266ª. 268.

acta facta perfecta sit donatio,[1] praesertim cum fundos tributarios esse eosque te possidere significes, quare[2] etiam ab iniuria temperari, quominus possideas, praeses prouin- [704] ciae prouidebit[2] . . . Maximo et Aquilino conss.[3]

286. '[Eodem libro eodem tit.][4] Iidem Iuliae Marcellae. Quoties donatio ita conficitur, ut post tempus id, quod donatum est, alii restituatur, ueteris iuris auctoritate rescriptum est, si is, in quem liberalitatis conpendium conferebatur, stipulatus non sit, placiti fide non seruata ei, qui liberalitatis auctor fuit, uel heredibus eius condicticiae actionis persecutionem conpetere. sed cum postea benigna iuris interpretatione diui principes ei, qui stipulatus non sit, utilem actionem iuxta donatoris uoluntatem decernendam esse admiserint, actio, quae sorori tuae, si in rebus humanis ageret, potuit decerni, si 'heres ei (ut affirmas) ex asse facta es,[5] tibi adcommodabitur. PP. 'Sirmii XI. kal. Oct. Augg. IIII. et III. conss.[6]

CONSTANTIN. **287.** [7]Constantinus et Caess. . . . . Semel perfecte donata reuocari nec ea, quae matres in filios contulerunt, etsi ii parum grati sint, iura permittunt. Sane si generaliter res tuas donasti et tantum in iure cessione uel mancipatione totius patrimonii[8] ea donatio, ut perhibes, celebrata est, id quod donatum est, stare non potest, cum hoc modo quicquam in alterum transferri non ualeat. qua ratione an aduersus filios tuos tibi consuli possit, rectorem prouinciae interpellare non prohiberis. PP. . . . . Licinio V. et Crispo conss.[9]

PROBVS. **288.** [Greg. lib. XIII. tit.] 'Diuus[10] imp. Probus 'Massiciae.[11] Recte tibi ab his, quos consuluisti, responsum est, si quidem donaturam te, quae donare statueras, dixisti, neque aut instrumenta fecisti, aut eundem, cui donatura eras, in posses-

---

1) Probabiliter rest. Buchh. 2) Ad sensum restitui. Cf. §. 293. 3) a. 286. 4) Sequitur L. 3. C. de don. q. sub modo (8, 55). Cf. L. 2. C. de his q. s. mod. leg. (6, 45). 5) Ad sensum restitui; nam in I. C. haec omittuntur. 6) Ex I. C. suppl. Est a. 290. 7) Cf. §. 263. Consult. 6, 10. Ad sensum restitui. 8) Cf. Spangenberg tab. negot. sol. p. 193. 9) a. 318. 10) Ita solita nota V. Dominus ed. Momms. Deinceps priorem rescripti partem restitui. De ICtis ante imperatorem consultis cf. L. 3. C. de ingen. manum. (7, 14). 11) L. 4. C. de don. (8, 54) habet in plerisque lib. mss. 'Marsiae'.

[705] *sionem induxisti*, perfectam ac 'sol*ida*m[1] tibi p*raedii*, *de quo agitur*, *donationem obici* non posse, quando apud te eius rei propri*etas remansit*. *Sed nec functionum depen*siones[2] uel per eum, cui dona*ta res non erat*, *uel ab actoribus ipsius nomine* celebratae 'nunc[3] tibi obesse 'a*duersus*[4] *eum possunt*. *Quodsi absens etiam tuum* iustum magistrum sum*moueri ui de possessione fecit*, *praesidem prouinciae adi*, *ut is eum* cum comminatione uid*elicet uenire iubeat*, *et uim factam ueniente die ex* praefinitione allega, ut si p*raesidi rem probaueris*, *aduersarius te restituere compel*latur. PP. VI. kal. Ian. Mess*ala et Grato conss.*[5] |

289. [6]. . . . *Neque in excepta persona per* stipendiarii 22.b.[48] uel tribut*arii praedii mancipationem sine possesionis tradi-* ⅓ PO. INCERT. IMP. *tione donat*io perficitur. Pone igitur sollicitu*dinem*, *si constat*, *eum*, *qui in praediis tuo nomine d*egit, non tradidisse ea, uel quae *ultro fecit*, *ex mandato uel uoluntate tua facta* '*u*ocanda[7] non sunt. PP. Non Oct. . . . . . .

290. [8]. . . . *Secura esse potes*, *cum 'preces tuas* fides[9] adiuuet. Ceterum *quod proponis*, *nec inhonestam patris tui nec inuti*lem 'declarat[10] uoluntatem, *cum tu filiafamilias ut magnam mereres donati*onem ab eo perfecisti: si quidem 'feminis[11] *quoque liberis et adhuc in potestate sua ac f*amilia degentibus pater do*nationes recte conferat*, *etiamsi id tantundem eis uel paulo plus* adeo emolumenti tribuat, *quam fa-*
[706] *ciunt partes omnium liberorum aequa*les, quod 'sibi[12] ex

---

1) solam *Vat. edd. Cf. L.* 1. §. 3. *Th. C. de mat. bon.* (8, 18): '*solidum perfectumque dominium*'. 2) *Hinc incipit L.* 4. *C. de don.* (8, 54). '*Si functiones* [*exactiones uel tributa*] . . . . *celebratae sunt, tibi obesse non potest*'. . . . . siones *Vat. funct*iones *ed. Hollw. Quae sequuntur, spectare videntur querelam Massiciae, a se praedio praefectum* iustum magistrum sum*motum esse ab eo, contra quem supplicabat.* 3) *Ex V*d. *ed. Momms.* non *Vat. Hanc rem postea factam nondum ICtos docuerat Massicia.* 4) *In V*d. *postrema littera* a *est. Quae sequuntur, ad sententiam restitui Cf. L.* 71. 72. *D. de iudic.* (5. 1). 5) *a.* 280. 6) *Sensum restituendo declaravi. Primo versu ante* stipendiarii *V*d. *habet* p. *Cf.* §. 293. 7) *Ita V*d. spernenda *Vat.* 8) *Item restitui.* 9) *Ita ex V*d. *Momms. ed.* . . . . a fides *Vat.* 10) dederat *mox factum* declarat *V.* 11) *Vox alia manu ad marginem adscripta, et, ut puto, glossema vocis* '*liberis*'. 12) *ibi *V.* tibi *ed. Hollw.*

patris rebus iure *donationis uindicant.*[1] *Noli igitur metuere* '*frat*rum[2] tuorum inquietudinem, si qua *donatio a patre tuo in te collata aequet porti*onem, quae tibi ex bonis patris *ab intestato debetur, eamque in diem nouissim*um uoluntas perseuerans *ad instar mortis causa donationis redeg*it, uel etiam fundi ex pecunia a patre *tibi donata comparati possessio pride*m tibi tradita, ac postmodum *reuocata non est. Tuum igitur quod ex donatione compe*tit[3] facta numerans, quod penes *patrem remansit, cum fratribus ex aequo diuide.* Dat. III. kal. Oct. Verona . . . . . .

291. [4]. . . . *A patre rerum donation*em in te conlatam, licet in potestate *fueris constitutus, si tamen in diem nouissimum* uitae uoluntas *eius durauit, non licet fratribus tuis impugn*are: '*sed* tu *e*orum,[5] quae praetulisti, *fidem iustis probationibus faciens, ne quid* fiat contra uoluntatem defuncti, *obtinebis ab eo, quem praeses prouinciae hereditatis arbitr*um diuisioni dabit: qui in *sententia dicenda hoc scilicet inprimis spec*tar*e* debebit, ut tibi istae res *praecipuae adiudicentur, et praeterea porti*o ex legibus ab intestato de*bita ex rebus hereditariis integra seruetur.* PP. V. kal. Ian. Treueris . . . . . .[6] II. conss.

DIOCL. ET CONST. **292.** [7]. . . . D*o*n*a*tio quidem a patre in filium*familias collata ipso iure non ualet; sed* si in eadem uoluntate pater *perseuerauit usque in diem uitae nou*issimam,[8] uoluntas, quam in ex*tremum usque non mutauit, custodienda est, ut*
[49]18.b. *et p*ortio, quae ab intestato debetur, | inlib*a*ta seruetur. Iuxta quae adi correctorem uirum clarissimum, amicum nostrum, et ea, quae in precem contulisti, adlega; qui in examinationibus eam sententiam promet, quam iuris atque aequitatis ratio dicta- [707]
uerit. PP. Mediolano, VII. kal. Ian. Tusco et Anullino conss.[9]

---

1) *Postremam sententiam inde a verbis* '*etiamsi id*' *nunc paullo aliter quam in priore editione formavi.* 2) *V*[d]. res *Vat.* 3) *Ita vel* tat *Vat.* tii *V*[d]. 4) *Restitui. Cf. L.* 18 *pr. C. fam. erc.* (3, 36). §. 290. 5) *In V. fuerit* s'tumorum *prima* m *correcta in* e *superscripta.* nam (*puta notatum*) eorum *Vat.* istu mūrum *V*[d]. 6) '*Ualeriano III. et Gallieno*' *supplevit Buchh., ut fuerit a.* 255. *Sed spatium haec non explent.* 7) *Est Diocletiani et Maximiani* (*cf.* §. 23). *Sententiam restitui. Cf.* §§. 290. 291. 8) *Ita Vat.* nouissima *V*[d]. 9) *a.* 295.

293. [1]*Iidem* 'Aur. Luciano.[2] (1.) In donatione rei *tri*butariae circa exceptam et non exceptam personam legis Cinciae nulla differentia est; cum et uacuae possessionis[3] inductione celebrata in utriusque persona perficiatur, et si hanc secutam post huiusmodi placitum non 'constet manifeste,[4] nec coepta uideatur. quapropter in his quidem, quae solo tributario consistunt, a maiore V et XX annis in uacuam inductos '(*uos*)[5] possessionem ostendi conuenit; rerum autem mobilium siue mouentium, si (*non*) excepti fuistis, quae mancipi sunt, usucapta, uel mancipata, post uel antea maiore tempore a uobis anni possessa,[6] auocari non possunt; nec mancipi uero, traditione facta, propter eiusdem interdicti potestatem similis possessionis prob*a*tio necessaria est. nam si exceptus fuisti, priuignus tum constitutus, sola traditio sufficit. (2.) Quod autem res[7] tibi ab herede donatricis distractas esse pro*ponis*, *duplicari* tibi titulum possessionis non potu*i*sse constat; sed ex perfecta donatione dominum factum frustra emisse, cum rei propriae emptio non possit consistere; ac 'tum id[8] demum tibi profuerit, si ex donatione te non fuisse dominum monstretur. sane quoniam omnia '(*bona*)[9] uobis ab 'ea[10] donata et tradita dicitis, ad hoc a filio facta 'uenditio[11] rerum maternarum adferre, perfecta etiam donatione, poterit defensionem, '*ne*[12] exemplo inofficiosi testamenti possit haec auocare. Quibus omnibus praeses prouinciae suam notionem praebebit. PP. IIII. kal. Iun. Diocletiano et Maximiano V. et IIII. conss.[13]

294. [14]Papinianus libro XII. Responsorum. Quod pater *PAP. LIB. XII. RESP.*

---

1) *Pars posterior extat L.* 4. *C. de contr. empt.* (4, 38).
2) Augg. Luciano *I. C. Cf. not. ad* §. 283. *sed etiam ad* §. 316.
3) *Excidisse videtur* traditione et. 4) constet, manifeste *edd.*
5) *Suppl. etiam Momms.* 6) *Cf.* §. 311. 7) *Incipit paullum mutata L.* 4. *C. cit.* 8) tum *Vat. edd.* tunc *Iust. C.* 9) *Ex Iust. C. supplevi.* 10) *Ex I. C.* eo *Vat. ed. Hollw.* 11) *Ita I. C.* uenditione *V. ed. Hollw.* 12) in V^d. ne uel *I. C.* 13) *a.* 293.
14) *Cf.* §§. 256. 295. 296. *L.* 2. §. 2. *D. pro her.* (41, 5). *L.* 1. §. 1. *D. pro don.* (41, 6). *Quae loca omnia spectant testato defunctum patrem. Cf. Wenck praef. ad Haubold. opp. p. LII. et schol., quod hic est in marg.:* Hic: nihil prodesse filiofamilias donatum, si t (*i. e.* testamento) non confirmetur donatio, quamuis pater non mutauerit uoluntatem. Et seque*n*s et tertia. Infra 7 pag. X. ad nota*m* similis huic; inc.(ipit) ad not. q.

filiae, quam habuit ac retinuit in potestate, donauit, cum eam [708] donationem testamento non confirmasset, filiae non esse, respondi. nam et peculia non praelegata communia fratrum esse constabat.[1] Diuersa ratio est contra legem Cinciam factae donationis: tunc enim except*ionem* uoluntatis perseuerantia doli replicatione perimit. '*Verum* cum[2] pater filiis, quos habuit ac retinuit in potestate, donat, nihil prodest, non mutari uoluntatem, quoniam, quod praecessit, totum inritum est. unde cum filius in diuisione bonorum penes fratrem, quod pater donauerat, errore lapsus, reliquit, portionem eius non esse captam usu, Seruio Sulpicio placuit; quod neque frater
[50]18.a. ipse donauerat, neque pater donare poterat.[3] | Cur ergo quod uir uxori dedit, morte soluto matrimonio, si uoluntas perseuerauit, 'fini decimarum[4] auferri non oportere, maximi principes nostri suaserunt, et ita senatus censuit?[5] Sed nimirum liberi, qui repulsam donationis auctoritate iuris tulerunt, aliis rationibus ad bona patris perueniunt; ac plerique plus habere quam fratres iurgiis eiusmodi contendunt.

SEVER. ET ANTON. **295.** [5]Impp. Seuerus et Antoninus Augg. Atilio 'Nat*a*li[6] militi.[7] Si frater tuus in potestate patris in diem mortis perseuerauit, donationes, quas a patre in eum conlatas esse adfirmas, nullius esse momenti, dubitare non debes. de patris igitur bonis diuidundis cum fratre tuo apud '*clarissimum uirum praesi*dem *prouinciae* co*h*eres[8] consiste. PP. XIIII. [709] kal. Sept. Fausti[nia]no et Rufino conss.[9]

PAPIN. L. XII. RESP. **296.** [10]Papinianus lib. XII. Responsorum. Donationem,

---

[1]) *Cf. L.* 13. *C. fam. erc.* (3, 36). [2]) Cum *edd. Scripsi, cum in V*[d]. *sit* perimitur cum, *expuncta* m. [3]) *In marg. inferiore V. librarius calamum explorans scripsit* CYCNVS. [4]) *i. e. duntaxat* (*non ultra*) *decimas bonorum, quas omnino mortis causa viro et uxori invicem capere per leges decimarias licet. Cf. Ulp.* 15. *Ergo quod excedebat decimas, ex SCto non convalescebat.* [5]) *Cf. L.* 32. §§. 1. 2. 14. *D. de don. int. vir.* (24, 1). §. 276. [6]) *Ex cj. Buchh.* natili *Vat.* [7]) *Schol. in marg.:* Hic q*uod* (quaere *Momms. ed.*) *supra* (*sc. notatum est*). *Cf. not.* 14 *p. pr.* [8]) *Ita locum corruptum emendandum esse post demum vidi. Cf. L.* 9. *C. de transact.* (2, 4) *et Brisson. de form.* 3, 26. eum, de quo meres *Vat. edd. quod sc. ex* cū psdēp coheres *omisso* p̄s *factum est. Vitium peperit, quod plerumque inverso ordine* p. p. u. c. *dicitur.* [9]) *a.* 210. [10]) *Cf.* §. 294. XII. *pro* II. *scripsi ex Mai. cj.*

quam pater in filium, quem in familia retinuit,[1] frustra contulit, arbiter hereditatis diuidundae non sequitur. et ideo si frater coheres apud fratrem suum possessionem, errore iuris lapsus, reliquerit, usucapio partis non erit.

297. Diui Diocletianus et Constantius Clodiae Iuliae Ptolemaidi.[2] Cum matrem tuam donationis instrumenta in neptem suam fecisse, nec ea tradidisse dicas, in dubium non uenit, liberalitatem, 'quae non[3] adsignatis instrumentis minime coepta est, inualidam esse. Igitur ut 'quaestio,[4] quae inter uos orta est, cognita causa conprimatur, a uiua matre tua neque instrumenta, neque possessionem traditam esse ostende. PP. IIII. non. Nou. 'Sun*i*sta,[5] Diocletiano Aug. II. et Aristobolo conss.[6] *DIOCL. ET CONSTANT.*

298. Paulus lib. LXXI. ad edictum ad Cinciam. Personae igitur cognatorum excipiuntur in '(*lege*)[7] his uerbis: 'siue quis cognatus cognata inter se, dum sobrinus sobrinaue propiusue 'eo s*i*t,[8] siue quis in alterius potestate, 'man*u mancip*ioue[9] erit, qui eos hac cognatione attinget, quorumue '(*eorum quis*)[10] in potestate, 'ma*nu mancip*ioue[9] erit, eis omnibus inter se donare, capere liceto.' *PAVL. L. LXXI. AD ED.*

299. Item. Quinque igitur gradus pleni excepti sunt, et ex sexto una persona, sobrinus et sobrina.

[710] **300.** Item. Excipiuntur et ii, qui in potestate eorum uel manu mancipioue, item quorum in potestate, manu mancipioue erunt.

301. Item. 'It*aque*[11] si is, 'qui *q*u*in*t*o*[12] gradu est, in potestate habeat '*al*ium, q*uamuis is*[13] mihi longiore | gradu [51] 20.b.

---

[1]) *a.* 210. [2]) *In marg.:* Hic, donationem non adsignatis instrumentis non ualere. *Cf.* §. 314. [3]) *Ita recte Heimbach. in Repert. Lips.* 1843. *p.* 153. q̄n *V*d. = quoniam *edd. Hollw. et Momms.* quoniam non *ed. Buchh.* [4]) *Ita Buchh. et nunc ex V*d. *Momms. ed.* querella *ed. Hollw.* [5]) *In Pannonia (Forbiger Geogr. ant. III. p.* 480.). Suneata *V. edd.* [6]) *a.* 285. [7]) *Supplevi.* [8]) eoset *Vat.* eos, et *edd.* eo s*i*t *erunt ed. Momms., qui et antea:* siue qu*i* cognat*i* cognata*e*. *Cf. L.* 1. §. 1. *D. de l. Iul. rep.* (48, 11). [9]) *Ex Wenckii cj. etiam Momms. Cf.* §. 300. matrimonioue *V.* (*sc. factum ex* manumcipioue) *ed. Hollw. Alia causa est legis Iuliae* §. 216. [10]) *Supplevi.* '*is*' *suppl. Momms.* [11]) *Ex Mai. cj.* ita *V. edd.* [12]) quiq in eo *V.* qui in eo *edd.* [13]) eum qui *V. edd., ex quibus* eum *factum ex* ium, *cum* al *absorptum esset ab* habe-at, qui *ex* q̄uis.

sit, dare ei potero. Sic et lex Furia scri*p*ta est: eo amplius, quod illa lex sex gradus et unam personam ex septimo gradu excepit, sobrino natum.[1]

302. Item. Excipiuntur et adfinium personae, ut priuignus priuigna, nouerca uitricus, socer socrus, 'gener[2] nurus, uir et uxor, sponsus, sponsa.

303. Item. 'Sed *duntaxat*[3] adfines qui sunt tempore donationis, excipiuntur. Idemque etiam diuus Pius rescripsit: leges enim, quae uoluissent etiam eos excipere, qui fuissent, nominatim id cauisse.

304. 'Item excipit[4] 'tutorem, 'ei, cuius[5] tutelam gerit, si dare uolet:' 'nam[6] quia tutores quasi parentes proprii pupillorum sunt, permisit eis (*in*) infinitum donare. Contra ut possit pupillus donare, non excepit.

305. Item. Item excipit: 'si quis mulieri uirginiue cognatus dotem conferre uolet.' Igitur quocumque gradu cognatus dotis nomine donare potest.

306. Item. 'Quae*r*itur,[7] an et cognata cognatae ultra 'exceptum[8] do*tem d*are[9] possit? Labeo scribit, non posse; sed ratio aequitatis 'ea*dem*[10] in feminis est.

307. Item. Item excipit: 'si quis a seruis '(*suis*),[11] quique pro seruis seruitutem seruierunt, accipit 'duit*ue i*is.' Verbis[12] 'si quis a seruis suis' liberti continentur,[13] ut patronis dare possint. sequentibus uero excipitur, ut is, qui bona fide seruiit, si postea liber pronuntiatus sit, possit dare ei, cui [711]

---

1) *Cf. Ulp.* 28, 7. *coll. L.* 1. §. 3. *D. unde cogn.* (38, 8). — §§. 158. 216. 2) *V*[d]. *omis. Vat.* 3) sed in hac *V. edd. Fuerat olim, ut puto:* s' duntac; *nam olim, cum* cx *pro* X *scriberent, etiam* duntac. *pro* duntax. (*Gai.* 4, 43.) *ut* uc. *pro* ux. = uxor *notasse videntur.* 4) Item. Excipit *edd.* 5) tutorem qui *V. edd.* (*sc. pro* tutorē ei cui'). 6) *Huc transtuli, cum in V. et edd. sit ante* permisit. 7) quaesitur *V*[d]. Quaesitum *edd.* 8) except*am ed. Hollw.* exceptum *gradum' ed. Momms. An* grad(*um*) exceptum? 9) donare (*sc. pro* dot. dare) *V. edd.* 10) *Ex Kelleri ej. ed. Momms.* ea¯ *V.* aeque *ed. Hollw.* 11) *Buchh. supplevit.* 12) duit his (*pro* duitūis) uerbis *V.* duit. his uerbis *ed. Hollw. quod* duit is. Verbis *ed. Momms. Cf.* §. 309. 13) *Nam verba, quae in lege sequuntur* qui . . . . seruierunt *attractione quadam etiam ad* 'seruos suos' *referenda sunt, qui cum servierunt i. e. manumissi sunt, vere liberti huius olim domini fiunt.*

'seruiit.[1] Sabinus utraque scriptura '(*libertum ait*)[2] contineri et *b*is idem dictum.

308. Item. Sed tantum patronum a libert*o* excipit. quidam '(*tamen*)[3] putant, etiam liberos patroni exceptos, quoniam libertus continetur serui appellatione:[4] et sicut in XII tabulis patroni appellatione etiam liberi patroni continentur,[5] ita et in hac lege.

309. Item. Contra 'a*n i*tem[6] liberti a patronis excepti sunt? et hoc iure utimur, '*ut*[7] excepti uideantur, ut et dare et capere lex eis permittat.

310. [8]Paullus lib. XXIII. ad edictum 'de breuibus.[9] Perficitur donatio in exceptis personis sola mancipatione uel promissione; quoniam neque Cinciae legis exceptio obstat, neque in factum[10] SI NON DONATIONIS CAVSA MANCIPAVI VEL PROMISI, ME DATVRVM. idque et diuus Pius rescripsit. *PAVL. L. XXIII. AD ED. DE BREV.*

311. [8]Item. Sed in persona non excepti sola mancipatio [712] uel promissio non perficit donationem: '(*nam*)[11] in rebus mobilibus, etiamsi traditae sint, exigitur, ut et interdicto V*TRVBI* superior sit is, cui donata '(*res*)[12] est, siue mancipi mancipata sit, siue nec mancipi tra|dita. [52]20.a.

312. Diui Diocletianus et Constantius Aurelio Onesimo.[13] *DIOCL. ET CONST.*

---

[1]) *Ita Buchh. et V*[d]. seruit *Vat. ed. Hollw.* [2]) *Supplevi; excidit ob similitudinem vicinorum* (sc-ribtura)c't-ineri *cum scriptum esset* lib'tū ait. '*libertos putat*' *suppl. Momms.* [3]) *Supplevi* (*notatum erat* tam̄). [4]) *Servus enim iure sui heredis etiam liberorum domini esse videbatur.* [5]) *Cf. Collat.* 16, 8. §. 2. [6]) *Ita ed. Buchh.* autem *Vat. ed. Hollw.* [7]) *Ex Wenck. cj.* ne *V. edd. Hollw. Momms. Cf.* §. 307. *Fortasse* ne *huc aberravit, cum olim antea esset* anne item, *itaque post* utim-ur *omissum* ut. *Alii postea pro* et . . et *legunt* nec . . nec. *De re notandum, quod non item patronae exceptae esse visae sunt, ut liberto donare possent. Cf.* §. 313. *De posteriore iure vid.* §. 272. [8]) *Cf.* §§. 293. 266. — *L.* 9. §. 3. *D. quod metus* (4, 2). [9]) *h. e. ut mihi videtur, de eiusmodi edictis, quibus pr. urbanus non de suo quidquam statuerat, sed proposita aliqua lege vel SCto se secundum eam legem ius dicturum esse, breviter subnotaverat. Cf. Plin. ep.* 5, 21. *Quo in numero edictum de lege Cincia fuisse videtur, unde etiam exceptio legis Cinciae dicta est. De aliorum opinionibus cf. Rudorf. de lege Cinc. p.* 31. *Haubold opusc. II. p.* 201. [10]) *Quae, ut puto, Latino peregrinove vel contra eum dabatur.* [11]) *Supplevi ex vicinis.* [12]) *Ex Hasii cj.* [13]) *Schol. ad marg.:* Hic, nec (? *fuerit* uel) inperfectam donationem a successoribus non posse reuocari. *Deleta*

Successoribus donatoris perfectam donationem reuocare non permittitur, 'cum (*uel*)[1] inperfectam perseuerans uoluntas per doli mali replicationem confirmet.[2] unde aditus praeses prouinciae si de possessione te pulsum animaduertit, nec annus excessit, ex interdicto VNDE VI restitui '(*tibi*) *rem*[3] cum sua causa prouidebit; uel si hoc tempus finitum est, '(*per*) formulam promissam.[4] 'quodsi[5] nullas uires donationem habuisse dicatur, quaestione facti examinata, iure praeses prouinciae sententiam ferre curabit. PP. VIIII. kal. Mart. Diocletiano V. et Maximiano IIII. conss.[6]

313. I*i*dem 'Laelio Semproniо Laeporio.[7] Donatio praedii, quod mancipi est, inter non exceptas personas traditione a*t*que mancipatione perficitur; eius uero, quod nec mancipi est, traditione sola. Si igitur patrona tua in rebus humanis agens supradicto iure ex causa donationis, retento sibi usufructu, ad te eundem fundum transtulit, intellegis, ius tuum satis esse munitum; si tamen[8] cum moreretur patrona, quam praedium donasse commemoras, possessionem rei donatae non reuocauit. Iuxta quae aditus is, cuius de ea re notio est, auctoritatem suam interponet. Dat. 'Aquileiae[9] pridie kal. Apr. Diocletiano Aug. VI. et Constantio II. conss.[10]

314. I*i*dem 'Aurelio[11] Apollonidae. In filium a patre do- [713] nationum conscriptis instrumentis, 'si *e*um[12] in*uacuam inductum possessionem, horum lectio manifestat, 'ceterum *de*

---

videtur non *Mai.* (?) 1) *Addidi; fuerit olim:* c'ū. 2) *Cf.* §§. 266. 272. 294. 250. 3) '*tibi*' *excidisse videtur ob* -tui; te *V. ed. Momms.* 4) *Cf. L.* 1 *pr. fin. D. de vi* (43, 16). *ad* formulam p. *ed. Momms.* 5) quasi *V* (? *nam* q̃s. *V*ᵈ. *cum puncto, cum* quasi *sit* q̃s) *edd. Hollw. Momms., virgula ante posita. sed antea de possessione pulso quaerebatur, ubi donatio an vires habuisset necne non referebat, nunc de alia controversia.* 6) *a.* 293. 7) *Malim:* L. Aelio Symphoro liberto. *In marg. lemma:* Hic, donatio praedi*i* mancipii ab eo, quod nec mancipi est, in quo discrepet. 8) *Lemma:* Hic, donationem praedii patronae in libertum ita firmam esse, si possessionem eius, cum moreretur, non reuocauit. *Cf.* §. 272. 9) *Ex V*ᵈ. *Momms. omis. Vat.* 10) *a.* 296. 11) *Correxit Momms.* Aureliae *V. edd. Lemma:* Hic, traditionem inter parentes et filios non requiri: nec patris indignatione[m] iustam donationem debere rescindi.
12) cum *V*ᵈ. eum *edd. puncto posito post* manifestat. si *cum aberrasset in sequentem comprehensionem post* ceterum *effecit, ut ibi pro* si de dubia *scriberetur* sine (s̃n) dubia.

dubia facti quaestione[1] diuus Titus Antoninus parens noster, 'necessarii sangu*in*is[2] ratione*m* eius consortii, quod[3] nascendi tempore liberis et parentibus datur, cogitans, non admitti scrupulosam inquisitionem statuit;[4] nec idcirco patris indignatione posse donationem iustam umquam rescindi, summa cum ratione placuit. PP. V. id. Nou. Melantia, Caess. conss.[5]

315. I*i*dem Ulpiae Rufinae.[6] Cum ex causa donationis uterque dominium rei tributariae uindicetis, eum, cui priori possessio uel soli tradita est, haberi potio*r*em conuenit. Dat. XII. kal. Mart. Dorocortoro, Tiberiano et Dione conss.[7]

316. I*i*dem 'Au*r*. Homon*o*eae.[8] Si non est in uacuam possessionem ex causa donationis inductus is, contra quem supplicas, 'n*ec* ulla ratione tributarii praedii dominus constitutus extra, n*ec* e*i*us[9] uindicationem habere potest. . . . .

[*Desunt, quae sequebantur.*]

---

[714] DE COGNITORIBVS ET PROCVRATORIBVS.

317. . . . *apud acta constituto*[10] | procuratori haec satis- [53]62.b.
datio remitti solet. nam cum apud acta nonnisi a praesente *PAVL. L. LXXIV.*
domino constituatur, cognitoris loco intellegendus est. Ad *AD ED.(?)*
defendendum cognitore constituto, dominus, non cognitor,

---

1) ceterum sine dubia facti quaestione *V. edd. Sed sic intolerabilis nascitur pleonasmus. 'super' pro 'de' edd. meae* 1. 2. *ex cj. Blum. in Bekker. Jahrb. III. p.* 202., *cuius reliquas lectiones iam antea non probaveram.* 2) necessariis angustis *V. edd. Sed et dativus ineptus nec quisquam 'angustos necessarios' Latine dixit. De sanguinis necessitudine vid. L.* 2. *C. de adopt.* (8, 48). *L.* 6. *C. de susp. tut.* (5, 43); *de sanguinis ratione L.* 2. *D. unde cogn.* (38, 8). *L.* 16. §. 1. *D. de castr. pec.* (49, 17) *etc. nec* neccessari*as* angusti*as*, ratione *ed. Momms.* 3) a *inserunt Rudorf. et Buchh.* 4) *Cf. L.* 4. *Th. C. de donat.* (8, 12). §§. 265. 268. 297. *L.* 2. *C. de revoc. don.* (8, 56). 5) *a.* 294. 6) *Lemma:* Hic, si in causa donationis duo sibi dominium rei tributariae uindicent, potiorem esse, cui possessio tradita est. *Cf. L.* 15. *C. de rei vind.* (3, 32). 7) *a.* 291. 8) Aug. Homoneae *V. edd.* (Homonoeae *ed. Momms.*) *Cf.* §§. 326. 283. *In marg. lemma:* Hic, eum, cui non sit tradita possessio, rem ex donatione sibi uindicare non posse. 9) *Scripsi;* nulla r. t. p. d. c. extraneus *V. edd.*

10) *Quae antea exciderint, docet Gai.* 4, 97. 98.

actori '*(iudicatum solui)*[1] satisdare cogendus est: cum uero procurator defensurus interuenit, non dominus, sed procurator iudicatum solui satisdare compellitur. quae satisdatio adeo necessaria est, ut eam remitti non posse, etiamsi apud acta procurator constituatur, diuus Seuerus constituerit. cognitore enim interueniente, iudicati *acti*o domino uel in dominum datur: non alias enim 'cognitor iudicati[2] experi*e*tur uel ei actio*ni* subicietur, q*uam* si in rem suam cognitor factus sit. interueniente 'uero[3] procuratore, iudicati actio ex edicto perpetuo ipsi et in ipsum, non domino uel in dominum, conpetit.

VLP. L. VIII. AD ED. **318.** [4]Ulp. lib. VIII. ad edictum. Non tamen sic 'putat[5] certis uerbis cognitorem dari debere, u*t* si quid fuisset adiectum uel detractum, non ualeat datio, ut in legis actionibus.

PAVL. L. VIII. AD ED.(?) **319.** Paullus.[6] Etiam Graecis uerbis cognitorem dari posse, inter omnes constat.

VLP. L. VI. AD ED.(?) **320.** [7]. . . Se*qu*untur haec uerba:[8] 'et qui eam, quam in potestate habet, genero mortuo, cum eum mortuum esse sciret, (*intra id tempus, quo elugere uirum moris est, antequam uirum elugeret,*) in matrimonium conlocauerit; eamue sciens '(*qui*)[9] uxorem duxerit '(*non iussu eius, in cuius potestate est*),[10] et qui eum, quem in potestate haberet, 'ea*m*, *de* qua (*supra comprehensum est*)[11] uxorem ducere passus fuerit; 'quae(*ue*)[12] uirum, parentem, liberosue suos, uti mos est, non eluxerit; 'quae(*ue*)[12] cum in parentis sui potestate non esset, uiro mortuo, cum eum mortuum esse sciret, intra id tempus, quo elugere uirum moris est, nupserit.' [715]

321. '*Pa*rentem', inqui*t*. Hic omnes parentes accipe

---

1) *Geminando vicinas litteras notam* i. s. *effeci: quod nomen satisdationis hic minus quam postea omitti poterat. Cf. Gai.* 4, 101.
2) cognitori *V.* pro cognitorī, *ut puto.* cognitor *edd. De re cf. Paul. S. R.* 1, 2. §. 4. *L.* 7. *Th. C. de cognit.* (2, 12). *L.* 9. *D. de d. m. exc.* (44, 4). §. 331.
3) *V*[d]. *ed. Momms. omis. Vat.*
4) *Cf. Gai.* 4, 83.
5) *Malim* puta *Postea pro* ut *est* ũ = uel *in V*[d].
6) *Ita Buchh. sc. lib. VIII. ad ed.*
7) *Suspicor fuisse* Ulp.
8) *Pleraque exstant in L.* 1. *D. de his qui not. inf.* (3, 2).
9) *Addidi ex Dig., ubi tamen est 'quis'.*
10) *Supplevi ex Dig.*
11) *Correxi ex Dig.* earum quam *V. post verba* passus fuerit *spatio relicto. Ibi sc. supplenda esse errore librarius putavit, quae antea exciderant.*
12) *Supplevi* (*item Momms.*). *Cf. L.* 11. §§. 1. 3. *D. de his, qui not. inf.* (3, 2). *L.* 15. *C. ex quib. caus. inf.* (2, 12).

utriusque sexus: nam 'lugendi[1] eos mulieribus moris est. quamquam Papinianus lib. II. Quaestionum etiam a liberis uiril*is* sexus lugendos esse dicat; quod nescio ubi legerit. Sed quatenus extendatur parentum ap*p*ellatio, non est definitum apud quemquam.[2] itaque erunt lugendi etiam ex feminino sexu parentes. Liberos similiter accipere debemus et nepotes et deinceps ulteriores exemplo parentium. Lugendi autem sunt parentes anno, item liberi maiores X annorum aeque anno.[3] quem annum decem 'mensuum[4] esse, 'Pomponius[5] ait. nec leue argumentum est, annum X mensuum esse, cum minor*es* liberi tot mensibus elugeantur, quot annorum deces-serint, usque ad trimatum; minor trimo non lugetur, sed sublugetur; minor anniculo neque lugetur, neque sub-lugetur.

322. *'Paullus lib.* VII.[6] Verba autem edicti haec sunt: 'Alieno nomine, item p*er* alios agendi potestatem non faciam in his causis, in quibus ne dent cognitorem, neue dentur, edictum conprehendit.' *PAVL. L. VII. AD ED.(?)*

323. Quod ait 'alieno nomine, item per alios', breuiter repetit duo edicta | 'cognitori*a*,[7] unum, quod pertinet ad eos, [62]a.54.
qui dantur, '*(alterum ad eos, qui dant;)*[8] ut qui prohibentur uel dare uel dari cognitores, *ii*dem et procuratores dare dariue arceantur.

324. Ob turpitudinem et famositatem prohibentur 'qui-
[716] dam[9] cognituram suscipere; adsertionem nonnisi suspecti praetori.

325. *Di*ui Diocletianus et Constantius Aureliae Pantiae. *DIOCL. ET CONSTANT.* Actor rei forum sequi debet, et mulier 'quoque[10] facere procuratorem sine tutoris auctoritate non prohibetur. si quam itaque habes actionem, experiri magis iure, quam aduersus ea,

---

[1]) *Malim* lugeri. [2]) *sc. in huius edicti interpretatione.*
[3]) *Cf. Paul. S. R.* 1, 21. §. 13. *Plutarch. Num.* 12. *Coriol.* 39.
[4]) *De hac forma cf. Momms. ad h. l.* [5]) *Superscriptum est in* V^d. k. *Num* (ex) Cassio? *Cf. L.* 4. §. 2. *D. de in ius voc.* (2, 4).
[6]) .... VII. V^d. *Fuerit* P. lib. VII., *quo libro ad edictum Paullus de procuratoribus coepisse agere videtur.* 'Ulp. lib. LXXVII.' *ed. Momms. De re cf. Gai.* 4, 124. [7]) *Ex Hollw. cj.* cognitorium *V*
[8]) *Supplevi.* [9]) quid*em cj. Buchh. probante Savin. System d. Civilr. II. p.* 215. [10]) d *V.* (*pro* q̄q). quidem *edd. Cf.* §. 327.

quae pro tuo '(*statu*)[1] statuta sunt, quaecumque postulare debes. PP. V. id. Nou. Heracliae, Augg. V. et IIII. conss.[2]

326. *Iidem*[3] Aur. Agema*ch*ae. (1.) Actor rei forum, siue in rem, siue in personam sit actio, sequitur. unde perspicis, non eiusdem prouinciae praesidem adeundum, ubi res, de quibus agitur, sitae sunt, sed in qua is, qui possidet, sedes ac domicilium habet. (2.) In rem actio priuati iudicii quaestionem continet. (3.)'(*In*)[4] dominae praesentia si procurator agat uel defendat, 'satisdatio non recte postulatur.[5] (4.) nam procuratorem tam puellam tutore au*c*tore, quam adultam posse facere, nulli dubium est. PP. 'Sersum[6] XVIII. kal. Feb. conss. ss.[7]

PAPIN. L. XV. RESP. **327**. '*Papinianus*[8] lib. 'XV.[9] Responsorum. Mulieres quoque et sine tutoris auctoritate procuratorem facere posse.

PAPIN. L. II. RESP. **328**. *Idem* lib. II. Responsorum.[10] Procurator absentis, qui pro euictione praediorum, quae uendidit, fidem suam adstrinxit, etsi negotia gerere desierit, obligationis tamen onere praetoris auxilio non releuabitur.

329. [11]Sub condicione cognitor non recte datur, non magis quam mancipatur aut acceptum uel expensum fertur. nec ad rem pertinet, an ea condicio sit inserta, quae non expressa [717] tacite inesse uideatur.

330. *Idem* lib. II. Responsorum. Papinianus[12] respondit, si procurator absentis aliquam actionem absentis nomine inferre uelit, cogendum eum aduersus omnes absentem defendere.[13]

331. [13]Lib. II. Responsorum. Quoniam praesentis procura-

---

[1]) *Geminando supplevi; videtur enim Pantia, cum forte sine tutore vel, si minor erat, sine curatore ageret, ab imperatoribus postulasse, ut tutorem (vel curatorem) sibi darent, qui contra absentem ageret, vel quo ipsa auctore procuratorem faceret. Cf. L.* 14. *C. de procur.* (2, 13). [2]) *a.* 293. [3]) *In marg.:* Quod (?) XII. *vel* ait *Vat., sed recentiori manu V*[d]. *Interpretor:* quattuor (*sc. res*) ait. [4]) *Supplevi.* [5]) *V*[d]. *et Momms.* satisdationem postulat *Vat.* [6]) *Corruptum:* an Serrhii (*in Thracia*)? Sestini *cj. Buchh.* [7]) *i. e.* suprascriptis *Mai. Est a.* 293. [8]) *Suppl. ex Buchh. cj.* [9]) *V*[d]. *ed. Momms.* XXI. *Vat. pro* Responsorum *praestat* respondit. [10]) *Est L.* 67. *D. de procur.* (3, 3) *paucis variantibus. Cf.* §. 332. [11]) *Cf. L.* 77. *D. de reg. iur.* (50, 17). [12]) P. *Buchh., i. e. Papinianus, cuius haec omnia sunt. De re cf. L.* 33. §§. 3. 4. *D. de procur.* (3, 3). [13]) *Cf.* §. 317.

torem pro cognitore placuit haberi, domino causa cognita dabitur et in eum iudicati actio.

332. [1]Procurator absentis, qui pro domino uinculum obligationis suscepit, onus eius frustra recusat; et ideo nec iudicati actio post condemnatum procuratorem in dominum datur, aut procuratori, qui uicit, denegatur.

333. Lib. XV. Responsorum. Absentis procuratorem satisdare debere de rato habendo, recte responsum est. multis enim casibus ignorantibus nobis mandatum solui potest, uel morte, uel reuocato mandato. Cum autem certum est, mandatum perseuerare, id est, cum praesens est dominus, 'dationis[2] necessitas cessat. | *PAPIN. L. XV. RESP*

[*Desunt paginae aut quattuor aut octo.*]

334. [3]. . . *Per procuratorem dicitur actio quaeri, si* uel maritum postulando dotis nomine efficiat, *ut rei uxoriae actio heredibus mulieris conpetat,*[4] uel sponsorem reuersum[5] *e prouincia ibi conuenerit, uel opus nouum* facientem prohibeat, *ut mihi interdicto uti liceat: cum si furem meo nomine* deprehendat, non furt*i quidem omnino, sed tamen* *furti manifesti mihi* adquirat actionem: non miru*m, quia furtum tantum furti actiones uindi*cant; Iulianus, et si meo *creditori, oblata et deposita pecunia, procu*rator denuntiet, ne *fiduciam distrahat, hoc modo mihi per eum* fiduciae actionem *quaeri ait.*[6] *Sed uerius tantum ius nostrum per eum* retinemus, uelut si m*aritum dotis nomine postulet, uel si* 59.b [55] ⅓ pr. *INCERT. ICTVS.* [718]

---

[1]) *Cum* §. 328. *continetur L.* 67. *D. de procur.* (3, 3). [2]) *Ita V.* satisdationis *ex Kelleri cj. ed. Hollw. Sed* satis *ex antecedentibus intellegi potest. Cf. Paul. S. R.* 5, 9. §. 2. *L.* 43. §. 3. *D. de procur.* (3, 3). *L.* 2. §. 1. *D. qui satisd.* (2, 8). — *De re cf. Gai.* 4, 84. 98. *Consult.* 3. *L.* 39. §. 1. *D. de procur.* (3, 3). *L.* 26 *pr. D. de minor.* (4, 4). *L.* 3. §. 2. *D. ut in poss.* (36, 4). *L.* 1. *C. de procur.* (2, 13). [3]) *Restitui. Cf. L.* 72. *D. de procur.* (3, 3). *L.* 24. §. 2. *D. de usur.* (22, 1). *L.* 17. *D. de op. nov. nunt.* (39, 1). *L.* 3 *pr. D. quod vi a. clam* (43, 24). — *L.* 40. *D. de solut.* (46, 3). [4]) *Cf.* §§. 95. 112. [5]) *sc. post biennium, ex quo spoponderat, in Italiam, ubi per legem Furiam nisi interea conventus erat, statim liberabatur. Gai.* 3, 121. [6]) *Putes etiam ita refingi posse, ut de denuntiatione mulieri facta, ne servo meo se iungat* (*Paul. S. R.* 2, 21[A]. §. 4.) *et de denuntiatione creditori facta Iulianus locutus sit; sed de actione tantum quaesita totus locus agere videtur.*

sponsorem conueniat intra bien*nium; sed et si opus nouum nuntiauerit, ubi interdictum* nobis utile est QVOD VI AVT *CLAM. Plane tunc et obligat nobis reum procurator* et adquirit actionem, si *cui nostro nomine pecuniam mutuam det.*

335. [1]Actor municip*um, qui ex edicto defendere et de rato cauere* cogitur, interdum[2] neut*rum praestare necesse habet, nec iudicati iudicium* accipere cogitur, quod iudic*io pro municipibus accepto damnatus est*, sicut in cognitore *obseruatur. et mutandi actoris potestas est in iisdem* casibus, quibus et cognito*rem mutare licet. et quanquam constitui ei potest,*[3] *non tamen rec*te ei soluitur, sicut nec *cognitori. Plerumque tamen*[4] *actor municipes etiam* aduersus omnes de*fendere cogitur, sicut procurator, et ita demum recte* defendere intelle*gitur, si ita ut a procuratore exigi solet*, satis dederit; ceter*um ne actio iudicati in eum detur, praetor eum ad*iuuare debet, sicu*t in procuratore praesentis custoditur.*

PAVL. L. I. SENT. **336.** [5]Lib. I. Sententiarum. (1.) Cum quo ag*itur suo nomine, si quidem in rem, pro praede litis et* uindiciarum aduer*sario satisdare cogitur, uel iudicatum solui; quod*si in person*am* sit actio, d*epensi uel iudicati conuentus i(udicatum) s(olui) satisdat. Alieno nomine* in rem pro praede litis et *uindiciarum uel i(udicatum) s(olui), in personam i(udicatum) s(olui) satisdatur.* [719] (2.) Actoris[6] procurator *non solum absentem defendere, sed et rem ratam* dominum habitu*rum satisdare cogitur.*

337. [7]Procurator ante *gesti negotii nomine, quo cui obligatus erat*, accipere iudicium *licet finito mandato frustra detrectat.*

---

1) *Sensum restituendo significavi. Cf. L.* 33. §. 3. *D. de proc.* (3, 3). *L.* 6. §. 3. *D. quod cuiusq. univ.* (3, 4). *L.* 4. §. 2. *D. de re iud.* (42, 1). *L.* 9. *D. ratam rem* (46, 8). *Gai.* 4, 99. *Partim alia restituit Rudorf. Zeitschr. IV. p.* 83. (*de quibus cf. Bethmann-Hollweg, Civilproc. II. p.* 411.) *et ed. perpet. p.* 51. 2) *Maxime ex lege municipali, ut puto.* 3) *Cf. L.* 6. §. 3. *cit. L.* 39. §. 1. *D. de procur.* (3, 3). 4) *Cf.* §§. 317. 331. 5) *Initium ad sensum restitui.* (*Paullo aliter Momms.*) *Cf. Gai.* 4, 89—91. 102. 25. 6) *Haec exstant in Consult.* 3, 7. 7) *Sensum restituendo demonstravi. Cf.* §§. 328. 332. *Si postrema primi versus littera est* p (*ut habet V*d.), *supplendum videtur:* Procurator antequam *dominum ratum*

338. [1]*Diui* Diocletianus et Constan*tius* .... *Irrita esse*, *quae a procuratore* citra mandatum do*mini gesta sunt, indubitati iuris est. Si igitur* | *praedia, quae te conparasse perhibes, inuito do*mino a procuratoribus dis*tracta sint, dominus ea uindicare non prohibetur.* ex superfluo autem ea, quae procur*atores egerunt, principali rescripto confirmare* desidares. nam prin*cipum cum aliae partes sunt, tum possessio tua, si* temporis terminos perpe*tuae actioni statuti egressa est, satis te tuetur. Data* .. *Ma*rt. Nicomediae .... DIOCL. ET CONSTANT. 59.a.[56] ⅓ po.

339. [2]*Ulpianus lib. VI. ad edictum. Cognitore uel procuratore ex eiusmodi causa dam*nato, quae periculum ignominiae *affert, neque dominus, neque ipse infamia nota*bitur; quia neque dominus condem*natus est, neque ipse suo nomine iudicium accepit. sed* et si cognitor in rem *suam datus sit, idem dicemus. Denique si quo primum in* rem suam dato 'lis[3] in *dominum rursus tanquam procuratorem a procuratore* uel cognitore transfertur, *neque is damnatus infamis fit.* VLP. (?) L. VI. AD ED.

340. [4]*Paullus lib. I. Sententiarum.* (1.) *Quoties actio suo nomine condemnato f*amae periculum irrogat, *solet ab eo* [720] *cognitor dari, quia iudex condemnationem in* cognitorem dirigere *debet, ut neuter infamis fiat.* (2.) [5]*Ab actoris parte actio* popularis cognitorem *ante litem contestatam non admittit. post lite*m contestatam admittit. (3.) [6]*Ad litem suscipiendam cognitor datus iudicium* accipere cogitur, maxime[7] *si dominus iudicatum solui pro eo satisdedit: nisi ob causam, uelu*t capitales inimicitias, *quae inter ipsum et dominum interuenerunt, iusta per*mittitur excusatio cogni*tori, ne iudicium accipiat.* (4.) [8]*Placuit, si absens quis* suspectus tutor PAVL. L. I. SENT.

---

habiturum satisdederit, aduersarius accipere iudicium *non compellitur. Sed hanc ipsam sententiam aliis verbis Paullus expressit Consult.* 3, 9. [1]) *Item restitui, quibusdam ab Hollw. monstratis.* [2]) *Item restitui, partim Blumio praeeunte. Cf. L.* 1. *L.* 6. §. 2. *L.* 14. *D. de his qui not.* (3, 2). *L.* 17 *pr. D. de proc.* (3, 3). *Aliter Momms.* [3]) bis *Vat. edd.;* lis *iam confirmatur* V^d. [4]) *Item restitui, quibusdam monstratis ab Hollw. Et cum aperte sententiae sint, Paullo eas attribuere non dubitavi. Ad* (1) *cf.* §. 339. *Gai.* 4, 87. [5]) *Cf. L.* 5. *D. de pop. act.* (47, 23). [6]) *Cf. L.* 8. §. 3. *D. de procur.* (3, 3). [7]) *Cf. L.* 12. 13. *D. ib.* [8]) *Quae sequuntur*

postuletur, *defensorem eius oportere etiam de rato cauere, ne reuersus ille u*elit retractare, quod actum *est. Sed non facile per procuratorem quis suspectus accusabit*ur, quoniam famosa causa est, nisi *constet, ei a tutore mandatum nominatim.*

VLP. (?) L. IX AD ED. **341.** [1]*Postquam circa cogendum cognitorem accipere iudici*um de pluribus speciebus *praetor locutus est,*[2] iam de *iudicio transferen*do cauetur: quod edicto praetor 'prospicien*dum*[3] *ideo recte putauit, ut praestaret domino fa*cultatem uel a cognitore *in alium cognitorem procuratoremue uel in se i*udicium transferendi,[4] *si iusta causa esse uideatur, nec captiosum ei fiat, quod lis* cognitoris sit 'effecta;[5] *nam qui cognitoris opera*[6] *uti sua causa placuit u*t possit, transferre non *posse iudicium, ubi molesta sit, inciuile foret. Verba* edicti talia sunt: 'Ei, qui cogni*torem dedit, causa* [721] *cognita permittam, iudicium transfer*re.' His uerbis non solum *ipsi, qui dedit, hoc permittitur, sed et heredi eius.*[7] *Qu*are autem cognitorem | *solum nominauerit* — —[8]

Ulp. lib. IX. ad ed. refert ex Pomponii lib. XXV. ad ed. L. 39. §. 7. *D. ib. Hoc loco non ex Ulp. ea petita esse, argumento est, quod longe alia apud eum in Dig. antecedunt, atque h. l., et quae ex Dig. primus Buchh. restituit, plura sunt, quam versus Vat. Cod. capere videatur. Est ibi etiam 'famae' loco v.* famosa *et in fine additur: 'aut si etiam absente tutore, quasi non defenderetur, praetor erat cogniturus.' Igitur Paullus haec ex Ulpiano vel ex Pomponio hausit. Cf. L.* 6. *D. ratam* (46, 8). [1]) *Item restitui, cum alia quaedam Blum. inchoasset, alia Hollw. item nunc alia Rudorff ed. perpet. p.* 49. [2]) *Cf. L.* 8. §. 3. *L.* 12. 13. *D. h. t.* — *L.* 17. §. 2. *D. ib.* [3]) perspicien- *edd. Sed in Vat. sine dubio est* ꝑspicien-. (*Id testatur V*ᵈ.) [4]) *Cf. L.* 17 *pr. D. h. t.*
[5]) *Sic V*ᵈ. affecta *Vat. Unde feceram: captiosa ei* cognitoris sit affectat*a opera; nam qui ea uti etc.* [6]) *Cf. L.* 25. *D. h. t.* [7]) *Cf. L.* 17. §. 1. *D. h. t.* [8]) *Ex Hollw. cj. restitui. Sed nunc* care *V*ᵈ. *pro* are. *Itaque restitui potest:* His uerbis non solum *actori sed et reo cognitoris abdicandi potestas datur; abdi*care autem cognitorem *est dicere, nolle eum amplius cognitorem esse.*

FRAGMENTA IVRIS ROMANI SINAITICA.

Ex foliis papyraceis, quae conglutinata inter se manuscripto cuidam monasterii Sinaitici libro pro integumento erant, vir Graece doctus Bernardakis, scholarcha Mytilenensis, praevia solutione, ea quae hic edimus fragmenta iuris Romani Graeca litterisque Graecis uncialibus, sed Latinis tam litteris quam totis verbis ac sententiis passim praepositis vel interiectis partimque, ut postea compertum, modo in fronte, in nonnullis etiam in dorso exarata, quatenus scriptura hic illic perquam male habita patiebatur, curiose et distinctis singulis versibus descripsit descriptaque Rudolpho Dareste Parisios misit, qui ea ordine eo, quo sibi transmissa erant, sane arbitrario a. 1880 in 'Bulletin de correspondance hellénique' Tom. IV p. 449—460 commentariolo singulis adsperso et brevi post multo emendatius in 'Nouvelle revue de droit français et étranger' IV pag. 643 seq. sub litteris A—R in publicum edidit, quibus postea commodius numeri 1—20 totidem paginas vel fragmenta significantes substituti sunt. Nimirum deinde etiam nostrates in edendis his fragmentis iique admodum accuratius versati sunt, primum C. Zachariaeus de Lingenthal in relationibus menstruis acad. Berolin. a. 1881 p. 621 seq. et sequenti anno Paulus Krüger in 'Zeitschr. d. Savigny-Stiftung' IV p. 1 seq., uterque rursus transmisso sibi apographo Bernardacino usus, quod ipsum tamen saepe mendosum, interdum obscurum est.

Scholia haec esse ante Iustinianum sed post Theodosianum codicem editum confecta, ex ipsis primo adspectu patet; spectare ea Ulpiani libros LI ad Sabinum, nec tamen ipsis illis libris praemissis, sed ex iis, qui in titulos titulique in capita distribuuntur, singulis locis, ad quos adnotationes (παραγραφαί) vel indices pertinent, per exscripta initialia plerumque verba indicatis, Zachariaeus maxime ex fr. 8 et 17 docuit. Quae enim praeterea in usum vocantur sive iureconsultorum scripta, sive imperatorum constitutiones, eorum allegantur tantum libri et tituli, interdum etiam minuti articuli numeris, ut Graecis mos erat, designati. Sunt autem praeter tres codices, Greg. Herm. et Theod. et sin-

gulas aliquas constitutiones, Ulpiani (librorum sc. ad edictum) πρῶτα et responsa item Paulli ad Sabinum et responsorum libri, Marciani ὑποθηκαρίας μονόβιβλος, (librorum de tutelis auctoris, Darestius opinatur Gaii, nomen periit) Florentini institutiones, Modestini regulae et differentiae. Ambitum totius operis, ex quo quae servata sunt scholia Ulpiani ad Sabinum lib. 36 et 37 spectant, ex numero quaternionis λα' i. e. vigesimo primo fr. 8 ad calcem adscripto aestimare licet. Auctor vel auctores totius operis et singulorum scholiorum incerti. Siglam SAB. quibusdam praescriptam fortasse significare Sabatium, quem Nov. 35. anni 535. Triboniani in condenda legislatione laudat adiutorem, Zachariaei est suspicio. Tutius coniicias, hunc novissimum scholiastam et fortasse totius operis conditorem et editorem fuisse. Professorem iuris, sed etiam de iure interdum consultum (cf. fr. 2), non desunt, quae prodere eum videantur.

Omnia scholia ad ius matrimonii et quod etiam Ulpianus in Sabinianis libris post hoc tractavit, tutelae pertinent, ad illud fr. 1—13, ad hoc 14—20. Ceterum ordo, quo quaeque descripta pagina alteram in codice secuta sit, pro apographi, quo utimur, habitu, de quo vid. Zachar. p. 622 Krueg. p. 2 seq., in plerisque quidem, sed non ubique certo definiri potest, et diverse editores rationibus partim ex argumento cuiusque paginae respectu ordinis Sabiniani ex Digestis nobis aliquatenus noti habito, partim aliis ex indiciis ductis eum constituerunt, quod et in quaque pagina significavi. Ipse licet in quibusdam ab iis dissentiam, tamen ob id rursus novum ordinem taedio lectoris periclitari nolui. Neque enim omnino tantopere haec res refert, cum tamen nusquam hanc vel illam paginam alteram nullo interiecto excipere ostendi possit. Itaque novissimum editorem, qui suas rationes p. 28 seq. exposuit, quia eius editio plerisque ad manus erit, in universum secutus, tantum in notis interdum, ubi opus videbatur, etiam de hac re ut de aliis monui. Hiatuum vel litterarum deficientium significationes (ubi uncini angulati tantum suppleta, curvi notas explicatas denotant), ut scrupulose accipi non debeant, apographi facit habitus.

Denique licet sperem, post priorum editorum labores, a quibus saepius discessi, etiam meas curas his miseris nec tamen contemnendis reliquiis sive rectius legendis vel emendandis et supplendis sive intellegendis non sine omni fructu impensas esse, multum tamen abest, ut iam omnia, id quod maxime ex nova papyrorum collatione pendebit, sarta, ut aiunt, et tecta ut oportet, haberi possint.

1. (Dar. Zach. Kr.)[1]

τὸν ἀπελεύθερον ἔδεξα[2] ——

libertum ——

ιονος[3] ἀκίνδυνον εἶναι τὴν παράβασι[ν] | τῇ μνηστῇ κ(αὶ) τῷ μνηστῆρι.[4] ἀλλ' ἐν τῷ | γ' βι(βλίῳ) τοῦ Θεοδ(οσιανοῦ) κ(ώδικος) τί(τλῳ) ιε' ἡ ιε' τοῦ τί(τλου) διάτα(ξις) κρατύνε[ι] | τὰς περὶ συστάσεως τῶν γάμων poen[a]s | κ(αὶ) μέχρι τοῦ διπλοῦ[6] ——

stipulat]ionis sine periculo esse violationem sponsae et sponso ait. — Sed in libro tertio Theodosiani codicis titulo 15. *tituli* 15. *constitutio*[5] *confirmat de contrahendis nuptiis poenas et usque ad duplum [arrarum stipulatas].*

Σαβ.: Ἐκ πλεύρου τῆς μνηστῆς παραιτουμ(ένης) | τὸν γάμον κέχρησο τῇ ἐν τῷ γ' βι(βλίῳ) τοῦ Θεοδ(οσιανοῦ) | [κώδικος] διατά(ξει). περὶ γὰρ αὐτῆς μόνη[ς][7] διαλέγεται· | εἰς δὲ τὸ πρόσωπον τοῦ μνηστῆρος δια|κωλυομέν(ου)[8] τῇ ἐν τῷ ε' βι(βλίῳ) τοῦ Γρεγ(οριανοῦ) κ(ώ-

SAB.: Ex latere sponsae recusantis nuptias utere constitutione in 3. *libro Theodosiani codicis; de ea enim sola loquitur; in personam vero sponsi constitutione in* 5. *libro Gregoriani codicis* 17., *in qua dicitur, eum poenam*

---

[1]) *Agitur de sponsalibus et nuptiis contrahendis etiam ab Ulp. ad Sab. lib.* 35. 36. *Cf. L.* 4. 6. *D. de spons.* (23, 1). *L.* 6. *D. de ritu nupt.* (23, 2). [2]) *Haec in apographo ante aliquot versus litteris vacuos scripta an omnino ad haec scholia pertineant, incertum est.* [3]) stipulat]ιονος *recte Zach. suppl. Intellege poenalem frustrati matrimonii.* [4]) *Additum hic P̄ si est Latinum, potest significare P(aulum), qui hoc dicit L.* 134 *pr. D. de verb. obl.* (45, 1), *cf. infra fr.* 2, 13. *Sed Zach. verisimilius putat, esse siglam ab altera parte laesam verbi* φησιν. *Kr. omittit.* [5]) *Nunc deperdita. Dar.* [6]) *Perisse videtur* τῶν ἀῤῥαβώνων ἐπερωτηθήσας. *Cf. L.* 5 (*Leonis et Anthemii*) *C. de sponsal.* (5, 1), *qua multo anterior commentator haec videtur scripsisse. Zach. et Kr.* καὶ *vertunt* et quidem *nec curant, cuius rei duplum intellegendum sit.* [7]) *Supplevit Dar.* [8]) *Sic vel scriptum esse vel emendandum non dubito. Apogr.:* δια|λευομεν *Zach.* (*qui suspicatur* δου|λεύομεν *vel* τῷ | λεγομέ *i. e.* λεγομένῳ ἐν τῇ *et in fine versus* ι' τί διατ . . . | φησὶ γὰρ) διακελευομεν(?) *Kr.* (*sed exspectari* χρώμεθα, *et ita vertit*) *Apte sponsa duci detrectans di-*

δικος) ις΄ διατ(άξει)[1], [ἐν ῇ λέγεται][2], αὐτὸν ἐπερωτηθέντα[3] πρόστιμον ἐκ | τοῦ ἐμποδίσαι τῷ γάμῳ μὴ κατέχεσθαι | ἐνδυνάμως. ἐν δὲ τῷ τέλει τοῦ[4] ——————

interrogatum ex eo, quod nuptiis impedimento fuerit, non teneri efficaciter; in fine vero ——

2. (8 Dar. 2 Zach.)

——————————

——————————

πεβ(?) [ὅ]περ ἐν facto συνέβη τ[ο]ιῷδε· ἔχω[ν] | τις ἀδελφὴν καὶ δεόμενος Στεφάνου τιν[ὸς] | ἐπί τινι πράγματι ἐρῶντος τῆς αὐ[τοῦ] ἀδελφῆς, ἐπηγγείλατο τῷ Στεφάνῳ, πα|ρασκευάζειν τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ συναφθῆ|ναι αὐτῷ ἐπερω(τη)θεὶς, καὶ πρόστιμον ι΄ ν(ομισμάτων), εἰ | μὴ τοῦτο ποιήσῃ· ὁ δὲ οὐκ ἠδυνήθη τὴν αὐτοῦ ἀδελφὴν πιέζειν,[5] ἢ καὶ οὐ θέλει αὐτὴν ἐκ|δοθῆναι. κ(αὶ) ἐρωτηθεὶς εἶπον, ἀδύναμον | εἶνα[ι] τὴν ἐπερώ(τησιν) ὡς contra bonos mor(es) ὑπάρχου(σαν), | [ὥ]σπερ φησὶν ὁ Παῦλ(ος) βι(βλίῳ) ιε΄ r(espon)son αὐτοῦ —— | * * * de stipulatio[n*][6] —— δὲ τῆς μὲν πεύσεω[ς] ——

— *quod ex facto incidit tali: habens quis sororem et indigens Stephani alicuius ad aliquam rem, qui sororem suam amabat, promisit Stephano, effecturum se, ut soror sua, matrimonio ei copuletur, stipulanti spondens, et poenam* 10 *aureorum, si hoc non faceret. is vero non poterat suam sororem urgere, vel etiam non vult eam nuptum dari. et consultus dixi, inutilem stipulationem ut contra bonos mores esse: sic ut ait Paulus libro* 15. *responsorum eius* —— *de stipulation* —— *quaestionis* ——

——————

citur παραιτουμένη τὸν γάμον, *sponsus, qui non vult ducere,* διακωλυόμενος. [1]) *Alia videtur Alexandri L.* 2. *C. de inutil. stip.* (8, 38). *In apogr. videri excidisse tituli mentionem monet Zach.* [2]) λέγει γὰρ *Zach.* ****τάτ *Kr.* ὅπου λέγεται *Dar.* [3]) *Zach. vertit:* qui stipulatus est; *errore.* [4]) *In fine eadem Th. C. constitutio fortasse de arra sponsalitia aliud sponsam et sponsum aequiperans sanxit.* [5]) πείθειν *Dar. et Kr.* = persuadere. [6]) *Qui locus exstat L.* 134. *D. de verb. obl.* (45, 1). *Dan.*

3. (8 Dar. bis. 5 Zach.)[1]

τὰ αὐτὰ ——— | *[2] ἐν τῷ ermog(eniano) κ(ώδικι) τί(τλῳ) ξθ' ἡ ρκ', ἧς ἡ [ἀ]ρχὴ u —— | biut n * ē.[3] Σαβ.: κανόνα γὰρ ἔχε τοιοῦτον· | ***** ιονα[4] προσήκει κρατεῖν τὰ μ[ὴ] ——| ——[5] ἀλλὰ καθαρᾷ διαθέσει γινόμε[να]. | ὡς ἐν τῷ ermog(eniano) κ(ώδικι) τί(τλῳ) μα' ἡ ιδ' κ(αὶ) **[6] φησι ——|——| ——θέμα, ἐφ' ᾧ τὸ εἰκονικὸν repu[dion] | ἀντὶ ἀληθοῦς λαμβάνεται. ὡς ὅτε ἡ e[man]|cipata[7] θυγάτηρ τὴν ficto ——|[8]——** η τὴν προῖκα και —— [ἐπι]|δῷ[9] ταύτην τῷ ἀνδρὶ πάλιν τελευτ——[10]

eadem ——— in Hermogeniano codice titulo 69. (*constitutio*) 120., *cuius initium est — — SAB. Regulam enim tene hancce: —— convenit valere, quae non — — sed sincera voluntate facta sunt, ut in Hermogeniano codice titulo* 41. *constitutio* 14. *et —— dicit —— casus, in quo simulatum repudium pro vero accipitur, ut cum emancipata filia ficto [repudio] —— dotem hanc viro rursus ——— ———*

[1]) *Spectare videtur paulo demum post tractatam rei uxoriae actionem, quando post divortium institui possit.* [2]) [ὡ]ς *suppl. Zach. sed fuerit h. l., non postea, omissum* διάταξις. [3]) [ἀ]ρχιμ . . . (*ubi Zach.* Hϙ *legit*) | βικτυ * ē *Apogr. Zach., qui Latina edidit:* cum . . . victus esset *et suspicatur esse hanc L.* 9. *C. de pact.* (2, 3). *Sed haec ex Gregor. non Herm. C. sumta erat. Cf. Consult.* 9, 11. [4]) *verisimilius supplet* [τὰ σύμφ]ωνα *Zach. quam* τὰ repudia *Kr. sed idem hic deinde recte fraudem spectari putat, quae plenius L.* 12. *C. de repud.* (5, 17) *castigatur.* [5]) *Zach. supplet* κατὰ | ἀπάτην = in fraudem. *Probo.* [6]) *alius numerus, ut puto; sed deinde dictum fuerit, etiam excipi ibi casum, qui sequitur.* [7]) *Nam sua non poterat soluto matrimonio de dote agere nisi communiter cum patre.* [8]) *Post v.* 10, *qui incipit* cipata, *apogr. Kr. habet v. vacuum, quem ignorat apogr. Zach. Si hunc sequimur, possis tentare* ficto repudio r(ei) u(xoriae) | χρωμέν-η (*omissum* ἀγωγήν *ut saepe*) τὴν προῖκα και[νῶς κ(αὶ) ὡς ἑαυτοῦ] ἐπι|δῷ = ficto repudio rei uxoriae (actione) utens, dotem denuo et ut suam conferat hanc viro. [9]) *Apogr. Zach.* ὦ *Kr.* [10]) *Secutum videtur:* τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς αὐτῷ σάφα συναφθεῖσα = viro rursus defuncto patre ei palam coniuncta.

4. (9 Dar. 6 Zach.)

[1] de sponsalib(us). ἀρχὴ τῶν ῥητῶν de die pone | ci uera[2] —— ἐχέτω πᾶς ἐξουσίαν repudio λύει[ν] | τὸν [γά]μον καὶ μνηστείαν. ἄτοπον γάρ, τὸν γά|μον διηνεκοῦς τῆς ὁμονοίας δεόμ[ενον] διὰ] | τῆς poenas καὶ μὴ διαθέσει συνίστασθαι.

—— *titulo] de sponsalibus. initium allegatorum — — habeto quisque potestatem repudio dissolvere matrimonium et sponsalia. absurdum enim, matrimonium perpetuae concordiae indigens poena et non consensu consistere.*

Ὁ ἐπερ(ωτη)θεὶς ἢ καὶ ἡ[3] ἐπερωτηθεῖσα. poenan, ἐὰν [δι]|αλύσῃ τὸν γάμον, οὐ κατέχεται, εἰ μὴ ἕως τοῦ | μέτρου τ[ῆ]ς ob mores,[4] ὅσον ἠδύνατο παρα|κατέχειν ὁ ἀνὴρ διὰ τὰς μοίρας[5] παίδων, [ἢ ἡ γυνὴ] | ἄνδρ[α] ἀπαιτεῖν ἀπὸ τῆς ἐπὶ τῷ προστί[μῳ ἐ]|περωτήσεως, ὅσον ἠδύνατο κινεῖν κατὰ τοῦ[τον].[6]

Interrogatus et interrogata poenam si dissolverit matrimonium, non tenetur, nisi usque ad quantitatem (poenae) ob mores, quantum poterat retinere maritus propter portiones liberorum vel mulier a marito exigere. ex interrogatione circa poenam, in quantum poterat agere contra hunc.

---

1) *Post duos versus litteris vacuos in apographo v.* 3. 4. *descripti allegabant fortasse duplex responsum; praeterea omnino sensu carent: v.* 5 *post* τ' (= titulo, *ut videtur*) *in fine v.* 4, *sequuntur quae sola transcribere operae pretium duxi. Editorum, etiam Zach. et Kr. suspiciones non moror.* 2) *Si haec sana sunt, videtur ille titulus habuisse duos articulos:* de die poenae (?) *et* Si vero (?), *quibus verbis incipiebant.* 3) η και *Apogr. Correxi.* 4) ob mortes *Apogr. et Kr. recte corrigi vult Zach.* (*ad* τῆς *supple* poenas). 5) διὰ τ[ῆ]ς mortis *Apogr. et edd. sine sensu. Correxi. Cf. Ulp.* 6, 10—12. *Fr. Vat.* 120. *itaque pro numero liberorum usque ad tres sextas.* διὰ τῆς *mortis* παίδων [ὑπόντων] *coniecit Kr. coll. Fragm. Vat.* 120. *Dig.* 33, 4, 1. §. 1. 23, 4, 26. §. 2. 23, 4, 2. *Quod non intellego.* 6) *Hoc quantum fuerit, disce ex Ulp.* 6, 13.

5. (4 Dar. 12 Zach.)

——— ἐκποίητο * * * * * | ———[νόμῳ] iulio[1] ει* * * * * * * | * * * * * * tributarioi, ὡς ἐν τῷ — | —* ἐστιν[2] de dote ἡ ϛʹ κ(αὶ) ζʹ ακ κ(αὶ) α*βι κ(αὶ) . .[3] | —** φ[ησὶ] διάταξις. τὸ πλέον μάθε· κἂν ἰδικῶ[ς] | [γρα]φῇ ἐν τῷ προικῴῳ, μὴ ἐξεῖναι τῷ ἀνδρ[ὶ] | [ἐ]νεχυράζειν τὰ ἐπαρχιακὰ κτήμ[ατα], καὶ οὕτ[ω] | [σ]υνέστηκεν ἡ [αὐτῶν ὑ]ποθ[ήκη] ἡ ἐν [γά]|μῳ γενομέ[νη] κατὰ τοῦ ἀνδρός,[4] ὡς βι(βλίῳ) εʹ τοῦ Gr(egorianu κώδικος] | τί(τλῳ) παρατελεύτῳ ἡ γʹ τοῦ τί(τλου) φησί. Sab. σημ(είωσαι) τοῦ[το], | κ(αὶ) μὴ συναρπαγῇς ἀπὸ τῆς[5] διατά[ξεως] τοῦδ — | ****[6] μετὰ τὸ[ν G]reg(orianon) κώδικα ἢ τῆς ἐν τῷ ιαʹ β(ιβλίῳ) τοῦ G[r]egorianu | τί(τλῳ) ιαʹ, ιβʹ τοῦ τ(ίτλου) † — | Ex pecunia dotali.[7] τὸ ἀπὸ προικιμαία[ς οὐσί-]|

... alienatu ... .. lege Iulia ... .. tributario ut in ... est de dote 6 *et* 7 *... ait constitutio. plus disce: etsi specialiter in dotali instrumento scriptum sit, non licere viro oppignorare provincialia praedia etiam sic constitit eorum hypotheca durante matrimonio facta contra virum, ut libro* 5. *Gregoriani codicis titulo penultimo* 3. *(constitutio) tituli dicit. SAB. Notandum hoc, neque turbere constitutione D(iocletiani?) — post Gregorianum codicem vel in libro* 11. *Gregoriani titulo* 11. *duodecima tituli [cuius est initium]: Ex pecunia dotali. — Ex*

———

1) *Cf. Gai.* 2, 63. 2) [τί . . . . . ὅς] ἐστιν *Zach.* 3) *Kr. pro* ακ *coniicit* διάτ(αξις). 4) *Quem nec contra uxorem dotem repetentem excusat, quod talem fundum ei consentiente licet uxore pignori dare non licuerit.* 5) *Apogr. Zach.* ἀπὸ τῆς * *Kr.*
6) *Incertae in apogr. litterae post* δ. Divi Pii *coniectura supplevit Dar. parum probabili, cum Graeci* Divum *appellent* θεῖον. *Zach. Sed pius Christianus scholiastes nec* Pium 6, 4, *nec* fratres 14, 1 divos vel θείους *appellare voluit. Igitur malim* Deciou *vel potius* Diocl(etianu), *ut in v.* 12 *sequens sigla vel* κειμ(ένη), *ut* 19, 6, *cui tamen litterae non respondent, vel cum de* p *constare dicatur,* i(m)p(eratoris) *sequente numerali littera* (ιʹ ? = 10) *fuerit.* 7) *Zach. haec verba fortasse ex Ulp. libro* 36. *ad Sab. ex[...] proxime ante L.* 27 *D. de iure dat.* (23, 3) *ab eo [...]ta [...]. Sed tunc non intellegitur, quomodo Ulpianus eius [...] commentator brevi ante quaestionem de fundo provinciali do[...]*

ας ἀγοραζόμενον πρᾶγμα ὑπόκειται τῇ γυναικί.[1] | σημ(είωσαι) τὸ dotali.[2] τοῦτό φ(ησι) κ(αὶ) ὁ Marc(ianus) ἐν τῇ ὑπο|[θηκαρίᾳ][3] —

dotali substantia empta res pertinet ad uxorem. notandum hoc dotali. Hoc dicit et Marcianus in hypo(thecaria formula).

6[4]. (9 Dar. bis. 13 Zach.)

S. iinsτιζιι[5] κ(αὶ) ἐπὶ τῆς ἐχατρ[6] προικὸς κα(τ)έ[χε]|ται ὁ ἀνὴρ εἰς ὅ[σον] δυ[νατ]ό[ς] ἐ[στι]. |[7] ὡ(ραῖον). Σαβ. Ιαβο-

— — et in (promissa?) dote tenetur vir in quantum facere potest. Pulchrum. SAB. Iavolenus

---

tractans ad hanc materiam (de qua etiam L. 22. §. 13. D. sol. matr. 24, 3 videnda) devenerit. Verisimilius igitur haec verba initialia sunt rescripti Diocletiani L. 12. C. de iure dot. (5, 12) sine dubio ex Greg. codice ibi relati itemque fundum provincialem spectantis, quamquam, ut nunc legitur, non apparet, quid in eo turbare potuerit. Hoc vero si probatur, post allegatam hanc constitutionem in fine v. 13. fere supplebimus ἧς ἡ ἀρχή ut in 3, 2. Ceterum hinc apparere mihi videtur, etiam Greg. Codicis, ut de Hermog. constat (Zeitschr. f. R. Gesch. VI. p. 293), maxime post eum editum vulgatarum vel repertarum constitutionum ratione habita, complures editiones factas esse, ita ut hae posteriores constitutiones primum in appendice collectae vulgarentur, inde sub imperatoris nomine et si eiusdem complures erant, per initialia verba, fortasse et numero (cf. 19, 6) allegandae, deinde ex hac in sequenti editione ipsius codicis titulis et libris insererentur: quare diligentiores, ut primae et posterioris editionis possessoribus aeque satisfacerent, eas, ut h. l. fit, duplici modo allegare soliti sunt.

1) *Non tamen in rem, sed actione de dote ab ea petenda. L. 12 cit. Praeterea cf. Gaii L. 54. D. eod. (23, 3). Basil. 29, 1, 50.* 2) *Nam inde sequi (hoc sentire videtur) non minus iuris in hoc fundo, quam in pecunia illa viro competere posse.* 3) *Supplevit Dar. collato ind. Florentino.* 4) *Ulpianus lib. 36. ad Sab. de hac materia egisse, scimus ex L. 49. D. de pactis (2, 14) collata cum 6, 11—15.* 5) *Incertae litterae sine sensu hic et postea ante προικός. In illis mihi videntur latere Latina (velut* S(ed) constat), *ad quae notatur. Quod Zach. tentavit hic: ∗* aestimat *et post: ἀεστιμάτης repugnare apographo testatur Kr.* 6) *Fortasse ἐπερ(ωτηθείσης); nam de dote promissa vid. L. 21. 22. pr. D. de re iud. (42, 1).* 7) *εἰς* q[u]antu[m f]acer[e potest] *Zach. invito apographo, cui nec, quod Kr. exspectari dicit ὅσον δύναται καταβάλλειν respondet.*

]ι(ενος)[1] [ὡς κ(αὶ) M]od(estinus) β(ιβλίῳ) β' diff(erenti)on αὐτοῦ τί(τλῳ) ς' ἀ(να)|φέρει[2] Piu διά-τ(αξιν), λέγουσαν μὴ μόνον ἐ[πὶ προι]|κὸς ἀλλὰ κ(αὶ) ἐπὶ παντὸς συναλλάγμα[τος ἐνάγε]|σθαι[3] τὸν ἄνδρα κ(αὶ) εἰς ὅσον ἔχει κ(ατα)-δικάζεσθαι. | *(sequuntur quattuor versus, in quibus singulae tantum litterae apparent.)*

ut etiam Modestinus libro 2. differentiarum ipsius titulo 6. refert Pii constitutionem, quae dicit, non solum de dote sed etiam ex omni contractu conveniri virum et in quantum habet condemnari.

[Δανεισ]τὴς ἐπάςτευσεν πρὸς τὸν χρε[ώσ]|την αὐτοῦ, τοσοῦτον αὐτὸν ἀπαιτεῖν [μό]|νον, ὅσον δύναται καταβάλλειν· ἰσχυρὸν τὸ | pacton.

Creditor pactus est cum debitore suo, tantum modo ab eo se exacturum, quantum facere potest. valet pactum.

Κ(αὶ) ὁ πατὴρ κ(αὶ) ὁ [πά]-τρων κ(ατ)έχοντ[αι εἰ]ς ὅσον [ἔχου]|σιν μόνον, οὐκ εἰς τὸ π[ᾶν].

Etiam pater et patronus tenentur duntaxat in quod habent, non in solidum.

7. (5 Dar. 9 Zach.)

Graviori: ὁ ἀνὴρ βαρύ τι πλημμελήσας οι

Graviori: vir, qui gravius aliquid deliquit

8. (7 Dar. 8 Zach.)[4]

κανόνα γενικόν, τί ἐστιν necessaria δα|πανήματα.

regulam generalem, quae sint necessariae impensae.

[N]ecessaria ἐστιν δαπανήμ(ατα), ὧν μὴ γινο|μένων κατε-

Necessariae impensae sunt, quibus non factis

---

[1]) ΙΑΒΟΙ *Apogr. Zach.* CABOI *Kr. Neuter id explicat; ille tentat* in dote? *Mihi ex sat claris litteris Iavolenum (de quo Capitolino in Pii vita c.* 12. *fidem non derogo) non intellegere grave est. Quare deinde supplevi* ὡς κ(αὶ) M *Tantum Modestinum inspexisse scholiastam patet.* [2]) *Hunc locum exstare in L.* 20. *D. de re iud.* (42, 1), *monet Zach.* [3]) ἐναχθέντα *Kr. contra apogr. Sed voluit hoc scholiastes postea* καὶ *oblitus delere.*
[4]) *De argumento huius paginae egit Ulp. libr.* 36. *ad Sab. L.* 1. 3. 5. 9. 11. *D. de impens. in res dot.* (25, 1).

δικάζετο ὁ ἀνὴρ ἐναγόμενος τῇ | r(ei) u(xoriae).

Nos generaliter.[1] ὁρᾷς πῶς κ(αὶ) Ulp(ianos) κανον[ί]|[ζει] ἡμῖν, ὅσα δαπανήματα πεποίηκεν ὁ ἀνὴρ | [π]ρόσκ(αι)ρα τῶν καρπῶν ἕνεκεν, ταῦτα τοῖ[ς] | [κ]αρποῖς compensatεύεται, οὐ μὴν ποιεῖ τ(ὴν) | retention(em), ὅσα δ[ὲ] δι' ἀνάγκης ἢ[2] κ(αὶ) ἐπὶ | [π]ολὺ[ν κ(αι)ρὸν] παρέχει τὴν χρείαν, οἷον μῶλο[ς ἢ] | ἀρτοκοπεῖον ἢ τὸ φυτεῦσαι, ταῦτα neces[sa]ria ἐστὶ καὶ μειοῖ τὴν προῖκα. τοῦτό φ(ησι) κ(αὶ) | ὁ Paul(os) βιβλίῳ ζ' τῶν ad Sab(inum) αὐτοῦ τί(τλῳ) λε'. | [U]bi non sunt corpora:[3] τό[τ]ε τὰ necessaria δαπανήματα.[4] . .

condemnaretur vir (in actione) rei uxoriae.

Nos generaliter. Vides, ut etiam Ulpianus regulam nobis ponat, quas impensas fecit vir ad praesens fructuum causa, eae cum fructibus compensantur, nec faciunt retentionem, quae vero necessario vel etiam in multum temporis praebent usum, velut agger, pistrinum vel cultura, hae necessariae sunt et minuunt dotem. Hoc ait et Paulus 7. librorum eius ad Sabinum titulo 35. Ubi non sunt corpora: tunc impensare necessariae. . . .

9. (11 Dar. 7 Zach.)[5]

* να ἄλλα ———— [τὰ] | μέντοι voluptaria [ο]ὐδὲ ἀ[παιτεῖ οὐδὲ λο]|γί[ζ]εται, εἰ μὴ ἄρα ἕλοιτο ἡ γυνὴ ἔχειν αὐτά· [εἰ] | δὲ οὐ βούλεται ἔχειν αὐτὰ ἡ γυνή, δί[δοται τῷ] | ἀνδρὶ παρρησία τοῦ ἀφελέσθαι αὐτὰ μὴ βλά|π[τ]οντι τὴν ἀρχαίαν [στά]σιν.[6]

———— *tamen voluptaria neque exigit neque reputat, nisi mulier habere eas voluerit: Si vero nolit habere eas mulier, datur viro licentia tollendi, si modo non laedat pristinum statum.*

1) *Haec verba ex Ulp. lib. 36. ad Sab. exstant L. 3. §. 1. D. de imp. in res dot.* (25, 1). 2) *Sic pressius ad apogr. malo quam cum Zach. Kr.* διηνεκῆ ἤ. *cf.* necessario *in L.* 1. §. 3. *D. h. t.*
3) *Item Ulp. verba ex eodem libro L.* 5. *pr. D. h. t.* 4) *Ad laevam in fine numerus (quaternionis)* κα = *vigesimus primus.*
5) *Ad initium pag. cf. L.* 9. *D. de impens. in res. dot.* (25, 1) *ex Ulp. lib.* 36. *ad Sab.* 6) ὄ[ψ]ιν *Zach. Kr.* = speciem vel habitum.

Ob donationes.[1] μὴ ἰσχυέτω pactoν ἀναιροῦ[ν] | τὴν ob r(es) donatas ἢ ob impensas[2] ἢ ob r(es) a[mo]|tas retentiona.

Ob donationes. — Ne valeat pactum, quod ob res donatas vel ob impensas vel ob res amotas tollit retentionem.

Sab. arbitr(ium) r(ei) u(xoriae). ἐν τῷ παρόντι ιε′ κεφα(λαίῳ) διδ[άσ]|κει τοὺς δυναμένους κινεῖν τὴν r(ei) u(xoriae).

SAB. arbitrium rei uxoriae. — in praesenti 15. capite exponit, qui rei uxoriae (actionem) movere possint.

Mora. σημ(είωσαι), ὅτι moras γενομέ(νης) ἐπὶ τῆς a[dven]|ticias[3] προικὸς ὁ πατὴρ ἔχει τὴν r(ei) u(xoriae). μά[θ]ε, [ὅτι] | τελευτησάσης τῆς κόρης ὁ πατὴρ ἔχει τὴν ——

Mora. — Notandum, quod mora facta in dote adventicia pater habet rei uxoriae (actionem). disce: mortua nupta pater habet (actionem) —

10. (12 Dar. 3 Zach.)

———— ————[4] ὅτα[ν ἐν] | γάμῳ τελευτήσῃ ἡ γυνὴ καὶ αὐ[τὴ οὐκ] ἐπ[ε]|ρωτή[σῃ], τὸ c(om)mitteuθῆν[αι] ἰσχ]ὺν ἔχει [πρὸς]| τὸν ἐπερω[τή]σαντα.[5]

quando in matrimonio decesserit mulier et ipsa (stipulata non sit), effectum habet quae commissum est respectu stipulatoris.

Sab.* ἐν τῷ παρόντι ταχέως[6]

SAB. — in praesenti

---

*) *Spatium apogr. hic notat Kr., quod Zach. ignorat.*

---

1) *Non sunt eadem verba, quae alio sensu ex lib.* 31. *ad Sab. in L.* 7. §. 5. *D. sol. matr.* (24, 3) *leguntur. Zach.* 2) *Excidisse* ἢ ob mores *putat Zach. De re cf. L.* 5. *D. de pact. dot.* (23, 4). 3) *Apogr. habere* adu̇̇̇ . . . *contendit Zach. Dubitanter cum edd. sic scripsi et verti.* 4) *Hucusque incertae litterae in apogr.* 5) *Sic fere locus in edd. lacunosus et desperatus sanari posse mihi videtur. Pro* ἰσχὺν *fortasse scr.* δύναμιν. *Notandum, quod si ipsa haec postea mortua mulier soluto matrimonio dotem sibi reddi stipulata erat, non valebat. cf. Gai.* 3, 100. 6) ταϲεο *Apogr. et Kr. corrupte.* — [πλ]ατέω[ς] *Zach., cui in apographo nec spatium sufficere, notat Kr., sed et sensus repugnat, cum ex L.* 5 *seq. D. de iure dot.* (23, 3) *constet, Ulp. libro* 31. *de hac re late*

διαλέγ[εται] | πε[ρ]ὶ τῆς adv(en)ticias προικός. |

obiter de adventicia dote disserit.

de dote: 'περὶ τῆς ad(ven)ticias προικ[ὸς εἶ]|πον, φ(ησι),[1] ἐ[ν] το[ῖς] προλαβοῦσιν β(ιβλίῳ) λα' τί(τλῳ α'). ἀνάγ[νωθι] | τὰ ἐκεῖ ῥηθέντα.[2]

de dote] 'de adventicia dote dixi', inquit: in antecedentibus libro 31. *titulo primo. lege quae ibi dicta sunt.*

ac socer. ὅτι [ἐ]ὰν[3] εἰς τὸν πενθερὸν [ἡ προὶξ] | ἔρχεται, δύναται διὰ pactu βλαβῆναι, καὶ | ὅτι ὁ πατὴρ ἐπιδοὺς προῖκα δύναται ποι|ῆσαι αὐτὴν adventician. σημ[είωσαι] ὡραῖον | —— |[4]

ac socer.] quodsi ad socerum dos revertitur, potest pacto condicio eius deterior fieri, et quod pater, cum dotem dat, potest eam facere adventiciam. Notandum pulchrum. —

Ἐ[ὰ]ν ὑπεξ(ούσι)ος δανεισά|μ(ενος) ἐπιδῷ ἀργύρ(ιον) προῖκα | ἕ(νεκα)[5] τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς, οὐκ ἔστι [profecticia αὐ]τὴ[6] ἡ προὶξ. ἕτερον ἐστὶν, εἴ τις ἐν ——

Si filius familias mutuatus det pecuniam in dotem filiae suae nomine, non est profecticia haec dos; aliud est, si quis —

11. (10 Dar. bis. 10 Zach.)

ἐν] | τῷ ἐ[π]ὶ τῇ κοινῇ r(ei) u(xoriae) διδόμε(νον) p(ro)curatorem θεῖ[ναι][7] δι[δόσθω] αὐτῷ

[in] communi rei uxoriae actioni datum procuratorem constituendo detur

---

egisse. Itaque scribendum ἐν τῷ παρόντι = nunc, hoc loco, ταχέω[ς] = celeriter, obiter, *quo ad lib.* 31. *iam quasi remittitur.*

[1]) *Sic apogr., quod omittunt editores* = inquit (*sc. Ulpianus*).
[2]) *Haec ut liber et titulus allegatus, rursus sunt verba scholiastae.* [3]) ὅτον *Apogr.* [4]) *Zach. addit* καὶ | χρήσιμον | = pulcrum et utile ius. [5]) ἀργυρ *etc. Hoc mihi dubiae apographi scripturae et sensui maxime convenire videtur.* γαμ[βρ]ῷ προῖκα | [ὑπὲ]ρ *Zach.* αδγωπριν (καὶ) | ε *Kr.* (*suspicans* λόγῳ προικός —).
[6]) adventicia *Zach. et Kr. contra sensum et veritatem, etiam L.* 5. §. 8. *D. i. dot.* (23, 3). *L.* 17. *D. de SC. Maced.* (14, 6). *L.* 8. 9. *D. de in rem* (15, 3). [7]) *Sic fere apographi scriptura modeste interpretanda vel corrigenda videtur. Cetera ante* rei uxoriae *et post* procuratorem *in incerto relinquentes in fine supplet* ὥ[σ]τε [δι]|δόσθω *Zach.* ο * τε — | δι — *edit Kr.*

m(an)datoν τοῦ τε πατρὸς καὶ τῆ[ς] | θυγατρὸς· μᾶλλον δὲ ὁ μὲν πατὴρ ἐν[τελ]|λέσθω μόνος, ἡ δὲ κόρη συναινείτω.

Sab. e*osa. ἐν τῷ παρόντι ις′ κεφ(αλαίῳ) διδάσκει τί|νι κινδυνεύεται τὰ ἐπὶ τῇ προικὶ συμβαί|νοντα. |

Ἐπὶ πάσῃ οἱαδήποτε προικὶ doloν κ(αὶ) cu[l]pa[m] | χρ[ε]ωστεῖ ὁ ἀνὴρ. ὁμ(οίως) φ(ησὶ) κ(αὶ) ὁ Paul(os) β(ιβλίῳ) η′ τῶν — re ū |[1] αὐ[τ]οῦ πρὸ β′ φ(ύλλων) τοῦ τέλους τοῦ β(ιβλίου) ὡς οροιβ (?) | **χων τοῦ de liberis adgnoscendis. — — τουτως.[2]

ei mandatum et patris et filiae. magis tamen pater mandet solus, nupta vero consentito.

SAB. .... in praesente 16. *capite docet, cuius periculo sint, quae circa dotem eveniant.*

In omni qualicunque dote dolum et culpam debet maritus. Similiter ait et Paulus libro 8. *titulo de rei uxoriae*(?) *responsorum eius duobus foliis ante finem libri ...... de liberis adgnoscendis* ———

12. (3 Dar. 11 Zach.)

****ιανελα*νον —— | ****
[3]ἐπὶ τοῦ πατρὸς ἐπερωτηθέντος προῖ[κα]. | ἀλλ᾽ ἐσθότε μὴ ἀπαιτήσας αὐτὸν ὁ ἀνὴρ [ἐγ]|καλ[εῖ]ται, ὅτε adventicia εἴη ἡ προὶξ· καὶ ὁ πατὴρ | γὰρ ἐπιδιδοὺς ἐσθότε ποιεῖ τὴν προῖκα | adv(en)tician. σημ(είωσαι), ὅτι κ(αὶ) ὁ πατὴρ ποιεῖ adven|tician προῖκα. |

———
cum pater dotem promisit; sed interdum vir, qui ab eo non petiit, culpatur, si adventicia sit dos; nam et pater, qui dotem dat, interdum facit dotem adventiciam. notandum, quod etiam pater facit dotem adventiciam.

Δίελθε τὸ ιζ′ καὶ ιη′ κεφά(λαιον)· πάντα γὰρ[4] τὰ ἐν (αὐ-

Percurre 17. *et* 18. *caput. omnia enim in iis*

[1]) responsorum *interpretantur edd. Sed puto corruptum esse ex ί* de r(ei) u(xoriae) τῶν resp(onsorum). *Cf. potius Fr. Vat.* 101. 103. 108 *quam cum Zach. L.* 72. §. 1. *D. de iure dot.* (23, 3). [2]) ὡς *etc. Haec quid sibi velint, nemo facile dixerit.* [3]) *Haec spectare ad L.* 33. *D. de iure dot.* (23, 3), *Kr. animadvertit. Eius vero inscriptioni Florentinae 'Ulp. lib. sexto ad Sab.' iam Cuiacius inseruit* trigesimo (sexto). [4]) πάντα τὰ τὰρ *Apogr. quod correxit Zach. fortasse rectius* τὰ ῥ[η]τὰ *Kr.*

[τοῖς] | εἶπον ἄνω βι(βλίῳ) λε' τί(τλῳ) β' κ(αὶ) γ'. ὁμοίως κ(αὶ) ὁ Paul(os) βι(βλίῳ) ζ' τῶν ad [S]ab[inum] τί(τλῳ) λγ'. ἐκεῖ πλατέως φ(ησὶ) περὶ τῆς | ἀμβλωσάσης γυναικὸς, ὅτι ἡ ἄκοντος τοῦ ἀνδρὸς ἀμβλώσασα[1] ζημιοῦται ἕκτῃ | τῆς προικὸς ὡς τεκοῦσα, ὥσπερ καὶ ὧδε[2] φησ[ί].

(tractata) dixi supra in libro 35. titulo 2. et 3. Similiter et Paulus libro 7. ad Sabinum titulo 33. ibi late ait de muliere, quae abortum fecit, quod quae invito viro fecit, punitur sexta dotis, quasi pepererit, sicut et hic ait.

13. (15 Dar. 4 Zach.)

Ὁ Ulp[ιανός][3]

Sab. Volenti: ἐν τῷ παρόντι ιδ' κεφ(αλαίῳ) διδάσκει περὶ τῆς ἐν συνεστῶτι τῷ γάμῳ κ(ατα)βλη|θείσης προικὸς ἢ καὶ μειωθείσης, κ(αὶ) σημ(είωσαι), ὅτι | ὃν τρόπον γίνεται προικὸς αὔξησις ἐν | [συ]νεστῶτι τῷ γάμῳ, οὕτως καὶ μ[εί]ωσ[ις προι|κὸς] ἐν συνεστῶτι τῷ γάμῳ προβαί[νει] |. [ὡς τ]οῦτό σοι ἐσημειωσάμην ἐν τῇ λβ' παραγραφῇ | τοῦ de i(n) i(nte)g(rum) r(estitutione) τῶν α' Ulp[iani], ὅπου ἡ ἀφῆλιξ γυ|νὴ ἀποκαθίσταται, εἰ ναυαγήσῃ[4] τὴν | προῖκα. τὸ αὐτό φ(ησι) κ(αὶ) ὁ Flor(entinus) βι(βλίῳ) γ' τῶν inst(itutionum)[5] αὐ|τοῦ περὶ τὰ τέλη τοῦ βι(βλίου) πρὸ ε' φ(ύλλων) τοῦ τέλους | ῥήμασιν τούτοις· ut increm(en)t(um)

Ulpianus. . .

SAB. Volenti. In praesenti 14. capite docet de dote constante matrimonio soluta vel etiam deminuta, et notandum, quemadmodum fit dotis augmentum matrimonio constante, ita etiam deminutionem dotis constante matrimonio procedere. ut hoc tibi notavi etiam in 32. paragrapho tituli de in integrum restitutione τῶν πρώτων *Ulpiani, ubi minor mulier restituitur, si damnum in dote passa est. Idem ait et Florentinus libro 3. institutionum eius circa finem libri 5 foliis a fine*

---

1) *in quo simul culpa erat et nasci prohibitus odio mulieris habebatur pro nato.* 2) *is, ad quem commentatur, Ulpianus.* 3) ouäp: *Zach. Kr.* 4) νασμικ*νη *Apogr. et Kr. sine sensu.* pac[to] μειώσῃ *Zach. aperte contra apogr. nec* μικρύνει *in nulla fere littera simile satisfacit, maxime cum praeteritum desideretur. Scripsi igitur* ναυαγήσῃ, *quod et de quovis damno dicitur.* 5) *Cf. L.* 24 *D. de pact. dot.* (23, 4) *Zach.*

dotis prosit | et deminutio noceat. συνᾴδει τούτοις καὶ | ὁ Mod(estinus) βι(βλίῳ) α′ reg(ularum) αὐτοῦ πρὸ ιζ′ reg(ulas), τοῦ τέλους | τοῦ βι(βλίου) ἐν reg(ula), οὗ[1] ἡ ἀρχή· Dotis c(um)[2] divor[t]io | [s]empe[r] esse. κ(αὶ) ὁ Paul(os) β(ιβλίῳ) ε′ τῶν ad S[a]bi[num] αὐτοῦ.

verbis his: 'Ut incrementum dotis prosit et deminutio noceat'. Consentit his etiam Modestinus libro 1. *regularum eius ante* 17 *regulas a fine libri in regula, cuius initium: 'Dotis cum divortio semper esse'* (*repetitionem?*). *et Paulus libro* 5. *eius ad Sabinum.*

14. (15 Dar. bis. 18 Zach.)

διάτ(αξις) ἐσ[τί], φησί, τῶν ἀδελφῶν[3] λέγουσα, τῷ ἀπ[όν]|τι [μὴ ἔχοντι][4] μήτ[ε] διὰ p(ro)cur(aturos) δίδοσθαι ἐπίτροπον ἀπ' ἔθου[ς] | ἢ νόμου. σημ(είωσαι·) ταύτης μέμνηται τῆς διατ(άξεως) [μετὰ] | β′ φ(ύλλα)[5] πάλιν.

constitutio est, inquit, fratrum, quae dicit, absenti non habenti nec per procuratorem dari tutorem more vel lege. notandum: huius constitutionis post 2 *folia rursus meminit.*

in pano.[6] ἡ [σ]ύντομος διάγνωσις κ(αὶ) ἐξ ἐπιπ[έ]|δου γίνεται ὡς ἡ τῶν ἐπιτρόπων. διὰ τοῦτο κ(αὶ) | ἡ τοῦ in loc(um) absentis διδομέ(νου) ἐπιτρό(που) [δ]ιάγν[ω]|σις εὐ[θὺς ἐξ ἐπιπ]έδου γυμνάζεται κ(αὶ) εἰ μ[ὴ] | παρ[εί]η.

de plano] *brevis cognitio etiam de plano fit velut de tutoribus. propterea etiam cognitio de tutore in absentis locum dando confestim de plano exercetur, etiamsi praesens non sit.*

[i]nsulas. τῆς Italiας, [εἶ]ναι δοκοῦσιν κ(αὶ) α[ἱ] | νῆσοι τῆς Italiας. οὐκοῦν ὁ τῆς [I]ta[li]ας ἐξορισθεὶς εἴρ[γ]εται κ(αὶ) τῶν νήσων [αὐ]τῆς.[7]

insulas] *Italiae esse videntur etiam insulae Italiae; igitur ex Italia relegatus arcetur etiam insulis eius.*

---

1) *puta* κανόνος. 2) *Nota an hoc significet, Kr. dubitat.* 3) *Eiusdem meminit L.* 10. *D. de tut. dat.* (26, 5) *Dar.* 4) *Supplevit Dar.* ἀνήβῳ *Zach.* 5) *Supplevit Zach.* φ(ύλλων) *Kr. errore.* 6) *errore pro* de plano *Zach. Kr.* 7) *Cf. L.* 9. *D. de iudic.* (5, 1). *L.* 7. §. 17. *D. de interd. et rel.* (48, 22). *Sed hic*

[u]bicumque. ὁ ἀνθύ[π]ατος ὁπουδήποτε ὢν |[1] [τουτ]έ(στι) κ(αὶ) ἐ[ν ἄλ]λῃ ἐπαρχίᾳ, ἧς οὐ[κ ἄρ]χει, [διδό|ναι δύναται·] οὕτω κ(αὶ) ὁ [ὕ]πατος. ὁ δὲ prae(tor) ἐ[ν] |

Ubicumque] proconsul ubicunque sit, id est etiam in provincia, cui non praeest, dare potest. ita etiam consul; praetor autem in ——

15. (10 Dar. 16 Zach.)

in tute[lis.[2] Sa]b. ἐν τῷ πα[ρόντι τίτλῳ δια|λέ]γεται περὶ t(esta)m(en)tarίων ἐπιτρ(όπων), κ(αὶ)[3] ὅτι ὁ δ[ε|δωκὼ]ς[4] π[α]ισὶν ἐπίτρο(πον) ἔδοξεν δεδωκέναι κ(αὶ) | [το]ῖς p(os)tumois τὸν αὐτὸν ἐπίτρο(πον).
** det.[5] Sab. τῇ τῶν παίδων προσηγορίᾳ [κ(αὶ | ο]ἱ ἔγγονοι περιέχονται, οὐκέτι δὲ τῇ τῶ[ν] | [υἱ]ῶν. διὰ τοῦτο ὁ δεδωκὼς τοῖς παισὶν ἐ|[πί]τρο(πον) ἔδοξεν αὐτὸν καὶ τοῖς ἐγγόνοις δεδωκέναι.

in tutelis] SAB. in praesenti titulo disseritur de testamentariis tutoribus et quod is, qui dedit liberis tutorem, videtur dedisse etiam postumis eundem tutorem.
SAB. . . liberorum appellatione nepotes comprehenduntur, non vero filiorum. Ob id qui dedit liberis tutorem videtur eum etiam nepotibus dedisse.

16. (2 Dar. 14 Zach.)

εἶπεν[6] ἐν τῷ de tutelis αὐτοῦ α′ β(ιβλίῳ),[7] ὡς ὅ|που[8] τις τοῦ

. . . dixit in eius de tutelis primo libro velut ubi

---

poterat quaeri, an in insulis Italiae absens tutor ab Italia abesse videretur. [1]) *Cf. L.* 1. *L.* 2 *pr. D. de offic. proc.* (1, 16).
[2]) *Sic incipit quidem (sequente voce* testamentariis) *L.* 8. §. 1. *D. de testam. tut.* (26, 2) *ex Ulp. lib.* 36. *ad Sab. sed non videtur idem locus esse secundum ea, quae hic et illic sequuntur.* [3]) *καὶ fortasse rectius non habet Zach.* [4]) *δ[ι|δοὺ]ς suppl. Zach. et Kr.* [5]) *Sic apogr. Unde* [vi]det(ur) *Zach.* [Qui]d si *Kr., ut sint verba initialia L.* 6. *D. de testam. tut.* (26, 2). *Sed huic inscriptus est lib.* 39. *ad Sab. nec vitii iusta suspicio.* [6]) *Probabiliter Gaius; cf. eius Inst.* 1, 188. *Dar. Nisi in edicti praetoris urbani interpretatione, cuius libri etiam separatim allegantur.* [7]) *Sed fortasse hoc interpretandum μονοβ(ίβλῳ) Zach. Kr.* [8]) *Sic Kr. ὡσὰ[ν εἴ]|που Zach.* = velut, sicubi.

οἰκείου ἀδελφοῦ ἀπογραφ[έν]|τος εἰς τὰς Latinas colonias *ἐπιτροπεύ|ει ἀνήβου ὄντος.*[1] *πάρελθε ἕως τοῦ [τέ]|λους τοῦ κ[ε]φα(λαίου) (καὶ) τὸ δ′ κ(αὶ) ε′ κεφά[λαιον], εὑρήσεις [δὲ] | τοῦτο ἐν τῷ ε′ κεφα(λαίῳ) ὡς μετὰ ρ′ ἔπη ἀπὸ τ[οῦ τέλους]:*

n(am) et **co q(ui)[2] a furioso emit[3] *ὁ παρὰ μαιν[ομένου] | ἀγοράσας δύναται* u(su)c(apere). Sa[b.] *πάρελθε ν′ | ἔπη ἕως το[ῦ] |* 'et quidem cum res venit':[4] *οὐκ ἄλλως γίνεται δε[σ]|πότης ὁ ἀγοραστής.*

quis fratris sui impuberis in Latinas colonias conscripti tutor est. Praeteri usque ad finem capitis et 4. et 5. caput: invenies autem hoc in 5. capite post verba circiter 100 *a fine:*

Nam et cum qui a furioso] qui a furioso emit potest usucapere. SAB. praeteri 50 *verba usque ad: 'et quidem cum res venit'. non aliter dominus fit emtor.*

17. (14 Dar. 15 Zach.)

(Post versus quattuor, qui legi non potuerunt:)

[5]N(am) Latinus e lege Atilia tutor dari n(on) p(otest).[6] | *ὅτι Λατῖνος οὐ δίδοται Ἀτιλιανὸς ἐπί(τροπος).*

Nam Latinus e lege Atilia tutor dari non potest] quod (est) Latinus non

---

1) *Notandum est, non descriptum sed profectum demum in Latinam coloniam maiorem cap. deminutionem passum esse, qua tutela civis Rom. in eo peribat. Ceterum in obscuro est, qua haec pertinuerint.* 2) COϙ *Apogr. Zach.* — — coq́ *Kr. exspectas fere:* qui b(ona) f(ide) quid. *Cf. L.* 13. §. 1. *D. de usurp.* (41, 3). *L.* 2. §. 16. *D. pro emt.* (41, 4). *Sed b. f. mentio etiam in fine v.* 7 *perisse potest.* 3) emit *scripsi pro ιοτι in apogr. primo ι apud Zach. duobus punctis superpositis, quibus hic et alias (cf. Zach. p.* 642) *fortasse littera expuncta significabatur.* ὅτι *Zach. et Kr.* 4) *Puto, haec verba respexisse eo, quod iam tum, cum res veniret, oportet bonam fidem adesse (cf. libr. meum de Public. actione p.* 60 *seq.) et vereor, ne quaedam h. l. sint luxata. De re cf. L.* 2. §. 16. *D. pro empt.* (41, 4). *L.* 13. §. 1. *D. de usurp.* (41, 3). *Neuter tamen locus noster est.* 5) *Hoc fragm. spectare Ulp. lib.* 37., *non* 36. *ad Sab., ex ipsius verbis* 17, 7. 10 *evincitur, ubi apographi verba* τοῦ ἑξῆς λη′ β(ιβλίου) *Kr. errore vertit* sequentis XXXIX libri. 6) *Quod addunt non adstipulante apogr. Zach. et Kr.* σημ. *eo potest carere. cf.* 16, 7.

ὡς] | ἐν τῷ τέλει τοῦ ἑξῆς λη´ β(ιβλίου) τοῦτό σοι ἐδ(ίδαξα). |

datur Atilianus tutor, ut in fine proxime sequentis 38. libri. hoc te docui.

Ὁ κ(ατὰ) inq(ui)sitiona δοθεὶς ἐπίτροπος κἂν π[ά]θῃ [capitis deminuti]|ona μένει ἐπίτρο(πος). πάρελθε ι´ ἔπη ἕως | 'ali[i]s(quo)q(ue) modis':[1] ἡ αἰχμαλωσία τῶν ἐπιτρόπων | ἢ καὶ τῶν ἐπιτροπευομένων λύει τὴν ἐπι|τροπήν, ὁμοίως δὲ κ(αὶ) ὁ προσκ(αί)ρως δοθείς.

Ex inquisitione datus tutor etiamsi patiatur capitis deminutionem, manet tutor. Praeteri 10 *verba usque ad 'aliis quoque modis': captivitas tutorum vel etiam eorum, qui sub tutela sunt, solvit tutelam; similiter vero etiam ad tempus datus.*

18. (14 Dar. 17 Zach.)

—— p. οὐκ ἔστιν —— | [ἐ]πιτρ[οπ. .] [Ἀτιλ]ιανὸς [ἐ]πίτρ(οπος) οὔτε ἀφ[ίστα|σ]θαι δύναται οὔτε in iure cedere [ἑτ]έ[ρῳ].[2] | πά]ρελθε κε´ ἔπη ἕως τοῦ |

[Tu]telam ***[3] ὁ ὑπεξ(ούσι)ος ὡς μὴ ὢν legis[4] | δεκτικὸς οὐ δύναται [in iu]re [c]edere | ἑτέρῳ τὴν ἐπιτροπήν. capax. ὥσ[τε οὖν][5] | ὁ ὑπεξ(ούσι)[ος] ἐπί-

. . . non est — Atilianus tutor neque abdicare potest neque in iure cedere alii. praeteri 25 *verba usque ad — tutelam. — Filius familias ut qui legis capax non est, non potest in iure cedere alii tutelam. capax: ut igitur filius familias tutor non*

---

1) *Sunt verba initialia L.* 14. §. 2. *D. de tut.* (26, 1) *cui inscriptum est Ulp. ad Sab. lib.* 37. *Zach.* 2) ἑτέρῳ *scripsi* ι *initio expuncto ut v.* 7. *Omittunt edd.* 3) *Suspicor hic* legitimam *per insolitam notam, ut multa alia in his foliis scriptum.* 4) *Excidisse putat* actionis *Zach. et ita adeo vertit Kr.: quo admisso vereor, ne sensus depravetur et error inducatur. Lex est XII tab., unde descendit legitima tutela; quae lex cum vocet proximum agnatum vel patronum, qui neuter filius fam. unquam esse potest, hic legis huius non est* δεκτικὸς *et ob id eam tutelam, quae sola cedi potest, quia non habere, nec in iure cedere nequit. Cf. pr. I. qui dari* (1, 14) *L.* 7. *pr. D. de cap. min.* (4, 5), *ubi, ut dudum defendi, cum Hal. legendum* non deferuntur, *quod h. l. nunc mirifice confirmatur. Gai.* 2, 96 *tantum docet, personis alieni iuris nihil in iure cedi posse.* 5) *Sic recte Zach., quamquam totum locum non intellexit.*

τϱ(οπος) οὐκ ἢ τὴν t(esta)m(en)tarian ἔχ[ε]ι ἐπι|τϱ(οπήν).[1]

[Le]gitimos οὐ δύναται legitimo ἄλλ[ῳ in] | [iu]re cede[re] τὴν ἐπιτϱ(οπὴν), οὐ γὰϱ οἷόν τε [τὸν] | [α]ὐτὸν κ(αὶ) legitimon εἶναι κ(αὶ) cessicion.

(Sequuntur versus deleticii.)

nisi testamentariam habeat tutelam.

Legitimus non potest legitimo alii in iure cedere tutelam, neque enim consentaneum est, eundem et legitimum esse et cessicium.

19. (14 Dar. 19 Zach.)

vica]r.[2] Sab. παϱακατιὼν ὁ [Ul]p(ianos) ἐ[ν τῷ παϱ|όντι τί(τλῳ) κ(αὶ) κ][3]εφ(αλαίῳ) τὸ πλέον φ(ησὶ), ὅ[τι] κ(αὶ) ὁ το[π]οτη|ϱητὴς τῶν στ]ϱατηγῶν δίδωσιν ἐπ[ίτ]ϱ(οπον). ε[ἰ δὲ | θέλ]εις εἰ[δ]έναι τὰ πεϱὶ τῶν το[π]ο[τηϱούντων το]ῖς ἄϱχουσιν, ἀνάγ(νωθι) Θεοδ[οσιανοῦ κ(ώδικος) β(ιβλίου) * τ(ίτλου) * * τὴν * * | διάτ(αξιν) κ(αὶ)][4] τὴν ϱκϛ′ διάτ(αξιν) κειμ(ένην) μετὰ τὸν νόμ[ον] [ἐπαϱ[5]|χικόν]. ἐξ ἑτέϱων

vicar. *SAB. infra Ulpianus in hoc titulo et capite plus dicit, etiam vicarium praesidum dare tutorem; si vero vis scire, quae pertinent ad vicarios iudicum, lege Theodosiani codicis libri * tituli *; constitutionem * * et* 126. *constitutionem, quae posita est post legem provincialem. Ex aliis docui late, quid possint facere*

[1]) *οὐκ etc. nisi mavis οὐχὶ ἢ* t(est) *etc. ουετει* tmtuanε | *τϱ Apogr., ex quo Zach. fecit: οὐ[κ] αἰτεῖ* (vel *οὐκ ἐστὶ*) *τῷ* emanc[ipa]|to. *Kr. sensu non quaesito: ουετει* t(esta)m(en)tarian *ἐ[πι]|-τϱ(οπήν). Ulpianum puta in loco* capax *etc. plene dixisse filium fam. nec legitimae nec plerumque vel certe sine inquisitione dativae tutelae (et huius quidem, quod rem non habeat) capacem esse. Cf. L.* 7 *cit.* [2]) *Sic Zach. ut puto, recte. Non de vicariis viris spectabilibus sermo est, sed de iis, quos spectat v. gr. tit. C. de offic. eius, qui vicem alicuius iud. obtinet* (1, 50). *L.* 9. *Th. C. de offic. praef. praet.* (1, 5). *Nov.* 17. *c.* 10. [3]) *ἐν τῷ etc. Supplevi.* [4]) *Θεοδ. etc. Item supplevi praeter numeros. Littera κ ante Θεοδ. secundum Zach. perducta, opinor, ideo, quod de more ea post hoc nomen proprium ponenda fuerit. Ceterum haec constitutio videtur esse L.* 2. *C. de offic. eius cet., quae in Th. C. nunc deest. Editores locum ita acceperunt, ut una tantum Th. C. constitutio* 126 *allegata fuerit; mire, sane hoc numero et hoc modo.* [5]) *Pro νεμ apographi, quod post τὸν nihili est, scripsi νόμ[ον], ut similis nisi eadem lex vel collectio cum accessionibus intellegenda videa-*

ἐδίδαξα πλατέω[ς, τί δύ|νανται] *vicarii*, —— *ποιεῖν οἱ τοποτηροῦντες*, ——

20. (6 Dar. 20 Zach.)[1]

—— | —— | — *δύνανται κ(αὶ)* excusa[ti]on[a]s | *δοκιμάζειν κ(αὶ)* potioras. | *[Ἄλ]λος* Titiu *νόμου τ(ίτλος)*[2] *ἦν, τὸν ὄρφανον δι' ἑαυ|τοῦ α[ἰ]τ[εῖ]ν ἐπίτ[ρο-πον], [ὅπου]*[3] *δύναται* Latino *ἐπιτρο|πεύσιμος*[4] *εἶν[αι], [ἀλλ' οὐ]*[5] *δύναται, [ὀπ]ότε ἄλλος* | *α[ἰτήσῃ] αὐτῷ. ἕτερόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ Ἀτιλια[νοῦ].*

— *qui dant* — *possunt etiam excusationes examinare et potiores. Alius Titiae legis titulus erat, pupillum per semet ipsum petere tutorem, ubi potest in Latini tutela esse, sed non potest, quando alius ei petierit. aliud est in Atiliano.*

---

tur, atque municipalis (L. 1. *C. de serv. reip.* (7, 9) *Nov.* 17. *praef. tit. D.* 50, 1) *et hic quidem 'lex illa annua' edicti iamdudum etiam in provinciis perpetui et quatenus provincias magis quam ius civile spectabat, etiam imperatorum magis (inde Ἀδριανόν) quam praetorum erat, ut posteriori aevo potissimum etiam mandata principum ad praefectos praetorio missa eo pertinerent; nam et L.* 2. *C. cit. non proprie constitutio est, sed teste inscriptione mandatorum pars. Eam ob causam sequentem hiatum coniiciendo explevi ἐπαρ|χικόν.* [1]) *Pleraeque sub hoc numero in apogr. relatae litterae ipso Bernard. teste incertae sunt. Enotatae ab eo initio v. primi tantum sex, tertii fere octo, sed et omnes v. secundi (ubi post οι apographi Zach. et Kr. habent vocem διδόασιν ita sensu omni carent, ut omittere eas satius duxerim. Suspicor tamen, v.* 2 *ante voces οἳ διδόασιν fuisse* t[esta]m[en]tariam *et post eas: ἐκτ[ὸς κ(ατὰ)* in]|q(uisitiona?) dativ(um). [2]) *i. e. rubrica.* [3]) *Pro hoc [ὅτι] Zach.* [civis Romanus] *Kr. suppl.* [4]) *Zach. et Kr. vertunt:* potest Latino tutor esse. *Sed verba in -σιμος vel -ιμος formata pleraque habent passivam significationem, quae non inest tutori, sed ei, qui a tutore regitur. Praeterea non mirum, si lex in re merae fidei tantum ipsi pupillo petenti hoc indulsit: quem civem Rom. esse in lege Romana ultro intellegitur. Postea Zach. pro ἐπιτροπεύσιμος, quae vox Graeca non sit (sed tamen ἀναλόγως est recte ficta denotans eum, qui τοῦ ἐπιτροπεύεσθαι ab aliquo capax sit), tentavit ἐπίτρ. | λεγίτιμος. Nec vero, etsi antea scribas οὐ δύναται, lex (Titia) potest videri praecepisse, ut quis legitimus (i. e. ex XII tab.) tutor sit vel non sit.* [5]) *Pro nostro [ἀλλ' οὐ], ubi etiam fuisse potest οὐ γὰρ vel simile, καὶ ὅτι Zach. — Kr., pro nostro α[ἰτήσῃ] α[ἰτεῖν] Zach. — Kr. et ante hoc uterque [π]οτε pro [ὀπ]ότε. De re cf. supra* 17 *init. Fr. Vat.* 172.

[722]

VETERIS CVIVSDAM IVRECONSVLTI
CONSVLTATIO.

Opusculum, quod hoc titulo nunc vulgo inscribitur, Iac. Cuiacius ex apographo codicis Antonii Loiselli circa a. 1563. ei communicato in fronte suarum Consultationum primus publici iuris fecit, et quidem, ut plerique nunc cum Puggaeo credunt, in operum suorum editione, quae Parisiis a. 1577. prodiit. Hoc vero exemplar, cum tam apographum quam ipse codex iam diu in oblivionem venerint, codicis numero nobis nunc habendum est. Neque ei dignitate aequandae sunt aliae huius Consultationis editiones, quae paucis licet annis post ab ipso Cuiacio vel ab aliis curatae sunt. Quamquam enim variantes lectiones non paucas continent, eae tamen eiusmodi sunt, ut magis coniecturae vel typographi errori, quam iteratae apographi vel ipsius codicis collationi deberi videantur. Sola Parisina Theodosiani Codicis etc. editio, quae a. 1586. prodiit, excipienda est: certe haec habet singularia nonnulla, quae nisi ex codice unde profecta sint, vix dicas. Omnium alicuius ponderis editionum discrepantes lectiones, in his etiam recentiorum Schultingianae (in iurispr. vet. anteiust.) et Bienerianae (in Hugonis iure civ. anteiust.) is, qui Consultationem adhuc diligentissime edidit, E. Puggaeus in corp. iur. Rom. anteiustin. p. 389 seq. accurate enotavit: quamobrem nobis hanc sequi editionem et ea tantum, quae in eius textu mutavimus, in notis indicare visum est. Leviora tamen quaedam supplementa in textu tantum distinxi. Denique c. VII. in duo, ut oportebat, distribui et omnia singula capita, quo facilius quaeque allegari et inveniri possent, in minusculas partes divisi, Arabicis numeris insignitas.

De incerto huius opusculi auctore, eius aetate et patria et ipsius scriptionis ratione post G. E. Heimbachium (Repert. Lips. 1843. p. 154 seq. 1845. p. 431.) aliosque Rudorfius peculiari commentario disputavit (Zeitschr. f. gesch. RW. XIII. p. 50 seq.). Qui cum ex verbis c. 6. *aliqua sibi principali rescripto aut praeceptione fuisse concessa . . . . principem ea semper uelle concedere, quae legibus rationique conueniunt* col-

53*

ligit, tum cum auctor scriberet, imperatorem Rom. fuisse, non cogitavit, eodem iure ex similibus Leg. Rom. Burg. dictionibus velut tit. IV. VII. XXXIII. effici posse, eam stante imperio confectam esse.[1] Nec fortius eius argumentum est ex c. 7, 3. petitum,[2] quo probat vivis Valentiniano III. et Theodosio II. auctorem scripsisse, modo recte illum locum intellexeris, qua de re ibi diximus in nota. Quod vero c. 5. imperatoris Zenonis constitutio de plus petentibus emissa ignoratur, omnino nihil ad rem facit (licet id existimaverit Wieding. d. Libellprocess p. 137); post Marcianum enim et Leonem nullae amplius orientalium imperatorum constitutiones in occidente promulgatae sunt. Mihi quidem certum est, exstincto demum imperio sub finem saeculi quinti haec scripta esse, ut sub 'summae potestatis' appellatione c. 7. et qui 'princeps' dicitur c. 6. et 7. rex aliquis lateat, imperatoris Romani tum vicem obtinens. Hoc demonstrant complures iudices loco unius, quorum sententia lis finitur secundum c. 7.; qui cum stante imperio (exceptis criminalibus causis L. 12. Th. C. de iurisd. 2, 1. L. 13. Th. C. de accus. 9, 1. Cassiod. Var. 4, 23.) ignorarentur, postea v. gr. in causa Gothi et Romani duo semper iudicabant ex Cassiod. Var. 7, 3. coll. Bethmann-Hollweg Civilproc. d. gem. Rechts IV. p. 162. Eiusdemque aevi est, quod secundum c. 5. et 6. lites non denuntiatione, quippe (certe si nomen spectas) usu iam abrogata, sed per actionis manu actoris subscriptae editionem moventur perinde atque Lege Rom. Burg. tit. XI. praescriptum est, et similiter Visigothi 'denuntiationem' ignorant. Vid. Bethmann-Hollweg, Gerichtsverf. u. Process p. 252 seq. Convenit etiam, quod Lege 8. Th. C. de pact. et transact. (2, 9) de eo praescriptum, qui, quae Dei nomine invocato promisit, non servaverit, c. 1. pariter ac L. Rom. Burg. tit. XXXVIII. ad omne pactum translatum legitur. Sed et singulae dictiones eandem sententiam videntur confirmare, velut *sicut est legum* ex recta lectione in c. 3, 2. pro 'legibus convenit' coll. L. Rom. Burg. tit. VIII. XXXIII.; *satisdator* c. 3, 1. pro fideiussore coll. Interpr. ad Paul. S. R. 1, 11. §§. 1. 2.; *iuris formulae* c. 7, 8. pro sententiis ex libris iuris recitatis coll. Commonit. Brev. Alaric.; *in Dei nomine* initio c. 4. et 5., qualiter etiam incipit altera Praef. L. Burg.; *sub hac uoce* c. 2, 1. pro iuris titulo vel allegatione (cf. Ducange s. v.); *hospitia* ibid. pro aedificiis ad principalem villam pertinentibus, quae scilicet barbaris militibus hospitalitatis iure cum agri parte cedi solita erant; *carthola* pro scriptura vel tabulis, *summus pon-* [723]

---

[1]) Idem dicendum est de 'principe' in Lege Rom. Visigothorum, de quo, si placet, vid. Savigny Gesch. d. Röm. R. im M. I. p. 430.
[2]) Quae etiam Mommseni sententia est ad Ulp. ed. Boecking. 4. p. 118.

[724] *tificatus* pro episcopatu, *legatum dimissum* 6, 12. et multa similia. Attamen nec post id, quod diximus, tempus auctorem scripsisse, illud argumento est, quod Legis Rom. nec Burgundionum, nec, quam paullo post editam puto, Visigothorum mentionem fecit, et ex integris Paulli sententiarum et trium Codicum libris auctoritates citavit, quod certe in Visigothorum regno post emissam L. Romanam, ut ex Commonit. patet, non licebat. At, inquis, fortasse non in Gallia vel Burgundia, sed in Italia vixit. Hoc tamen eo prohibemur credere, quod c. 7, 8. acta confici iubentur *sub praesentia electarum personarum, defensore quoque adhibito*, nulla 'magistratus' mentione habita, qui in Italia omitti non poterat. Vid. Savigny l. c. I. p. 91. 111 seq. Sed ob eundem locum[1] neque in Visigothorum regno Consultationem scriptam esse puto, quorum Interpretatio, ut Savigny l. c. p. 306 seq. docuit, in gestis conficiendis ubique 'curiam et iudicem' desiderare solet, sed potius in Burgundionum; eorum enim lex Romana, quacum Consultatio, ut iam ex superioribus apparet, etiam in aliis multis partibus mirifice consentit, tit. XXII. et XXXVI. itidem 'defensoris' personam exigit. Et quod consulit auctor c. 7, 9. de appellatione iudicum iudicare differentium, plane respondet Sigismundi regis praecepto in praefat. Leg. Burg. 2, 10. Eidemque regno Consultationem assignat, quod c. 7, 2. dicitur, principi etiam rebus iudicatis contra iudices iudicare licere; hoc enim ius L. Rom. Burg. tit. XXXIII. coll. Lege Burg. praef. 2, 5. 8—10. et aliquatenus iure Iustinianeo L. 45. §. 1. D. de re iudic. (42, 1) L. 27. D. de poenis (48, 19), nec vero, quod sciam, a Visigothis receptum est. Itaque iam et duorum iudicum numerus, qui c. 7, 7. dicitur legalis et intelligitur c. 3, 2. 3. et c. 5, 3., eo spectare mihi videtur, quod cum in quavis Burgundionum civitate duo iudices a rege deputati essent, comes Burgundio et alter Romanus, Sigismundus rex l. c. 'nullam causam absente altero iudice vel Romanum comitem vel Burgundionem iudicare' vult. Accedit non minimi ponderis argumentum, quod Consultatio pariter atque Lex Rom. Burg. eaque sola ex istius temporis legibus tantummodo Paulli sententiarum et trium Codicum auctoritatibus utitur.[2] Denique iam mirum non est, quod Ivo epi-

[1]) Accedit, quod ubique quidem, excepta tantum farragine illa lectionum in cap. IX., distinguuntur ex Paulo vel corporibus Gregogoriano et Hermogeniano et ex Theodosiano allegatae auctoritates, utraeque tamen legis nomine, non ut in Visigothorum regno usu veniebat, priores ad ius, posteriores ad leges referuntur. [2]) Scio quidem, etiam Gaium in L. Rom. Burg. aliquoties laudari; sed id tam inepte fit, ut ex eo aliquid sumptum esse dici nequeat et laudationes illae glossis deberi videantur, quae post alieno loco in textum irrepserint.

scopus Carnutinus seculo XI. vel XII. Consultatione velut fonte iuris usus est (Savigny l. c. II. p. 311. not. f.); Burgundiae enim regnum cum postea Francorum dominationi cessisset, facile Consultatio in hanc vicinam Francorum [725] civitatem pervenire potuit. Tantum de aetate et patria scriptoris.

De ratione libelli haec habeto. Causidicus, ut Rudorfius l. c. recte statuit, in causis quibusdam, quas agebat, antiquo more ICtum aliquem (rectius dixisset ICtos aliquos), in illa regione celebrem, singulis propositis quaestionibus consuluerat, ad quas is hoc scripto ita respondet, ut tum omnino quaerentem de quavis re instituat sententiamque suam etiam oratorie exornet, unde et hac parte ICtos tum causidicorum imbecillitati subvenisse apparet, tum maxime 'lectionibus' ad rem pertinentibus ex libris iuris petitis, quibus in causa dicenda utatur, instruat. Unde intellegitur, hanc non tam consultationem esse, quam ad consultationem responsum. Nec tamen peccavit Cuiacius, cum consultationem eam inscriberet; ipse enim auctor c. 7[a]. init. etiam ipsum responsum, quo consultanti consulebat, ex istius aevi Latinitate consultationem appellavit. Sane magis proprio titulo inscriberetur 'tractatus', quo vocabulo certe Ulpianus L. 1. §. 11. D. de extraord. cogn. (50, 13) de hac re utitur, quodque etiam postea in usu mansisse, ostendit non modo Ammian. 28, 4. §. 26., sed etiam ipse noster ICtus solenni illo 'quid debeat tractari' init. c. 4. 5. 6. Vide de hac voce Valesium ad Ammian. l. c. et Schulting. ad Paul. p. 217. Ceterum tres ipsa re distinctas partes opusculi esse c. 1—3., c. 4—6. et c. 7—8., quibus c. 9. tanquam auctarium auctoritatum accedit, easque ad diversos auctores videri referendas esse, iam G. E. Heimbachius in Repert. Lips. 1843. p. 154 seq. observavit. Itaque auctores opusculi caput regni, hoc est Arelate, tenuisse ibique quasi collegio quodam sociatos iuris scholam habuisse et oracula consulentibus dedisse suspicari licet.

I. 1. Consuluisti me, utrum inter fratrem et sororem habita de rebus diuidendis pactio uirtutem aliquam possit retinere: quam tamen pactionem dicis mulierem illam metu mariti et imperio subscripsisse et ignorasse, quae uel quales condiciones ipsi pactioni fuissent inditae uel insertae. **2.** Ergo si ita est, quemadmodum tua consultatione significas, pactum huiusmodi iure dissoluitur, nec stare poterit, quia legum beneficiis omnimodis impugnatur. **3.** 'Primoreque iuxta id, quod

proposuisti, capite[1] inuiti pactio et metu coacti ipsis legibus
726] de pactis clamantibus apertissime infirmatur: nam manifeste constitutum est, ne quispiam pacisci cogatur inuitus. **4.** Dein textus 'memoratarum[2] legum 'si[3] continet:

quas libero arbitrio et uoluntate confecit:

quis erit tam destitutus sapientia et uacuus intellectu, ut dicat, illam pactionem fortem et firmam esse debere, quam mulier metu coacta mariti subscripsit imperio, ac si liberam uoluntatem et proprium arbitrium non intelligitur habuisse?[4] **5.** Ac per hoc ipso legum capite, sicut iam supra dictum est, tale pactum nullius iudicatur esse momenti, quantum leges subter annexae testantur. **6.** Ex corpore Gregoriani lib. II.:[5]

Imp. Seuerus A. Iulio Conserturino. Ea, quae per uim et metum gesta sunt, etiam citra principale auxilium irrita esse debere, iam pridem constitutum est. Accepta kal. Iul. Dextro II. et 'Prisco[6] coss.

7. Item alia ex corpore et libro supradicto:

[7]Imp. Antoninus A. Iuliae Basiliae. Pacta, quae ab inuitis[8] contra leges constitutionesque fiunt, nullam uim habere, indubitati iuris est. et cet. PP. V. kal. Aug. Antonino A. 'IV.[9] et Albino coss.

8. [10]Imp. Alexander A. Dionysio. Ad locum: Pactum, quod mala fide factum est, irritum esse, et cetera. PP. II. id. Sept. Alexandro Aug. cons.

9. Item alia eod. libro et corpore:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Heraclidi. Si non ex mandato uxoris tuae aduersario eius cautionem remisisti, idque euidentibus documentis monstrari potest, quod citra conscientiam uxoris tuae et ea inuita factum est,

---

1) *h. e. ex prima causa, primum.* 2) *Iam in ipsa consultatione; nam adversarius hanc constitutionem* (*L.* 3. *Th. C. de pact. et transact.* 2, 9.) *videtur pro se adlegasse; cf. c.* 1 *fin.* 3) sic *edd., ut voce* Quis *nova periodus incipiat.* 4) *Edd. signum interrog. post* imperio, *hic semicolon ponunt.* 5) *L.* 1. *Lib. II. tit. de his quae vi etc. in Haenelii Greg. C. p.* 9. *Est anni* 196. 6) Crispino *edd.; vid. Haenel.* 7) *L.* 2. *ib. Haen.* = *L.* 6. *C. de pact.* (2, 3). *a.* 213. 8) *Excidisse videtur* aut *vel* uel. 9) *Ex Iust. C.; om. Par.* 77.; VI. *Par.* 86. 10) *Cf. L.* 8 [9]. *C. de pact.* (2, 3). *a.* 226.

carebit effectu. PP. VIII. id. Sept. Diocletiano 'IV.[1] et Maximiano III. coss.[2] [727]

10. Item alia eodem libro et corpore:

Impp. Carus et Numerianus AA. Aurelio. Cum fraudis studio transactionem interpositam esse dicas, quod inter uos gestum est, infirmat iuris auctoritas. et reliqua. PP. VI. idus Decembr. Caro et Carino coss.[3]

11. Ergo si leges seruantur et custodiuntur principum statuta, pactionem, de qua locuti sumus, manifestissimum est nullas uires habere. **12.** '*Et*iam[4] hoc loco Theodosiani legem de pactis pro hoc credidi inserendam, quia initium ipsius constitutionis tale est, 'ut dicas:[5]

Si aduersum pacta uel transactiones, quas libero arbitrio et uoluntate confecit, putauerit esse ueniendum, et poenam reddat, et emolumenta perdat, et infamiam incurrat;

sed ille, qui liberum arbitrium habuit, non ille, qui inuitus fecit et faciendi uoluntatem non habuit.

II. **1.** Secundo loco me consulendum sub hac uoce duxisti, ut diceres, diuisionem in 'castello[6] sic factam a marito mulieris ipsius, ut illa nesciente domus cum membris suis uel hospitiis circumiectis diuisa sit.[7] **2.** 'Sine conscientia uxoris[8] si ea praedictus maritus fecerit nulla aequalitate seruata, nulla compensatione in omnibus custodita, ad haec uerba ex legum constitutione 'respondi,[9] maritum in negotiis uxoris sine mandato non recte aliquid definire: nec posse aliquid firmum et stabile esse, quod sine conscientia uxoris de rebus uxoriis uisus fuerit transegisse; praesertim si doceatur inutilis[10] esse et sine aequalitate uel compensatione ipsa diuisio. **3.** Notum

1) V. *Par.* 86.; *ceterae om.; corr. Pugg.* 2) *a.* 290. 3) *a.* 283. 4) nam *edd.* 5) *Si adversarius eam alleget sc. L.* 3. *Th. C. de pact.* (2, 9). *sed ponenda sunt haec v. ante* sed ille dicat *Par.* 86. *et al.* 6) *i. e. villa vel curia, ut post dixerunt. Cf. Marin. pap. dipl. LXXXIX. anni* 587. '*fundorum Laveriani, Speiani, Ancessani cum castello suo' etc. Item CVII.* — *L.* 34. §. *ult. D. de leg.* 2. *Ceterum de eadem specie agitur iam* I. 1. *proposita.* 7) *Cum Burgundione hospite, ut puto, qui regis beneficio hoc se habere fortasse iniuria dixerat. Cf. Barkow ad L. Rom. Burg. p.* 58. *Savigny Gesch. d. R. R. II. p.* 35. 8) *Edd. haec verba antecedenti periodo attribuunt.* 9) *Malim* responde *aut* respondeo. 10) *i. e. nulla cum utilitate uxoris facta.*

est, quod etiam si mandato uxoris niteretur, et fraudulenta [738] diuisio uel minus aequalis posset ostendi, uacua et inanis 'specialiter[1] remaneret. **4**. Adde, quod sine uxoris conscientia maritus dicitur definisse; qualem poterit (*id*) habere uirtutem? aut quid ualebit, cum primum 'h*ae*c[2] refragari uoluerit? **5**. Sed ne forte dicat(*ur*): 'Amplexa es diuisionem et acquieuisti rebus diuisis', respondendum est legaliter, et pro omni ueritate hoc specialiter habendum, quia etiam inter maiores personas et 'legales,[3] si fraudulenta diuisio facta probetur, legibus rescinditur, et a iudice diuisio ipsa, aestimantibus magnis uiris, ad meliora reducitur, et facta compensatione firmior diuisio constituitur, sicut lex infra scripta euidenti lectione declarat. **6**. Ex corpore Gregor. libro III.:[4]

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aureliae Seuerae. An diuisio, quam iam factam esse proponis, conuelli debeat, rector prouinciae praesente parte diuersa diligenter examinabit: et si fraudibus eam non caruisse perspexerit, quando etiam maioribus in perperam factis diuisionibus soleat subueniri, quod improbum atque inaequaliter factum esse constiterit, in melius reformabit. PP. XVII. kal. Iul. 'ipsis VI. et Constantio III. coss.[5]

7. Item alia eodem libro et corpore:

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aproniae Mammae. Si diuisio inter te et sororem tuam non bona fide facta est, etiam citra principalis restitutionis auxilium, quod etiam maioribus tribui solet, ad aequitatis temperamentum reformari potest, etc. PP. VI. kal. Iul. Maximiano II. et 'Aquilino[6] coss.

III. **1**. Tertio loco uel capite interrogandum me specialius censuisti, utrum contra iudicium iri possit, quod aduersus maritum in causa mulieris prius datum est, eo, quod mandato usus fuerit uxoris suae, et 'in causa ipsa uictus abscesserit,[7] et contra eum iudicium prolatum fuerit. Addi-

---

1) *i. e. certissime vel ex hac speciali causa.* 2) hoc *edd.* 3) *i. e. quae lege de rebus suis constituendi ius habent.* 4) *Cf. L.* 3. *C. comm. utr. iud.* (3, 38) *et Haenel ad Gr. C. p.* 22. 5) *Corruptum. Ex I. C. lege:* ipsis AA. IV. et III. coss. (290). 6) *Ex Schult. cj.* Aquila *edd. Est a.* 286. 7) *h. e. ante sententiam, quum se victum sentiret, discesserit.*

disti etiam, quod mandatum neque gestis legaliter fuerit allegatum, nec satisdatorem dedisset ille ipse procurator ab uxore [729] factus, et sic causam dixisset, 'quam agebat.[1] **2.** Quod si uerum est, illud iudicium dici non potest. Sed nec 'iudices[2] sine uerecundia et turpitudine erunt, qui personam in ipso litis initio non inquisierunt, sicut est 'legum,[3] nec fecerunt, ut satisdatorem daret procurator, quod et consuetudinis est et re uera legaliter obseruatur. ac praeterea si hoc factum non est, nullam personam habuit litigandi. sed nec illi potuerunt in causa proferre iudicium, ubi fuit 'procuratoris[4] ludificatoria, inanis et nulla persona. **3.** Quid potest esse miserius? quid abiectius? quid legibus sic contrarium, ut ingrediatur audientiam, sedentibus iudicibus, ille, qui nullam in se habuit firmitatem, et citra legum solemnia uanas actiones intendat? **4.** Respice leges subter adiectas: tunc intelliges, quod, qui mandato utitur, satisdatorem dare debet. Sed in illo mandato hoc futurum est, ubi aut uerbo mandatur, aut gestis epistola mandati non legitur allegata. **5.** Ergo testimonium legum, sicut iam dictum est, sequentium diligenter 'attendite.[5] Sic agnoscetis, iudicium stare non posse, ubi ad agendum solemnis persona, id est solemniter ordinata, ingressa non fuerit. **6.** Ex Paulli sententiarum lib. I.:[6]

Voluntarius procurator, qui se negotiis alienis offert, rem ratam dominum habiturum cauere debet.

7. Item alia eodem libro et corpore:[7]

Actoris procurator non solum absentem defendere, sed et rem ratam dominum habiturum satisdare cogitur.

8. Item alia eodem libro et corpore:[8]

Petitoris procurator rem ratam dominum habiturum, desiderante aduersario, satisdare cogendus est; quia nemo in re aliena idoneus est sine satisdatione.

9. Item alia eodem libro et corpore:[9]

Si satis non det procurator absentis, actio ei absentis nomine non datur.

---

[1]) *Abest a. Par.* 86. [2]) *i. e. deputati iudices Romanus et Burgundio; vid. Praef.* [3]) *Par.* 86. legitimum *Par.* 77. [4]) *Par.* 86. *om. Par.* 77. *Pugg.* [5]) *Causidicus et eius cliens.* [6]) *I.* 3. §. 3. [7]) *I.* 3. §. 4. [8]) *I.* 3. §. 5. [9]) *I.* 3. §. 6.

[730] **10.** Quid apertius, quam leges supra scriptae declarant, quod nulla actio per procuratorem sine satisdatione intendi potest aut proponi? **11.** Ergo si actio non datur illi procuratori, qui satis non dederit, quomodo poterit dici aut nominari iudicium, ubi '*satisd*ationis[1] uestigium nullatenus inuenitur? Quid testificantur principes per constitutiones innumeras, nisi nulla esse debere iudicia, ubi procurator satisdationem non dederit, '*h*aud[2] rem ratam dominum habiturum, euidentissima sponsione firmarit? Attentus audi, 'quod[3] loquitur lex subter adiecta: tunc intelliges, cadere iudicia, quae sine procuratoris satisdatione fuerint omnino prolata. **12.** Ex corpore Theodosiani lib. II.:[4]

Impp. Valentinianus et Valens AA. Commune negotium et quibusdam absentibus agi potest, si praesentes rem ratam dominum habiturum cauere sint parati, uel si, quod ab his petitur, iudicatum solui satisdatione firmauerint. PP. II. Id. Decembr. diuo Iouiano et Varronio coss.

13. Item eodem libro et titulo:[5]

Impp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Pancratio Pf. P. In principio quaestionis persona inquiri debet, utrum ad agendum negotium mandato utatur accepto. Quibus rite et solemniter constitutis potest esse sententia: praeteritis autem his, nec dici controuersiae solent, nec potest esse iudicium etc. Dat. prid. non. Apr. CP. Antonio et Syagrio coss.

IV. **1.** 'In dei nomine quid tractari aut obseruari debeat, quoties pacta inter partes emissa fuerint, si condiciones tales interponantur, quae nec legibus, nec rationi conueniunt?'[6] **2.** Quid agere aut obiicere aduersario debeas, lectionibus subter annexis poteris euidentius informari, quod tantum de
[731] dubiis rebus pacisci possumus; de rebus enim certis, 'e*x*[7] in-

[1]) *Ex Schultingii cj.* accusationis *edd.* [2]) aut *edd.* [3]) quid *edd.* [4]) *L.* 2. *Th. C. de cognit. et proc.* (2, 12) *p.* 224 *Haen.* = *L.* 2. *I. C. de consort.* (3, 40). *a.* 364. [5]) *L.* 3. *Th. C. eod. p.* 225 *Haen. coll. L.* 24. *I. C. de procur.* (2, 13). *a.* 382. [6]) *Ipsa haec verba novae consultationis videntur, quae ICtus responso suo praemisit. Ideo interrogationis signum posui.* [7]) et *edd.*

certis et futuris 'aut*em*[1] de crimine transigi nulla paenitus ratione potest. **3.** Paullus sentent. lib. I. tit. de pact. et conuentionibus uel transactionibus:[2]

Functio dotis pacto mutari non potest; quia priuata conuentio iuri publico nihil derogat.

4. In bonae fidei contractibus pactum conuentum alio pacto dissoluitur: et licet exceptionem pariat, replicatione tamen excluditur. Eodem libro et titul.[3]

5. Enimuero si de re iudicata aliqua pactio interponatur, stare legibus non potest. Ad quam pactionem excludendam harum Paulli sententiarum proferes lectionem:

6. Post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, seruari non potest. Lib. I. tit. de transact.[4]

7. Item eodem lib. et tit.:[5]

Neque contra leges neque contra bonos mores pacisci possumus. — De criminibus propter infamiam nemo cum aduersario pacisci potest.

8. Idem lib. III. tit. de instit. hered.:[6]

Pacta uel condiciones contra leges uel decreta principum uel bonos mores nullius sunt momenti.

9. Ex corpore Hermogeniani tit. de pact. et transact.:[7]

Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Se*b*astiano. Neque ex nudo nascitur pacto actio, neque si contra bonos mores uerborum intercessit obligatio, ex his actionem dari conuenit, et reliqua. PP. IV. kal. Iun. iisdem coss.[8]

10. Item eodem corpore et '*tit.*:[9]

Iidem AA. et CC. Flauio Rumitalo. Inter cetera et ad locum: Pactum neque contra bonos mores, neque contra leges emissum ualet et reliqua. PP. i(*s*)d. AA. coss.[10]

11. Item eodem corpore et tit.:

Iidem AA. et CC. Zeuxiano Antonino. Pacto transactionis exactio iudicati non tollitur. Unde si pater tuus condemnatus iudicio post transegit et soluit, solutione magis quam [738] transactione tuum defende negotium, et reliq. PP. XVIII. kal. Ian. ipsis AA. coss.[10]

---

[1]) aut *edd.;* de rebus enim certis nec incertis futuris aut *Schult. cj.* [2]) *I.* 1. §. 6. [3]) *I.* 1. §. 2. [4]) *I.* 1. §. 5. [5]) *I.* 1. §§. 4. 7. [6]) *III.* 4[b]. §. 2. [7]) *Vid. Haen. Herm. C. p.* 68. [8]) *a.* 293—304. [9]) *Ex Schult. cj.* lib. *edd.* [10]) *a.* 293—304.

V. 1. 'In dei nomine quid tractari debeat, quotiens aduersarius aliqua sibi direpta, '*uel a*blata,[1] proposita intendit actione reposcere?'[2] 2. Primore in loco debet personam suam, quae sit ad repetendum idonea, euidenter ostendere: et dum claruerit, eum ad repetendum personam habere legitimam, in genere actionis quid, aut quantum, aut quas species, 'in mod*o* et mensura u*ero*[3] summam et quantitatem debet specialiter designare et indubitanter exprimere. 3. Quae uniuersa secundum leges subter annexas 'hi, qui iudicaturi sunt[4], petitorem implere compellunt: 'qui si aut negl*ex*er*it*,[5] aut satisfacere legibus fortasse nequiuerit, causam perdat, secundum leges subter annexas. 4. Quibus modis causa petitor cadat, leges lib. I. Paulli sentent. tit. de eo, qui causa cadit,[6] ita:

(*Plus petendo*) causa cadimus aut loco, aut summa, aut tempore, aut qualitate. Loco, alibi: summa, 'maiorem [petendo]:[7] tempore, ante petendo (*quam debetur*): qualitate, eiusdem rei[8] speciem '(*etsi*) *ui*liorem[9] postulando.

5. Item lib. I. Paulli sentent. sub titulo si hereditas uel quid aliud petatur:[10]

Hereditas pro ea parte peti debet, pro qua ad nos pertinet: alioquin plus petendi periculum incurrimus et causam perdimus.

6. Ex corpore Hermogeniani, titul. de calumniatoribus et plus petendo:[11]

[733] Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Dextro. In-

---

1) sublata *edd., factum sc. ex* ūablata. 2) *Vid. not. ad* 4, 1. 3) in modum et mensuram uel *edd. Intelligit ICtus res quae pondere numero vel mensura constant; quod antea* quantum *dixerat, ad partes rei vel hereditatis petitae videtur spectare.* 4) *Cf. not. ad* 3, 2. 5) qui si aut negligere *edd.* quae si aut neglexerit *Pugg. cj.* 6) *I.* 16. §. 1., *ubi vid. not. Pro sequente* ita *corrigo* etc. (*quia omissum erat* plus petendo). 7) in repetendo *edd. Fuerat* re *geminato* maiorē [petendo], *nam* petendo *suspectum.* 8) *Sic edd. quod ferri potest, rei appellatione generaliter accepta. Edd.* 1. 2. *scripseram* debiti generis *notans: Scriptura* gener. *primo vitium creavit,* gene *in simile* dem *abeunte: ante quod simile* deuiti *excidit geminato* e' (eius) *ex* qualitate. 9) meliorem *edd., licet* uiliorem *edd. meae* 1. 2. *sed* etsi *facilius post* speci-em *excidere poterat. Cf.* §. 33. *I. de act.* (4, 6). *Gai.* 4, 53. 10) *I.* 13b. §. 5. 11) *Vid. Haenel. Herm. C. p.* 69.

ter cetera et ad locum: Si tutor uel curator plus petierit, causa cadit. Quod cum factum esse dicas, frustra a nobis remedium quaeris: quia te ratio iuris impugnat. PP. IV. id. Decembr. Nicomedia, Constantio et Maximo coss.[1]

7. 'Item eodem corpore et *tit.*:

Iidem[2] AA. et CC. Claudio Menandro. Quotiescunque ordinatis actionibus aliquid petitur, ideo petitor cogitur specialiter genus litis edere, ne plus debito, aut eo, quod competit, postuletur. Siue itaque fideicommissum, siue fundus, siue pars fundi, siue domus, siue pars domus, siue debitum aut quodcunque petatur, specialiter designari debet petitionis summa uel quantitas, cum genus litis editur. Si quis igitur plus 'eo,[3] quod ei competit uel debetur, petierit, rem et causam, de qua agitur, perdit. Plus 'enim[4] petitur, sicut responsis prudentum continetur, summa, loco, tempore, causa, qualitate, aestimatione.[5] Unde 'istius lege rescripti[6] excipe aduersarium apud iudicem competentem; quem si iudex plus petiisse perspexerit, exstinctis aduersarii tui petitionibus, pro partibus tuis sententiam dicet. PP. Mediol. XII. kal. Aprilis, Tusco et Aquilino coss.[7]

'Hic require, qualiter actionis editio pulsato fiat.[8]

VI. 1. 'Iuuante deo quid tractari debeat aduersus eum, [734] qui se heredem dicit alicuius, aut ad se hereditatem personae cuiuslibet aestimat posse competere?'[9] **2.** Et dum agere

---

1) *a.* 294. 2) Idem eodem corpore et iisdem *edd.* 3) *Ex Schult. cj.* ab eo *edd.* 4) *Malim* autem. 5) *Sic edd. idque verum nunc puto; praeter quattuor enim iam ex vetere legis actionum iure traditos plus petendi modos post etiam ita velut iniuriarum vel vi bonorum raptorum actione plus quis petere poterat, quod cum iudici aestimatione relicta taxationem tantum ponere debebat, ipse rem aestimans aestimatam summam petebat.* (siue) qualitatis aestimatione *edd. meae* 1. 2. 6) *Lex rescripti est quod praescribitur, continetur rescripto. Videntur autem imperatores id, quod antecessit, iam prius alicui rescripsisse, quod nunc allegant. Et recte Haenel. ad Herm. C. p.* 70. *hanc totam periodum rescripto assignat, quam Pugg. subscriptionem ante eam revocans, ICti esse putavit; sed is iudices, non iudicem commemoraturus erat.* 7) *a.* 295. 8) *Haec consultor vel alius possessor tractatus ad marginem c.* 6. *adscripsisse credendus est. similes adnotationes repertae sunt in Fr. Vat. velut* §. 112. 9) *Vid not. ad* 4, 1. *Ceterum attende, hic actori, supra* (5, 1) *pulsato consuli.*

forsitan tentauerit, primore in loco debet euidenter ostendere, se personam habere legitimam: et hoc dum ostenderit, ut iuris legumque dictat auctoritas, genus actionis edere debet, in quo manu sua subscribat, 'quo,[1] dato genere actionis, 'a *coeptis*[2] triduanis induciis 'quarto die[3] respondeat aduersarius suus, ut leges praecipiunt, responsionibus saluis pulsato, quae de iure et legibus suffragantur; salua etiam actione calumniae, quia, dum calumniator, qui pulsat, ostensus fuerit, qualis sit poena calumniae, legibus subter annexis ostenditur: sic tamen, ut ipse probet, quemadmodum sua interest, et ostendat, ad se uniuersa, quae repetit, pertinere. **3.** Illud praecipue summa cum cautela obseruari oportet, ut, si aduersarius scripturam aliquam donationis ostenderit, et primore in loco fidem faciat scripturae: quam dum fecerit, in eadem 'munifi*cantis*[4] singulae quaeque res si scriptae fuerint, quae donantur, sicut leges iubent, ualet facta 'donatio: et[5] si eas, dum uixit, in bonis suis habuit, aut eius iuri uel dominio competebant, aut si lite contestata de hac luce migrauerit. Quae uniuersa qualiter et quibus modis adstruere, 'defens*are*[6] uel aduersario diuinitatis auxilio resistere debeas, inferius 'continent[7] adscripta. **4.** Et ne forte dicat aduersa pars, aliqua sibi principali rescripto aut praeceptione fuisse concessa, ad huius 'modi[8] uersutiam potest pulsatus modis omnibus replicare, principem ea semper uelle concedere, quae legibus rationique conueniunt: quia causa,
[735] quae nullam de legibus sortitur firmitatem, in praeiudicium alterius a principe non potest sumere firmitatem; sicut idem inferius declaratur.

5. Petitio hereditatis, cuius defunctus litem non erat

---

[1]) *i. e. ut; alioqui legendum foret* cui dato generi actionis. [2]) acceptis *edd. post* induciis *posito commate.* [3]) *Non, ut puto, ex quo genus actionis editum, sed ex quo lis mota et persona legitima ostensa erat; inde enim triduum petitori dat Lex Rom. Burg. tit. XI. actioni edendae, ut non ita edens litem perdat; quod ius post Nov. Valentin.* 78 (*Lib. II. tit. XXXIV.*) §. 14. *usu vel constitutione videtur introductum. Idem vero triduum inducias quoq e praestabat reo, ut quarto demum die responderet. Alia probant Rudorf. Zeitschr. XIII. p.* 55. *Wieding. Libellproc. p.* 453. [4]) munificentia *edd. Vid. Du Cange s. v. munificare.* [5]) *Malim* donatio ita. [6]) defensore *edd.* [7]) continentur *edd.* [8]) *Par.* 86. mali *Par.* 77. *Pugg.*

contestatus, ad heredem non transmittitur. 'P(*aullus*) lib. I. sentent. tit.[1] si hereditas uel quid aliud petatur.

Qui petit hereditatem, ipse probare debet, ad se magis, quam ad eum, qui possidet, siue ex testamento, siue ab intestato, pertinere.

6. Idem eod. lib. sententiarum receptarum, eodem titulo si hereditas etc.[2]

Eas res, quas quis iuris sui esse putat, petere potest: ita tamen, ut ipsi incumbat necessitas probandi, eas ad se pertinere.

7. I*t*em eod. leges lib. et tit.:[3]

In petitione hereditatis ea ueniunt, quae defunctus mortis tempore dereliquit, uel ea, quae post mortem ante aditam hereditatem ex ea quaesita sunt. Eod. lib. et tit. si hereditas uel quid aliud petatur.[4]

8. Lib. II. sent. Paulli tit. ex empto et uendito:[5]

Heredibus debitoris aduersus creditorem, qui pignora uel fiducias distraxit, nulla actio datur, nisi a testatore inchoata ad eos transmissa sit.

9. Lib. III. Paul. sent. tit. de legatis:[6]

Post diem legati cedentem actio, quae inchoata non est, ad heredem non transmittitur.

10. Item qualiter donatio fieri debeat, ex corpore Hermogeniani, tit. de donat. inter uir. et uxor.

[7]Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Septimio Sabiniano. Cum de bonis tuis partem quidem tertiam penes te retinuisse, partem uero tertiam in eum, quem 'in[8] potestate 'habes,[9] ac tertiam in emancipatum donationis titulo contulisse commemores, non est iuris incerti, in eum quidem, [736] qui in sacris familiae tuae remanet, destinationem magis paternae uoluntatis factam, quam 'perfectam[10] donationem

---

[1]) lib. I. sentent. tit. 6. *edd. Non dubito, quin signum* 6. *in codice fuerit* P. = *Paulus, et ab editoribus demum pone* tit. *translatum sit. Locus exstat I.* 13^b. §. 4. [2]) *I.* 13^b. §. 6. [3]) *Initio pro* idem *scripsi* Item. *Quod post* tit. *edd. addunt* IV., *natum videtur ex sequenti* in. *Est I.* 13^b. §. 7. [4]) *I.* 13^b. §. 1. [5]) *II.* 17. §. 12., *ubi vid. not.* [6]) *III.* 6. §. 3. [7]) *Cf. L.* 11. *C. de donat.* (8, 54). *Haenel. ad Herm. C. p.* 71. [8]) *Ex Iust. C.* tu in *edd.* [9]) *Ex I. C.* habebas *edd.* [10]) *Ex I. C.* perpetuam *edd.*

peruenisse: nec in emancipatum translatam, si generaliter 'eidem partem[1] tertiam bonorum donasti: quia generaliter bonorum portionem donare non posses,[2] cum singulae res nominari debeant, quae 'donation*is causa* mancipatione,[3] uel in iure cessione transferuntur, et reliqua. Dat. prid. kalend. Maii, Heraclea, ipsis AA. coss.[4]

11. Idem eod. lib. et tit.:

Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Cretiano Maximo. Nec uenditio donationis causa bonorum omnium ualet: sed rerum singularum nominatim donatio facta capit effectum etc. Dat. VIII. kal. Ianuar. Caesaribus coss.[5]

12. Item leges, legatum, si per codicillos dimissum fuerit, sine testamento ualere non posse, ex corpore Hermogeniani tit. de donat. inter uir. et uxor.:

'Iidem[6] AA. et CC. Aurelio Altino. Inter cetera et ad locum: Codicillis autem sine testamento legatum nec adimi, nec dari potest. Datum sub die VIII. kal. Ianuar. Nicomedia CC. coss.[5]

13. Item leges, qua poena calumniatores plectendi sint, ex corpore Hermogeniani tit. de calumniatorib.:[7]

Impp. Diocletian. et Max. AA. Quintiano: Tibi magis, quam aduersario, qui per calumniam petit, contra quem supplicas, iudicio tutelae conuenit excipere actionem, ad quam respondere debes; quippe si per calumniam hoc eum facere confidis, remedio repromissionis initio postulatae, calumniae decimae partis eius, quod petit, tibi condemnari eum desiderare potes. PP. kal. Nouembr. AA. coss.[8]

[737] **14.** Item leges, qualiter petitor probare debeat, quod intendit, non ab aduersario instrui, ex corpore Hermogeniani tit. ad exhib.

[9]Impp. Dioclet. et Maximian. AA. Aurelio, Diogeni. Nimis graue est, quod petitis, urgeri ad exhibitionem partem aduersam eorum, per quos sibi negotium fiat. Unde intelligi-

---

1) *Ex Cuiacii ut vid. cj.* idem pater *Par.* 77. *al.* 2) *Cf. Plin. ep.* 5, 1. §. 3. *Fr. Vat.* 287. 3) donationes emancipatione *Par.* 77. *al., ubi* e(manc.) *factum videtur ex* c̄(*ausa*). 4) *a.* 293—304. 5) *a.* 294—302. 6) *Ex Schult. cj.* Iisdem *edd.* 7) *In Haenel. Herm. C. p.* 70. *Cf. Gai.* 4, 175. 8) *a* 293—304. 9) *L.* 7. *C. de testib.* (4, 20), *variante inscriptione.*

tis, quod 'intentionis uestrae[1] proprias afferre debeatis probationes, non aduersum se ab aduersariis adduci.[2] PP. kal. Maii AA. et CC. coss.[3]

15. Idem eodem corpore titul. ubi agi debeat:

Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Flauianae. Inter cetera et ad locum: Quaecunque ad te pertinentia detineri dicis ab his, quorum meministi, uel probaueris tibi deberi, praeses prouinciae restitui prouidebit. PP. VII. id. Ianuar. AA. coss.[4]

16. Idem eodem corpore tit. de instrum.:

Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Iulio Pancratio. Inter cetera et ad locum: Omissis itaque istiusmodi moris, si intentionem suam incipiat aduersarius tuus implere, praescriptionibus temporis uel alterius (*rei*) et tu causam magis tuam defende, habens securitatem uictoriae, si quod intendit aduersarius tuus, probationibus implere non possit. PP. DD. Diocletian. A. V. et Maximian. A. (*IV.*) coss.[5]

17. Item leges, quod scriptura, quae nullam de legibus habeat firmitatem, firmari a principe non debet, eodem corpore tit. de testament.:

Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Aurelio Secundino, Optioni. Inter cetera et ad locum: Scriptura, quae nec iure, nec legibus consistit, nec a nobis hanc confirmari conuenit; quippe cum 'beneficia (*nisi*) citra[6] cuiusquam iniuriam petentibus decernere minime soleamus. PP. VII. kal. Nou. Martianopoli, CC. coss.[7]

18. Item leges, qualiter quod 'a*u*ctor[8] habuit, hoc eius heredi possit competere, ex corpore Hermogeniani tit. de [738] successionibus:

Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Aurelio Asterio. Inter cetera et ad locum: Si secundum edicti formam testamentum obsignatum existit, bona, quae, cum moreretur 'a*u*ctor[9] tuus, eius fuerunt, solenniter petes, et reliq. PP. III. kal. April. Sirmio, CC. coss.[7]

---

1) *Ex I. C.* intentiones uestras *Par.* 77. intentioni uestrae *Par.* 86. 2) *Deesse videtur:* postulare *vel* oporteat. 3) *Aut* AA. et *aut ut in I. C.* et CC. *delendum.* 4) *a.* 293—304. 5) *a.* 293. 6) *Supplevi v.* nisi, *cuius nota excidit. Haenel ad Herm. C. p.* 73. *susp.* beneficia circa. 7) *a.* 294—302. 8) actor *edd.* 9) actor *Par.* 77.

19. Idem eodem corpore, titul. de pact. et transact.: [1]Impp. Dioclet. et Maxim. AA. Eusebio. Inter cetera et ad locum: Manifesti atque euidentis iuris est, antequam cerneret uel pro herede gereret uel bonorum possessionem peteret defuncta, successionem eam non potuisse ad heredes suos transmittere. PP. X. kal. Mart. iisdem AA. coss.

20. Item leges, qua poena calumniatores plectendi sunt, (*P.*) lib. I. sentent. tit. de calumniator.: [2]
Calumniosus est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat.

21. Idem (*eod.*) 'lib. *et* tit.: [3]
'*Et in* priuatis et *in* publicis iudiciis [4] omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectendi sunt.

VII. **1.** Quantum ad nos delatae pactionis textus [5] insinuat, potius contra bonos mores carthola ipsa litigii seminarium propagauit, 'quam *amicab*ili[6] deliberatione assurgentium iurgiorum scandala resecauit. Dignoscitur ita calliditas 'dictantis [7] non habuisse prudentiam. **2.** Dum igitur contra legum
[739] iurisque ordinem ueniens iustam arbitrii ignorauit custodire mensuram, quae tanta duarum personarum dignitas potuit reperiri, aut quae intra regionem tanta fuit defectio iudicantium, ut nec triumuirale iudicium etiam de rebus iudicatis male paciscentium non 't*em*u*l*e*ntia*,[8] sed, quod 'uerius dici [9] constat, 'facilitas [10] eligeret? (de rebus enim iudicatis 'soli principi [11]

---

[1]) *L.* 7. *C. de i. delib.* (6, 30). *a.* 293—304. [2]) *I.* 5. §. 1. [3]) lib. V. tit. *edd.* [4]) de priuat. et publ. iudic. *edd. Correx. Schult. et Arndts. ad Paul. S. R. I.* 5. §. 2. [5]) *Litigantes pacto, ut ex sequentibus apparet, post rem a tribus iudicibus (vid. Praef.) iudicatam convenerant, ut de eadem re per duos religiosos viros arbitros constitutos iterum iudicaretur.* [6]) quam tum utili *edd. De amicabili compositione vel transactione vid. ex. gr. L.* 22. §. 1. *C. de ss. eccl.* (1, 2). *L.* 51. *C. de episc. et cler.* (1, 3). *L.* 15. §. 5. *C. de legit. hered.* (6, 58). *Error inde natus, quod* am *semel scriptum* ic *pro* tc = tunc *vel* tum *sumptum est.* [7]) *illam pactionis cartolam causidici vel ICti ex novo litigio lucrum captantis.*
[8]) tam electio *edd. Nota novam ex barbarorum moribus profectam sed iuri civili ignoratam rationem pacta conventa impugnandi, de qua consultor cogitasse videtur.* [9]) *Par.* 86. uerius (*om.* dici) *Par.* 77. [10]) *Erga causidicum haec persuadentem.* [11]) *Ipsi vel,*

et contra iudices licuit iudicare) aut si ita conuenerat, ut iudicii uinculum solueretur?[1] **3.** Ergo pactio ipsa iudicii ordinem et constitutionem 'infirmat atque[2] discingit, quod tamen non paciscendo, sed donando fieri potuisset, secundum sententiam Paulli iuridici, cuius sententias sacratissimorum principum scita semper ualituras, 'ac diualis constitutio,[3] 'declara*nt*.[4]

4. Paulli sentent. I. lib. (*tit.*) de pact.:[5]

Nec contra leges, nec contra bonos mores pacisci possumus.

5. Item eod. lib. et tit.:[6]

Pactum contra ius aut constitutiones aut S. C. interpositum nihil momenti habet.

6. Item ex corpore Paulli de pact. et conuentis:[7]

Post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, seruari non 'oportet.[8]

7. Intelligis memoratae pactionis constitutionem iuridici auctoris sententiis 'uacuam.[9] Quid, inquam, ulterius requirendum? Dicit pars aduersa: 'Pacti sumus libero arbitrio, nullo [740] cogentis imperio, 'si*cut*[10] bonis moribus 'cons*o*nat.[11] Si certum, non contra 'ius *esse aut*[12] senatus consulta, quae iudicata sunt prius, effectui contradantur: '*a*t[13] de his, quae altercationi superesse noscuntur, 'sit dignus[14] ac legalis numerus iudicum, qui cuncta 'lata*e* sententia*e* moderatione[15] discingat.'[16] **8.** Certe si necesse est, rusticis improbisque moribus aliquid amplius satisfieri, ipsi duo, quos praefata carthola no-

---

petentibus litigatoribus, per delegatos iudices, quorum tum maior numerus constitui solebat. Vid. Praef. 1) *Edd. et uncos, quos posuimus, et interrog. signum ignorant.* 2) *Ex Puggaei cj.* infirmat quae *edd.* 3) *i. e. perinde ac divalis constitutio (semper valet). Vid. Handii Tursell. I. p.* 470. *Quae potestas particulae* ac *non perpensa effecit, ut varie in hoc loco interpretando erraretur (Zeitschr. f. gesch. RW. XIII. p.* 20. 63). *Nec vero dixit* diualem constitutionem, *quia ipsae Constantini et Theodosii et Valentiniani leges (L.* 2. 3. *Th. C. de resp. prud.* 1, 3) *hoc additamentum non continebant. Denique* diualis *ei est* diuorum principum, *quorum constitutiones in Codicibus continebantur.* 4) declarat *Par.* 77. declarauit *Par.* 86. 5) *I.* 1. §. 4. 6) *I.* 1. §. 4ª. 7) *I.* 1. §. 5. 8) *Ex Paul. epit.* potest *edd.* 9) *Malim* uacuari. 10) tibi et *Par.* 77. sibi *Par.* 86. 11) constat *edd.* 12) iussa et *edd.* *Scriptum fuerat:* ī esse aut. 13) et *edd.* 14) sit dignius *Par.* 77. si dignus *Par.* 86. 15) lata sententia moderata ratione *Par.* 77. *Pugg.* lata sententia moderatione *Par.* 86. 16) *Signa citandi nos addidimus.*

minauit, sub praesentia electarum personarum, defensore quoque adhibito, appellentur, ut, si praesumunt aut putant iustum uel legale, audiant, quae partes iurgantium crediderint intimanda: et si ipsius cartholae, quae iam dignoscitur iuris formulis uacuata, modum aestimant se supplere, promant de agnitis 'leg*ibus*[1] sententiam. **9.** Tunc et ipsi sentient, 'qu*ae*[2] sit temeritas iudicantis, ubi minor numerus post maiorem, 'praeterea et religiosorum, quos non summi pontificatus honor attollit,[3] contra res iudicio terminatas praesumpserit ferre sententiam: ac, si destiterint, contestatio allegetur, illos aut differre, aut non praesumere, 'ut[4] electionem impleant paciscentium. **10.** Demum si quae in contentionem ueniunt, aut ampliori numero iudicum, aut summae potestatis sunt arbitrio decernenda.

VII^a. **1.** Deinde uero 'minime[5] fuerat necessarium, consultationem nostram tuis utilitatibus sciscitari,[6] si auus maternus nepoti aliqua contulisse noscatur, utrum in iure eius manere debeant, an matri, in possessione sua consorti persuasionibus lubricis, 'imputari,[7] pro eo fortasse, quod usu-
[741] fructuaria '(*fuerit*)[8] de proprietate filii constituta:[9] '*cum*[10] si 'fili*o* e*ius*[11] proprium uel cuilibet extraneo aliquid 'reliqui*t*, *ut*[12] domino de facultate sua testari non licuit;[13] 'cumque[14] etiamsi pater filii superesset, nec ad ipsum ab auo materno quod nepoti collatum fuerat, pertineret, ut etiam C.

---

1) legis *edd.* 2) quid *edd.* 3) *Hoc significat: si saltem episcopi essent electi, tunc iudices sensu Nov. Valent. III. Lib. II. tit.* 34 (*Nov.* 78.) *pr. dici possent; cum simplices sint religiosi, nullo modo iudicandi partes suscipere possunt. De maiore numero iudicum post minorem iudicante cf. Concil. Antioch. c.* 12. (*Mansi II.* 1313). 4) aut *edd.* 5) quod minime *edd.* 6) *Schulting. retento ab initio* quod, *coniiciebat* sciscitaris. 7) *in legitimam portionem, quod postea VII^a,* 4. *negatur.* 8) *Hoc ob similitudinem litterarum* uaria *excidisse videtur.* 9) *sc. avi testamento, quo huius ususfr. metu inofficiosae donationis querelae mentio facta erat.* 10) ac *edd.* c *siglum litterae* a, *inde duplicatae, adhaesit.* 11) filiae *edd. pro* filio e'. 12) reliquisset *edd.; ad sensum fere correxi.* 13) *Hoc vult: consultatio mea primum ea de causa necessaria non fuit, quod si testamento avi ususfr. rerum nepoti donatarum matri datus dicitur, non potuit is de eo testari, cuius dominus esse desierat.* 14) *Edd. ante* cumque *puncto distinxerunt.*

Th. declarat auctoritas. **2.** Quod *'tu*tamen[1] superfluum penes electas magnificasque personas fieri iudicamus: sed necesse est, ut ignorantia rusticitatis uel tergiuersationis iniquitas directis semper 'oblationibus[2] comprimatur. **3.** Ex Theodosiani lib. 'IIX.[3] sub tit. de mat. bon. et mat. gen. (*et*) cretione sublata:

Impp. Honor. et Arcad. AA. Florentio praef. urbi. Ad locum: Quicquid auus, auia, proauus, proauia, nepoti, nepti, pronepoti, pronepti cuiuslibet tituli largitate contulerint, id est, testamento, fideicommisso, legato, codicillo, donatione, uel etiam intestati successione, pater filio filiaeue integra illibataque custodiat. Dat. prid. id. Octobr. Mediolano, Olibrio et Probino coss.

4. Luce clarius constitit 'patefactum,[4] nec matri 'usum[5] obesse, ut de reliqua facultate 'por*t*ionem[6] debitam consequatur: et circa nepotem munus auiaticum 'perpetua*m* liberalitate*m*[7] mansurum. Hoc et consultorum iura declarant, quae necessarium tractatui nostro non duximus adhiberi.

VIII. 1. *'Quo*d d*em*um[8] sollicitudinis tuae cura tractauit, ut de effractoribus 'e*x*[9] manifesto crimine comprehensis 'qu*u*m[10] iudex debuit ferre sententiam, tractatus nostri pagina declaret, *'an*[11] maritus, quem iudiciariae potestatis cingit auctoritas, de seruis, qui res uxorias manifesto crimine abstulisse conuicti sunt, peremptoriam debuerit ferre sententiam, quasi id obiici possit, in propria causa (*quod*) quis iudicet stulte: huic lex diuorum principum, quae infra legitur, opponenda, maritum illa tantum negotia uxoris uelut extraneum 'actorem[12] prosecuturum, quae procuratio emissa 'praescripserit.[13] **2.** Ex corpore Theodosiani:[14] [742]

---

1) tamen *edd. Sequentia iam non muto.* 2) *An:* obiectionibus? *vel* obuiationibns? *vel* allegationibus? 3) IX. *edd.; sed est L.* 7. *Th. C.* 8, 18. *L.* 2. *I. C. de bon. mat.* (6, 60). *a.* 395. 4) *Par.* 86. patri factum *Par.* 77. 5) *Malim* usumfructum *sc. in rebus nepoti donatis ab hoc eius persuasionibus concessum; vid. supr.* §. 1. 6) possessionem *edd., cum* portionem *pro siglo* possionem *acceptum esset. Ceterum vid. VII^a,* 1. 7) perpetua liberalitate *edd.*
8) Adde dum *edd.* Addendum *Schult. cj.* At dudum *Roever. cj.* 9) et *edd.* 10) quam *edd.* 11) aut si *edd., factum id, ut puto, ex* ān. *Potest tamen etiam fuisse:* declaretur, si. 12) auctorem *edd.* 13) *Ex Pugg. cj.* perscripserit *edd.* 14) *L.* 4. *Th. C. de*

Impp. Theodosius et Arcadius et Honorius AA. Victori proconsuli Asiae. Procurator, licet maritus sit, id solum exequi debet, quod procuratio emissa praescripserit. Dat. V. kal. Iul. Theodosio A. III. et Abundantio coss.

3. Agnoscis maritum uelut extraneum causam uxoriam prosecutum.[1] **4.** 'Agnosce et[2] iudicem de manifestis reis non potuisse tardare sententiam. **5.** Item ex corpore Theodosiani lib. IX. tit. de accusationibus et inscription.:[3]

Impp. Arcadius et Honorius AA. Nec diuersorum criminum rei uel desidia iudicum, uel quadam 'lenitatis[4] ambitione per prouincias detenti in 'carcere[5] crudelius differantur, moneantur omnes iudices, productos e custodiis reos discussioni debitae subiicere et, quod leges suaserint, definire. Datum III. non. Aug. CP. Arcadio III. et Honorio coss.

6. Hoc etiam specialiter post hanc legem iudex sibi metuat inferendum, quod si dignam tardarit ex lege ferre sententiam, dum principum praecepta respexit, ipse legibus damnabitur. **7.** 'Unde[6] ex corpore Theodosiani sub titulo 'de diuersis rescriptis:[7]

[743] Impp. Constantinus A. et Iulianus Caes. ad Taurum Pf. P. Ad locum: Multabuntur iudices, qui rescripta contempserint aut distulerint. Dat. III. non. Iul. Constantino A. VII. et Iuliano coss.

8. Intelligat nunc improbus accusator, cinctum iudicem et uxoria, uelut externa, debuisse negotia definire, et non licuisse, ut alienum reatum metueret, cui de manifestis reis non licuit tardare sententiam.

IX. **1.** [8]Ex corpore Hermogeniani:[9]

---

cognit. (2, 12). *a.* 393. [1]) *Contra has hariolationes vid. Ulp. L.* 10. *D. de iurisdict.* (2, 1). [2]) *Par.* 86. agnoscis *Par.* 77. *Pugg.* [3]) *L.* 18. *Th. C.* (9, 1). *a.* 396. [4]) *Ex Th. C.* leuitatis *edd.* [5]) *Ex Th. C.* carcerem *edd.* [6]) *Videtur legendum* uide *et superius* despexit *pro* respexit. [7]) *Omittit Par.* 77. id est auctoritatibus *addit Par.* 86. *Vid. Haenel ad L.* 7. *Th. C.* 1, 2., *quae est a.* 356. [8]) *Quae hic sequitur specierum legendarum farrago, finito tractatu, vel ab ipso eius auctore vel, quod verisimilius, ab alio (nam et alia allegandi ratione utitur) supplendis maxime iis, quae de pactis c.* 7. *tradita erant, addita esse videtur.* [9]) *De his septem constitutionibus, quae ex corpore Hermogeniani citantur, vid. Haenel., ad Herm. C. p.* 62. *ad Th. C., p.* 216. *G. F. Puchta histor. iur. ed.* 3. *p.* 656. *I. Gothofr. eas in Th. C., sex*

Impp. Valens et Valentinianus AA. ad Volusianum praefect. urbis. Post sententiam pacisci non licere, iuris ordine praecauetur. Unde cum supplicans, inique se 'oppressum,[1] et post sententiam sacri auditorii depactum esse commemoret, Volusiane parens carissime et amantissime, amota poena, quam pacto contra ius facto serenitas tua inesse praeuiderit, legum auxilio consulat supplicanti. Dat. IV. id. Aug. Mediolani.[2]

2. Iidem AA. Pompeio Fauonio. Hereditatem, quam tibi competere iure confirmas, negotii merito discusso, approbatis allegationibus, restitui efficiet legum fonte demanans sententia iudicantis, remota uidelicet pactione, quam dolo patuerit elicitam. Dat. VIII. id. Februar. Alleg. non. kal. April. in basilica Thermarum Comm. ipsis AA. coss.[2]

3. Iidem Aug. Mamertino Pf. P. Inter cet. et ad locum: Pacta quidem per uim et metum apud omnes satis constat cassata uiribus esse respuenda. Dat. XII. kal. April. ipsis AA. coss.[2]

4. Iidem AA. ad Valentinianum consularem Piceni. Non [744] dubium est, eum a fide placiti recessisse, qui, quae promiserat, implere 'noluit,[3] Valentiniane carissime. Proinde si aduersario supersedente cominus explicare ea, quae spoponderat, fides placiti uacillat, familiares litterae, quas ad se missas dicit, supplici Exoperio non oberunt. Fines etiam, quos temeratos asseuerat, amota praescriptione temporis, hi, qui peruaserunt, ut ratio iuris est, redhibere cogantur. Alleg. IV. kal. Maii Flauia 'F*a*nestri[4] in secretario, ipsis AA. coss.[2]

5. Iidem AA. Heliae Bauoniae. Lites trahi et sub quodam potentiae terrore infimos fatigari, iudiciorum 'spectat *ad* inuidia*m*.[5] Unde si aduersarium tuum longe a filii tui successione positum haec in te, quae precibus texuisti, excogi-

---

priores tit. de pactis (2, 9), *ultimam, de qua vid. Wenck. ad Th. C. p.* 242., *tit. ad SC. Claud.* (4, 9) *intulit, alias interdum lectiones sequens, quas, unde petiverit, ignoro.* 1) *Par.* 86. oppressam *Par.* 77. *Pugg.* 2) *a.* 365., *ipsis sc. Augustis primum coss.* 3) *Par.* 86. nolit *Par.* 77. *Pugg.* 4) Fenestri *edd. Corr. Gothofr.* 5) expectat inuidia *edd.* ad iudiciorum spectat inuidiam *ed. Gothofr.*

tasse constiterit, rector prouinciae hominis, qui nec paciscendi nec colloquendi de negotio substantiam habuit, impudentiam summoueat, reddique faciat, quicquid claruerit usurpatum: nec impudentia uindicet, quod concedere leges et iura non possunt: maxime cum memores, 'nec[1] a prima pactione, quae substantiam non habebat, secunda conuentione discessum, 'sed etiam[2] inaniter '(*res*)[3] resedisse, quod non iam pactio, sed quaedam usurpaticiis non subsistentibus causis immoderatio doceatur. Dat. III. kalend. Aug. Mediolani, ipsis AA. coss.

6. Impp. Valens et Valentinianus AA. Ampeliae. Ea, quae heredes inter se transactione interposita composuerint, firma illibataque perseuerabunt. Et ideo secundum fidem instrumenti competens tibi portio a possessoribus cum fructibus restituetur per uirum clarissimum 'proconsulem[4] Africae, amicum nostrum, fide gestorum diligenti examinatione comprobata. Dat. III. non. Iul. Sirmio, diuo Iouiano et Varron. coss.[5]

7. Impp. Valentinian. et Valens AA. Felici consulari 'Macedoniae.[6] Inter cetera et ad locum: Si seruilibus
[745] contuberniis sese mulieres quondam ingenuae subdiderint, et nunc contemnentes dominum minoris aetatis, seruitutis iugum conantur effugere, grauitas tua his, 'quae[7] seruilem condicionem non statim in ipsis 'coniunctionum[8] primordiis refugerunt,[9] necessitatem subeundae seruitutis imponat. Dat. XIV. kalend. Aug. Mediolani, ipsis AA. coss.

8. Ex corpore Gregoriano:
[10]Imp. Antoninus A. Prisciano militi. Summa sententia comprehensa, quam, cessantibus curatoribus quondam tuis, iudex secutus iurisiurandi a te perlati religionem, in con-

---

1) *Fuerit* n̄ m *i. e.* non modo. 2) et *Gothofr.* 3) *Geminando restit.* 4) *Ita Gothofr.* proconsularem *edd.* 5) *a.* 364. 6) Campaniae *I. Gothofr. in L.* 5. *Th. C. ad. SC. Claud.* (4, 9). 7) *Ex Schulting. cj.* qui *edd.* 8) *Schulting. cj.* coniunctionem *edd.* coniunctionis *Gothofr.* 9) *paciscendo, ut liberae manerent* (*cf. not. ad Gai.* 1, 94. *Paul. S. R.* 4, 10. §. 2.); *unde iam apparet, quid attinuerit, hanc constitutionem hic subnectere.* 10) *L.* 1. *Gr. C. de transact.* (1, 11) *p.* 5. *Haen. Cf. L.* 5. *C. de in lit. iur.* (5, 53).

demnationem deduxit, minui pacto non potuit: ac 'propterea[1] sublata cautione transactionis, quae nullo iure interposita est, Septimius Varianus rem iudicatam exequatur. PP. kal. Iul. Laeto II. et Cereale coss.[2]

9. [3]Impp. Dioclet. et Maximian. AA. Ulpiae Marcellinae. Si praeses prouinciae ignorantiam tuam fraudulenta transactione ac dolosis artibus generi tui circumscriptam esse cognouerit, si quidem Aquiliana stipulatio et acceptilatio insecuta non est, pactum callide scriptum, integris singulorum actionibus, amouebit. PP. III. non. Octobr. ipsis AA. coss.[4]

10. [5]Imp. Gordianus A. Cliniae Antoniae. Pacta, quae contra bonos mores interponuntur, iuris ratio non tuetur. PP. non. Octobr. ipso A. II. et Pompeiano coss.[6]

11. [7]Imp. Alexander Aurelio Dionysio. Cum posteaquam aduersarius matris tuae uictus esset, matrem tuam circumuenerit, ut pacisceretur, nullam se controuersiam de seruis moturam, id pactum mala fide factum irritum est. Et cum ex ea conuentione cum matre tua agi coeperit, iudex eam [746] liberabit; quia de re iudicata pacisci nemo potest. PP. prid. id. Sept. Alexandro A. cos.

12. Ex corpore Theodosiani:[8]
Impp. Honorius et Theodosius AA. Iuliano proconsuli Africae. Et mulieribus et minoribus in iis, quae praetermiserint uel ignorauerint, innumeris auctoritatibus constat esse consultum. Dat. prid. non. Mart. Rauennae, Constantino cos.

13. Item eodem corpore:
[9]Imp. Constantinus A. ad Maximum praefect. urb. Inter cetera et ad locum: Pactiones eas ualere uolumus, si cum legibus consentiant, et reliqua. Dat. VI. non. Febr. Romae, Sabino et Rufino coss.[10]

14. Ex corpore Gregoriani:

---

1) *Par.* 86. praeterea *Par.* 77. *Pugg.* 2) *a.* 215. 3) *L.* 5. *Gr. C. de transact.* (1, 11) *Haen. p.* 6. 4) *a.* 293—304. 5) *Vid. Haen. Gr. C. p.* 3. 6) *a.* 241. 7) *L.* 9. *C. de pact.* (2, 3). *a.* 226. *Haen. Gr. C. p.* 3. 8) *L.* 3. *Th. C. de int. rest.* (2, 16). *L.* 8. *I. C. de in int. rest. min.* (2, 22). *a.* 414. 9) *De hac const. cf. Wenck. ad Th. C. p.* 110. *Haenel ad Th. C. p.* 214. 10) *a.* 316.

[1] Impp. 'Valerian.[2] et Gallienus AA. et Valeri(an)us Caesar Aurelio. Praeses prouinciae aestimabit, utrum de dubia lite transactio inter te et ciuitatis tuae ordinem facta sit, an de re iudicata: quia de re iudicata pacisci nemo potest. PP. III. kalend. Iun. Aemiliano et Basso coss.

15. 'I*t*em[3] ex corpore Gregoriani tit. de transact.:[4] Imp. Gordianus A. Flauio Hercolano. Super iudicato non subsecuta appellatione frustra transigi, non est opinionis incertae. PP. XIV. kalend. Nou. Sabino et 'Ve*nusto*[5] coss.

16. Idem eodem corpore:[6] Imp. Alexander Donato militi. Si certa quantitas in 'condemnatione*m*[7] 'iudicii[8] deducta fuerit, pacisci exinde non posse, e t c. PP. IX. kalend. Iun. Fusco II. et Dextro coss.

17. Item ex corpore Gregoriani:[9] Qui contra arbitri sententiam petit, sola in eum poenae actio
[747] ex compromisso competit; non etiam '*ex*ceptio[10] pacti conuenti. Lib. I. tit. X.

18. Ex eodem libro et tit.:[11] Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Sergiae et Anagio. I n t e r c e t e r a e t a d l o c u m: De dubia uero lite facta transactio rescindi non potest. PP. VIII. id. April. Caes. coss.

19. Item eodem corpore et titulo:[12] Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Aurelio Hermogeni militi. Pactum, quod contra iuris formam prouinciae rector factum animaduertit, id infirmare minime dubitabit. PP. XIV. kal. Nou. Caess. coss.

---

1) *L.* 3. *Gr. C. eod.* (1, 11) *p.* 6 *Haen. Cf. L.* 12. *C. de transact.* (2, 4). *a.* 259. 2) *Ex I. C. Schult.* Valentinian. *edd.* 3) Idem *edd.* 4) *L.* 3. *Haen. p.* 3. *a.* 240. 5) Veterano *edd.* 6) *Tit. de pact. Haen. p.* 6. *a.* 225. 7) condemnatione *edd.* 8) *Non arbitrii.* 9) *Tit. de pact. Haen. p.* 4. 10) *Ex Schult. cj.* conceptio *edd.* 11) *Haen. ib. a.* 294—302. 12) *Haen. ib. a.* 294—302.

CYRILLVS. DOMNINVS. DEMOSTHENES. EVDOXIVS. PATRICIVS. AMBLICHVS.

Ex his prudentibus, quorum quaedam sententiae partim [748] a iurisconsultis Iustiniano coaeuis partim in Basilicorum scholiis commemorantur, quattuor medios, Domninum, Demosthenem, Eudoxium et Patricium, Iustiniano paullo antiquiores fuisse et in iuris schola, fortasse Berytensi (certo enim hoc affirmari non potest), Codices antiquiores ἀναγνώσμασι (fr. 7. 8.) i. e. lectionibus interpretatos esse, post Reizium in exc. XX. ad Theophilum p. 1241 seq. demonstravit Carolus Guil. Ern. Heimbachius libro de Basilic. orig. Lips. 1825. p. 66 seq. Errorem vero superiorum fere omnium, Eudoxio et Patricio etiam Herois nomen tribuentium, frater Caroli Gustavus Heimbachius, in his studiis pariter versatus, Anecdot. I. p. 203. primus convicit, non nomen proprium id esse ostendens, sed epitheton quoddam, quo aut magna horum virorum auctoritas aut iam defunctos eos esse significaretur: utroque enim sensu appellationem τοῦ ἥρωος a scriptoribus usurpatam esse. Quod ut non nego, ita proprium tamen quid huic cognomento inesse, cum istius aevi prudentibus datur, existimo. Primum enim quod ad ipsam significationem attinet, utrumque eo comprehendi puto, et defunctum virum esse et summam eius apud posteros auctoritatem atque gloriam. Utrumque enim etiam complectitur epitheton iisdem viris datum, quo τὸ τοῦ ἥρωος tantum variari videtur, ὁ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης (fr. 6.), ὁ τῆς περιφανοῦς μνήμης (fr. 13.) et 'inclytae recordationis', quo Iustinianus Patricium ornat Graecumque illud elogium Latine vertere videtur in const. Tanta circa §. 9. his verbis, quae primus C. Wittius (in Richteri Krit. Jahrb. f. d. RW. I. p. 15.) recte scribere et intelligere docuit: 'vir ab antiqua stirpe legitima procedens (sc. Anatolius, unus ex XVIviris Digestis conficiendis), cum et pater eius Leontius et auus Eudoxius post Patricium inclytae recordationis quaestorium et antecessorem, et Leontium, virum gloriosissimum praefectorium, consularem atque patricium, filium eius, optimam sui memoriam in legibus reliquerunt.' Deinde animadverti, τοῦ ἥρωος cognomentum

[749] illo aevo iis tantum iuris interpretibus dari solitum, qui ante Iustinianum claruerant, nec tamen multo ante, quia antiquiores omnino negligebantur, sive propter aetatem, sive quod iuris studium brevi ante Iustinianum novas vires ceperat antecessoresque rursus quasi novi Papiniani ad summorum honorum fastigium evehi coeperant. Qui enim sub Iustiniano vel post fuerunt, licet celeberrimi, velut Dorotheus, Theophilus, Thalelaeus, alii, post mortem saepissime quidem *οἱ μακαρῖται* (loca congessit Gust. Heimb. l. c. p. 204.), quo nomine antiquior semel tantum (Patricius fr. 25.) insignitur, nunquam vero *ἥρωες* appellantur. Causam vero huius quasi iubaris, quo antiquiorum antecessorum memoria coruscabat, in hoc positam fuisse puto, quod illi adhuc stante antiquo totius orbis imperio, integrisque adhuc atque illibatis fontibus iuris Romani maiore cum libertate atque auctoritate (cf. fr. 1.) ius tradiderant. Nam iidem *οἱ παλαιότεροι διδάσκαλοι* (fr. 9.) etiam *οἱ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι* (fr. 12.), *ὁ κοινὸς τῆς οἰκουμένης* vel simpliciter *ὁ κοινὸς διδάσκαλος* (fr. 1. 14.) appellantur, quod pariter de doctoribus Iustiniano coaevis vel inferioribus nunquam legi. — Quod ad singulorum aetatem attinet, ex verbis const. laudatae apparere videtur, Patricium et Eudoxium inter se fere aequales Iustinianum duabus paene aetatibus praecessisse, Patriciumque ut gloria superiorem, ita aetate paullo inferiorem Eudoxio fuisse. Comparat enim imperator Eudoxium, Anatolii avum, cum Patricio, Leontium, Anatolii patrem, cum Leontio Patricii filio: et uterque quidem avus et uterque pater tunc iam defuncti fuisse videntur; alterum vero Leontium Patricii filium inter Xviros Codici componendo paucis annis ante invenimus in const. de novo codice faciendo. His convenit, quod Thalelaeus Iustiniani aequalis Patricium *τὸν μακαρίτην* appellat, tanquam sua demum memoria defunctum. Domninum et Demosthenem rursus paullo antiquiores fuisse, inde concludimus, quod et multo rarior eorum mentio est, et uterque ante Eudoxium commemorantur (fr. 3.), et Demosthenis sententia a Patricio affertur (fr. 4.). Sane Domninum Theodorus, quem Tiberii II. tempora attigisse constat, praeceptorem suum vocat (fr. 4.); verum eo sensu, ut arbitror, quo Gaius 'nostros praeceptores', vel (quae sententia Zachariaei est Anecd. p. XLVIII.) quasi ex libris eius didicerit. Neque igitur quidquam prohibet, ut Domninum, ad quem Zenonis epistola testantibus Basilicis 56, 6. c. 7., cui respondet restituta L. 7. C. de fide et iure hastae (10, 3), circa a. 487. data est, pro nostro Domnino habeamus. — Cyrillum, *τὸν ἥρωα* (fr. 1.), quem plerique cum posteriore Cyrillo, Digestorum sub Iustiniano interprete, confundunt, auctore C. E. Zachariaeo hist. iur. Graeco-Rom. p. 21. primo loco
[750] posui; eius enim ipse Patricius (fr. 1.) commentarium 'definitionum', Latino igitur, ut videtur, sermone scriptum, lau-

dat, quo sub titulo de pactis omnia pacta, quae contra legem fierent, enumeraverit; additque ibi is, qui Patricium refert, Theodorus, ut puto, Codicis et Digestorum sub Iustiniano et Tiberio altero interpres, Cyrillum hoc facere potuisse, nondum Digestis compositis, in quibus nunc haec pacta dispersa sint. Ceterum ea tantum, quae Cyrillo addito insignis laudis elogio et ab interpretibus posteriori Cyrillo coaevis tribuuntur, ad hunc antiquiorem Cyrillum referenda sunt. — Amblichum, quemadmodum pro Iamblicho dicebant ι in fronte omissa (ut etiam in αὔω pro ἰαύω), ceteris adieci, quia item ὁ ἥρως et a Stephano quidem Iustiniani aequali dicitur fr. 29. Quid et quando scripserit et qua lingua, ex uno hoc loco, quo commemoratur, coniici non potest. Denique Κωβίδιος, cuius ποινάλιος (de poenis liber) a Schol. Basil. 11, 1, 7. p. 572 allegatur, quis et cuius aetatis fuerit, ignoro. Codicum antiquiorum interpretes Latina lingua usos esse, levis quaedam suspicio ex fr. 29. duci potest. Ceterum in disponendis fragmentis temporis ordinem secutus sum. Cyrilli mentio est in fr. 1. 2. Domnini et Demosthenis in fr. 3—6. Eudoxii in fr. 3. 6—11. Patricii in fr. 1. 3—6. 8. 9. 12—28. Amblichi in fr. 29. Gregorianum vel Hermogenianum Codicem spectant hoc fere titulorum ordine fr. 1. 12. 6. 13. 7. 8. 9. 3. 5. 23. 24. 16. 20. 21. 10. 18. 15. 22. 26. 11. 27. 28. Theodosianum fr. 14. 16. 19. 25. 4.

---

1. *Ταύτην τὴν διάταξιν*[1] *ὑπομνηματίζων ὁ ἥρως Πατρίκιος τολμηρὸν ἔφη εἶναι τὸ ἐξαριθμήσασθαι καὶ καταλέξαι, ποῖά ἐστι τὰ κόντρα λέγεμ ἤτοι ἐναντία νόμου γενόμενα πάκτα, ὡς τὸν ἥρωα καὶ κοινὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον Κύριλλον τελείως καὶ ἀνελλιπῶς τὰ περὶ τούτων συναγαγόντα ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν δεφινίτων αὐτοῦ. τὸν γὰρ δὲ πάκτις τίτλον ὑπομνηματίζων τελείως καὶ ἀνελλιπῶς καὶ ὡς αὐτῷ μόνῳ δυνατὸν ἦν, συνήγαγεν τὰ περὶ τούτων· νῦν δὲ διέσπαρ-*

Hanc constitutionem interpretans inclytus Patricius, audax esse ait, enumerare et referre, quae sint contra legem facta pacta, ut inclytus et communis orbis terrarum magister Cyrillus plene et nullo omisso huc pertinentia in commentario definitionum congesserit. Titulum enim de pactis commentans plene et nullo [751] *omisso et ut ipse solus facere id poterat, huc per-*

[1]) *L.* 6. *C. de pactis* (2, 3) *Antonini ex a.* 214., *quae nunc in Greg. vel Herm. C. desideratur.*

ται ἐν πᾶσι τοῖς διγ. — Schol. Basil. 11, 1. c. 67. T. I. p. 646. Heimb.

2. [1]Οὐ μὴ γένοιτο· κακῶς ἐκανονίσθης. ἄλλο πάκτον καὶ ἄλλο διάλυσις. τὸ γὰρ πάκτον ὁμολογημένου χρέους ἐστὶν ἀπαίτησις, ἡ δὲ διάλυσις ἀμφιβαλλομένου χρέους τομή. τὰ μὲν οὖν ὁμολογημένως ὀφειλόμενα διὰ τοῦτο δύναται καὶ ὁ μὴ δεσπότης, ἀλλὰ μόνον κύριος τοῦ διοικεῖν τὰ ἀλλότρια τῷδε δεβίτορι συγχωρεῖν, ἐπειδὴ δύναται ὡς διοικητὴς ἀπαιτεῖσθαι δίκας ἢ προδοὺς ἢ ῥαθυμήσας ἀδικήσας, πλὴν εἰ μὴ ἄρα δι' ἀντιδώρων ὠφέλησε τὸν πρωτότυπον. τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀμφιβόλοις διαλύεσθαι μόνου τοῦ δεσπότου ἐστί, τοῦ ἔχοντος τελείαν αὐθεντίαν, οὐκέτι δὲ καὶ προκουράτωρος· ἐγκαλούμενος γὰρ ὁ προκουράτωρ ἐνταῦθα δύναται λέγειν, ὅτι πάντως γὰρ τί ποτέ σοι ἐχρεώστει;[2] χάριτα μέντοι ὀφείλεις μοι ὁμολογεῖν, ὅτι δι' ἐμοῦ κἂν μέρος ἔλαβες, ὧν λέγεις ὀφείλεσθαι. οὔτε γὰρ ἐδείχθη, ὅτι ποτέ σοι ἐποφείλεται. οὕτως οὖν οὐ δεῖ κανονίζειν ἀπὸ τοῦ
[752] πάκτου τὴν διάλυσιν. οὕτω καὶ Κύριλλος ὁ ἥρως[3] φησίν. — Stephanus in Schol. Basil. 11, 1. c. 12.

tinentia congessit. nunc vero in totis Digestis dispersa sunt.

Minime: male definiisti. Aliud est pactum, aliud transactio. Pactum enim est debiti non controversi remissio, transactio autem debiti dubii decisio. Debita igitur confessa ideo et qui non dominus est, sed tantum rerum alienarum administrator, debitori remittere potest, quia tanquam administrator conveniri potest, si vel causam prodiderit, vel negligentia domino nocuerit, nisi forte domino remuneratione profuerit. De rebus dubiis autem transigere solius domini est, qui plenam habet potestatem, nec vero procuratoris. procurator enim appellatus tum dicere potest: numquid omnino tibi debebat? gratiam igitur mihi habere debes, quod per me vel partem acceperis eorum, quae deberi dicis; neque enim certum erat, tibi aliquid deberi. Sic igitur ex pacto transactionem definiri

---

[1]) *Quaeritur de componenda L.* 12. *D. de pact.* (2, 14) *cum L.* 60. *D. de procur.* (3, 3). [2]) *Signum interrogandi posui; edd. habent punctum contra sensum.* [3]) *Eodem, ut puto, definitionum libro sub tit. de pactis.*

— Ulp. L. 12. D. de pact. (2, 14). T. I. p. 583. Heimb.

3. Ταύτην τὴν διάταξιν[1] Δομνῖνος μὲν καὶ Δημοσθένης καὶ Εὐδόξιος οἱ πανάριστοι ἐπὶ πολιτικῆς δίκης[2] ἐνόουν, ἐπειδὴ τὸ παλαιὸν ἡ διάταξις αὕτη ἔλεγε· Μηδὲ τιμὰς δύνασθαι πράττειν τὸν ὑπὸ κατηγορίαν ἐγκληματικὴν γενόμενον. Ὁ δὲ ἥρως Πατρίκιος καὶ ἐπὶ τῆς οἱασδήποτε δίκης ἐδέχετο τὸ νόμιμον, καὶ μᾶλλον τὴν αὐτοῦ γνώμην ἐδέξαντο οἱ περιφανεῖς κωδικευταί, ἐξ ὧν περιεῖλον τῆς διατάξεως τὴν τῆς τιμῆς μνήμην.[3] — Interpr. ad L. 6. C. de procur. (2,13) ed. a Ruhnken. in Meermanni thes. iur. civ. et can. T. V. p. 56. Basil. 8, 2. c. 79. T. I. p. 403. Heimb.

4. Ἡ πρὸς ἀνιόντας ἢ κατιόντας ἢ οἱουσδήποτε συγγενεῖς γενομένη δωρεὰ ἀναλαμβανέσθω καὶ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων, δηλονότι δωρεαστικοῦ μὴ ὑπόντος, ἢ ἐὰν τὸ ὡρισμένον ποσὸν ὑπερβαίνῃ ἡ δωρεά. οὕτως γὰρ καὶ Πατρίκιος ὁ μόνος[4] διδάσκαλος ἐξηγήσατο τὴν παροῦσαν διάταξιν. καὶ μὴ νοήσῃς[5] αὐτὴν ἀδιαστίκτως, ἐπεὶ καὶ ἡ κε΄. διάταξις τοῦ παρόντος

non oportet. Sic et inclytus Cyrillus ait.

Hanc constitutionem Domninus et Demosthenes et Eudoxius viri excellentissimi de civili causa acceperunt, quia olim in hac constitutione legebatur: 'Reum criminis constitutum neque honoribus fungi posse.' Sed inclytus Patricius eam de quacunque causa accepit, cuius etiam sententiam sequi maluerunt illustres Codicis architecti, qui ideo honorum mentionem ex hac constitutione sustulerunt.

Donatio etiam parentibus vel liberis vel quibuscunque cognatis facta actis excipiatur, scilicet si donationis instrumentum non sit, vel si legitimam quantitatem donatio excedat. Sic enim et Patricius unus magister [753] *hanc constitutionem exposuit. Neque eam acci-*

---

[1]) *L.* 6. *C. de procur.* (2, 13). *Alexandri a.* 224., *quae nunc in Greg. et Herm. C. desideratur.* [2]) *In qua quasi honore aliquo fungi videbatur procurator; accusatoris enim munus tum parum honorificum erat.* [3]) *Quanquam ipsum ius retentum est. L.* 7. *D. de muner. et hon.* (50, 4). *L.* 17. §. 12. *D. ad munic.* (50, 1).
[4]) ὁ κοινός *cj. Zachariaei Anecd. p. XLVIII.;* ὁ ἐμὸς *cj. Heimb. Sed vid. Jacobs. add. anim. in Athen. p.* 131. [5]) *Ex Heimb. cj.* νομίσῃς *edd.*

τιτ. φησὶν ἀδιορίστως, πάντα δωρούμενον καὶ πράξεις ὀφείλειν ποιῆσαι, ἀλλὰ δηλονότι ἐὰν ὑπερβαίνῃ τὸ ὡρισμένον ποσὸν τὸ δοθέν. ἐπεὶ καὶ ἐκ τούτου συνάγεται, ὅτι πᾶσα δωρεὰ γενομένη δέεται καὶ πράξεως, ὅπερ ἄτοπον. ἀνάγνωθι γὰρ τὴν λδʹ. καὶ λϛʹ. διάταξιν τοῦ παρόντος τιτ. πλὴν ἰστέον, ὅτι Δομνῖνος ὁ πολυμαθής, ὁ ἐμὸς διδάσκαλος δέχεται τὸ ῥητὸν τῆς προκειμένης διατάξεως ἀδιαστίκτως, καί φησιν, ὅτι κἂν συμβόλαιον προβῇ, κἂν μὴ ὑπερβῇ ἡ δωρεὰ τὸ εἰρημένον τοῖς νόμοις ποσόν, χρεία πάντως καὶ πράξεως ὑπομνημάτων ἐπὶ τῆς πρὸς συγγενεῖς γενομένης δωρεᾶς,[1] καὶ ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπὶ τῶν εἰρημένων προσώπων διαφορὰ πρὸς τοὺς ἐξωτικούς· ἐπεὶ ποία ἦν χρεία, τὴν διάταξιν τοῦτο νομοθετεῖν; καὶ οἶμαι, αὐτὸς μᾶλλον καλῶς ἐδόξασε. — Theodori Schol. ad L. 27. C. de donat. (8, 54).[2] Basil. 47. 1. c. 60. T. IV. p. 585. Heimb.

pias sine distinctione, quoniam etiam const. 25. *huius tit. indistincte ait, quemlibet donatorem acta debere conficere, scilicet si, quod datum est, legitimam quantitatem excedat. Alioquin ex eo sequeretur, omnem donationem etiam actorum confectione indigere, quod absurdum est. Lege enim const.* 34. *et* 36. *huius tit. Plane sciendum est, Domninum eruditum praeceptorem meum indistincte textum huius constitutionis accipere et dicere, licet instrumentum factum sit, et donatio modum legibus dictum non excesserit, omnino tamen actorum confectione opus esse etiam in donatione in cognatos collata et hoc interesse inter dictas personas et extraneos: alioquin quid necesse erat, constitutionem hoc sancire? Et puto eum rectius docuisse.*

[754] **5.** plenam potestatem agendi] Τοῦτο χωρίον ὡς περὶ γενικοῦ προκουράτωρος ὁ ἥρως Πατρίκιος ἐνόησεν, ἀναγαγὼν καὶ Δημοσθένην οὕτως αὐτὸ νενοηκότα. Ἐγὼ δὲ οὐ νομίζω τοῦτο ἐμφαίνεσθαι

Hunc locum tanquam de generali procuratore (loquentem) inclytus Patricius cepit, laudans etiam Demosthenem, qui ita id ceperit. Ego vero

---

1) *Ex Heimb. cj.* ἔπειτα δὲ π. σ. γενομένη δωρεά *edd.*
2) = *L.* 5. *Th. C. de donat.* (8, 12) *Constantini a.* 333. *data.*

διὰ τῶν τῆς διατάξεως λέξεων κτλ. — Thalelaei Schol. ad L. 10. C. de procur. (2, 13)[1] in Meerm. thes. T. V. p. 60. Basil. 8, 2. c. 34. Heimb. T. I. p. 405.

non puto, id constitutionis verbis significari etc.

6. . . . Ὁμολογουμένως δὲ ἐπὶ πασῶν τῶν βόνα φίδε χώρα τῷ νομίμῳ τῆς διατάξεως.[2] οὕτως γὰρ καὶ ὁ ἥρως Πατρίκιος παρέδωκεν καὶ ὁ ἥρως Εὐδόξιος. δοκεῖ[3] Δημοσθένει τῷ τῆς εὐκλεοῦς μνήμης λέγοντι, ἐπὶ μόνης τῆς νεγοτιόρουμ γεστόρουμ χώραν ἔχειν τοῦτο τὸ νόμιμον· ἀλλὰ καὶ τὰ[4] ῥητὰ τῆς διατάξεως ἐπὶ ὅλων τῶν βόνα φίδε τὸ εἰρημένον ἐπὶ τῆς διατάξεως ταύτης κρατεῖν. — Schol. Basil. 11, 2. c. 20. T. I. p. 692. Heimb.

Certo in omnibus bonae fidei iudiciis locus est iuri constitutionis. Sic enim et inclytus Patricius et inclytus Eudoxius tradiderunt. Demostheni clarae memoriae in sola negotiorum gestorum actione locus esse constitutioni videtur; verum textus constitutionis in omnibus bonae fidei iudiciis hoc valere dicit.

7. . . . Ταύτην τὴν διάταξιν[5] ὑπομνηματίζων ὁ ἥρως Εὐδόξιος ἀνήγαγεν ἀνάγνωσμα τοιοῦτον· ἐὰν γάρ, φησίν, γένηται παρὰ τὸ νόμιμον τοῦτο διάλυσις περὶ τῶν ἀλιμέντων τοῦ μέλλοντος χρόνου δίχα τοῦ ἄρχοντος τῆς ἐπαρχίας, ἐπειδὴ ἡ διάλυσις οὐκ ἔρρωται, ῥεπετιτεύεται τὸ ὑπὲρ ταύτης τῆς διαλύσεως καταβεβλημένον. — Theodorus in Schol. Basil. 11, 2. c. 25. T. I. p. 696. Heimb.

Hanc constitutionem explicans inclytus Eudoxius talem lectionem subiecit: Nam si, inquit, contra hanc legem transactio de alimentis futuri temporis sine praeside provinciae facta sit, quia trans- [755] *actio non valet, id, quod eius nomine solutum est, repetitur.*

8. . . . καὶ μὴν ἡ μοιχεία οὐ δι' αἵματος οὐδὲ κεφαλικὴν ἔχει τὴν τιμωρίαν, ὡς πανταχοῦ μεμα-

Atqui adulterium neque sanguinis poenam neque capitalem irrogat, ut ubi-

---

1) *Alexandri ex a.* 228., *quae in Greg. et Herm. C. nunc non extat.* 2) = *L.* 3. *C. de transact.* (2, 4) *Alexandri data a.* 224. *in Greg. C. non superstes.* 3) *Malim* ἄλλο δοκεῖ. 4) *Lege* κατὰ *vel* κατὰ τὰ *pro* καὶ τὰ *et in fine* κρατεῖ. 5) = *L.* 8. *C. de transact.* (2, 4) *Gordiani data a.* 239. *In Greg. C. iam non exstat.*

θήκαμεν· ἀλλ' εἰς τὸ ἥμισυ μόνον δημεύεται ὁ σεμνὸς μοιχός. πῶς οὖν καὶ μετὰ τῶν δι' αἵματος ἐχόντων τὴν καταδίκην ὑπεξεῖλε τὴν μοιχείαν ἡ διάταξις αὕτη; μάθε, κατὰ τοὺς παλαιοὺς νομικοὺς καὶ τὰς ἐν τῷ Ἑρμογενιανῷ καὶ Γρηγοριανῷ διατάξεις[1] καλῶς λέγεις. ἀλλὰ σήμερον ἀπὸ διατάξεως Κωνσταντίνου ἀνενηνεγμένης ἐν τῷ θ'. βιβλίῳ τούτου τοῦ κώδικος τίτλῳ θ'. διατάξει λ'. κεφαλική ἐστι. ἐν τῇ ι'. διατ. τοῦ τιτ. ἀρέσκει, τὸν μοιχὸν gladio feriri ἤγουν ξίφει ὑποκεῖσθαι, ὥστε οὖν οὐ μόνον κεφαλικόν ἐστιν τὸ τῆς μοιχείας ἔγκλημα, ἀλλὰ καὶ δι' αἵματος ἔχει τὴν τιμωρίαν· καὶ ὅμως περὶ αὐτοῦ πακτεύειν ἢ διαλύεσθαι οὐκ ἔξεστιν. σημείωσαι δὲ, ὅτι ἡ διάταξις αὕτη τὴν τοῦ ἥρωος Πατρικίου ἑρμηνείαν ἐδέξατο. καὶ γὰρ ὁ ἥρως Εὐδόξιος ἔλεγεν, ὅτι ἐπὶ μὲν πάντων τῶν κεφαλικῶν, κἂν εἰς δεπορτατζίωνα ἤγουν ἐξορίαν, κἂν εἰς μέταλλον ἔχωσι τὴν τιμωρίαν, ἔξεστι διαλύεσθαι. ὁ δὲ
[756] ἥρως Πατρίκιος ἐπὶ ἀναγνωσμάτων ἰδικῶν ἔλεγεν, ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν δι' αἵματος πουβλίκων ἐξεῖναι διαλύεσθαι. αὕτη οὖν ἡ διάταξις τῶν δι' αἵματος ἐχόντων τὴν καταδίκην προφανῶς ἐδέξατο καὶ ἐβεβαίωσε τὴν τοῦ Πατρικίου παράδοσιν. ἰδικῶν εἶπε πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν γενικῶν, ἀφ' ὧν ὁ

que didicimus: sed adulteri honestioris condicionis bona pro dimidia parte publicantur. Quomodo igitur etiam inter crimina, quae sanguinis condemnationem habent, haec constitutio adulterium excepit? Disce, secundum veteres iurisconsultos et constitutiones in Codice Hermogeniano et Gregoriano recte dicis. Sed hodie ex const. Constantini lib. 9. huius Codicis tit. 9. const. 30. relata adulterium capitale est. In const. 10. hui. tit. placet, adulterum gladio feriri. Itaque adulterii crimen non solum capitale est, verum etiam sanguinis poenam irrogat: tamen de eo pacisci vel transigere non licet. Nota, hanc constitutionem inclyti Patricii interpretationem admisisse. Etenim inclytus Eudoxius dicebat, de omnibus criminibus capitalibus, sive deportationis, id est exilii, sive metalli poenam ingerant, transigere licere. Inclytus Patricius vero in recitationibus suis dicebat, de publicis criminibus poenam sanguinis

---

1) *Male hic interpungunt edd.*

Εὐδόξιος ὥρμητο. εἰσὶ δὲ τὰ ἰδικὰ τῶν γενικῶν ἐπικρατέστερα. καὶ ἀνάγνωθι πρῶτον κεφάλ. τοῦ κα΄. τιτ. τοῦ μη΄. βιβ. τῶν διγ. βοηθοῦν τῷ ἥρωι Πατρικίῳ. — Theodori Schol. ad Basil. 11, 2. c. 35.[1] T. I. p. 704. Heimb.

irrogantibus transigere licere. Haec igitur constitutio manifeste condemnationem eorum, quae sanguinis discrimen habent, recepit et Patricii sententiam firmavit. Specialium dixit ad differentiam generalium, a quibus Eudoxius exorsus erat. Specialia autem sunt generalibus potiora. Et lege cap. 1. *tit.* 21. *lib.* 48. *Dig., inclytum Patricium adiuvans.*

9. Ἐρώτησις. Οὐκ οἶδα, πῶς νοήσω τὴν διάταξιν ταύτην.[2] τότε γὰρ ἡ αὔξησις ἡ τῆς τιμωρίας φυλάττει τὴν ἐπιτιμίαν, ὅτε, εἰ δ' ἂν ἡ τετυπωμένη καταδίκη ἐξηνέχθη, ἔμελλεν ἀτιμοῦσθαι ὁ κρινόμενος· νῦν δὲ οὐδὲ εἰ ἐδιπλασιάσθη μόνον ὁ τῆς ἐξορίας χρόνος, ἔμελλεν ἀτιμωθῆναι. Λύσις. Μάθε ἀληθῶς, ὅτι ὁ θεματισμὸς τῆς διατάξεως, ὃν ὑπεθέμην, οὐ συνέστηκε, εἰ καὶ Εὐδοξίῳ τῷ ἥρωι, καὶ τοῖς ἄλλοις παλαιοτέροις διδασκάλοις ταῦτα εἴρηται. ἀλλὰ διὰ τοῦτο αὐτῷ κατηκολούθησα, ἵνα αὐτοῦ τὸ ἀπίθανον διελέγξω. διελέγξω δὲ οὐκ ἐκ τῶν οἰκείων μου πόνων, ἀλλ' ἐκ τῶν τοῦ ἥρωος Πατρικίου. αὐτὸς γὰρ μόνος ἀληθῶς ἐπέστησε τῷ θέματι ταύτης τῆς διατάξεως, καὶ χρὴ κατὰ τὴν ἐκείνου παράδοσιν ἡμᾶς θεματίσαι, ὅτι οὗτος ὁ Πέ-

Interrogatio. Nescio quomodo hanc constitutionem intelligam. Tunc enim augmentum poenae famam conservat, cum, si condemnatio statuta illata esset, iudicatus infamari deberet; nunc autem si exilii tempus tantum duplicatum fuerit, notari [757] *infamia non deberet. Solutio. Revera scias, non esse eam speciem constitutionis, quam posui, quamvis ab Eudoxio inclyto et aliis antiquioribus magistris haec dicta fuerint. Sed ideo illum secutus sum, ut improbabilem eius opinionem refellam: refellam autem non ex meis propriis laboribus, sed ex inclyti Patricii. Is*

---

1) *Cui respondet L.* 18. *C. de transact.* (2, 4) *Diocl. et Maxim. ex a.* 293., *quae nunc in Greg. vel Herm. C. desideratur.* 2) = *L.* 4. *C. ex quib. caus. infam.* (2, 12) *Severi et Antonini ex a.* 198., *de qua vid. Glück. Pand. T. V. p.* 156. *Cramer dispunct. iur. civ. c.* 1. *p.* 10. *In Greg. et Herm. C. nunc non exstat.*

τρος τῇ ἰνιουριάρουμ ἐνήχθη τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀντὶ τῆς εἰς τὰ χρήματα καταδίκης ἐξωρίσθη πρὸς ἐνιαυτόν· εἶτα οὐκ ἐπείσθη τῇ ἀποφάσει τῆς ἐξορίας· καὶ τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς αὐτὸς ἐξ αὐθεντίας εἰς πενταετῆ χρόνον αὐτὸν ἐξώρισεν, καὶ ἐπήγαγεν, αὐτὸν μὴ ἠτιμῶσθαι, οὐ διὰ τὸ βάρος τῆς τιμωρίας τῆς ἐξ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἐπενεχθείσης, ἀλλὰ διὰ τὸ βάρος τῆς πρώτης καταδίκης, ὅτε ὑπὸ τῷ ἄρχοντι κρινόμενος ὡς ὑβριστὴς ἀντὶ χρημάτων εἰς ἐξορίαν κατεδικάσθη. οὕτως οὖν ἔχων ὁ θεματισμὸς τῆς διατάξεως, κατ' οὐδὲν ἔπταισται. ἐὰν γὰρ ἐν τῇ πενταετίᾳ νοήσωμεν τὸ βεβαρῆσθαι αὐτὸν, οὐδὲ ὅλως ἡ διάταξις ἵσταται, καὶ σωθείησαν οἱ κόποι τοῦ μνημονευθέντος περιφανοῦς ἀνδρὸς, εἰς ἀπέραντον τὴν οἰκείαν διδασκαλίαν χαριζόμενοι ἐν αὐτῷ τῷ πονήματι.
[758] κἀκεῖνος[1] εἶπεν, ὅτι ἡνίκα διπλασιαζόμενος ὁ χρόνος τῆς ἐξορίας ὑπερβαίνει τὰ δέκα ἔτη· ἦν γὰρ τυχὸν εἰς ἓξ ἐνιαυτοὺς ἐκ τῆς ἀποφάσεως ἐξορισθείς τότε οὐκ ἔστι διπλασίου ἔτους ἡ καταδίκη, ἀλλὰ διηνεκῶς ἐξορίζεται. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ ἀνάγνωσμα ἀπὸ τοῦ θ'. βιβ. τῶν de officio proconsulis[2] οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ ἥρως Εὐδόξιος ἀνήγαγε·

enim solus vere huius constitutionis speciem animadvertit, et secundum eius traditionem nos fingere debemus, hunc Petrum iniuriarum actione ab initio conventum et vice pecuniariae condemnationis in annum relegatum fuisse: deinde sententiae relegationis non obtemperasse: quod cum imperator rescivisset, ipse ex auctoritate sua in quinquennii tempus eum relegavit et subiecit, eum non esse infamatum non propter severitatem poenae ab ipso principe ei inflictae, sed propter severitatem prioris condemnationis, cum a magistratu iudicatus iniuriarum nomine loco pecuniariae poenae ad relegationem damnatus esset. Itaque si species constitutionis haec est, nihil est, quod offendat. Nam si accipiamus eum quinquennii poena oneratum esse, omnino non consistet constitutio et peribunt sudores memorati illustris viri in infinitum doctrinam suam largientes in ipso

[1]) *Patricius, cuius hactenus verba Thalelaeus attulit.* [2]) *Ulpiani genuinos libros inspexerat, ex quibus depromta est L.* 8. *D. de poen.* (48, 21).

κεῖται δὲ βιβ. μη'. τιτ. de poenis η'. διγ. τοῦ τιτ. [ἤτοι βιβ. ξ'. τιτ. να'. κεφ. η'.]. — Thalelaeus in Schol. Basil. 21, 3. c. 4. T. II. p. 454. Heimb.

labore. et ille dicebat: ubi tempus relegationis duplicatum decennium excedit, puta si in sexennium relegatus fuerit ex sententia. tunc non est duplicati temporis condemnatio, sed perpetuo relegatur. Verum hanc recitationem ex libro 9. *de officio proconsulis non ipse tantum sed et inclytus Eudoxius retulit: exstat autem lib.* 48. *tit. de poenis Dig.* 8. [*seu lib.* 60. *tit.* 51. *cap.* 8.].

10. Ὁ λέγων ἑαυτὸν ἀφήλικα ὀφείλει δεῖξαι, ὃ διαβεβαιοῦται. Ἥρωος.[1] Καὶ πῶς εἴρηται ἐν τῷ β'. βιβ. τοῦ κωδ. τιτ. κα'. διατ. δ'.[2] [ἤτοι βιβ. ι'. τιτ. δ'. κεφ. νδ'.] ὅτι οἱ διάδικοι τοῦ ἥττονος ὀφείλουσι δεῖξαι, ὡς παρῆλθεν ὁ τῆς ἀποκαταστάσεως χρόνος; μάθε τοίνυν πρὸ πάντων, ὅτι δύο εἰσὶ ζητήσεις ἐν τῷ περὶ ἀποκαταστάσεως ἀγῶνι. καὶ πρώτη ἐστίν, εἰ ἀφῆλιξ ὢν ὁ νέος συνήλλαξε· δευτέρα δέ, εἰ ὁ καιρὸς τῆς ἀποκαταστάσεως παρῆλθεν. καὶ ἐπειδὴ ὁ νέος λέγει ἑαυτὸν ἀφήλικα, εὐλόγως αὐτὸς τῇ ἀποδείξει περὶ τούτου βαρεῖται κατὰ τὸ ἐνταῦθα κείμενον. οὐ γὰρ ὁ διάδικος αὐτοῦ[3] δείκνυσιν, ὅτι μείζων ὢν συνήλλαξεν, ἐπεὶ κατὰ τοῦ νέου ηὑρίσκετο ἂν περιτρεπόμενον τὸ

Qui se minorem dicit, probare debet, quod affirmat. Inclyti. 'Et quomodo dicitur in lib. 2. *Cod. tit.* 21. *const.* 4. [*seu lib.* 10. *tit.* 4. [759] *cap.* 54.] *adversarios minoris ostendere debere, tempus in integrum restitutionis esse praeterlapsum? Ante omnia igitur scias, in lite de restitutione duas quaestiones esse. Prima est, an minor fuerit, cum contraheret; secunda, an tempus in integrum restitutionis praeterierit. Et quia adolescens dicit, se minorem fuisse, merito ipse probatione huius rei oneratur, iuxta id, quod hoc loco*

[1]) *Quo verbo Cyrillus indicat, se iam anteiustiniani doctoris verba interserere, et quidem Eudoxii, ut in fine apparet. Neque igitur Gust. Heimbachio Anecd. I. p.* 204. *nomen Eudoxii vel Patricii excidisse rato, neque fratri eius Gorgio* ἥρωος *ex nota vocis* ἐρώτησις *ortum esse ad h. l. opinato assentior.* [2]) *Est L.* 4. *C. de in int. rest. min.* (2, 22, *aliis* 21) *et puta Cyrillum hoc modo transformasse Codicis citationem, quae in verbis Eudoxii spectabat ad Greg. C., in quo hoc Diocl. et Maxim. rescriptum a.* 293. *nunc non extat.* [3]) *Scripsi;* αὐτὸς *edd.*

ὑπὲρ αὐτοῦ εἰσενεχθὲν προνόμιον. ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν τὸν ἀφήλικα, ὅτι ἥττων ὢν συνήλλαξε, καὶ δεῖξαι τοῦτο, οὐκέτι ὁ διάδικος αὐτοῦ εὑρίσκεταί τι λέγειν περὶ τῆς ἡλικίας, ἀλλὰ λοιπὸν εἰς τοὺς περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως μετατρέπεται λόγους, καὶ ἀντιτίθησι λέγων· ἀλλὰ παρῆλθεν ὁ τῆς ἀποκαταστάσεως καιρός· καὶ εἰ μὴ δείξῃ, βοηθεῖται ὁ νέος. τὰ δύο οὖν περιλαμβάνουσα ἡ εἰρημένη δ'. διάταξις εἶπε πρὸς τὸν νέον, ὅτι ἐὰν δεικνύῃς, ὡς ἥττων ὑπάρχων συνήλλαξας, καὶ μὴ δείξῃ ὁ διάδικός σου, παρεληλυθέναι τὸν [760] χρόνον τῆς ἀποκαταστάσεώς σου, βοηθήσῃ. σημείωσαι οὖν τὴν διαφορὰν τῶν ἀποδείξεων. οὕτω γὰρ ὁ Εὐδόξιος ὁ ἥρως ἐνόησε τὴν τούτων διαίρεσιν κτλ. — Cyrillus in Schol. Basil. 22, 1. 43.[1] T. II. p. 488. Heimb.

positum est. Non enim adversarius eius probat, eum maiorem fuisse, cum contraheret, quia privilegium pro minore introductum adversus eum retorqueretur. Cum vero minor dicit, se minorem fuisse tempore contractus, idque ostendit, non amplius adversarius eius de aetate invenitur quidquam dicere, sed alioquin ad restitutionis causam se convertit et opponit, dicens: at tempus restitutionis praeteriit. Quod si non probaverit, adolescenti subvenitur. Haec igitur duo complectens suprascripta const. **4.** *adolescenti dixit: 'si minorem te fuisse, cum contraheres, ostenderis, neque probaverit adversarius tuus, tempus tuae restitutionis praeteriisse, subvenietur tibi. Nota igitur differentiam probationum.' Sic enim Eudoxius inclytus intellexit harum divisionem etc.*

11. Ἐάν τινι χαρίσηταί τις πρᾶγμα, ἐφ' ᾧ μετὰ χρόνου δοῦναι αὐτὸ ἄλλῳ, ὁ μὲν ἤδη τυχὼν[2] τῆς δωρεᾶς ἔχει τὸν ἐξ λέγε κονδικτίκιον· ὁ δὲ μετὰ ταῦτα ὀφεί-

Si quis alicui rem ita donaverit, ut post tempus eam alii daret, is quidem, qui donationem iam nactus est, ex lege condicti-

---

1) = *L.* 9. *C. de probat.* (4, 19) *eiusdem anni, nec in Gr. vel Herm. C. superstes.* 2) τυχὸν *Fabr. Vitium inesse videtur, sed incertum, librarii an scholiastae; neque enim donum nactus sed doni auctor* (*L.* 3. *C. h. t.*), *non servata placiti fide, condictionem habet. Fortasse tamen Theodorus insuper habita L.* 3. *cit. sensit de eo, cui pacto tamen res donata est; huic enim condictio competit ex L.* 35. §. 5. *C. de donat.* (8, 54).

λων λαβεῖν αὐτὴν, εἰ μὲν ἐπηρώτησε, κινεῖ τὴν ἐκ στιπουλάτου. εἰ δὲ μὴ ἐπηρώτησεν, ἔχει τὴν οὐτιλίαν ἀγωγήν, τουτέστι, τὴν praescriptis uerbis. οὕτως γὰρ ὁ ἥρως Εὐδόξιος τὸ τῆς οὐτιλίας ὄνομα ἐνταῦθα ἐνόησεν. — Theodorus in Schol. Basil. 47, 1. c. 72.[1] T. IV. p. 593. Heimb.

12. Ταύτην τὴν διάταξιν[2] ὑπομνηματίσαντες οἱ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι πρόστιμον ὑπέθεντο τὴν γυναῖκα ταύτην ἐπερωτηθεῖσαν, ἐὰν ἐνάγῃ περὶ τῶν οἰκετῶν. ἀμέλει ὁ ἥρως Πατρίκιος καὶ θεωρίαν ὑπέβαλε ταύτῃ τῇ διατάξει, τὴν διδάσκουσαν, πότε ποῦ πρωτοτύπου ἀσθενοῦντος τὸ πρόστιμον ἔρρωται. ἐγὼ δὲ οὐδαμόθεν εὑρίσκω προστίμου μνήμην ἐν ταύτῃ τῇ διατάξει κειμένην, ἀλλὰ μᾶλλον ψιλὸν σύμφωνον γεγονός κτλ. — — — ἐθαύμασα δὲ, ὅτι τοῖς μνημονευθεῖσιν ἐπιφανεστάτοις διδασκάλοις ἔδοξεν εἰπεῖν· διὰ τὸ μετὰ ἀπόφασιν γεγονέναι τὸ πάκτον, διὰ τοῦτο ἀνυπίστατον αὐτὸ ἐκάλεσεν ἡ διάταξις. καίτοι διαλύεσθαι μὲν πρὸς τὸν καταδικασθέντα οὐκ ἔξεστιν, ἐπειδὴ ἡ διάλυσις ἀμφιβαλλομένου χρέους ἔχει συμβιβασμόν· πακτεύειν δὲ πρὸς τὸν ἡττηθέντα ἔξεστιν ὁμολογημένως κτλ.[3] —

onem habet; is autem, qui postea eam accepturus est, si quidem stipulatus est, agit ex stipulatu: si vero stipulatus non sit, utilem actionem habet, id est praescriptis verbis. Sic enim inclytus Eudoxius vocem u t i l i s *hoc loco intellexit.*

Hanc constitutionem [761] *commentati orbis terrarum magistri finxerunt, hanc mulierem poenam promisisse, si de servis controversiam fecisset. Certe inclytus Patricius huic constitutioni considerationem subiecit, qua docetur, quando poena valeat, licet principale infirmum sit. Ego vero nusquam poenae mentionem in hac constitutione factam invenio, sed potius nudum pactum initum etc. — — — Miratus autem sum, commemoratis praeclarissimis praeceptoribus placuisse dicere, ideo, quod pactum post rem iudicatam initum sit, constitutionem id irritum vocare. Atqui transigere quidem cum*

---

[1]) = *L.* 3. *C. de donat. quae sub modo* (8, 55) *Diocl. et Maxim. et a.* 290. *ex Greg. C. plenior servata est Fr. Vat.* 286. [2]) *L* 9. *C. de pact.* (2, 3) *Alexandri data a.* 226. *nec in Gr. C. superstes.* [3]) *Sententiae suae deinde etiam Codicis Iust. architectos testes*

Schol. Basil. 11, 1. c. 70. T. I. p. 649. Heimb.

condemnato non licet, quia transactio debiti dubii continet compositionem, pacisci autem cum condemnato licere in confesso est etc.

13. Ὁ μὲν τῆς περιφανοῦς μνήμης Πατρίκιος, τὸ εἰς διαφέρον
[762] ἐνάγεσθαι τοὺς διαλυσαμένους καὶ μὴ πληροῦντας, ἃ ἐπηγγείλαντο, πρὸς μόνην τὴν πραεσκρίπτις βέρβις ἐνόησεν, ὡς τῆς ἐξ στιπουλάτου μὴ δυναμένης εἰς τὸ διαφέρον κινεῖσθαι, ἀλλὰ πάντως ῥητὴν ποσότητα ἀπαιτούσης. ἐγὼ δὲ λέγω κτλ. — Theodorus in Schol. Basil. 11, 2. c. 23.[1] T. I. p. 695. Heimb.

Patricius quidem praeclarae memoriae in id, quod interest, conveniri eos, qui transegerint nec promissa praestiterint, de sola praescriptis verbis actione intellexit, cum ex stipulatu actio in id, quod interest, moveri non possit, sed certam quantitatem omnino petat. Ego vero dico etc.

14. . . . Ὁ μὲν κοινὸς διδάσκαλος Πατρίκιος πολὺν ἐκίνησε περὶ τούτου λόγον, θεωρίαν ὑποτάξας τῷ πονήματι ταύτης τῆς διατάξεως.[2] καὶ πρόχειρόν ἐστι, ταύτῃ καὶ ἐντυχεῖν καὶ μαθεῖν τὰ ἐκείνῳ δεδογμένα. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μηδὲ ὅλως ἰσχυρῶς ἐνάγειν αὐτόν.[3] τεθεμάτισται γὰρ Ἀκουιλιανὴν ποιησάμενος ἐπερώτησιν καὶ ἀκεπτιλατίονα. καὶ ποίαν δύναται λοιπὸν ἔχειν ἀγωγήν, πᾶσαν ἀνελὼν διὰ τῆς ἀκεπτιλατίονος; εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ τὸ παλαιόν, ὡς αὐτὸς ὁ ἥρως Πατρίκιος ἐδίδαξεν, ἠδύνατό τις εἰπεῖν, ὅτι περὶ τῆς νερεδιτάτις πετιτίονος

Communis magister Patricius multa de hac re verba fecit, et huius operi constitutionis considerationem subiecit, quam invenire et discere ea, quae illi videantur, in promptu est. Mihi autem nequaquam valide agere videtur. Nam fingitur Aquilianam stipulationem et acceptilationem fecisse. Qualem vero actionem reliquam habere potest, omni peremta per acceptilationem? Quamvis enim olim, ut ipse inclytus Patricius

---

producit, qui hanc const. in tit. de pactis, non de transactionibus posuerint. 1) *Cui respondet L.* 6. *C. de transact.* (2, 4) *Alexandri data a.* 231. *In Greg. vel Herm. C. non extat.* 2) *L.* 40. *C. de transact.* (2, 4) = *L.* 2. *Th. C. de pact.* (2, 9) *Gratiani, Valentiniani et Theodosii, data a.* 381. 3) *Eum intellige, qui pactus est.*

διελύσατο τῆς μὴ ἀναιρουμένης τότε διὰ τῆς Ἀκουιλιανῆς ἐπερωτήσεως, ὅμως σήμερον οὐδὲ τοῦτο προχωρεῖ τρακταΐζειν ἡμῖν, ἐπειδὴ ἡ ιε΄. διατ. καὶ τὴν νερεδιτάτις πετιτίονα καὶ τὴν σπεκιαλίαν ἰν ρὲμ ἐνομοθέτησεν ἀναιρεῖσθαι διὰ τῆς Ἀκουιλιανῆς ἐπερωτήσεως. κτλ. — Thalelaeus[1] in Schol. Basil. 11, 2. c. 57. T. I. p. 722. Heimb.

docuit, dicere quis posset, de hereditatis petitione eum transegisse, quae tunc Aquiliana stipulatione non tollebatur, hodie tamen hoc tractare non possumus, quum constitutione [763] *15. statutum sit, tam hereditatis petitionem quam specialem in rem actionem Aquiliana stipulatione perimi. etc.*

15. *Ἐνταῦθα νόησον ἀδιαιρέτως μὴ μόνον τὸν τῶν ὡρείων ἀληθῆ δεσπότην, ἀλλὰ καὶ τὸν μισθοῦντα κατὰ μέρος οἰκήματα τοῦ ὡρείου, εἴτε καὶ καθ' ὁμάδα τὸ ὡρεῖον ἐμισθώσατο καὶ μεταμισθοῖ. οὕτω γὰρ ὁ ἥρως Πατρίκιος ἐνόησε τὴν διάταξιν. κτλ.* Schol. Basil. 20, 1. c. 63.[2] T. II. p. 369. Heimb.

Hoc loco intellige sine distinctione non solum horreorum verum dominum, sed etiam eum, qui per partes cellas horrei locavit, aut etiam totum horreum conduxit et alii sublocat. Sic enim inclytus Patricius constitutionem intellexit. ete.

16. . . . *Ἁπλῶς γὰρ εἰπεῖν, τὴν εἰρημένην διάταξιν*[3] *οὕτω θεμάτισον, ὡς Πατρίκιος ὁ ἥρως*[4] *ἐθεμάτισε. γυνὴ γάρ, φησί, τὶς ἔχθραν ἔχουσα κατὰ τοῦ ἰδίου ἀνδρός, ὤμοσε κατὰ τῆς σωτηρίας τοῦ βασιλέως, ὥστε μηδέποτε διαλλαγῆναι αὐτῷ, καὶ βουλομένη μετὰ ταῦτα τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀπηλλάχθαι μικροψυχίας ἐδεήθη βασιλέα διὰ Φέλικός τινος οὕτως ὀνομαζομένου καὶ τῆς εἰρημένης ἔτυχε διατάξεως πρὸς αὐτὸν ἀντι-*

Nam ut breviter dicam, dictae constitutionis species ita constituenda est, ut Patricius inclytus eam constituit. Quaedam mulier enim, inquit, cum inimicitiae inter ipsam eiusque maritum intercederent, per salutem imperatoris iuravit, se nunquam cum marito in gratiam redituram: cumque posthac deponere animum

---

1) *Cf. Zachariae Anecd. p. XLVII.* 2) = *L.* 1. *C. de locato* (4, 65) *et extat apud Paullum Collat.* 10, 9. §. 1. *In Greg. C. desideratur.* 3) *L.* 2. *C. de reb. cred.* (4, 1) *ab Alexandro a.* 224. *data, quam Patricius aperte pleniorem in Greg. C. legerat.* 4) ὁ *Πατρίκιος Ἥρως edd.*

γραφείσης τὸν Φέλικα.—Stephanus in Schol. Basil. 22, 5. c. 13. T. II. p. 542. Heimb.

inimicum in illum vellet, preces obtulit imperatori per hominem quendam nomine Felicem et impetravit dictam constitutionem Felici rescriptam.

[764] **17.** ...Ὁ δὲ ἥρως Πατρίκιος ἐσημειώσατο ἔντοκον ποσότητα. εἰ γὰρ ἄτοκον ἐδάνεισεν, οὐκ ἐτιμωρεῖτο. κτλ. — Schol. Basil. 23, 1. c. 60.[1] T. II. p. 652. Heimb.

Inclytus autem Patricius notavit (*haec verba*) *'foenebrem pecuniam'. Nam si sine usuris credidisset, non plecteretur.*

18. Ὁ ἥρως Πατρίκιος ἐκ τῆς λέξεως ἐσημειώσατο, ὅτι μᾶλλον εἰ μὴ ὡς ἐπιγινώσκων κατέβαλεν, ἀλλ' ὡς κληρονόμος ἀγνοήσας τὸ ἀληθές, ἢ ὡς φύσει λήθαργος ὤν, δύναται καὶ οὕτως κεχρῆσθαι τῇ ἀναργυρίᾳ.—Thalelaeus in Schol. Basil. 23, 1. c. 66.[2] T. II. p. 657. Heimb.

Inclytus Patricius ex hac dictione notavit, si non ut agnoscens cautionem solvit, sed ut heres veritatem ignorans, aut ut natura obliviosus, posse eum ita quoque uti exceptione non numeratae pecuniae.

19. Τῆς διατάξεως[3] τῆς βουλομένης τὰς προσωπικὰς ἀγωγὰς φθείρεσθαι τριάκοντα ἐνιαυτοῖς εἰσενεχθείσης[4] ὁ ἥρως Πατρίκιος μέθοδον ἐπενόει τὴν τοιαύτην. ὡς δεῖ,[5] φησίν, ἀναιρεῖσθαι τὴν προσωπικὴν ἀγωγὴν τῇ τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν παραδρομῇ; ἀναιρείσθω οὖν ἐπὶ τῷ κεφαλαίῳ καὶ μόνῳ, ἐπειδὴ κατὰ τὴν τοῦ κεφαλαίου δόσιν διέδραμεν ἡ τριακον-
[765] ταετηρίς, οἱ δὲ τόκοι, φησίν, ἀπαι-

Constitutione, quae actiones personales triginta annis extingui vult, introducta inclytus Patricius hanc viam rationemque excogitavit. Quomodo oportet, ait, tolli personalem triginta annorum lapsu? Tollatur igitur sortis eiusque solius nomine, cum post sortem datam tricennium transactum est: at

---

1) = *L.* 16. *C. si cert. pet.* (4, 2) *Honorii et Theodosii data a.* 408. *In Th. C. nunc non extat, sed iungenda videtur, adnotante Gothofredo, Legi* 21. *Th. C. de bon. proscr.* (9, 42). 2) = *L.* 4. *C. de non numer. pec.* (4, 30) *Antonini, in Greg. C. iam non extat.* 3) *L.* 1. *Th. C. de act. certo temp. fin.* (4, 14) = *L.* 3. *C. de praescr. XXX vel XL ann.* (7, 39) *Theodosii II., data a.* 424. 4) *An legendum* οὐκ εἰσενεχθείσας (*actiones*) *XXX annis non institutas? An* εἰσενεχθείσης *est* (*ad hanc materiam*) *allatae, adhibitae?* 5) *Correxi;* ὥστε *edd. sine sensu.*

τείσθωσαν. οὐδὲ γὰρ πάντως, φησίν, ἀπεκλείσθησαν οἱ τόκοι τῇ τριακονταετηρίδι, ἐπειδὴ ὁ τόκος καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τίκτεται. τριάκοντα ἐνιαυτῶν ἐπὶ τῷ κεφαλαίῳ παραδραμόντων εὑρίσκεται ἐπὶ τῷ τόκῳ τοῦ α'. ἐνιαυτοῦ δραμόντα κθ'. ἔτη, ἐπὶ δὲ τῷ τόκῳ τοῦ δευτέρου ἐνιαυτοῦ κη'. καὶ οὕτως ἐφεξῆς ἐπὶ τοῖς τόκοις τῶν μετὰ ταῦτα ἐνιαυτῶν ἐλάττων χρόνος εὑρίσκεται διαδραμών. τὸ δὲ αὐτὸ ἔλεγε καὶ περὶ καρπῶν, ὅπερ καὶ περὶ τόκων. ἡ τοίνυν παροῦσα διάταξις[1] ἀναιρεῖ τὸ τοιοῦτον νόμιμον, λέγουσα, ὅτι ἄτοπόν ἐστι, τῆς πρωτοτύπου ἀγωγῆς ἀναιρεθείσης περὶ τόκων ἢ καρπῶν φιλονεικεῖν. κτλ. — Basil. 23, 3. c. 74. T. II. p. 730. Heimb. Cf. Synops. Basil. p. 250. Leuncl.

usurae, inquit, petantur. Non enim, inquit, tricennio exclusae sunt usurae, cum usurae singulis annis nascantur. Triginta annis elapsis ratione sortis, inveniuntur ratione usurarum primi anni transacti anni XXIX., secundi vero anni usurarum ratione anni XXVIII. atque ita deinceps pro usuris annorum sequentium minus tempus elapsum deprehenditur. Idem et de fructibus, quod de usuris dicebat. Haec igitur constitutio ius illud tollit dicitque absurdum esse, actione principali sublata, de usuris et fructibus disputare. etc.

20. . . . καὶ ἁπλῶς ἐνταῦθα τὸ βόνα φίδε ἀντὶ ἀληθοῦς τυχὸν καὶ τοῦ μὴ δόλον[2] ἁμαρτάνειν νόησον. οὕτως γὰρ καὶ ὁ ἥρως Πατρίκιος εἶπεν ταύτην τὴν διάταξιν[3] ὑπομνηματίζων. — Thalelaeus in Schol. Basil. 24, 3. c. 8. T. III. p. 22. Heimb.

Denique quod hoc loco dicitur de bona fide, pro veritate accipe et ne dolus admittatur. Sic enim et inclytus Patricius ait in huius constitutionis interpretatione.

21. . . . ἀντέθηκε δὲ ὁ ἥρως Πατρίκιος ἑαυτῷ τὴν α'. διατ. τούτου τοῦ τίτλου λέγων· Τίνος ἕνεκεν περιόντα ἀπαγγέλλει τὸν χρεωστὴν, ὁπότε ἐν ἐκείνῃ τῇ διατάξει καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ

Inclytus autem Patricius sibi opposuit constit. [766]
1. huius tit. Cur, inquit, superstitem debitorem fuisse dicit haec constitutio, cum in illa constitu-

---

[1]) *L.* 26 *pr. C. de usur.* (4, 32). [2]) *Malim* δόλῳ. [3]) *L.* 4. *C. de obl. et act.* (4, 10) *a Diocl. et Maxim. data a.* 290. *Nunc non est in Greg. vel Herm. C.*

τὴν οὐτιλίαν δέδωκε; καὶ ἀπέλυσεν οὕτως· ὅτι ἡ διάταξις αὕτη[1] *οὐδαμοῦ τὴν οὐτιλίαν ἀνεῖλεν τελευτήσαντος αὐτοῦ, ἀλλὰ ζῶντος αὐτοῦ μέμνηται, ὡς μέλλουσα ἀντεισάγειν τὸ* ex eius persona. *εἰ δὲ ἐτελεύτησεν, οὐκ ἔτι ἐδύνατο ἐκ προσώπου αὐτοῦ κινῆσαι, ἀλλὰ λοιπὸν ἀνάγκην εἶχεν χρήσασθαι οὐτιλίᾳ ἐκ προσώπου ἰδίου. καὶ κανονίζεται οὕτως, ὅτι ἐφ' ὅσον μὲν ζῇ ὁ χρεώστης αὐτοῦ, ὁ τὸ γραμματεῖον ἐκχωρήσας, οὐκ ἔχει οὐτιλίαν ὁ δανειστής, τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ ἔχει κτλ.* — Schol. Basil. 24, 3. c. 10. T. III. p. 23. Heimb.

tione mortuo quoque debitore utilem dedit? Et ita solvit: nequaquam haec constitutio tollit utilem actionem eo mortuo, sed meminit eius superstitis, cum vellet hoc subiicere, 'ex eius persona'. Si vero decessisset, non poterat ex eius persona agere, sed necesse habebat utili uti ex persona sua. Atque ita definit: quamdiu quidem vivit debitor eius, qui nomen cessit, creditor eius utilem non habet: habet autem mortuo eo. etc.

22. *Ἐὰν ὀμόσαντος τοῦ ὀρφάνου καταδικασθῇ ὁ ἐπίτροπος, οὐ δύναται μετὰ ταῦτα συμφωνεῖν, ὥστε ἧττον δοῦναι αὐτῷ ὧν κατεδικάσθη. πάκτον καλεῖ τὴν διάλυσιν. οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἥρως Πατρίκιος ὑπεσημήνατο.* — Theodorus in Schol. Basil. 38, 16. c. 3.[2] T. III. p. 782. Heimb.

Si iurante pupillo damnatus sit tutor, non potest postea pacisci, ut minus ei det, quam id, in quod damnatus est. Pactum vocat transactionem. Sic enim et inclytus Patricius adnotavit.

23. *Εἴτε αὐτεξυοσία ἦν, εἴτε ὑπεξουσία ἡ θυγάτηρ, ἀδιάφορον.* [767] *οὐκ ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ εἰπεῖν καὶ ἐπὶ τῆς μητρὸς. ἐκεῖ γὰρ ἑτέρα διάστιξις κρατεῖ. εἰ μὲν ἐξ ἀρχῆς κατὰ γνώμην αὐτῆς συνήφθη τῷ ἀνδρί, οὐ δοκεῖ παρέχειν εὔλογον*

Sive filia sui iuris sit, sive in potestate constituta, nihil interest. Non tamen idem dici potest et in matre. Ibi enim alia distinctio valet. Siquidem ab initio voluntate eius con-

---

[1]) *L.* 6. *C. de obl. et act.* (4, 10) *a Diocl. et Maxim. a.* 293. *data; in Greg. vel Herm. C. non magis nunc extat, quam L.* 1. *C. eod. Verba* ex eius persona *in illa non recepit Iustinianus.*

[2]) = *L.* 3. *C. de in litem iur.* (5, 53), *ex Greg. C. etiam servata in Consult.* 9, 8. *Data ab Antonino a.* 215.

αἰτίαν μίσους τῇ μητρὶ βουλομένῃ αὐτὴν ῥεπουδιατεύειν τὸν ἴδιον ἄνδρα. εἰ δὲ παρὰ γνώμην αὐτῆς ἐγαμήθη καὶ μετὰ ταῦτα ἀκούσασα ἀποστῆναι[1] οὐκ ἀπέστη, εὔλογον ἔχειν αἰτίαν δοκεῖ ἡ μήτηρ τὴν καταφρόνησιν τῆς θυγατρός, ὡς εὑρήσειν ἐν τῇ κʹ. τοῦ τίτλου διατάξει. οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἥρως Πατρίκιος τῶν δύο διατάξεων ταύτων μνευμονεύσας ἰδικῶς ἐξηγήσατο αὐτάς. — Thalelaeus in Schol. Basil. 39, 1. c. 46.[2] T. IV. p. 35. Heimb.

iuncta sit marito, non videtur iustam causam odii praebere matri volenti eam repudiare suum maritum. Si vero citra voluntatem eius nupserit et postea comperto iussu divertendi non divertat, iustam videtur causam habere mater contemtum filiae, ut invenies in const. 20. huius tituli. Sic enim et inclytus Patricius mentionem harum duarum constitutionum faciens eas speciuliter interpretatus est.

24. . . . ἐζήτησε δὲ ὁ ἥρως Πατρίκιος, εἰ ἄρα δύναταί τις ἐκ τῆς διαιρέσεως ταύτης[3] τῆς διατάξεως ἑλκύσαι νόμιμον τοιοῦτον· εἴγε ἐπὶ πάσης δωρεᾶς μὴ ἐπὶ περιγραφῇ τῶν παίδων γονομένης κατά τινα περίστασιν αὐτοὺς βλαψάσης, χώρα τῷ νομίμῳ τῆς διατάξεως, ἵνα ἀποσπασθῇ τὸ γʹ·[4] καὶ οὐδὲν ἐπέκρινεν εἰπών, ὅτι κατὰ καινοτομίαν εἰσηνέχθη ἡ παροῦσα διάταξις. — Calocyrus Dux in Schol. Basil. 41, 4. c. 5. T. IV. p. 157. Heimb.

Quaesivit autem inclytus Patricius, an quis ex distinctione huius constitutionis tale ius posset derivare, ut in omni donatione, quae in fraudem liberorum facta non est, aliquo autem eventu eos laedit, locus sit iuri constitutionis, ut triens detrahatur. Et nihil definivit, dicens, hanc constitutio- [768] *nem innovandi iuris gratia esse introductam.*

25. . . . ὁ δὲ μακαρίτης Πατρίκιος τοὺς κορταλίνους καλεῖ μὲν beneficiarios· λέγει δὲ, φροντίζειν αὐτοὺς τῶν ἀλλαγῶν τῶν ἵππων.

Beatus autem Patricius cohortales quidem vocat beneficiarios: dicit autem eos curam ha-

---

1) *Fortasse legendum ἄκουσα ἀποστῆναι = a proposito (vel a viro) desistere nolens.* 2) = *L.* 18. *C. de inoff. test.* (3, 28) *Diocl. et Maxim., data a.* 286. 3) *L.* 5. *C. de inoff. donat.* (3, 29) *a Diocl. et Maxim. a.* 286. *data, nunc in Greg. vel Herm. C. desideratur.* 4) *Ipsum Patricium, qui ante emissam Nov.* 18. *scribebat, quadrantem puta dixisse.*

— Thalelaeus in Schol. Basil. 45, 2. c. 56.[1] T. IV. p. 502.

bere mutationum equorum.

26. ... [2]ἀνάγνωθι δὲ τὴν δ'. διατ. τοῦ λθ'. τιτ. τοῦ παρόντος ζ'. βιβ. γενικῶς λέγουσαν, ὅτι μετὰ μ'. ἔτη οὐδεὶς ἐνάγεται περὶ τύχης. πλὴν ὑπέξελε τὸν ἐναπόγραφον καὶ βουλευτήν. ὡς γὰρ κεῖται βιβ. ια'. τιτ. μη'. διατ. κγ'. οὐδέποτε οἱ τοιοῦτοι ἐλευθεροῦνται τῆς ἰδίας τύχης διὰ χρόνου παραδρομῆς. πλὴν μὴ δέξῃ ἐναντία τὰ νόμιμα. ἀλλὰ τὸ μὲν εἰρημένον ἐνταῦθα ἐπὶ μόνου οἰκέτου νόησον. τὰ δὲ ἐκεῖσε κείμενα ἐπὶ ἐλευθερίας ὑποκειμένων τύχῃ[3] καὶ περὶ ἐναπογράφων τρακταΐζουσιν. οὕτω γὰρ καὶ Πατρίκιος ὁ ἥρως ἐξηγήσατο.[4] — Theodorus [769] in Schol. Basil. 48, 24. c. 1. T. IV. p. 789.

Lege autem const. 4. tit. 39. huius lib. 7. qua generaliter dicitur, post quadraginta annos adversus neminem de statu agi. Excipe tamen adscripticium et curialem. Nam ut habetur lib. 11. *tit.* 48. *const.* 23. *hi per temporis lapsum nunquam condicione sua liberantur. Verum ne iura contraria esse putes. sed quod hoc loco quidem dictum est, de solo servo intellige: quae autem illic posita sunt, tractant de his, qui in libertatis condicione versantur, et de adscripticiis. Sic enim etiam inclytus Patricius exposuit.*

27. ... ὁ δὲ ἥρως Πατρίκιός φησιν, ὅτι χρὴ ἐν προοιμίοις τῆς δίκης τὸν ἐναγόμενον ἀντιθεῖναι τὸν λόγον τῆς συκοφαντίας καὶ αἰτῆσαι παρὰ τοῦ δικαστοῦ ὥστε ἀκέραιον αὐτὸν αὐτῷ φυλαχθῆ-

Inclytus autem Patricius inquit, debere reum in initio litis opponere calumniae causam, et petere a iudice, ut eam sibi integram conservet.

---

1) = *L.* 3. *C. de heredit. decur.* (6, 62) *Constantii et a.* 349. *In Th. C. desideratur.* 2) *Ad L.* 1. *C. de longi temp. praescr. q. pro lib.* (7, 22) *a Diocl. et Maxim. datam a.* 293—299., *quae in Greg. vel Herm. C. nunc non extat.* 3) *De his tantum agit Anastasii L.* 4. *C. de praescr. XXX vel XL ann.* (7, 39) *cit.* 4) *At Patricius L.* 23. *C. de agric.* (11, 48, *al.* 47.), *quae a Iustiniano a.* 531. *data est, non novit. Puta igitur, L.* 1. *C. cit. cum interpretaretur, eum haec, quae Theodorus refert, exposuisse, sed aliis constitutionibus laudatis, velut L.* 3. *C. de longi temp. praescr. q. pro lib.* (7, 22). *L.* 50. 55. *C. de decur.* (10, 31); *nam et quae Iustinianus L.* 23. *cit. de adscripticiis sanxit, iam antea licet incerto iure videntur valuisse.*

ναι. — Schol. Basil. 60, 1. c. 28.[1] T. V. p. 252. Heimb.

28. Πολλάκις γὰρ ἐν ὅπους πούβλικουμ κατεδικάσθη, ὅτε ὀφείλει ὑπὸ τὴν χεῖρα τοῦ δεσπότου μένειν. λέγει δὲ καὶ ὁ ἥρως Πατρίκιος· Δύνασαι δὲ καὶ αὐτὸς ἀδιαιρέτως νοῆσαι, ὅτι πολλάκις πρόσκαιρος ἦν ἐξενεχθεῖσα κατ' αὐτοῦ τιμωρία, καὶ ἀπολυθεὶς αὐτῆς ὀφείλει ὑπὸ τὴν χεῖρα εἶναι. — Schol. Basil. 60, 51. c. 50.[2] T. V. p. 873. Heimb.

Saepe enim in opus publicum damnatur, ubi debet in potestate domini manere. Ait autem et inclytus Patricius: Potes et ipse indiscrete intelligere, saepe temporalem ei poenam inferri, qua solutus debeat esse in potestate domini.

29. Τοῦτ' ἔστιν,[3] οὐ μόνον δεσποτεία καὶ νομὴ καὶ κίνδυνος καθίσταται λοιπὸν ἐπὶ τὸν δεποσιτάριον, ἀλλὰ καὶ ὁ ἀπὸ δανείου λοιπὸν ἁρμόττει κονδικτίκιος, ὡς τοῦ συναλλάγματος ἀμειφθέντος. καλῶς οὖν καὶ ἁρμοδίως ἄν τις τοῦ ἥρωος Ἀμβλίχου κεχρημένος ῥήμασιν εἴποι· ὢ πόσα δύναται τῶν συναλλαγμάτων ἡ φύσις· ὢ πόσα δι' ἑνὸς μετασχηματίσται ῥήματος· ἅπαντα γὰρ τῷ χρῆσαι[4] μεταβέβληνται ῥήματι, δεσποτεία, νομή, συνάλλαγμα, κίνδυνος, ἀγωγή. — Stephanus in Schol. Basil. 23, 1. c. 9. T. II. p. 601. Heimb.

Hoc est, non solum dominium et possessio et periculum constituitur deinceps apud depositarium, sed et condictio postea ex mutuo competit, quasi contractu immutato. Bene igitur et apte quis verbis inclyti Amblichi dicat: o quan- [770] *tum potest contractuum natura! o quantum uno verbo transformatur! omnia enim verbo 'utere' mutantur, dominium, possessio, contractus, periculum, actio.*

---

[1]) = *L.* 1. *C. de calumn.* (9, 46) *Alexandri, quae in Greg. C. iam non extat.* [2]) = *L.* 13. *C. de poenis* (9, 47) *Diocletiani et Maxim., quae nunc in Greg. vel Herm. C. non invenitur.* [3]) *Ad L.* 9. §. 9. *D. de reb. cred.* (12, 1) *ex Ulp. lib.* 26. *ad edictum.*
[4]) χρῆσαι *edd., quasi esset infin. aor. act.; nec tamen infinitivus huius loci est, et cum vertunt 'uti', rursus peccant, cum activum κίχρημι significet utendum dare. Est igitur imper. med. secunda persona, ut ποιῆσαι.*